This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



4° P. gr. C. 18 /37

Kbh

N.G 10 /37

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXVII.

S. GREGORIUS NAZIANZENUS.

Bayerische Staatsbibliothek München

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

159 F Digitized by Google

4° P. gr. C. 18/37

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI

VULGO *NAZIANZENI*, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, GERMANICOS, ANGLICOS, NEC NON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA ET ILLUSTRATA,
CURA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI,

ACCEDUNT

VARIORUM COMMENTARII ET SCHOLIA IN OMNIA OPERA SANCTI GREGORII;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 44 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXVII CONTINENTUR

S. GREGORIUS THEOLOGUS ARCHIEPISCOPUS CONSTANTINOPOLITANUS.

Epistolæ	*Col.* 21
Testamentum	389
Carmina	398

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

A. B. CAILLAU PRÆFATIO.

Inter insurgentes hinc et inde multis jam ab annis publicarum discordiarum tumultus, hoc gravissimum emergere incommodum crediderim simul et dixerim, funestam videlicet istam, quæ doctos et pacis amantes litterarum labores interruptos pendere coegit, necessitatem. Quid enim scribendi studio cum ardore bellandi? quid meditationum quieti cum seditionum motibus? Ubi infausti civilium procellarum spiritus acriter sibilando invehuntur, ibidem languescant flores ingenii marcidique decidant neeesse est.

Quis est studiosos inter sacræ antiquitatis alumnos, qui primum tam nitidæ et tam emendatæ S. Gregorii Nazianzeni editionis volumen non fuerit admiratus (*a*)? Quis illud meritis non extulit laudibus, Benedictinorumque Sancti Mauri, ita aliunde in suis operibus perfectorum, perfectissimum opus non prædicavit? Quis justo non prosecutus est desiderio amissum, ut nonnulli putant, aut saltem, ut verum est, suspensum excellentis elucubrationis complementum? Quod perditum deflent alii, quod alii interruptum dolent, hoc tandem e tenebris erutum tibi proferimus, optime lector, quod non te solum, sed et omnem eruditorum familiam grato animo accepturam confidimus.

Plura autem et certe gravissima in procinctu tractanda occurrunt, 1° scilicet quo felici casu authenticus Maurinorum manuscriptus codex nostras in manus inciderit; 2° quæ et quanti sint momenti opera, quæ nondum ad omnimodam integritatem severioremque castigationem revocata, emittenda supererant; 3° qua methodo doctissimi editores in operando processerint; 4° quid laboris tandem nobis, post tantos messores prætermissas vix aliquas hinc et inde spicas legentibus, fuerit derelictum: quæ quidem ubi fuerint dilucide examinata et expensa, nil jam ultra quod expostulari possit vel exoptari remanere credimus.

ARTICULUS I.

De invento Maurinorum codice.

Nemo nescit recentiorem S. Gregorii Nazianzeni editionem primum a D. Jacobo de Friche susceptam, deinde vero a D. Francisco Louvard inchoatam, postea a D. Prudentio Maran præparatam, imo et publice anno 1708 annuntiatam, anno denique 1778, quoad primum volumen, fuisse emissam Parisiis a D. Clemencet, quocum insuper curas communicaverunt DD. Patert, Andreas Brion et Dionysius d'Olive, qui menda corrigendi ingratum difficilemque laborem non detrectavit. Domno Clemencet, qui, doctrina celebrior quam fide, plura scripsit ad confirmandos recentiorum novatorum errores, quorum acrior exstitit propugnator, adjutor in secundi voluminis labore datus est D. de Cosniac, qui lenior animo, at forte ingenio minor, ad eosdem errores videtur inclinasse. Hinc licet caute legendi, quando de falsis eorum agitur doctrinis, legendi tamen secure cum agitur de linguæ Græcæ peritia, de codicum vetustate, auctoritate et varietatibus, de vi et sensu verborum, de versionis proprietate, cæterisque ejusmodi, quibus conflatur omnis nostræ hujus editionis labor. Laboris autem ardui multiplex sollicitudo, præsertim defuncto jam D. Clemencet, plures requirebat manus, et quidem non indoctas; unde factum est ut in operis partem veniret D. de Verneuil, qui ejusdem ordinis non vestem solum, sed et scientiam præferebat. Tribus ab his viris, aliisque forsan quorum memoria non superest, jam confectum opus, nil aliud quam typographorum manum exspectare videbatur, quando irruit subito tristis violentaque procella, quæ, concussis religionis ipsius in Gallia fundamentis, sacros monachorum ordines spoliavit disturbavitque. Maurinis autem, cum ab avitis claustris nudi et egentes abjicerentur, nil antiquius fuit quam cæteris omnibus pretiosiorem, utpote tantis vigiliis sudoribusque comparatum

(*a*) Splendidum certe volumen, sed quoad textus emendationem non adeo extollendum. Speciminis loco sit pagina 1, ubi legitur bis *ἀνασθάσεως* pro *ἀναστάσεως*, *οὗτος* pro οὗτος, etc. Sed quod mireris, in titulo primi voluminis quod jam peccaverant primi typographi, id non modo retinuerunt novissimi editores in eodem titulo typis iterum mandato, *εὑρισχόμενα* pro εὑρισκόμενα scribentes (quod tamen jam notaverat Harles ad *Biblioth. Græc.* Fabricii, tom. VIII, p. 403), sed aliud insuper mendum addiderunt *Γρεγορίου* exhibentes pro Γρηγορίου. EDIT. PATR.

Digitized by Google

thesaurum, fugiendo auferre, et, dum transiret tempestas, occultare. Utrum plures factæ fuerint ante hoc temporis transcriptiones, non satis constat; certum est autem duplicem jam codicem inter eminentissimi cardinalis DD. Fesch manus habitum fuisse, quorum cum prior, multa pecunia comparatus, quasi a propria Benedictinorum manu descriptus, manum alienam evidenter argueret, posteriorem iterum pecunia majori redemit eminentissimus idem Purpuratus; utrum veriorem sincerioremque, asserat qui vidit; mihi enim illum videre non concessum. Romam enim deveniens, et ad Eminentissimi pedes provolutus, eo audaciæ devenire sum ausus, ut tam pretiosum monumentum, prelo subito mandandum, describendi licentiam expostularem; quam quidem propter gravissimas sane, quas non discutere meum est, sed revereri, rationes obtinere non contigit. Durum tamen et amarum animo sacræ antiquitatis amanti, præsumpti pulcherrimi laboris omnem penitus spem abjicere. Mihi, fateor, semper ante oculos obversabatur secundum illud sancti Gregorii Benedictinum volumen. Ergone semper in unius bibliothecæ tenebris sepultum remanebit? Nunquam ergo fiet publici juris? Ecclesia tanto lumine nunquam irradiata gaudebit? Hæc me cogitante, subito fama ad aures affertur, verum et genuinum Maurinensis elucubrationis exemplar Parisiis haberi; D. de Verneuil, omnibus aliis, qui huic labori communicaverant, superstitem fideliter illud servasse; imo sæpius apud ipsum cardinalem Fesch egisse, ut prelo subjiceretur, cum vigeret adhuc potentissimi nepotis auctoritas, eumdemque morte tandem præventum, dum regeret Sancti Dionysii prope Parisios parochiam, illud proximis reliquisse, qui ejus etiamnum possessione fruebantur. Nec mora: inquiruntur D. de Verneuil hæredes, nec multo post inveniuntur; invenitur cum illis pretiosus codex; severo subjicitur examini; giganteo labore proditur Maurinorum ingenium; castigatio textus, adnotationum proprietas, versionis perfectio, variantium lectionum delectus et multitudo, scripturæ ipsius vetustas, nihil est quod non ad manifestandam veritatem concurrat. Imo et editorum nomina, et eorumdem deliberationes, et danda typographis consilia, et sequenda in cunctis methodus rem ita clare elucidant, ut in dubium revocari non possit. Unum et quidem difficilius forte inveniendum remanebat, nempe fortem audacemque virum, qui et codicem argenti pondere comparare, et comparatum ingentibus dispendiis typis mandare non reformidaret. Detrectantibus aliis quibusdam periculumque subire recusantibus, obvium se fecit ultro D. Parent-Desbarres, qui jam de scientia et religione multis editionibus et præsertim *Collectione SS. Patrum* bene meritus, meritum illud novum præcedentibus superaddere voluit.

ARTICULUS II.

De nondum editis a Maurinensi congregatione Gregorii operibus.

Omnia beati Doctoris opera tres ad classes necessario revocantur, quarum prima, Sermones; secunda, Epistolas; tertia, Poemata complectitur. Gregorius enim ut in perorando sublimis et facundus, ita et in scribendo nitidus atque facilis, et in cantando grandis et amœnus exstitit.

Sermones quidem omnes jam a Benedictinis meliori ordine editi, et quoad textum emendati, in primo volumine habentur, servata veteri Billiana versione, sed in multis maximisque castigata, decerptisque quatuor orationibus, nempe XLV, XLVI, LI et LII, quæ non inter sermones, sed inter epistolas evidenter collocandæ, proprium in locum, ut par erat, fuerunt revocatæ. Restant igitur epistolæ et poemata, quæ jam in publicum emittere statuimus.

Epistolæ, quæ nonnisi 232 in novissima editione Billiana leguntur, superaddito autem Morelliano supplemento 242, sed quæ revera, amandatis quæ vel ad Basilium pertinent, vel bis repræsentantur, superadditis autem quæ vel ex orationibus desumuntur, vel aliunde fuerunt extractæ, ad 243 numerum assurgunt, ita argumentorum diversitate et varietate scribendi temperantur, modo de theologicis alte simul et dilucide disserentes, modo de philosophicis clare tractantes et sublimiter, nunc reorum a principibus veniam potenter implorantes, nunc consilia parvis et magnis dispertientes sapienter, aliquando etiam de minimis cum familiaribus, sed non minimo sale, jocantes, ut difficile sit admodum statuere, quibus gratiores utilioresque possint evadere, utrum videlicet religiosæ doctrinæ, an sæcularis facundiæ curiosis.

Poemata vero, quæ non solum numero, sed forte ingenio epistolas superant, non captandæ popularis auræ, verum promovendæ pietatis studio conscripta, ideo a beato Doctore fuerunt composita, sive ut Apollinaris, hæresim emissis in publicum cantibus insinuantis, carminibus

Digitized by Google

opponerentur, sive ut ipse morbi languores tentationumque tædia grato labore sublevaret. Nullum ita dixerim, quod non attigerit, argumentum, nullum poetici numeri genus, quod non in cantibus adhibuerit. Hic hexametris, hic iambicis, hic pentametris, hic Anacreonticis ludere gestit; hic facta historica, hic dogmata fidei, hic moralis disciplinæ præcepta evolvere et illustrare. Poemata, mirum dictu! plus quam quadringinta supersunt, et in illis fere decem et octo millia versuum, quorum nonnisi pars aliqua apud Billium legitur: nec in tanta abundantia multitudo, ut sæpius fit, perfectioni nocuit; idem semper, id est semper stylo nitidus, splendidus verbis, forma elegans, figuris dives, numero facilis, non minus admirationem rapit, cum ipsam Christi genealogiam, adhibitis omnibus Hebraicis nominibus, ad metri leges accommodat quam cum Dei magnitudinem exaltat, aut, ad sua reversus, proprias narrat calamitates.

Hæc, breviter licet exposita, ad demonstrandum sane sufficient, quantum reipublicæ Christianæ emolumentum exsurgat, si plena tandem et omnibus numeris absoluta prodeat epistolarum et poematum Gregorii nostri editio.

ARTICULUS III.

De Benedictinorum in præparanda editione methodo.

Quinque in Benedictinorum labore veniunt exploranda, nempe 1° correctio textus; 2° versionis sinceritas; 3° adnotationum delectus; 4° materiarum ordo; 5° monita quædam ex eorumdem codice manuscripto mutuata; quæ, qualiter se habuerint, ex dicendis jam clarius patebit.

I. Quod attinet ad textus emendationem, satis erit hic referre quales codices excusserint Benedictini, et qua cura varias lectiones cum jam editis contulerint.

Notitia codicum, quibus in emendandis S. Gregorii epistolis usi sunt docti editores.

E Regia bibliotheca.

457. Chartaceus, olim Tellerianus.
506. Membranaceus, olim Mazarinæus, XI sæc. 235 epistolas continet.
510. Membranaceus, olim Medicæus, IX sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ et epistola ad Nectarium. Ejusdem ad Virginem exhortatio metrica. Subjuncta est δοξολογία, quæ ab editis libris abest.
514. Membranaceus, olim Colbertinus, X sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ.
517. Membranaceus, olim Medicæus, X sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ, epistola ad Evagrium et δοξολογία.
518. Membranaceus, Fonteblaudensis, X sæc. Epistola ad Evagrium monachum; epistola ad Cledonium.
524. Membranaceus, XI sæc., ex Oriente, opera Vanslebii in Regiam bibliothecam illatus. Ep. ad Cledonium, et ep. ad Nectarium.
532. Membranaceus, olim Colbertinus, XI sæc. Epistolæ ad Cledonium, ad Nectarium, ad Evagrium monachum.
538. Membranaceus, XII sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ.
540. Membranaceus, olim Mazarinæus, XII sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ; epistola ad Nectarium.
545. Membranaceus, olim Colbertinus, XII sæc. Epistolæ ad Cledonium.
551. Membranaceus, e Constantinopoli illatus in Regiam bibliothecam. Epistolæ ad Cledonium, epistola ad Nectarium, epistola ad Evagrium monachum.
552. Membranaceus, olim Boistallenarius, XIII sæc. Epistolæ ad Cledonium, ad Nectarium, ad Evagrium monachum *De Divinitate*.
557. Bombycinus, olim Tellerianus, XIII sæc. Epistolæ ad Nectarium, ad Evagrium, ad Cledonium.
560. Membranaceus, olim Colbertinus, XIII sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ, epistolæ ad Nectarium et ad Evagrium.
562. Membranaceus, olim Colbertinus, XIII sæc. Epistolæ ad Cledonium, ad Nectarium et ad Evagrium.
902. Bombycinus, XIV sæc. Variæ Gregorii epistolæ.
968. Chartaceus, XIV sæc. Basilii et Gregorii variæ epistolæ.
975. Membranaceus, XII sæc. Epistolæ ad Nectarium, ad Evagrium, ejusdem Vita in epitomen contracta.
984. XIV sæc. Epistolæ ad Cledonium et ad Nectarium.
997. An. 1231. Epistolæ ad Nectarium et ad Amicum.
1405. Chartaceus, Fonteblaudensis, XVI sæc. 184 epistolas continet.
2010. Chartaceus, XIV sæc. Gregorii epistolæ aliquot.
2022. Bombycinus, Fonteblaudensis, XIV sæc. Epistolas Gregorii 235 complectitur, quarum varias lectiones a se elegantissime descriptas suppeditavit D. Suter qui bibliothecæ S. Germani præerat.
2998. Bombycinus, XIV sæc. S. Gregorii variæ epistolæ.
3002. Chartaceus, olim Boistallenarius, XV sæc. Epistolæ aliquot.
3014. Bombycinus, XIII sæc. Variæ Gregorii et Basilii epistolæ.
— Codex Regius, olim Ecclesiæ Parisiensis, B. n°. 3.

Alii codices manuscripti.

Vat. Codex ms. ex bibliotheca Vaticana.
Pass. Codex eminentissimi cardinalis Passionæi.
Harl. Codex ms. ex bibliotheca D. Harlæi.
Coisl. Codex ms. ex bibliotheca D. de Coislin, nunc Regius.
Medic. Codex ms. ex bibliotheca Medicæa.

Digitized by Google

Notitia codicum quibus in emendandis S. Gregorii poematibus usi sunt docti editores.

Reg. Regii plures, 39, 990, 991, 992, 993, 1277, etc.
Paris. Codices ex bibliotheca Parisiensi, nunc Regia.
Colb. Codices ex bibliotheca Colbertina, item pariter nunc Regia.
Vat. Codex Romæ collatus in bibliotheca Vaticana.
Coisl. Codex ms. ex bibliotheca D. de Coislin, deinde in bibliotheca S. Germani a Pratis, nunc in Regia. Habet scholia super lineas scripta.
Chig. Romæ collatus in bibliotheca eminentissimi olim cardinalis Chigi.
Medic. Codex ms. ex bibliotheca Medicæa Florentiæ. Continet multa poemata a Muratorio edita.
Vind. Codex Vindobonensis bibliothecæ, ex quo suam editionem confecit Tollius.

Codices excusi.

Catalogo editionum veterum quæ primi voluminis initio, p. XIV (col. 30), leguntur, quoad carmina, addenda sunt :

Toll. Tollii, Carmina cygnea S. Gregorii, in *Insignibus itineris Italici*, Trajecti ad Rhenum, an. 1696, in-4°.
Murat. Muratorii *Analecta Græca*, Padovæ, an. 1709, in-4°.
Gaull. Dionysii Gaullyer *collecta divi Gregorii Poematia*, Parisiis an. 1718, in-12.

Omnes horum codicum, sive manuscriptorum, sive excusorum varias lectiones, docti editores attentius selegerunt, et sedula distinctione adnotarunt primo in margine veteris editionis Billianæ, quam ad manus habemus, et deinde in notis, quas ad infimum paginæ locum digesserunt, servatis in textu verbis quæ ad sancti Doctoris sensum propius visa sunt accedere.

II. His curis ad emendandum textum adhibitis, de versione agitabatur quæstio, utrum scilicet nova adornaretur, an servaretur prior. Billiana epistolarum interpretatio, tum propter docti viri reverentiam, tum propter sententiæ rectitudinem et dictionis elegantiam non mutanda, sed in nonnullis solummodo perficienda visa est, sicuti et in primo volumine circa orationes fuerat factitatum. Non eadem autem placuit ratio, quando de carminibus actum est. Cum enim Billius versionem poeticam fuerit aggressus, ita sæpe metri necessitate fuit constrictus, ut sensum modo amplificare, modo truncare, sæpe etiam vel obscure, vel parum accurate repræsentare cogeretur. Nova igitur, quæ totum redderet Gregorium, licet pedestri sermone, requirebatur interpretatio : et hic fuit magnus Benedictinorum sodalium labor, quem hodie publici juris facimus. Tali autem in pretio sunt Billii carmina, tantum ingenium et sudores tantos produnt, ut in eum minus humane ageretur, si ab hac nova amandarentur editione. Unde Benedictinorum proposito, quod in eorum chartis descriptum invenimus, fideliter insistentes, Billianam versionem metricam ad inferiorem paginæ marginem dimisimus, posita ex adverso Gregoriani textus prosaica quidem, sed exacta magis interpretatione.

III. Ex hoc vero, post textus correctionem, et fidelitatem versionis, accedit editioni cuicunque pretium, quod doctis argumentis et selectis instruatur notis, tum ad elucidanda quæ obscura sunt, tum ad revocanda in lectorum memoriam quæ ad historias sacras et profanas referuntur, tum ad indigitanda quæ fidem possunt confirmare et hæreticas subvertere fabulas, tum ad explicanda quæcunque cognoscenda sunt circa genus, vitam et varias hominum dotes, necnon et circa locorum et factorum varietates. Quod quidem pretium huic Benedictinæ editioni minime deesse facilius advertet, quisquis notas et argumenta vel cursim legere voluerit.

IV. Ad hoc accedit sapienter digestus materiarum ordo, ita scilicet ut epistolæ juxta methodum chronologicam positæ, seriem historiæ juxta tempus evolvant ; carmina vero ita ad argumentorum revocentur connexionem, ut, cum de historicis agitur, ordo chronologicus iterum, quantum in his fieri potest, fideliter asservetur, iis omnibus, quorum tempus dubium permanet, ad calcem ablegatis.

V. Hic subjungimus duas maximi momenti adnotationes, quas ex chartis Benedictinorum manuscriptis habuimus. Prior ita se habet : « Ad calcem operum S. Gregorii, tomo secundo « utriusque editionis Græco-Latinæ Parisiis datæ annis 1609 et 1630, editi sunt, Latine tantum, « varii in præfata opera commentarii, e Græco sermone in Latinum conversi, scilicet Eliæ « Cretensis, Nicetæ et Pselli, additis quibusdam J. Billii scholiis. Cum autem ad scribendas ad- « notationes, quibus abundat nova hæc editio, ea commentariorum ac scholiorum ubertas « passim adhibita sit, cumque ex iis id omne fuerit excerptum, quod ad S. Doctoris operum « intelligentiam conducere poterat, ab ipsismet commentariis et scholiis iterum edendis absti- « nendum esse duximus, ne actum agere videremur, atque etiam nimiis sumptibus emptores,

Digitized by Google

« et vano labore lectores gravaremus Pauca tantum hic dicemus de modo memoratis scripto-
« ribus. Elias, Cretensis metropolita, octavo sæculo scripsit commentarium in Gregorii ora-
« tiones novemdecim. Nicetas, cognomento *Philosophus*, primum episcopus Serronis, ac
« deinde archiepiscopus Heracleæ, undecimo sæculo scripsit commentarium in Gregorii ora-
« tiones sexdecim, et brevem in quædam ejus poemata enarrationem. Psellus, et ipse cogno-
« mento *Philosophus*, undecimo etiam sæculo scripsit libellum de difficilium Gregorii locorum
« intellectu. Quod attinet ad Basilium illum qui sæpe in notis tomi primi hujus editionis citatus
« est, is, Ecclesiæ Cæsariensis antistes, decimo sæculo scripsit scholia in Gregorii orationes
« quadraginta duas ; quæ quidem scholia manuscripta exstant Parisiis in bibliotheca Regia. »

Posterior autem his verbis concipitur: « Foret hic locus exsequendi factam in Prolegomenis
« tomi primi hujus editionis (col. 38), promissionem, et eas omnes diligentius fortiusque
« repellendi criminationes, quibus Gregoriana doctrina identidem fuit a variis scriptoribus
« impetita. Verum, re maturius considerata, supervacaneas ejusmodi concertationes a nobis
« esse fugiendas existimavimus ; quandoquidem Gregorianam doctrinam ita defendit constans
« Ecclesiæ catholicæ approbatio, ut nulla ratione nobis defensoribus indigeat. »

Hinc facile intelligit lector, prætermissam a doctis editoribus dissertationem, a nobis minime attingendam.

ARTICULUS IV.

De nostris in edendo hoc volumine curis.

Grande ad hoc opus cum manus primum admoveretur, quinque et quidem præcipua nobis perficienda occurrere, nempe 1° omnes doctorum Benedictinorum chartas juxta methodum ab iis assignatam ritumque in primo volumine admissum, ordinare ; 2° mendis typographicis diligentius corrigendis sedulo invigilare ; 3° veteres poeticas versiones in multis a priorum editorum incuria deformatas ad metri rationisque normam revocare, aut saltem illorum indigitare defectus; 4° novam poeticam versionem condere, qua Latinis carminibus exprimerentur carmina post Billium a Tollio et Muratorio in lucem emissa; 5° indices adornare locupletissimos, juxta perfectum primi voluminis exemplar.

I. Omnes Benedictinorum chartæ, quæ ab omnibus videri possunt apud D. Parent-Desbarres, ad tria capita possunt revocari; quorum in primo reperiuntur illæ quæ sequendas in editione regulas indicant; in secundo autem vetus Billiana editio, cujus in margine plures signantur variantes cum variis adnotationibus lectiones ; in tertio demum ipsa Benedictinorum versio Latina, cum notis exactissimis, in quibus inter alia recensentur omnia menda quæ in editis præcedentibus occurrunt, et simul verba quæ, ex probatissimis codicibus extracta, in eorum locum introducenda videntur, ut purus emergat textus et integer. Solæ epistolæ in uno codice Græcum textum habent manu conscriptum; sed hic novus exsurrexit labor, cum hoc exemplar manu minus docta exaratum, multis circa accentus mendis scaturiat. Hinc certa cum rectitudine, sed non sine accurata diligentia, data nobis facultas genuinum repræsentandi Gregorium. Nobis enim, tum veteres editiones cum recentioris adnotationibus conferendi, tum accentuum signa perficiendi, tum epistolas et carmina ad novum ordinem reducendi, necessitas incubuit. Quamvis autem doctos editores merita veneratione, ut decet, semper et ubique prosequamur, non potuimus tamen abstinere, quin errores quosdam in interpretando non satis animadversos, vel adnotare, vel etiam corrigere auderemus, pro certo habentes futurum fuisse, ut illas ipsi emendationes admisissent, cum diligentiorem adhibuissent animum. In deligendo insuper varias lectiones, non satis attenderunt ad poesis metrum, unde illud sæpius læsum restituere necessarium non immerito visum est: quanquam et in quibusdam aliquando nullam emendationem potuimus adhibere, seu quia ipse poeta sibi nonnihil indulsit, seu quia manuscripti codices mendis deformati nihil exhibent quo mendum queat resarciri. Sileam adhibitas a nobis curas, sive ad eligendos, in quantum fieri poterat, pares veteribus characteres, sive ad quærendam non inferiorem chartam, sive demum ad servandum antecessorum morem breves in margine sententias rescribendi, quod hodie nonnisi difficillime a typographis potest extorqueri.

Digitized by Google

II. Nec parvus, nec facilis labor eorum menda corrigere ; unde mirandum nullatenus erit doctioribus, si nonnulla nostram etiam nunc vigilantiam fefellerint, quæ tamen ad calcem retractare conati sumus, utilitatem quærentes potius quam erroris pudorem reformidantes. Sed ut rariores forent isti defectus, non nostris solum ex viribus præsumpsimus, doctos autem advocavimus adjutores, inter quos justa cum laude referam nomina D. Cirier, jam antea Regiæ typographiæ addicti, necnon et D. Doquin de Saint-Preux, in bibliotheca Regia librorum custodis, et D. Valatours, in collegio Borbonico notissimi professoris, qui sive in toto opere, sive in aliqua ejus parte suas nobiscum curas communicaverunt

III. Billii, Leuvenclaii et Federici Morelli poeticas, aut potius metricas versiones ad infimum paginarum marginem dimisimus, quorum primus feliciter sæpe, duo autem posteriores sæpe infelicius egregiam Gregorii poesim in Latinam musam transtulere. Ita autem corrupta supersunt istarum versionum exemplaria, ut sæpe deficiat metrum, et nullus etiam aliquando sensus possit deprehendi. Quoties deficiebat sensus, illum reparare studuimus, non semper autem restaurare metrum, quoties deficere videbatur; sed aliquando defectus signare, aliquando corrigere operæ pretium duximus. Neutrum autem fecimus, nisi variato charactere, et mutatione in notis indicata. Sunt etiam versus qui aut omissione, aut typographorum incuria, apud Billium desiderabantur; illos supplere, characteribus iterum variatis, curavimus.

IV. Quin ad quatuor millia et amplius assurgit numerus versuum post Billium et alios editorum, quos, in poetam subitaneum rerum necessitate transmutati, decantare coacti fuimus, quosque lectorum commendamus indulgentiæ; quanquam in omnibus auctoris menti adhærentes, imo et verbis, poeticum tamen aliquid in elocutione, justasque in metro regulas servare tentavimus.

V. Supererat ingratus scribenti, sed gratus valde legenti indicum labor, qui quantum curæ temporisque absumat, nemo est sane qui possit in dubium revocare. Fideles Benedictinorum nostrorum asseclæ, epistolarum, sive quoad ordinem novum, sive quoad ordinem veterem, sive quoad ordinem alphabeticum indicem texuimus; quem proxime sequitur index carminum ubi pariter vetus ordo cum novo, novusque cum veteri comparatur. Duo breviores alii indices *Similia* et *Proverbia* ex Gregorio excerpta repræsentant. Tum evolvuntur indices majores, ubi res et verba alicujus momenti, quæ vel in operis decursu, vel in appendice leguntur, per ordinem litterarum collecta, curiosæ offeruntur inquisitioni ; nec deest index ille sacer, quo sanctæ Scripturæ reperiuntur sententiæ, quas in scribendo pius Doctor adhibuit. Quæ autem aut utilia, aut curiosa perlectis sæpius sancti Gregorii operibus desumpsimus, horum ita rescribendi, ut ad ordinem alphabeticum redigerentur, fastidiosam, sed non inanem curam suscepit D. Ballin de Saint-Paul, vir a liberalibus disciplinis non alienus, cui sua laus permaneat.

Hæc quæ nec plura, nec pauciora fecimus, attendat lector, et utrum de Christiana republica nonnihil bene simus meriti, indulgentior dijudicet.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

S. P. N. GREGORII THEOLOGI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

EPISTOLÆ.

—

Α'. ΒΑΣΙΛΕΙΩ ΕΤΑΙΡΩ (1).

1 I. BASILIO SODALI.

Prima hæc est epistola, in qua de Gregorii et Basilii primo, eoque futuro, in solitudinem secessu, et de amborum eam in rem ultro citroque data fide, agitur. Nulla alia est Gregorii scripta ante hæc tempora, saltem ex iis quæ exstant, epistola. Itaque cæteris præmittenda est. In ea querelis Basilii respondet, præstitam fidem agnoscit et excusat. Basilii epistolam non habemus, sed exstat responsio Gregorii, *inquit* Vitæ Basilii *scriptor.*

Ἐψευσάμην, ὁμολογῶ, τὴν ὑπόσχεσιν, συνέσεσθαί σοι καὶ συμφιλοσοφήσειν καθομολογήσας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἔτι, καὶ τῆς ἐκεῖσε φιλίας καὶ συμφυΐας· ᾧ γὰρ ἔχω τι τούτων εἰπεῖν οἰκειότερον. Ἐψευσάμην δὲ οὐχ ἑκών, ἀλλὰ νόμου νόμον νικήσαντος, τοῦ θεραπεύειν κελεύσαντος (2) τοὺς γεννήτορας, τὸν τῆς ἑταιρείας (3) καὶ συνηθείας. Οὐ μὴν παντάπασι ψεύσομαι, ἂν τοῦτο αὐτὸς καταδέξῃ (4). Τὰ μὲν γὰρ (5) ἡμεῖς σοι συνεσόμεθα· τὰ δὲ αὐτὸς ἡμῖν θέλησον, ἵν' ᾖ τὰ πάντα κοινά, καὶ τὸ τῆς φιλίας ὁμότιμον. Οὕτω γὰρ ὑπάρξει, καὶ τὸ τούτους μὴ λυπεῖν, καὶ τὸ σοῦ τυγχάνειν.

A Promissis non steti, fateor : quippe jam inde ab Athenis illiusque loci amicitia et animorum connexione (nec enim aptius verbum occurrit), facturum me receperam, ut tecum vitæ consuetudinem haberem, simulque philosopharer. Fidem autem fefelli, non sponte ac libenter, verum quod lex legem superavit, ea nimirum, quæ parentes colere jubet, sodalitatis et familiaritatis legem. Non autem prorsus fallam, si quidem hanc accipias ipse conditionem. **2** Partim enim nos tecum erimus; partim vero ipse nobiscum esse velis, ut omnia sint communia, et æqualis amicitia. Sic enim fiet ut nec parentes mœrore afficiamus, et te fruamur.

Β'. ΤΩ ΑΥΤΩ (6).

II. EIDEM.

Cum respondisset Basilius, et in epistola quam amisimus (ut agnoscit novissimus Epistolarum *Basilii editor), jocatus fuisset in Tiberinam, Gregorius rescripsit; eumque vicissim perurbanis in Cæsaream, ubi natus erat, et in Pontum, quo secedebat, dicteriis remordet. Nondum Cæsarea excessera Basilius, quando hanc ad eum Gregorius scripsit epistolam, siquidem urbanæ habitationis incommoda, imo* delicias, *opes, forum, quibus fruebatur, objicit, sed in Pontum fugere cogitabat, ut probant hæc epistolæ verba :* ἵνα Καππαδόκης ὦν, φύγῃς τὰ Καππαδοκίας. *Scriptam ergo constat, antequam Basilius epistolam nunc* XIV, *alias* XIX, *scriberet.*

Οὐ φέρω τὴν Τιβερινὴν ἐγκαλούμενος, καὶ τοὺς ἐνταῦθα πηλοὺς (7) καὶ χειμῶνος, ὦ λίαν ἄπλε

B Non fero mihi Tiberinam objici, atque hujus loci lutum et hiemes, o vir luti admodum expers,

(1) Alias V. Scripta anno vertente 357, vel ineunte 358. — *Βασιλείῳ ἑταιρῷ.* Sic Reg. 2012.

(2) *Κελεύσαντος.* Regii duo et Pass. κελεύοντος.

(3) *Ἑταιρείας.* Regius unus ἑταιρίας.

(4) *Ἂν τοῦτο αὐτὸς καταδέξῃ.* Ita Regii duo et Pass. Ed. ἂν τοῦτο αὐτὸ εἰ καταδέξῃ, quod Billius vertit, *Siquidem hoc gratum tibi futurum est.*

(5) *Τὰ μὲν γάρ.* His verbis Basilium invitat ad Tiberinæ solitudinem in Cappadocia sitam, ubi erat Arianzus, Gregorii natale solum.

(6) Alias VI. Scripta circa idem tempus

(7) *Πηλούς.* Ita Regii duo et Pass. Ed. male παγούς, *glaciem.*

Digitized by Google

summisque pedibus incedens, et planities calcans, ac pennate et pendule, simulque cum Abaridis sagitta delate, ut, cum Cappadociam patriam habeas, Cappadociæ loca fugias. An vero injuriam vobis facimus, quod cum ipsi palleatis atque angustum quiddam spiretis, solemque ad certum modum accipiatis; nos contra pingues et nitidi sumus, et saturamur, nec ullius loci angustiis circumscribimur? Sed hæc vestra sunt; deliciis enim indulgetis, et opibus polletis, et in foro versamini: hoc minime probo. Quocirca vel lutum nobis exprobrare desine (nec enim tu urbem condidisti, nec nos hiemem): vel nos tibi pro luto caupones offeremus, et quidquid turpe et improbum urbes ferunt.

A σὺ, καὶ ἀκροβάμων, καὶ τὰς πλάκας καταχροαίνων (8), καὶ ὑπόπτερε σὺ, καὶ μετάρσιε, καὶ τῷ Ἀβάριδος ὀϊστῷ (9) συμφερόμενε, ἵνα καὶ Καππαδόκης ὦν, φύγῃς (10) τὰ Καππαδοκίας. Ἢ ἀδικοῦμεν ὅτι ὑμεῖς μὲν ὠχριᾶτε (11), καὶ στενὸν ἀναπνεῖτε, καὶ μετρεῖσθε (12) τὸν ἥλιον· ἡμεῖς δὲ λιπῶμεν, καὶ κορεννύμεθα, καὶ οὐ περιγεγράμμεθα; Ἀλλὰ ταῦτα (13) ὑμῶν ἐστι. Τρυφᾶτε δὲ, καὶ πλουτεῖτε, καὶ ἀγοράζετε· τοῦτο οὐκ ἐπαινῶ. Ἢ τοίνυν παῦσαι τοὺς πηλοὺς ὀνειδίζων ἡμῖν, (οὔτε γὰρ σὺ τὴν πόλιν ἐδημιούργησας, οὔτε τὸν χειμῶνα ἡμεῖς·) ἢ καὶ ἡμεῖς σοι προσοίσομεν ἀντὶ τῶν πηλῶν τοὺς καπήλους (14), καὶ ὅσα αἱ πόλεις μοχθηρὰ φέρουσιν.

III. EVAGRIO.

Γ'. ΕΥΑΓΡΙΩ (15).

Visum est hanc epistolam, quæ nullam habet temporis notam, hoc loco statuere; maxime cum Evagrium, de quo hic agitur, rhetoricam commodius docere potuerit Gregorius, ut observat Tillemontius, prioribus secessionis suæ in Pontum annis. Redux in patriam tam præstantis magistri discipulus, cum præclara optimæ institutionis argumenta dedisset, muneribus ac litteris ejus pater magistro est gratulatus, hancque retulit responsionem. Quis vero sit iste Evagrius, an ille diaconus Evagrius, de quo multa præclara et honorifica in suo testamento Gregorius præfatur, an alius, statuere non possumus.

Laudari mihi jucundum fuit. Nam filium nostrum Evagrium clarum ac celebrem esse, nostra est celebritas; filiorum enim virtus, patrum est gloria. Nos autem, quantum ad doctrinam attinet, haud quidquam aut parum fortasse filio tuo utilitatis attulisse, nobismetipsis conscii sumus (neque enim magna in nobis est doctrina): unum autem pro omnibus et quidem maximum ei contulimus, haud istud inficier, nimirum Dei metum, quodque ei, ut res præsentes contemptui haberet, persuasimus. Atque ipsi quidem 3 optima quæque, et optavimus, et optamus; ut quæ a nobis initia accepit, ad plenam frugem provehat, ac nos etiam diligentiæ nostræ fructum aliquem feramus. Tuæ vero excellentiæ quam maximas gratias ago, quod et nostri meminisse non graveris, et amicitiæ monimentis honestare. Quæ quidem, cum minime parva sint, libentius suscepimus.

B Ἥσθην ἐπαινούμενος. Τὸ γὰρ τὸν υἱὸν ἡμῶν Εὐάγριον εὐδοκιμεῖν, ἡμᾶς ἐστιν εὐδοκιμεῖν· τέκνων γὰρ ἀρετὴ, δόξα πατέρων. Ἡμεῖς δὲ, εἰς λόγους μὲν, οὐδὲν ἢ μικρὸν ἴσως σύνισμεν ἡμῖν αὐτοῖς ὠφελήσασι τὸν σὸν υἱὸν (οὐδὲ γὰρ μέγα ἡμῖν τὸ τῶν λόγων)· ἓν δὲ ἀντὶ πάντων αὐτῷ καὶ μέγιστον συνεισηνέγκαμεν, οὐκ ἀρνήσομαι, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τὸ πεῖσαι τῶν παρόντων καταφρονεῖν. Ἐκείνῳ μὲν οὖν τὰ κάλλιστα συνηυξάμεθά τε καὶ συνευχόμεθα, ἵν' ἃς ἔλαβε παρ' ἡμῶν ἀρχὰς, τελέως καρποφορήσῃ, καί τινα τῆς σπουδῆς καρπὸν ἐνεγκώμεθα. Τῇ δὲ σῇ τιμιότητι πᾶσα χάρις, ὅτι καὶ μεμνῆσθαι ἡμῶν ἀξιοῖς, καὶ τοῖς ὑπομνήμασι τιμᾷν τῆς φιλίας. Ἅπερ οὐ μικρὰ ὄντα μειζόνως ὑπεδεξάμεθα.

IV. BASILIO.

Δ'. ΒΑΣΙΛΕΙΩ (16).

In hac epistola propemodum omnia reperies, quæ in Basilii epistola XIX, *nunc* XIV. *Jocis et salibus Gregorius consectatur* canoras aves, pisces, feras, venationes, auras, lunatos anfractus, vallum, *etc., quod quidem argumento esse videtur, his litteris Gregorium Basilianæ epistolæ* XIX, *nunc* XIV, *respondere; atque ita visum est doctissimo Tillemontio. Contra vero tam multa, quæ nequidem exigerat in epistola sua ad Basilium, facete Gregorius regerit,* aditus angustias et pericula, confragosa loca, spinas, præcipitia, strepitum, piscium inopiam, *loci et omnium accuratam adeo descriptionem; ut, qui non vidisset oculis, designare nemo potuisset. Adde* monasterii, gymnasii ac scholæ speciosa nomina, *quæ dum Gregorius exagitat a Basilio imposita, necesse est scripto aut voce norit, et certe norisse luculenter testatur. Unde perspicuum est, ni fallor, Gregorium, non epistolæ* XIX, *nunc* XIV, *sed alteri respondere: aut certe jam, cum hæc scriberet, locum adiisse, quem ita probe exploratum haberet.*

Tu quidem res nostras cavillis incesse ac sugilla, sive joco, sive serio hoc agens. Nihil hoc rei

C Σὺ μὲν σκῶπτε καὶ διάσυρε τὰ ἡμέτερα, εἴτε παίζων, εἴτε σπουδάζων (17). Οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα·

(8) *Τὰς πλάκας καταχροαίνων.* Male vertit Billius *tabulas calcans.*

(9) *Ἀβάριδος ὀϊστῷ.* Poetæ narrant Abaridem ab Apolline, cui servierat, sagittam accepisse, cum qua Græciam peragrabat, edens oracula, et alia stupenda faciens.

(10) *Φύγῃς.* Ita Regii duo. Ed. φύγοις.

(11) *Ὠχριᾶτε.* Ita Pass. Ed. male ὠχριῶτε.

(12) *Μετρεῖσθε.* Ita Pass. Ed. male μετερεῖσθε.

(13) *Ἀλλὰ ταῦτα.* Regius unus et Pass. ἀλλ' οὐ ταῦτα, *seu non hæc.*

(14) *Ἀντὶ τῶν πηλῶν τοὺς καπήλους.* Ita Reg. unus et Pass. In ed. deest τῶν. *Pro luto caupones:* hac in interpretatione perit gratia quæ in Græcarum vocum allusione consistit: πηλός enim significat *lutum*, κάπηλος vero *cauponem.*

(15) Alias CLIII. Scripta circa annum 360.

(16) Alias VII. Scripta circa annum 361.

(17) *Εἴτε σπουδάζων.* Ita Pass. Edit. male εἴτε καὶ σπουδάζων.

Digitized by Google

μειδία μόνον, καὶ τῆς παιδεύσεως (18) ἐμφορῦ, καὶ φιλίας ἡμῶν ἀπόλαυε. Πάντα ἡμῖν χρηστὰ ἃ παρὰ σοῦ, ὁποῖα ποτ' ἂν ᾖ, καὶ ὅπως ἂν ἔχῃ. Καὶ γάρ μοι καὶ τὰ ἐνταῦθα σκώπτειν δοκεῖς, οὐχ ἵνα σκώψῃς, ἀλλ' ἵνα πρὸς ἑαυτὸν ἑλκύσῃς, (εἴ τί γε ἐγώ σου συνίημι·) ὥσπερ οἱ τὰ ῥεύματα φράσσοντες, ἵν' ἀλλαχοῦ μεθελκύσωσι. Τοιαῦτα ἡμῖν ἀεὶ τὰ σά (19).

est : subride solum, doctrinaque ad saturitatem fruere, ac de amicitia nostra fructum cape. Omnia, quæ a te proficiscuntur, suavia nobis sunt, quæcunque tandem illa sint, et quoquo modo se habeant. Nam res quoque hujus loci mihi cavillis impetere videris, non ut cavilleris, sed ut me ad te ipsum trahas (si quid tamen ego mentem tuam intelligo) : quemadmodum qui fluenta obstruunt, ut in aliam partem retrahant ac derivent. Sic enim tua semper accipiam.

Ἐγὼ δέ σου τὸν Πόντον θαυμάσομαι, καὶ τὴν Ποντικὴν ζοφηφορίαν, καὶ τὴν φυγῆς ἀξίαν μονὴν, τούς τε ὑπὲρ κεφαλῆς λόφους, καὶ θῆρας, οἳ τὴν πίστιν ὑμῶν δοκιμάζουσι, καὶ τὴν ὑποκειμένην ἐσχατιὰν, εἶτ' οὖν μυωξίαν μετὰ τῶν σεμνῶν ὀνομάτων τοῦ φροντιστηρίου, καὶ τοῦ μοναστηρίου, καὶ τῆς σχολῆς, λόχμας τε ἀγρίων φυτῶν, καὶ βαθυκρήμνων ὀρῶν στέφανον, ὑφ' οὗ μὴ στεφανοῦσθε, ἀλλὰ συγκλείεσθε, τὸν δὲ μετρούμενον ἀέρα, καὶ τὸν ποθούμενον ἥλιον, ὃν ὡς διὰ κάπνης αὐγάζεσθε, ὦ Ποντικοὶ Κιμμέριοι (20) καὶ οὐ τὴν ἑξάμηνον νύκτα (21) μόνον κατακριθέντες, ὃ δή τινες λέγονται, ἀλλ' οὐδὲ μέρος τῆς ζωῆς ἄσκιον ἔχοντες, μίαν δὲ νύκτα μακρὰν τὸν ἅπαντα βίον, καὶ ὄντως σκιὰν θανάτου, ἵν' εἴπω τὸ τῆς Γραφῆς. Ἐπαινῶ καὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν, (οὐκ οἶδα εἴτε εἰς βασιλείαν, εἴτε εἰς ᾅδου φέρουσαν, σοῦ δὲ ἕνεκεν εἰς βασιλείαν φερέτω,) καὶ τὴν ἐν μέσῳ, τί βούλει, πότερον Ἐδὲμ ὀνομάσω ψευδόμενος, καὶ τὴν εἰς τέσσαρας ἀρχὰς μεριζομένην πηγὴν, ἐξ ἧς ἡ οἰκουμένη (22) ποτίζεται, ἢ τὴν ξηρὰν καὶ ἄνικμον ἐρημίαν, ἣν τις ἡμερώσει Μωσῆς, ῥάβδῳ πέτραν πηγάσας; Ἔστι γὰρ ὅσον μὲν διαπέφευγε τὰς πέτρας, χαραδρεών· ὅσον δὲ ὑπὲρ τὰς χαράδρας, ἀκανθεών· ὅσον δὲ ὑπὲρ τὰς ἀκάνθας, κρημνός· καὶ ἡ ὑπὲρ τοῦτον ὁδὸς, ἐπίκρημνός τε καὶ ἀμφιτάλαντος, τῶν ὁδευόντων τὸν νοῦν συνάγουσα καὶ γυμνάζουσα πρὸς ἀσφάλειαν (23). Ποταμὸς δὲ κάτω ῥοχθεῖ, οὗτος ὁ Ἀμφιπολίτης σοι Στρυμὼν (24) καὶ ἡσύχιος· καὶ οὐκ ἰχθυοφόρος μᾶλλον, ἢ λιθοφόρος· οὐδὲ εἰς λίμνην ἀναχεόμενος, ἀλλ' εἰς βάθη κατασυρόμενος, ὦ λίαν ὑψήγορε σὺ, καὶ ποιητὰ καινῶν ὀνομάτων. Ἔστι γὰρ μέγας, καὶ φοβερὸς, καὶ ὑπερηχῶν τῶν ἄνω τὰς ψαλμῳδίας. Οὐδὲν πρὸς τοῦτον οἱ Καταράκται, καὶ οἱ Κατάδουποι (25)· τοσοῦτον ὑμῶν

Ego vero Pontum tuum admirabor, et Ponticam caliginem, ac dignam exsilio sedem, et tumulos capiti imminentes, et feras fidem vestram explorantes, et subjectam solitudinem, imo murium cavernam cum speciosis gymnasii, et monasterii, ac scholæ nominibus, et agrestium stirpium silvas, et præruptorum montium coronam, qua non tam coronamini quam coercemini, aerem etiam ad certum modum dimensum, et desideratum solem, quo velut per caminum irradiamini, o Pontici Cimmerii et sole carentes, nec semestri tantum nocte damnati, quod de quibusdam refertur, sed ne partem quidem ullam vitæ habentes umbræ expertem, verum noctem unam longam totum vitæ spatium, ac vere umbram mortis, ut cum Scriptura loquar[1]. Sed et angustam illam et pressam viam laudo (haud scio in regnum an in orcum ferentem, cæterum tui gratia in regnum ferat), atque intermediam illam, quid vis, utrum ipsam Eden falso nominem, et in quatuor principia divisum fontem, ex quo orbis terrarum irrigatur[2], an siccam et humore omni vacuam solitudinem, quam quis Moses mitigabit, ex petra ictu virgæ fontem eliciens[3]? Nam qua parte rupibus confragosa non est, torrens est ; qua parte rursus torrens non est, senticetum; qua vero supra sentes assurgit, præcipitium ; et quæ superius exporrecta est via, præceps est, atque in utramque partem librata, ingredientium mentem colligens atque ad caute incedendum exercens. Fluvius porro in ima parte cum strepitu fertur, quem tu Amphipolitano et quieto Strymoni confers ; non piscium magis, quam lapidum ferax ; non in stagnum effusus, sed in voragines profluens, o vir nimium grandiloque, et novorum nominum architecte. Est enim magnus, et horribilis, atque eorum, qui in superiori loco degunt, psal-

[1] Psal. xxii, 4. [2] Gen. ii, 10. [3] Exod. xvii, 6.

(18) *Παιδεύσεως*. Quidam censent legendum *παιδιᾶς, joco.*

(19) *Τοιαῦτα ἡμῖν ἀεὶ τὰ σά.* Billius, *hoc enim modo semper nobiscum agis.*

(20) *Ποντικοὶ Κιμμέριοι.* Cimmerii septentrionalem Ponti Euxini oram incolebant, non procul a Bosphoro, qui ab ipsorum nomine Cimmerius appellatus est. Apud eos perpetuas esse tenebras dicit Homerus, *Odyss.* xi.

(21) *Τὴν ἑξάμηνον νύκτα.* Qui sub mundi polis habitant, semestrem diem ac semestrem noctem habent; iis enim sol sex menses sub horizonte deprimitur, et sex alios super ipsum eminet.

(22) *Ἐξ ἧς ἡ οἰκουμένη.* Ita Pass. Ed. Ἐξ ἧς καὶ οἰκουμένη. Mox Reg. unus et Pass. ξηρὰν καὶ ἄνυδρον, *siccam et aqua carentem.*

(23) *Γυμνάζουσα πρὸς ἀσφάλειαν.* Billius, *ad securitatem exercens.*

(24) *Ὁ Ἀμφιπολίτης ... Στρυμών.* Strymon, Macedoniæ fluvius, in Hæmo monte oritur et prius quam cursum dirigat, septem lacus efficit; quibus deinde in unum alveum collectis, juxta Amphipolim, illius regionis urbem, influit in maris Ægæi sinum, qui ab ipso Strymonius appellatur. Ita Plinius, lib. iv.

(25) *Οἱ Καταράκται καὶ οἱ Κατάδουποι.* Cataractæ Nili ab Æthiopia in Ægyptum devolvuntur. Tanto autem cum impetu ex altis montibus ruit

Digitized by Google

modias strepitu suo superat et obruit. Nihil pro eo sunt Cataractæ et Catadupa : usque adeo vobis diu ac noctu obstrepit ! Atque ita asper est, ut vadosus interim non sit : ita rursum turbidus, ut potari nequeat : hoc tantum nomine humanus et benignus, quia sedem vestram non devolvit, cum a torrentibus et tempestatibus in furorem agitur. Habes quid de istis Fortunatorum insulis, vel de fortunatis vobis sentiamus. Tu vero mihi lunatos anfractus ne laudibus efferas, eas partes, quibus montis istius radices adiri possunt, non tam obvallantes ac velut muro cingentes, quam misere comprimentes, verticemque illum capiti vestro imminentem, qui Tantalicam vobis vitam efficit, et diffluentes auras terræque vapores, qui vos animi deliquio laborantes recreant, canoras etiam aves, garrientes quidem, sed famem, et circumvolitantes quidem, sed solitudinem. Nec quisquam eo, nisi venationis ergo accedit, inquis : adde, ut et mortuos vos visitet. Hæc prolixiora quidem fortasse sunt, quam epistolæ modus postulet, utique tamen comœdia minora. Tu autem, si quidem hos jocos æquo animo feras, recte feceris : sin secus, plura quoque adjungemus.

A καταβοᾷ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Τραχὺς μὲν ὢν, ἄπορος δέ · καὶ θολερὸς μὲν, ἄποτος δέ · οὗ τοῦτο μόνον φιλάνθρωπον, ὅτι μὴ παρασύρει τὴν μονὴν ὑμῶν, ὅταν αὐτὸν αἱ χαράδραι καὶ οἱ χειμῶνες ἐκμαίνωσιν (26). Ἃ μὲν οὖν ἡμεῖς σύνισμεν, ταῖς τῶν Μακάρων νήσοις (27) ταύταις εἴτ' οὖν τῶν μακαρίων ὑμῶν, ταῦτά ἐστι. Σὺ δὲ μὴ θαύμαζε τοὺς μηνοειδεῖς ἀγκῶνας, τὰ βάσιμα τῆς ὑπωρείας ὑμῶν ἀπαγχονίζοντας μᾶλλον, ἢ ἀποτειχίζοντας, καὶ τὸν κορυφῆς ὑπερτέλλοντα τένοντα, ὃς Ταντάλειον ὑμῖν ποιεῖ τὴν ζωὴν (28), τάς τε διαῤῥεούσας αὔρας, καὶ τῆς γῆς ἀναπνοάς, αἳ λειποθυμοῦντας ὑμᾶς ἀναψύχουσι, τούς τε ᾠδικοὺς ὄρνιθας, ᾄδοντας μὲν, ἀλλὰ τὸν λιμόν · καὶ περιπταμένους (29) μὲν, ἀλλὰ τὴν ἐρημίαν. Ἐπιδημεῖ δὲ οὐδεὶς, ὅτι B μὴ κατὰ θήραν, λέγεις · πρόσθες, καὶ ὥστε νεκροὺς ὑμᾶς ἐπισκέπτεσθαι. Ταῦτα μακρότερα μὲν ἴσως ἢ κατ' ἐπιστολὴν, ἐλάττω δὲ κωμῳδίας. Σὺ δὲ εἰ μὲν οἴσεις μετρίως τὴν παιδιὰν (30), ὀρθῶς ποιήσεις · εἰ δὲ μὴ, καὶ πλείω (31) προσθήσομεν.

5 V. EIDEM. Ε'. ΤΩ ΑΥΤΩ (32).

Epistolæ præcedentis cum sequenti tanta est connexio, ut ista illius pars secunda potius, quam altera epistola dicenda sit. Breves et acutas litteras cum amaret, veritus ne epistolæ modum excessisset, cætera se dicturum in alia pollicitus erat his verbis : Si quidem hos jocos æquo animo feras, recte feceris ; sin autem secus, plura quoque adjungemus. *Promissis stetit, et epistolam* V, *quæ proxime secuta est, his verbis exorditur :* Quoniam quæ jocantes ad te scripsimus æquo animo fers, age quæ sequuntur adjicianus. *Quis jam dubitaverit ambas de eodem argumento scriptas esse epistolas ? Nec vero scripta est epistola* V, *nisi post priorem in Pontum cum Basilio secessionem. Ante annum* 360, *et quidem labentem, hinc remeasse Gregorium non putamus ; quapropter his duabus litteris, ac præterea epistolæ* VI, *alias* IX, *annus* 361 *omnino statuendus videtur.*

Quoniam quæ jocantes ad te scripsimus, æquo animo fers, age quæ sequuntur adjiciamus, ab Homero initium ducentes :

C Ἐπειδὴ φέρεις μετρίως τὴν παιδιὰν, καὶ τὰ ἑξῆς προσθήσομεν. Ἐξ Ὁμήρου δὲ τὸ προοίμιον·

Nunc age, progrediens internum concine, quæso, ornatum,

Ἀλλ' ἄγε (33) δὴ, μετάβηθι, καὶ τὸν ἔσο κόσμον [ἄεισον,

tugurium videlicet tecto et januis carens, focum ignis et fumi expertem, parietes igni exsiccatos, ne luti guttis impetamur, Tantalis similes eademque pœna mulctati, nimirum in aquis sitientes : jejunas etiam illas et miseras epulas, ad quas e Cappadocia sumus invitati, non tanquam ad Lotophagorum inopiam, sed velut ad Alcinoi mensam,

τὴν ἄστεγον σκέπην καὶ ἄθυρον, τὴν ἄπυρον ἑστίαν καὶ ἀκαπνον, τοὺς πυρὶ ξηραινομένους τοίχους, ἵνα μὴ ταῖς τοῦ πηλοῦ ῥανίσι βαλλώμεθα, Ταντάλιοί τινες καὶ κατάκριτοι, διψῶντες ἐν ὕδασι · τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνην καὶ ἄτροφον πανδαισίαν, ἐφ' ἣν ἀπὸ Καππαδοκίας ἐκλήθημεν, οὐχ ὡς Λωτοφάγων πενίαν, ἀλλ' ὡς Ἀλκινόου τράπεζαν (34), ἡμεῖς οἱ

Iste fluvius, ut in illis locis, quæ Catadupa nominantur, ad properantium inter scopulos aquarum fragorem aures incolarum dicantur obsurdescere.

(26) *Ἐκμαίνωσιν.* Ita Pass. Edit. ἐκμαίνουσιν.

(27) *Ταῖς τῶν Μακάρων νήσοις.* Fortunatorum insulæ contra extremam Mauritaniam ad occidentem sitæ sunt ; quam quidem ad partem etiam Hispaniæ terminus occiduus concurrit : a fructuum ubertate et aeris temperie nomen acceperunt. Ita Strabo, lib. III.

(28) *Ὃς Ταντάλειον ὑμῖν ποιεῖ τὴν ζωήν.* Alludit ad fabulam Tantali, quem poetæ finxerunt apud inferos hoc supplicii genus pati, ut ipsius capiti semper immineret saxum ingens, quod jam casurum videretur.

(29) *Περιπταμένους.* Reg. unus. ὑπεριπταμένους, *supervolitantes.*

(30) *Τὴν παιδιάν.* Ita Reg. unus. Ed. male παιδείαν, *doctrinam.*

(31) *Καὶ πλείω.* Ita Reg. unus. Ed. male καὶ τὰ πλείω.

(32) Alias VIII. Scripta circa idem tempus.

D (33) *Ἀλλ' ἄγε.* Sic habetur apud Homerum, *Odyss.* VIII :

Ἀλλ' ἄγε δὴ, μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον.

Quæ verba sunt Ulyssis Demodocum hortantis ad equi Trojani ornatum decantandum. Gregorius autem pro ἵππου posuit ἕσο, versum scilicet ad usum suum accommodans.

(34) *Οὐχ ὡς Λωτοφάγων πενίαν, ἀλλ' ὡς Ἀλκινόου τράπεζαν.* In Africa apud Syrtes habitabant Lotophagi inde vocati, quod loto victitare dicerentur ; quem cibum, suavitate sua, patriæ oblivionem edentibus afferre tradit Homerus, *Odyss.* IX. Lotophagorum paupertati Gregorius opponit Alcinoi mensam deliciis omnibus refertam.

Digitized by Google

νέοι ναυαγοί τε καὶ τλήμονες. Μέμνημαι γὰρ τῶν ἄρτων ἐκείνων, καὶ τῶν ζωμῶν (οὕτω γὰρ ὠνομάζοντο), ἀλλὰ καὶ μνήσομαι, καὶ τῶν περιολισθαινόντων (35) τοῖς βλωμοῖς ὀδόντων, εἶτα ἀνισχομένων, καὶ ἀνελκομένων ὥσπερ ἐκ τέλματος. Αὐτὸς ταῦτα τραγῳδήσεις ὑψηλότερον, ἐκ τῶν οἰκείων παθῶν ἔχων τὸ μεγαλόφωνον· ὧν εἰ μὴ ταχέως ἡμᾶς ἡ μεγάλη καὶ πτωχοτρόφος ὄντως ἐῤῥύσατο, τὴν σὴν λέγω μητέρα, ὥσπερ λιμὴν ἐν καιρῷ φανεῖσα χειμαζομένοις, πάλαι ἂν ἦμεν νεκροὶ, πίστεως Ποντικῆς οὐκ ἐπαινούμενοι μᾶλλον ἢ ἐλεούμενοι. Πῶς παρέλθω τοὺς ἀκήπους κήπους ἐκείνους καὶ ἀλαχάνους, καὶ τὴν Αὐγείου κόπρον (36) ἐκ τῆς οἰκίας ἐκκαθαιρομένην, ᾗ τούτους ἀνεπληρώσαμεν, ἡνίκα τὴν γεωλόφον ἅμαξαν εἵλκομεν (37), ἐγώ τε ὁ βοτρύων, καὶ ὁ λαμπρὸς σὺ, τοῖς αὐχέσι τούτοις καὶ ταῖς χερσὶ ταύταις, αἳ τῶν πόνων ἔτι τὰ ἴχνη φέρουσιν· (ὦ γῆ καὶ ἥλιε, ἀὴρ (38) καὶ ἀρετή· τραγῳδήσω γάρ τι μικρόν·) οὐχ ἵνα τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξωμεν (39), ἀλλ' ἵνα κρημνὸν ὁμαλίσωμεν. Τούτοις εἰ μὲν οὐδὲν ἀχθεσθήσῃ λεγομένοις, πάντως οὐδὲ ἡμεῖς· εἰ δὲ ἀχθεσθήσῃ, πόσον γενομένοις ἡμεῖς· καὶ τὰ πλείω παρήσομεν, αἰδοῖ τῶν ἄλλων, ὧν πολλῶν ἀπελαύσαμεν.

nos novi et ærumnosi naufragi. Memini enim panes illos et juscula (sic enim nominantur), semperque meminero, dentibus circa fragmenta collabescentibus, ac postea sese erigentibus, velutque ex cœno emergentibus. Quæ tu scilicet sublimius exaggerabis, propriis nempe calamitatibus orationis magnitudinem tibi suppeditantibus : quibus nisi magna illa vereque pauperum studiosa nutrix mater tua nos quam celerrime liberasset, nobisque tempestate jactatis velut portus exstitisset, jampridem apud vivos esse desiissemus, fidei Ponticæ nomine non majorem laudem consequentes, quam miserationem moventes. Quonam porro modo hortos illos, ne hortorum quidem nomine dignos, oleribusque carentes præteribo, Augiæque fimum e domo expurgatum, quo eos opplevimus, cum montosum illud plaustrum, et ego vindemiator, et tu facetus, hac cervice, manibusque his, quæ laborum vestigia etiamnum ferunt, traheremus (o terra et sol! o aer et virtus! paulum quiddam more tragico exclamabo) : non ut Hellespontum jungeremus, sed ut præruptum et præcipitem locum exæquaremus? Harum rerum commemoratio si te offensura non est, utique nec nos : si autem offensionem ex ea concipies, quanto magis non ex ipsis rebus! Ac majorem partem prætermittemus multarum aliarum rerum, quibus nobis frui contigit, pudore deterriti.

Γ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (40).

VI. EIDEM

Vitæ cum Basilio in solitudine peractæ cupide memor, hanc vivis depingit coloribus, hanc iterum consequi peroptat.

Ἃ μὲν πρότερον ἐπεστέλλομεν περὶ τῆς Ποντικῆς διατριβῆς, παιζόντων ἦν, οὐ σπουδαζόντων· ἃ δὲ νῦν γράφω, καὶ λίαν σπουδαζόντων. *Τίς ἄρ με θείη* (41) *κατὰ μῆνα ἡμερῶν τῶν ἔμπροσθεν ἐκείνων*, ἐν αἷς συνενετρύφων σοι τῷ κακοπαθεῖν; ἐπειδὴ τὸ ἑκούσιον λυπηρὸν τοῦ ἀκουσίου τερπνοῦ τιμιώτερον. Τίς δώσει τὰς ψαλμῳδίας ἐκείνας καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τὰς δι' εὐχῆς πρὸς Θεὸν ἐκδημίας, καὶ τὴν οἱονεὶ ἄϋλον ζωὴν καὶ ἀσώματον; Τίς ἀδελφῶν συμφυΐαν καὶ συμψυχίαν, τῶν ὑπὸ σοῦ θεουμένων καὶ ὑψουμένων; Τίς ἅμιλλαν ἀρετῆς καὶ παράθηξιν, ἣν ὅροις γραπτοῖς καὶ κανόσιν ἠσφαλισάμεθα; Τίς θείων λογίων φιλοπονίαν, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς εὑρισκόμενον, σὺν ὁδηγίᾳ τοῦ Πνεύματος; Ἢ, ἵνα τὰ μικρότερα λέγω καὶ εὐτελέστερα, τίς ἐφημερίας καὶ αὐτουργίας; τίς ξυληγίας καὶ λατομίας; τίς δὲ φυτείας (42) καὶ ὀχετηγίας; τίς δὲ πλάτανον τὴν χρυσῆν, καὶ τῆς Ξέρξου τιμιωτέ-

Quæ de Pontica commoratione prius scribebam, joco, non serio scribebam; quæ autem nunc scribo, admodum serio scribo. *Quis me secundum pristinorum illorum dierum statum constituet* [a], in quibus ego tecum afflictionem pro deliciis habebam? quandoquidem molestia sponte suscepta voluptati minime voluntariæ præstat. Quis psalmodias illas et vigilias dabit, atque ad Deum per orationem peregrinationes, illamque velut materia vacantem et incorpoream vitam? Quis fratrum eorum, qui dii a te efficiebantur, atque in altum evehebantur, concordiam animorumque conjunctionem? Quis virtutis certamen, et ad eam incitationem, quam scriptis legibus ac regulis obfirmavimus? Quis divinorum oraculorum studium, lucemque in ipsis ductu atque auspiciis Spiritus sancti inventam? Aut, ut minora et leviora dicam, quis diurnas operum vices et labores? quis lignorum comportationes et lapidicinas? quis arborum

[a] Job xxix, 2.

(35) *Τῶν περιολισθαινόντων*. Ita Reg. unus. In ed. deest τῶν.

(36) *Καὶ τὴν Αὐγείου κόπρον*. Augiæ stabulum fimo congesto plenum fuisse tradunt poetæ, et ipsius repurgationem inter laboriosa Herculis opera recensent.

(37) *Τὴν γεωλόφον ἅμαξαν εἵλκομεν*. Reg. unus et Pass. τὴν γεωφόρον ἅμαξαν εἵλκομεν, *terras vehens plaustrum traheremus*. Vox εἵλκομεν deerat in editis : ipsam, in versione a Billio suppletam, in textu supplevimus e duobus codd. memoratis. Mox pro καὶ ὁ λαμπρὸς σύ, Reg. unus habet καὶ ὁ λαμπρὸς σύ, *et tu illustris*.

(38) *Καὶ... ἀὴρ*. Sic Pass. et duo Reg. Edit. ἀνήρ, *vir*.

(39) *Τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξωμεν*. Alludit ad Xerxem Persarum regem, qui tantum habuisse fertur navium apparatum, ut Hellespontum totum operiret, ac ponte Asiam Europæ jungeret.

(40) Alias IX. Scripta circa idem tempus.

(41) *Τίς ἄρ με θείη*. Ita Reg. unus. Ed. male τίς ἂν μετείη.

(42) *Φυτείας*. Reg. duo φυτοκομίας, *plantarum curas*.

Digitized by Google

consitiones et irrigationes? quis platanum illam auream, et Xerxis platano præstantiorem, in qua non rex luxu diffluens, sed monachus lugens sedebat, quam ego plantavi, Apollo rigavit, hoc est, tua excellentia; Deus autem in honorem nostri auxit [5], ut seduli laboris nostri et industriæ monumentum apud vos conservetur, quemadmodum virga illa Aaronis, quæ floruerat, in arca servata esse dicitur [6] et creditur? Sed hæc optare quidem perfacile, consequi autem non perinde facile. At tu, mihi adesto, virtutemque conspiratione tua atque opera mihi fove, eamque utilitatem, quam quondam collegimus, precibus tuis conserva: ne alioqui paulatim velut umbra dilabamur, adversascente die. Equidem ipse te magis quam aerem spiro, idque solum vivo, quod tecum sum, vel coram, vel absens per animi simulacrum.

A ραν (43), ὑφ' ἧς οὐχὶ βασιλεὺς ἐκαθέζετο τεθρυμμένος, ἀλλὰ μοναστὴς τετρυχωμένος, ἣν ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἡ σὴ τιμιότης, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξησεν, εἰς τιμὴν ἡμετέραν, ἵνα ὑπόμνημα σώζηται παρ' ὑμῖν τῆς ἡμετέρας φιλοπονίας, ὥσπερ ἐν τῇ κιβωτῷ λέγεται καὶ πιστεύεται ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα. Ταῦτα εὔξασθαι μὲν ῥᾴστον, λαβεῖν δὲ οὐ ῥᾴδιον. Ἀλλά μοι καὶ πάρεσο, καὶ σύμπνει τὴν ἀρετὴν, καὶ συνεργάζου (44), καὶ ἣν ποτὲ συνελέξαμεν ὠφέλειαν, συντήρει διὰ τῶν προσευχῶν, ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν ὥσπερ σκιὰ λυθῶμεν, κλινούσης ἡμέρας. Ὡς ἐγὼ σὲ πνέω μᾶλλον ἢ τὸν B παρὼν, ἢ ἀπὼν τοῖς ἐνδάλμασι.

7 VII. CÆSARIO.

Z'. ΚΑΙΣΑΡΙΩ (45).

Scriptas ad Cæsarium fratrem has litteras ineunte anno 362, *his rationibus demonstrare facillimum est. Obiit Constantius imperator die* 3 *Novembris anni* 361. *Mox summa rerum potitus, ingressusque Constantinopolim* 11ª *Decembris Julianus, aulam totam commutavit, aliis morte antea subductis ac de medio sublatis aliis submotis et expulsis decessoris sui sive amicis, sive domesticis, simulque ministrorum ambitiosa multitudine accita. Cæsarium tamen, qui* primum, *non, ut Pagius scribit, a Juliano, sed a Constantio,* dignitatis gradum inter medicos obtinuerat, amicorumque in numero apud eumdem imperatorem, ac maximo fuerat in honore, *Julianus retinere voluit. Cæsarium primo consensisse liquet ex istis ad eum Gregorii litteris, quibus fratrem Christianum, plus æquo in Apostatæ aula morantem, domum revocare totis viribus contendit, quod et feliciter factum est, antequam Julianus Maio, vel Junio mense Antiochiam iter institueret.*

Magnopere tua causa erubuimus: nam quod C mœrore affecti fuerimus, quid scribere attinet, ad eum præsertim, cui id omnium mortalium maxime persuasum est? Etenim ut de nobis nihil dicamus, nec quanta mœstitia, addam etiam timore, nos fama ea, quæ de te pervagatur, impleverit, vellem, si fieri posset, sermonibus iis, quos de te et de nobis alii, tam familiares et necessarii quam externi, quoquo modo nobis cogniti, dum tamen Christiani, non hi quidem, non illi, verum omnes uno ore serunt, interesses; quandoquidem etiam homines promptius in alienis rebus quam in propriis philosophari solent. Instar alius cujuspiam declamationis hæc verba ipsis fuerunt: nunc episcopi filium militare, nunc externam potentiam et gloriam appetere, nunc pecuniis atque opibus deditum esse (quando communis ignis accensus est, atque in salutis animæque periculo versantur homines); ac non potius unam hanc gloriam, et securitatem, et opes existimare, nimirum fortiter et strenue adversus tempus stare, et quam longissime

Ἱκανῶς ἠρυθριάσαμεν ἐπὶ σοί· τὸ γὰρ ὅτι ἐλυπήθημεν, τί χρὴ γράφειν, τῷ γε πάντων μάλιστα πεπεισμένῳ; Ἵνα γὰρ μὴ τὰ ἡμέτερα λέγωμεν, μηδὲ ὅσης ἀθυμίας ἐνέπλησεν ἡμᾶς ἡ περὶ σὲ φήμη, δὸς δὲ εἰπεῖν καὶ δέους, ἐβουλόμην, εἴ πως οἷόν τε ἦν, παρεῖναί σε τοῖς τῶν ἄλλων λόγοις, οἰκείων τε ὁμοίως καὶ ξένων, τῶν ὁπωσοῦν (46) γνωρίμων ἡμῖν, ἀλλ' οὖν Χριστιανῶν, οὓς περὶ σοῦ τε καὶ ἡμῶν λέγουσι, οὐχ οἱ μὲν, οἱ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντες ἑξῆς ὁμοίως, ἐπειδὴ καὶ προθυμότερον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἢ τοῖς οἰκείοις (47) φιλοσοφοῦσιν ἄνθρωποι. Ὥσπερ ἄλλη τις μελέτη γέγονεν αὐτοῖς ταῦτα τὰ ῥήματα. Νῦν μὲν υἱὸν ἐπισκόπου στρατεύεσθαι, νῦν δὲ ὀρέγεσθαι τῆς ἔξωθεν δυναστείας καὶ δόξης, νῦν δὲ ἠττᾶσθαι χρημάτων (ὁπότε κοινὸν ἀνῆπται D πῦρ (48), καὶ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον τρέχουσιν ἄνθρωποι)· ἀλλ' οὐχὶ μίαν ἡγεῖσθαι καὶ δόξαν, καὶ ἀσφάλειαν, καὶ εὐπορίαν, τὸ γενναίως ἱστασθαι πρὸς τὸν καιρὸν, καὶ ὅτι πορρωτάτω ποιεῖν ἑαυτὸν παντὸς ἄγους τε καὶ μιάσματος. Πῶς δ' ἂν ἄλλον νουθετήσειεν ὁ ἐπίσκοπος (49), μὴ παρασυρῆναι τῷ καιρῷ,

[5] I Cor. III, 6. [6] Num. XVII, 8-10.

(43) *Καὶ τῆς Ξέρξου τιμιωτέραν.* Pythius, Lydus, tantis opibus abundabat, ut Darium Persarum regem aurea platano donaverit; posteaque universum Xerxis exercitum hospitio et epulis exceperit, pecuniasque ipsi in belli sumptus a se suppeditatum iri spoponderit. Ita Herodotus, lib. VII.

(44) *Καὶ σύμπνει τὴν ἀρετὴν, καὶ συνεργάζου.* Reg. unus καὶ σύμπνει καὶ συνεργάζου τὴν ἀρετήν.

(45) Alias XVII. Scripta ineunte anno 362.

(46) *Οἰκείων τε ὁμοίως καὶ ξένων, τῶν ὁπωσοῦν.* Ita Reg. unus. Ed. male οἰκείων ὁμοίως καὶ ξένων, καὶ τῶν ὁπωσοῦν.

(47) *Προθυμότερον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἢ τοῖς οἰκείοις.* Ita Regg. duo. Ed. male προτιμότερον· et in eisdem desunt voces ἢ τοῖς οἰκείοις.

(48) *Ὁπότε κοινὸν ἀνῆπται πῦρ.* Ita Regg. duo. Ed. male ὁπότε χρημάτων κοινὸν ἀνῆπται πῦρ. Etenim persecutionem a Juliano Apostata motam innuit Gregorius; et fratrem in eo reprehendit, quod cum undique ignis esset accensus, non modo gloriæ, sed etiam pecuniarum cupiditate æstuaret.

(49) *Ἄλλον νουθετήσειεν ὁ ἐπίσκοπος.* Ita Regg. duo. Ed. male ἄλλον νουθετήσειαν οἱ ἐπίσκοποι: agitur enim de solo Gregorio, Cæsarii et Gregorii Theologi patre.

Digitized by Google

μηδὲ τοῖς εἰδώλοις συναναφύρεσθαι; Πῶς δ' ἂν τοῖς ἄλλο τι πλημμελοῦσιν ἐπιτιμήσειεν, αὐτὸς ἀφ' ἑστίας τὴν παῤῥησίαν οὐκ ἔχων (50). Ταῦτα καθ' ἑκάστην ἀκούοντας ἡμᾶς τὴν ἡμέραν, καὶ ἔτι πλείω τούτων καὶ χαλεπώτερα, τῶν μὲν καὶ διὰ φιλίαν λεγόντων ἴσως, τῶν δὲ καὶ διὰ δυσμένειαν ἐπιτιθεμένων (51), πῶς οἴει διακεῖσθαι καὶ τίνας ἔχειν ψυχὰς ἀνθρώπους τῷ Θεῷ προθεμένους δουλεύειν, καὶ πρὸς τὰς μελλούσας ὁρᾶν ἐλπίδας μόνον ἀγαθὸν κρίνοντας; Τὸν μὲν οὖν κύριον τὸν πατέρα ἡμῶν πάνυ δυσφοροῦντα τὰ πρὸς τὴν ἀκοὴν, καὶ πρὸς τὸν βίον αὐτὸν ἀπαγορεύοντα, ὁπωσοῦν αὐτὸς παραμυθοῦμαι καὶ ψυχαγωγῶ, τὴν σὴν ἐγγυώμενος γνώμην, καὶ πείθων ὅτι οὐχ ὑπομενεῖς ἔτι πλεῖον λυπεῖν ἡμᾶς. Τὴν δὲ κυρίαν τὴν μητέρα, εἰ πύθοιτό τι των κατὰ σὲ (μέχρι γὰρ τοῦ νῦν τέως ἀπεκρυψάμεθα πολλαῖς ἐπινοίαις), οἷου καὶ παντελῶς ἀπαραμύθητον ἕξειν τὸ πάθος, ὡς γυναῖκά τε οὖσαν μικρόψυχον, καὶ ἄλλως διὰ τὸ λίαν εὐλαβὲς, μετριάζειν περὶ τὰ τοιαῦτα οὐ δυναμένην. Εἰ μὲν οὖν τινα καὶ σεαυτοῦ καὶ ἡμῶν ποιῇ λόγον, βούλευσαί τι βέλτιον καὶ ἀσφαλέστερον. Πάντως γὰρ καὶ τὰ ἐνταῦθα πρὸς ἐλευθέριον διαγωγὴν αὐτάρκη, τῷ γε μὴ λίαν ἁπλήστῳ (52), μηδὲ ἀμέτρῳ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πλείονος. Ἀλλὰ καὶ τοῦ καταστάσεως σε τυχεῖν οὐχ ὁρῶ τίνα καιρὸν ἀναμενοῦμεν, τὸν νῦν ἐάσαντες. Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς ἔχῃ γνώμης, καὶ μικρὰ πάντα σοι πρὸς τὴν ἰδίαν ὁρμὴν, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἰπεῖν βούλομαι δυσχερές· τοσοῦτον δὲ προλέγω καὶ διαμαρτύρομαι, ὅτι δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ γνήσιον μένοντα Χριστιανὸν τὴν ἀτιμοτάτην αὐτοῦ τετάχθαι (53), καὶ πράττειν ἀναξίως καὶ σεαυτοῦ καὶ τῶν ἐλπίδων· ἢ τῆς τιμῆς ἐφιέμενον, περὶ τὰ καιριώτερα βλάπτεσθαι, τοῦ καπνοῦ γε μετέχοντα, εἰ καὶ μὴ τοῦ πυρός.

A se ab omni scelere et piaculo removere! Quonam autem modo episcopus alium admonere queat, ne a tempore distrahatur, atque cum idolis misceatur et contaminetur? Quonam modo eos, qui aliud quiddam delinquant, objurgare possit, ipse a Lare fiduciam non habens? Hæc nos hisque plura, et graviora quotidie audientes, partim ab iis, qui amico fortasse animo loquuntur, partim ab iis, qui nos ob inimicitiam hostiliter aggrediuntur, quo tandem modo affici et quem animum habere putas, nos, inquam, qui Deo servire proposuimus, nec ullum aliud bonum esse judicamus, quam futuræ vitæ spes ob oculos positas habere? Ac dominum quidem patrem nostrum, sermones hos perquam ægre ferentem, ipsiusque etiam vitæ tædio laborantem, quoquo modo solor ac recreo, de tua voluntate illi spondens, atque confirmans te nequaquam diutius nobis molestum fore. Dominam autem matrem, si quidquam de tuis rebus resciscat (nam ad hunc usque diem multis artibus eam celavimus), ita velim existimes eam tantum dolorem habituram, ut nullo omnino solatio mitigari possit, utpote imbecillis animi feminam, et alioqui, ob pietatis magnitudinem, modum in hujusmodi rebus tenere nequeuntem. Quamobrem, si quam et tui et nostri rationem habes, melius tutiusque tibi consule. Nam procul dubio facultates nostræ ad vitam ingenue honesteque degendam sufficiunt, homini utique non nimis inexplebili, nec immodica plus habendi cupiditate flagranti. Quin etiam ad constituendas vitæ tuæ rationes haud video, quodnam tempus exspectabimus, si hoc nobis effluere sinamus. Quod si in eadem perstas sententia, præque tua cupiditate omnia parva existimas, aliud quidem acerbi nihil proloqui libet: hoc tantum prædico et denuntio, e duobus alterum necesse esse, ut vel sincerus Christianus manens contemptissimæ Christianorum classi ascribaris, indigneque vivas et teipso, et spe quam concepisti: vel honores expetens, in rebus majoris momenti detrimentum capias, fumique saltem, si non ignis, fias particeps.

Η'. ΒΑΣΙΛΕΙΩ (54).

VIII. BASILIO.

Ad Basilium recens presbyterum creatum, scriptam esse VIII *epistolam manifestum est his verbis:* Tu quoque captus es, *inquit Basilio Gregorius*, quemadmodum et nos circumscripti, quandoquidem ad presbyterium pertracti sumus. *Itaque si Basilius anno* 362, *ut viris doctissimis Tillemontio, Hermantio, et aliis visum est, factus est presbyter, epistolam* VIII *eodem anno scriptam esse constabit. Verum ab iis, licet ægre, dissentit novissimus epistolarum Basilii editor, et quod eum deterret maxime ab hac amplectanda opinione, inprimis sunt hæc epistolæ ipsius verba, quibus Basilium monet, ut sibi caveat,* præsertim ob tempus multas in nos hæreticorum excitans linguas. « *Quæ verba, inquit, Valentis imperio mirifice congruunt; Juliani vero nequaquam.* »

Ἐπαινῶ σου τῆς ἐπιστολῆς τὸ προοίμιον. Τί δὲ τῶν σῶν οὐκ ἐπαινετόν; καὶ σὺ ἑάλως ὥσπερ καὶ ἡμεῖς γεγραφότες, ἐπειδή γε εἰς τὸν πρεσβυτέρου βαθμὸν ἐδιάσθημεν. Καίτοι γε οὐ τοῦτο ἡμῖν ἐσπου-

Epistolæ tuæ procemium laudo. Quid autem tuorum non est laudandum? Ac tu captus es, quemadmodum nos quoque circumscripti: quandoquidem ad presbyteri gradum pertracti sumus. Nec

(50) Ἀφ' ἑστίας τὴν παῤῥησίαν οὐκ ἔχων. Is a Lare fiduciam non habere dicitur, qui delictum aliquod ideirco reprehendere ac vindicare non audet, quia semetipsum vel domesticos suos eo obstrictos esse sentit. Quomodo igitur, inquit Theologus, ad hujus vitæ fragilis rerumque terrenarum despectionem alios jam hortabitur, cum habeat filium mundi cupiditatibus immersum? Billius.

(51) Διὰ δυσμένειαν ἐπιτιθεμένων. Qui ob inimicitiam amplificant. Billius, *qui ob inimicitiam nobis imminent.*

(52) Τῷ γε μὴ λίαν ἁπλήστῳ. Ita Reg. unus. Ed. minus bene τῷ γε λίαν μὴ ἁπλήστῳ.

(53) Τὴν ἀτιμοτάτην αὐτοῦ τετάχθαι. Vox αὐτοῦ sic accipienda est, quasi referatur ad vocem Χριστιανισμόν subauditam; ac deinde subintelligenda est vox τάξιν.

(54) Alias XI. Scripta circa finem anni 362.

Digitized by Google

enim id a nobis expetebatur. Nam uterque alteri, si alii quiquam, locupletes esse testes possumus, quam nobis cordi esset pedestris philosophia humique depressa. Verum hoc non fieri fortasse quidem præstitisset : aut quo alio verbo utar incertus sum, quandiu Spiritus sancti consilium exploratum non habuero. Quoniam autem factum est, ferre necesse est, ut mihi quidem videtur, ac præsertim ob tempus istud, quod multas adversum nos hæreticorum linguas excitat : nec aut spei eorum, qui nobis ministerium crediderunt, aut superiori vitæ nostræ dedecori esse.

A δάζετο. Ἀλλήλοις γάρ ἐσμεν, εἴπερ ἄλλοι τινὲς, ἀξιόπιστοι μάρτυρες τοῦ τὴν πεζὴν στέργειν φιλοσοφίαν (55) καὶ κάτω μένουσαν. Ἀλλὰ τοῦτο μὴ γενέσθαι μὲν ἴσως ἄμεινον ἦν· ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ φῶ, ἕως ἂν ἀγνοῶ (56) τὴν οἰκονομίαν τοῦ Πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ ἐγένετο, φέρειν ἀνάγκη, ὡς γοῦν ἐμοὶ καταφαίνεται, καὶ μάλιστα διὰ τὸν καιρὸν, πολλὰς ἡμῖν αἱρετικῶν ἐπεισάγοντα γλώσσας, καὶ μὴ καταισχύνειν μήτε τὰς τῶν πεπιστευκότων (57) ἐλπίδας, μήτε τὸν ἡμέτερον βίον.

9 IX. AMPHILOCHIO.

Θ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (58).

Ante annum 362, *quo ad sacerdotium evectus est Gregorius, epistolam ad Amphilochium, alias* CLIX, *scriptam non fuisse suadent hæc verba :* Horum, *qui sacrario ministrant,* est condiaconus noster Euthalius, *etc , quæ nisi superioris ordinis, vel certe ejusdem, virum non decent. Neque vero in sequentes annos hanc epistolam differre sinit epistolæ ipsius initium :* Bene structo thalamo columnas subjice, atque... a dextro initio nobis innotesce ; *quæ tum primum fori judiciis Amphilochium occupatum arguunt.*

Aureas, ut Pindari verbis utar, bene structo thalamo columnas subjice, atque in præsenti cura a dextro initio nobis innotesce ; ut etiam admirandum palatium exstruas, illustrem in ea te ipsum ostendens. Quanam autem ratione id testatum reddes ? si Deum ac res divinas honori habeas : quo quid majus ac sublimius esse ducis? Qui porro, et quibus rebus honorabis ? Una hac scilicet, si eorum, qui Deo astant, ac sacrario ministrant, commodis consulas. Horum e numero est condiaconus noster Euthalius, cui nescio quo pacto posteaquam ad sublimiorem gradum migravit, auri tributum imponere conantur ii, qui rerum administrationi præfecti sunt. Hoc, quæso, ne tibi ferendum videatur : verum et diacono et universo clero, ac præsertim nobis, quorum tibi cura est, manum porrige : alioqui certe unus omnium hominum miserrima conditione esset, si temporum humanitate, atque eo honore, qui sacri ordinis viris ab imperatoribus concessus est, minime frueretur ; sed contumelia et detrimento afficeretur, ac ideo fortasse quod viles sumus. Quod quidem bene feceris, si non patiaris : etiamsi alii non bene id velint.

B Χρυσέας ὑπόστησον εὐτειχεῖ θαλάμῳ (59) κίονας, κατὰ Πίνδαρον, καὶ ἀπὸ δεξιᾶς ἡμῖν γνωρίσθητι τῆς ἀρχῆς ἐν τῇ παρούσῃ φροντίδι· ὡς ἂν καὶ θεητὸν πήξαις μέγαρον, εὐδόκιμος ἐν αὐτῇ φανείς. Γνωρίσεις δὲ πῶς; τὸν Θεὸν (60) καὶ τὰ θεῖα τιμῶν· οὗ τί σοι μεῖζον καὶ ὑψηλότερον; τιμήσεις δὲ πῶς καὶ τίσιν; ἑνὶ τούτῳ, τῷ κήδεσθαι τῶν παρισταμένων Θεῷ, καὶ λειτουργῶν τοῦ βήματος. Τούτων εἷς ἐστι καὶ ὁ συνδιάκονος ἡμῶν Εὐθάλιος, ὃν, οὐκ οἶδ' ὅπως, εἰς μεῖζω τάξιν μεταχωρήσαντα, διαγράφειν ἐπιχειροῦσι χρυσὸν οἱ τῆς ἡγεμονικῆς τάξεως (61). Τοῦτο μὴ ἀνεκτὸν φανήτω σοι· καὶ χεῖρα δρεξον τῷ τε διακόνῳ καὶ τῷ κλήρῳ παντὶ, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἡμῖν, ὧν σοι μέλει (62)· ἢ δεινότατα ἂν πάθοι μόνος ἀνθρώπων, μὴ τυγχάνων τῆς τῶν καιρῶν φιλανθρωπίας, καὶ τῆς δεδομένης τοῖς ἱερατικοῖς παρὰ τῶν βασιλέων τιμῆς, ἀλλ' ὑβριζόμενος καὶ ζημιούμενος ἴσως διὰ τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν (63). Ὅ σοι καλῶς ἔχει μὴ συγχωρεῖν, κἂν μὴ καλῶς ἄλλοι βούλωνται.

X. CANDIDIANO.

Ι'. ΚΑΝΔΙΔΙΑΝΩ (64).

Gregorii ad Candidianum litteræ, imperante Juliano, scriptæ sunt anno 363. *Id plane persuadent hæc Theologi verba circa finem epistolæ Candidianum alloquentis :* Nam cum religione gentilis sis, ac præsenti imperatori eà quæ imperii sunt, præstes : non ita ipsi inservis, ut temporis adulatores. *Et paulo inferius :* Opto... ut ad nostras Deique partes aliquando te conferas, atque ab iis stes qui persecutionem patiuntur, non autem ab iis, qui eam inferunt. *Quibus verbis, certe Apostatæ et impii persecutoris declaratur imperium. Idcirco autem Candidiani præfecturam ad annum* 363 *differimus, quod, qui anno superiori præerat, cum Nazianzenum ecclesiam vi et armis invadere tentasset, tantas æquitatis ac justitiæ nomine laudes et encomia a Theologo non esset consecutus.*

Ubi nunc sophistæ? Quid tacent poetæ? Quos meliores sermones requirunt, aut quam splendi-

D Ποῦ νῦν οἱ σοφισταί; τί σιωπῶσιν οἱ περὶ τὴν ποίησιν; τίνας λόγους ἀμείνους ἐπιζητοῦσιν, ἢ τίνα

(55) *Τὴν πεζὴν στέργειν φιλοσοφίαν.* Pedestris philosophia humique depressa, nihil aliud est quam vita privata, nec ulla publici muneris administratione distracta.

(56) *Ἕως ἂν ἀγνοῶ.* Ita Reg. unus et Pass. Ed. ἕως γνῶ, quod Billius vertit, *quoadusque exploratum habuero.*

(57) *Τῶν πεπ.* Billius, *qui fidem nobis habuerunt.*

(58) Alias CLIX. Scripta circa annum 362.

(59) *Εὐτειχεῖ θαλάμῳ.* Ita Reg. unus, et ipse Pindarus, *Olymp.* od. VI, stroph. 1. Ed. male εὐτυχεῖ, *felici.*

(60) *Τὸν Θεόν.* Ita Reg. unus. In ed. deest τόν.

(61) *Διαγράφειν ἐπιχειροῦσι χρυσὸν οἱ τῆς ἡγεμονικῆς τάξεως.* Male vertit Billius, *expungere ac dignitate abdicare conantur ii qui rei militari præfecti sunt :* non enim ad rei militari præfectos, sed ad episcopum pertinuisset, aliquem e clero expungere ac dignitate ecclesiastica abdicare. Agitur hic de præstatione tributi in bellicos sumptus indicti.

(62) *Ὧν σοι μέλει.* Ita legimus. Ed. male οἷς σοι μέλει. Mox δεινότατα. Ita Reg. unus et Pass. Ed. minus bene δεινότητα.

(63) *Διὰ τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν.* Ita Reg. duo. In ed. deest εὐτέλειαν. Billius in versione supplevit φιλίαν, ita vertens : *et quidem fortasse ob eam quæ mihi cum eo est, amicitiam.*

(64) Alias CXCIV. Scripta anno 363.

Digitized by Google

λαμπροτέραν ὑπόθεσιν; νῦν ἔδει, πᾶσαν μὲν ἐπὶ σοὶ κινηθῆναι γλῶσσαν μουσικήν τε καὶ ἐναρμόνιον, πᾶσαν δὲ ὑψηλόν τι καὶ διαπρύσιον ἠχῆσαι ῥητορικήν· οὐ ταύτῃ μόνον ὅτι χρέος ἁπάντων χρεῶν δικαιότατον, ἄρχοντα δεξιὸν ἀνυμνεῖσθαι τοῖς λόγοις· ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν ἐν ἀμφοτέροις ἄκρον ἀμφοτέροις κοσμεῖν οἰκειότατον. Καὶ εἰ μὴ πρὸ καιροῦ τοὺς λόγους ἀνέπαυσα (νῦν γὰρ δὴ τοῦτο αἰσθάνομαι), καὶ ἐβουλευσάμην, ἔφη τις, ταχύτερα, ἢ σοφώτερα, τὸ μὴ πανηγυρίζειν, μηδὲ φοιτᾷν εἰς μέσους φιλοσοφήσας, ὡς τάχα ἂν καὶ τὰς Τυῤῥηνικὰς ὑπερεφώνησα σάλπιγγας (65) (ἐρῶ γὰρ, μηδὲν τὸν τραχὺν τοῦ Μώμου λίθον εὐλαβηθείς, κατὰ Πίνδαρον [66]), εἰ μὴ τῆς σιωπῆς ἀωρίαν κατεψηφισάμην (67). Νυνὶ δὲ ὃ πέπονθα ἐπὶ σοὶ, ὁποῖόν τι τοὐμὸν χρῆμα, τάχα ἂν γνοίης ἀπ' εἰκόνος τινός. Κόπτω μὲν οἷον (68) τοὔδαφος τοῖς ποσὶ, κατὰ τοὺς θερμοτάτους τῶν ἵππων, καὶ διεσθίω τὰ χαλινὰ, καὶ τὸ οὖς διανίστημι, πνέω τε θυμὸν ἐκ μυκτήρων, καὶ βλέπω δριμὺ καὶ ἀφρῷ βάλλομαι (69)· μένω δὲ ὅμως εἴσω κιγκλίδος (70), οὐκ ἐφιέντος (71) μοι τοῦ νόμου τὸν δρόμον.

A diorem materiam? Nunc et linguam omnem musicam et modulatam tua causa moveri, et omnem dicendi facultatem altum quiddam et clarum tinnire oportebat : non hoc tantum nomine, quod debitum omnium debitorum justissimum est, præsidem dextrum atque commodum oratione concelebrare; sed hoc etiam, quod eum, qui summam utriusque scientiam **10** obtinet, utroque exornare maxime convenit. Et nisi præmature studio eloquentiæ finem imposuissem (nunc enim hoc sentio,) atque, ut cujusdam verbis utar, celerius quam sapientius consilium cepissem, hoc scilicet summo studio secutus, ut ne declamatorem agerem, nec in medios hominum cœtus me conferrem; fortasse Tyrrhenicas quoque tubas cantu superassem (di-
B cam enim, asperum Momi lapidem, ut cum Pindaro loquar, nihil veritus), nisi intempestivum tempus silentio mulctassem. Nunc quod tua causa mihi accidit, et cujusmodi sit res mea, per imaginem quamdam fortasse intelliges. Ego enim ferocissimorum equorum in morem pedibus quidem solum ferio, ac frenum exedo, et aures erigo, atque furorem e naribus spiro, acremque vultum præfero, ac spuma conspergor; nihilominus tamen intra cancellos maneo, lege nimirum currendi potestatem mihi minime faciente.

Τί οὖν; ἐπειδὴ ταῦτα δοκεῖ (72), τί δράσομεν; Ἢ παντάπασι καταβαλοῦμεν τοὺς λόγους, καὶ σιωπῇ τὰ σὰ θαυμασόμεθα, παρέντες ἑτέροις τὴν εὐφημίαν; Οὐ μὲν οὖν. Ἀλλ' ἄλλοι μὲν τἄλλα τῶν σῶν εὐφημούντων, ὅτι ἂν ἕκαστος βούληταί τε καὶ δύνηται.
C Πάντως δὲ πολλοῖς ἀρκέσεις λόγοις καὶ πανηγύρεσιν, ἐὰν μέρος ἕκαστος τῶν σῶν ἀπολαβὼν εὐφημῇ· οἱ μὲν, τὴν διοίκησιν τῶν κοινῶν, καὶ τὸ ἐν τούτοις εὐσύνετόν τε ὁμοῦ καὶ φιλόπονον· (τίς γὰρ ἢ εὑρετὴς (73) τοῦ δέοντος κορυμώτερος, ἢ ἐπιτελέσαι τὸ εὑρεθὲν ἐνεργέστερος;) οἱ δὲ τῆς δίκης τὰ τάλαντα, καὶ ὡς ὑπὸ λαμπρῷ τῷ φωτὶ διακρίνεις τὰς ἔριδας, ὑψηλὸς ὑψηλῶς ἐμπομπεύων (74) τῇ θέμιδι. Τὸ δὲ σὸν ξίφος, φοβερὸν μὲν, ὡς πλῆξον· ὡς δὲ οὐ πλῆσσον, ἀνάθημα. Κρατεῖς γὰρ οὐ τῷ (75) κολάζειν ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ τῷ σπουδάζειν ὅπως οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἁμαρτήσονται· καὶ τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας πλέον, ἢ τῆς τῶν ἄλλων δυναστείας, ὧν
D ἡ θρασύτης τὸ ἔννομον. Ἄλλοι θαυμαζέτωσαν τοῦ λόγου τὸ κράτος· εἰ δὲ βούλει, λόγου πᾶν εἶδος, ὅσον τε εἰς κρίσιν ἥκει τῶν λεγομένων, καὶ ὅσον εἰς τὴν

Quid igitur? quoniam ita placet, quid faciemus? An omnino sermones abjiciemus, tacitique tuas virtutes admirabimur, laudationis munere aliis relicto? Minime profecto. Verum alii sane, prout cujusque voluntas aut facultas tulerit, alias virtutum tuarum partes laudibus evehant Omnino autem multis sermonibus atque concionibus sufferis, si quisque partem tuarum laudum celebrandam assumat : alii nimirum publicorum negotiorum administrationem, atque in his ingenii acumen simul et industriam; (quis enim est, qui aut id, quod in rem futurum sit, ingeniosius et acutius inveniat, aut, quod inventum est, majore diligentia et industria exsequatur?) alii justitiæ lances, et quo pacto velut sub clara luce controversias disceptas, sublimis, sublimi pompa justitiam ostentans. Tuus autem gladius terrorem quidem affert, tanquam percussurus : tanquam autem non percutiens, votivum donum est. Potestatem enim habes, non ut in peccantes animadvertas, sed ut serio agens ne omnino peccent; et quia omnes tuæ

(65) *Τυῤῥηνικὰς... σάλπιγγας.* Tyrrhenæ dicuntur tubæ, quia ipsas Tyrrheni invenisse narrantur.

(66) *Κατὰ Πίνδαρον.* Apud Pindarum, *Olymp.*, od. VIII, vers. 73, ita legitur : Μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος, *ne ferial me lapide aspero invidia.* Pro φθόνος, Gregorius Μώμον adhibuit, qui Momus a poetis deus fingitur. Hujus naturæ proprium esse ferunt, ipsum quidem nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari; et si quid est omissum aut perperam factum, id liberius reprehendere; unde nomen accepit; nam μῶμος Græce significat *reprehensionem.*

(67) *Εἰ μὴ τῆς σιωπῆς ἀωρίαν κατεψηφισάμην.* Male vertit Billius, *nisi effetus meas vires silentio mulctassem.* Non enim Gregorius agit de effetis viribus suis, sed de Juliani Apostatæ tempore ad loquendum minus idoneo

(68) *Κόπτω μὲν οἷον.* Ita Reg. unus, et ed. ad marg. Male in textu κόπτων μὲν οὖν οἷον.

(69) *Ἀφρῷ βάλλομαι.* Billius, *spuma impellor.*

(70) *Κιγκλίδος.* Ita Regg. duo, et ed. ad marg. Male in textu κιγκλίδος.

(71) *Οὐκ ἐφιέντος.* Ita Reg. unus. Ed. minus bene οὐκ ἀφιέντος.

(72) *Ταῦτα δοκεῖ.* Ita Regg. duo. Ed. ταύτῃ δοκεῖ.

(73) *Ἡ εὑρετής.* Ita Regg. plures. In ed. deest ἡ.

(74) *Ἐμπομπεύων.* Ita Reg. unus, et ed. ad marg. Male in textu ἐμποπεύων. Mox τὸ δὲ σὸν ξίφος. Ita Reg. unus, et ed. ad marg. Male in textu τὸ δέ σοι ξίφος.

(75) *Οὐ τῷ.* Ita Reg. unus, et ed. ad marg. Male in textu αὐτῷ.

Digitized by Google

potius menti cedunt, quam aliorum, quibus audacia pro lege est, auctoritati ac potentiæ. Alii rursum eruditionis 11 vim admirentur; vel si mavis, eruditionis genus omne, tam quod ad eorum, quæ dicuntur, censuram ac judicium attinet, quam quod ad dicendi facultatem. Idem enim ipse judicium de sermonibus ferre potes, et majorem etiam in dicendo vim obtines : ita ut alterum aureum illius calculum referat, aut Homericam illam amussim, sub qua equorum Eumelii æqualitatem censeri ac perpendi contigit; alterum autem nimbos hiemales superet. Pari enim cum laude, nunc certaminis arbitrum agis, ac prius ipse certabas. Alii firmitatem lenitate temperatam laudibus efferant, suavitatemque nihil abjectum habentem, cujusmodi scilicet sunt leonum saltus. Alii viribus pollens, et honore præditum aurum, una cum magnificis nominibus contemptum, atque in effusam fugam a justitia tua conversum : res sane una ex omnibus auditione ac fide sublimior. Quin poeta quoque quispiam atque arte liberior et solutior, agricolarum choro coacto, rusticum carmen accinat, demessaque matura spica, quam jucundissimam corollam nectat, vitibusque hedera et uvis intertextis caput cingat. Agriculturæ nimirum hæc festiva sacra sunt, tuo beneficio rursum ad homines allatæ. Rupes etiam lac fundant, et fontes mel; ac planta omnis, tam culta, quam agrestis, mitibus fructibus redundet : cujusmodi scilicet poetarum figmenta sunt, cum terram benignitate aliqua utentem inducunt. Hæc, inquam, ut dixi, alii sane dicant et effingant. Etenim omne id, quod quemque proprie attingit non solum premit, ut Lyrico videtur, sed etiam quam maxime oblectare solet.

Ego autem, quod in tuis virtutibus singularem in modum admiror atque amplector, hoc dicam; nimirum quod temporis difficultate ac molestia sublimiorem te præbeas. Nam cum religione gentilis sis, ac præsenti imperatori ea quæ sunt imperii præstes : non tamen ita ipsi inservis, ut temporis adulatores, sed ut ii, qui probitatis et honestatis amici sunt, altaque et excelsa mente præditi : atque ita adulatorum servile obsequium abhorres, patriæ autem benevolentiam servas, immortalemque in re mortali gloriam consequeris. Quin illud etiam in tuarum laudum numero ponendum est, quod in tanta 12 imperii amplitudine, amicitiæ quoque aliquid reverentiæ tribuis; ac tibi a tot

A τοῦ λέγειν δυναμιν. Ὁ γὰρ αὐτὸς κρίνειν τε ἱκανὸς λόγον (76), καὶ εἰπεῖν δυνατώτερος· ὡς τὸ μὲν αὐτοῦ (77) καὶ τὴν χρυσῆν εἰκάζεσθαι ψῆφον, ἢ τὴν Ὁμηρικὴν στάθμην ἐκείνην (78), ὑφ' ἧ κρίνεσθαι συμβαίνει τὴν τῶν Εὐμηλείων ἵππων ἰσότητα· τὸ δὲ ὑπὲρ τὰς χειμερίους εἶναι νιφάδας· ἀγωνοθετοῦντά τε ὁμοίως νῦν, καὶ ἀγωνιζόμενον πρότερον. Ἄλλοι τὸ στερρὸν (79) ἐπαινείτωσαν τῷ πράῳ συγκεκραμένον, καὶ τὸ (80) ἐν τῷ μειλιχίῳ μὴ συμπεπτωκὸς, οἷα τὰ τῶν λεόντων σκιρτήματα. Ἄλλοι τὸν εὐρυσθενῆ χρυσὸν καὶ τιμήεντα, μετὰ τῶν σεμνῶν ὀνομάτων ἀτιμασθέντα, καὶ προτροπάδην εἴξαντα δίκῃ τῇ σῇ· πρᾶγμα μόνον δὴ πάντων καὶ ἀκοῆς καὶ πίστεως ὑψηλότερον. Ποιητικὸς δέ τις ἀνὴρ καὶ τὴν τέχνην ἄφετος καὶ αὐτόνομος, καὶ μέλος ἀγροικὸν προσ-
B ᾳδέτω σοι (81), γηπόνων χορὸν στησάμενος, καὶ ἀμησάμενος στάχυν ὡραῖον, πλεκέτω στέφανον ὅτι ἥδιστον, ἡμερίδας τε περὶ κεφαλῆς ἐγειρέτω (82) κισσῷ διαπλόκους καὶ βότρυσι. Γεωργίας ταῦτα θαλύσια, διὰ σοῦ πάλιν ἀνθρώποις ἐπενεχθούσης (83)· πέτραι τε γάλα ναόντων, καὶ μέλι κρῆναι, καὶ φυτὸν (84) ἅπαν ἡμέροις κομάτω καρποῖς, σύντροφόν τε ὁμοίως καὶ δρειον (85)· οἷα τὰ τῶν ποιητῶν πλάσματα, ὅταν τινὰ ποιῶσι χαριζομένην τὴν γῆν. Ταῦτα μὲν, ὅπερ ἔφην, λεγόντων τε καὶ πλαττόντων ἕτεροι. Τὸ γὰρ οἰκεῖον ἅπαν, οὐ πιέζει μόνον, ὡς τῇ λύρᾳ δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ εὐφραίνειν μάλιστα πέφυκεν.

C Ἐγὼ δὲ ὃ διαφερόντως τῶν σῶν ἄγαμαί τε καὶ ἀσπάζομαι, τοῦτο ἐρῶ· ὅτι τῆς τοῦ καιροῦ δυσκολίας κρείττονα σεαυτὸν παρέχεις. Ἕλλην μὲν ὢν τὴν θρησκείαν, καὶ τῷ παρόντι κράτει τὰ τοῦ κράτους ὑπηρετούμενος· ὑπηρετούμενος δὲ (86), οὐχ ὅσα οἱ τοῦ καιροῦ κόλακες, ἀλλ' ὅσα οἱ τοῦ καλοῦ φίλοι, καὶ μεγαλόφρονες· καὶ τῶν μὲν τὴν θεραπείαν ἀφοσιούμενος (87), τηρῶν δὲ τῇ πατρίδι τὴν εὔνοιαν, καὶ ἀθάνατον ἐν θνητῷ πράγματι τὴν δόξαν καρπούμενος. Κἀκεῖνο δέ σου τῶν ἐπαινετῶν, ὅτι καὶ φιλίᾳ τι νέμεις αἰδοῦς ἐν τοσούτῳ τῆς ἀρχῆς ὄγκῳ· καὶ σχολὴν ἄγεις ἀπὸ τοσούτων ὧν πράττεις, μὴ μεμνῆσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τιμᾷν διὰ γραμμάτων τοὺς φίλους, καὶ
D τὸν πόθον ὁμολογεῖν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔλκειν ἀπόν-

76) *Κρίνειν τε ἱκανὸς λόγον.* Male vertit Billius, *judicium de rationibus ferre potes.*

(77) *Τὸ μὲν αὐτοῦ.* Ita Regg. duo. In ed. deest αὐτοῦ.

(78) *Στάθμην ἐκείνην.* Ita Reg. unus. In ed. deest ἐκείνην. De Eumelii equis velut ad perpendiculum tergo similibus vide Homerum, *Iliad.* B, v. 765.

(79) *Ἄλλοι τὸ στερρόν.* Ita Regg. plures. Ed. male ἄλλοι δὲ τὸ αὐστηρόν, quod Billius vertit, *alii item severitatem.*

(80) *Καὶ τό.* Ita Regg. plures, et ed. ad marg. Male in textu καὶ τῷ.

(81) *Ἀγροικὸν προσᾳδέτω σοι.* Ita Regg. plures. Ed. male ἀγρικὸν προσᾳδέτωσαν, sed ad marginem habent προσᾳδέτω σοι.

(82) *Περὶ κεφαλῆς ἐγειρέτω.* Reg. unus ὑπὲρ κεφαλῆς ἀγειρέσω, *super caput congreget.*

(83) *Ἐπενεχθούσης.* Regii plures ἐπανελθούσης, *reversæ.*

(84) *Καὶ φυτόν.* Ita Regg. quatuor, et ed. ad marg. Male in textu, καί φησιν.

(85) *Καὶ δρειον.* Ita Regg. tres. Ed. male in textu ὥριμον, male etiam ad marg. ὥριον.

(86) *Τὰ τοῦ κράτους ὑπηρετούμενος· ὑπηρετούμενος δέ.* Ita Regg. plures. In ed. deest prius ὑπηρετούμενος.

(87) *Τῶν μὲν τὴν θεραπείαν ἀφοσιούμενος.* Male vertit Billius, *imperatori quidam defunctorie obsequeris;* non enim istud viro laudi cederet.

Digitized by Google

τας (88). Ἀνθ' ὧν ἐπεύχομαί σοι, τῶν μὲν εἰς εὐδοξίαν (89) μεῖζον οὐδὲν (κἂν γὰρ προσθήκην ἡ ἀρχὴ λάβῃ, τήν γε ἀρετὴν λαβεῖν οὐκ ἔνεστιν), ἓν δὲ ἀντὶ πάντων καὶ μέγιστον, γενέσθαι μεθ' ἡμῶν ποτε καὶ Θεοῦ, καὶ τῆς τῶν διωκομένων εἶναι μερίδος, καὶ μὴ τῆς τῶν διωκόντων· ἐπειδὴ τὸ μὲν καιροῦ φορᾷ παρασύρεται, τὸ δὲ ἀθάνατον ἔχει τὴν σωτηρίαν. A tantisque rebus, quas geris, hoc otii superest, ut non modo amicorum memineris, sed etiam eos per litteras honore afficias, amoremque ac desiderium confitearis, absentesque ad te pertrahas. Pro quibus omnibus rebus hoc tibi opto, non ut ad gloriam cumulus aliquis accedat (quamvis enim incrementum accipiat imperium, tamen ad virtutem nihil addi potest), verum pro omnibus id unum ac maximum, ut ad nostras Deique partes aliquando te conferas, atque ab iis stes, qui persecutionem patiuntur, non autem ab iis, qui eam inferunt: quandoquidem hoc quidem temporis cursu distrahitur, illud autem immortalem salutem habet.

ΙΑ'. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΝΥΣΣΗΣ (90).

XI. GREGORIO NYSSENO.

Eodem circiter tempore scripta videtur epistola ad Gregorium, Basilii fratrem, quem acriter reprehendit, eo quod abjectis sacris libris, quos plebi in ecclesia lectitare solebat, ad rhetoricam profitendam, non sine piorum offensione, se contulisset.

Ἔχω τι δεξιὸν ἐν τῇ φύσει (μεγαλαυχήσομαι γὰρ ἓν τι τῶν πολλῶν καὶ αὐτός)· ὁμοίως ἐμαυτῷ τε δυσχεραίνω βουλευομένῳ κακῶς, καὶ τοῖς φίλοις. Ἐπειδὴ τοίνυν φίλοι πάντες ἀλλήλων καὶ συγγενεῖς οἱ κατὰ Θεὸν ζῶντες, καὶ τῷ αὐτῷ Εὐαγγελίῳ στοιχοῦντες, τί οὐκ ἀκούεις (91) παρ' ἡμῶν μετὰ παῤῥησίας, ἃ πάντες ὑποψιθυρίζουσιν; Οὐκ ἐπαινοῦσί σου τὴν ἄδοξον εὐδοξίαν, ἵν' εἴπω τι κἀγὼ καθ' ὑμᾶς (92), καὶ τὴν κατὰ μικρὸν (93) ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπὴν, καὶ τὴν κακίστην δαιμόνων, ἣν φησιν Εὐριπίδης (94), φιλοτιμίαν. Τί γὰρ παθὼν, ὦ σοφώτατε, καὶ τί σεαυτὸν καταγνοὺς, τὰς μὲν ἱερὰς καὶ ποτίμους βίβλους ἀπέῤῥιψας, ἃς ὑπανεγίνωσκές ποτε τῷ λαῷ (μὴ γὰρ αἰσχυνθῇς (95) ἀκούων), ἢ ὑπὲρ καπνοῦ τέθεικας, ὡς τὰ πηδάλια (96) χειμῶνος ὥρᾳ καὶ τὰς σκαπάνας, τὰς δὲ ἁλμυρὰς καὶ ἀπότους μετεχειρίσω, καὶ ῥήτωρ ἀκούειν μᾶλλον, ἢ Χριστιανὸς ἠθέλησας; Ἡμεῖς δὲ τοῦτο μᾶλλον, ἥπερ ἐκεῖνο, καὶ πᾶσα τῷ Θεῷ χάρις. Μὴ σύ γε, ὦ ἄριστε, μὴ ἐπὶ πολὺ (97) τοῦτο πάθῃς, ἀλλ' ἔκνηψον ὀψὲ γοῦν, καὶ πρὸς σεαυτὸν ἐπάνελθε, καὶ ἀπολόγησαι μὲν πιστοῖς, ἀπολόγησαι δὲ Θεῷ, καὶ θυσιαστηρίοις, καὶ μυστηρίοις, ἀφ' ὧν ἐμάκρυνας. B Inest mihi natura dextrum aliquid (liceat enim mihi unum quid ex multis de me arrogantius prædicare): peræque et mihi malum consilium ineunti succenseo, et amicis. Quoniam itaque omnes, qui secundum Deum vivunt, atque eodem Evangelii tramite incedunt, amicitia et cognationis jure inter se devincti sunt, quid non a nobis libere audias, quæ omnes submurmurant? Ingloriam tuam gloriam, ut et ego quidquam more vestro loquar, minime laudant, tacitamque in deterius prolapsionem, ac dæmonum pessimam, ut ait Euripides, ambitionem. Quid enim tibi accidit, vir sapientissime, quidque tibi in teipso displicuit, ut sacris illis suavissimisque libris, quos quondam populo lectitabas (non enim hæc audiens erubescas), calcatis atque projectis, aut etiam ad fumum suspensis, non secus atque navium gubernaculis et ligonibus hiemis tempore, salsos et amarulentos in manus sumpseris, ac rhetor vocari, quam Christianus malueris? Nos contra hoc potius, quam illud, eoque nomine maximam Deo gratiam habeo. Nequaquam quæso, o optime, ne diutius animo ita affectus sis; verum, serius quidem, sed tamen, aliquando resipisce, atque ad te redi, teque et piis hominibus fideque præditis purga, et Deo, atque altaribus, et mysteriis, a quibus te procul submovisti. C

Καὶ μή μοι τὰ κομψὰ ταῦτα καὶ ῥητορικὰ ῥήματα εἴπῃς· — Τί δέ; οὐκ ἐχριστιάνιζον ῥητορεύων; οὔτε δὲ ἥμην πιστὸς ἐν τοῖς μειρακίσκοις στρεφόμενος; — καὶ ἴσως ἐπιμαρτυρῇ Θεόν. Οὐδαμῶς, ὦ θαυμάσιε, οὔκουν ὅσον εἰκὸς, εἰ καὶ μέρος τι δοίημεν. Ποῦ δὲ τὸ πλήσσειν ἄλλους ἐξ ὧν νῦν πράττεις, φυσικῶς πρὸς τὸ κακὸν ὄντας ἑτοιμοτέρους, καὶ τὰ χείρω διδόναι περὶ σοῦ καὶ ὑπονοεῖν (98) καὶ λέγειν; Ἔστω **13** Ac ne mihi scita hæc et rhetorica proferas: — Quid vero? annon Christianus eram, cum eloquentiæ artem profiterer? annon pius ac fidelis, cum inter adolescentulos versarer? — ac fortasse etiam Dei fidem implorabis. Minime, vir eximie, saltem quantum par erat, etiamsi partem aliquam concedamus. Ubi autem illud ponemus, quod ex his, quæ nunc facis, alios offendis, hoc est, eos, D

(88) *Ἀπόντας.* Ita Reg. unus. Ed. male ἅπαντας, *omnes.*

(89) *Εὐδοξίαν.* Ita Regg. plures. Ed. minus bene εὐδοκιμίαν, *existimationem.*

(90) Alias XLIII. Circa idem tempus.

(91) *Τί οὐκ ἀκούεις.* Ita Regg. duo. Ed. male τί οὐκ ἀκούουσι, *quid non audiunt?*

(92) *Ἵν' εἴπω τι κἀγὼ καθ' ὑμᾶς.* Ita Reg. unus. In ed. deest τι κἀγώ.

(93) *Κατὰ μικρόν, paululum.* Mox, ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπήν. Ita Regg. duo. Ed. minus bene κλοπήν, *subductionem.*

(94) *Ἣν φησιν Εὐριπίδης.* Apud Euripidem, Jocasta Eteoclem filium alloquens, πλεονεξίαν, *avaritiam*, vocat δαιμόνων κακίστην, *dæmonum pessimam.* Quod autem ille avaritiæ, hoc ambitioni tribuit Gregorius. Billius.

(95) *Αἰσχυνθῇς.* Ita Reg. unus. Ed. male αἰσχυνθείς.

(96) *Ὡς τὰ πηδάλια.* Alludit ad illud Hesiodi, in poemate cui titulus est, *Opera et dies*: Πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι· *Clavum vero bene fabrefactum super fumum suspendito.*

(97) *Ὦ ἄριστε, μὴ ἐπὶ πολύ.* Ita Regg. duo. Ed. male ὦ ἄριστε, ἦν ὅτε, μὴ ἐπὶ πολύ, quod Billius vertit, *o quondam optime, ne diutius.*

(98) *Περὶ σοῦ καὶ ὑπονοεῖν.* Ita Reg. unus. Ed. male περὶ τοῦ ὑπονοεῖν

Digitized by Google

qui natura ad malum procliviores sunt, atque occasionem iis præbes de te sinistre partim suspicandi, partim loquendi? Falso sane et inique id faciunt: quid tamen necesse est hanc illis occasionem suppeditari? Neque enim sibi ipsi quis tantum vivit, sed et proximo: nec sibi ipsi fidem facere satis est, nisi aliis quoque fides fiat. An tu aut pugnis in publico cœtu decertans, aut etiam in theatris colaphum in malam accipiens vicissim atque impingens, aut denique turpiter et fœde te ipsum inflectens atque contorquens, postea te animo sobrium esse diceres? Sobrii hominis non est hæc cogitatio. Levis animi est, hæc ita suscipere. Ac si quidem meliorem mentem indueris, gaudebo, ut Pythagoricus quispiam philosophus dicebat, cum prolapsi sodalis vicem lugeret: sin minus, ille quidem scripsit: Mihi mortuus es; ego autem in gratiam tuam nondum hoc dicam. Nam ille ex amico hostis factus est, sed amicus tamen, ut ait tragicus. Verum acerbe feram (sic enim moderatius loquar), si nec ipse quid officii sit perspicias, quod primæ bonorum hominum classis est, nec alium recte monentem sequaris, quod secundi ordinis est. Habes admonitionem nostram. Ac mihi, quæso, ignosce, propter amicitiam dolenti, atque æque et tua et totius sacerdotalis ordinis, addam autem et omnium Christianorum, causa inflammato. Quod si etiam tecum, vel pro te orandum est, Deus infirmitati tuæ opem ferat, qui mortuos quoque ad vitam revocat.

A ψεῦδος· ἀλλὰ τίς ἡ ἀναγκη; Οὐ γὰρ ἑαυτῷ ζῇ τις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πλησίον· οὐδὲ ἀρκεῖ τὸ πείθειν σεαυτὸν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους. Ἢ καὶ πυκτεύων σύ γε ἐν τῷ κοινῷ, ἢ καὶ παιόμενος ἐπὶ κόρρης καὶ παίων ἐν τοῖς θεάτροις, ἢ καὶ τὰ αἰσχρὰ λυγιζόμενος καὶ καμπτόμενος, εἶπες ἂν ὡς κατὰ ψυχὴν ἐσωφρόνεις; Οὐ σωφρονοῦντος ὁ λογισμός. Κοῦφον τὸ ταῦτα δέχεσθαι. Εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιο, ἀλλὰ νῦν χαιρήσομαι, τῶν Πυθαγορικῶν ἔφη τις φιλοσόφων, ἑταῖρον ἐκπεπτωκότα θρηνῶν· εἰ δὲ μὴ, ἐκεῖνος μὲν ἔγραψε, Τέθνηκάς μοι· ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐρῶ σὴν χάριν ἔτι. Φίλος γὰρ ὢν, ἐχθρὸς ἐγένετο, ἀλλ' ὅμως φίλος, ἡ τραγῳδία φησίν. Ἀνιάσομαι δὲ, τοῦτο γὰρ εἰπεῖν μέτριον, εἰ μήτε αὐτὸς συνορᾷς τὸ δέον, ὃ τῆς πρώτης ἐστὶ τῶν ἐπαινετῶν μερίδος· μήτε ἄλλῳ εὖ B εἰπόντι κατακολουθήσεις, ὃ τῆς δευτέρας (99). Τοσαῦτα τὰ τῆς παραινέσεως. Καί μοι σύγγνωθι διὰ φιλίαν ἀλγοῦντι, καὶ ὁμοίως ὑπέρ τε σοῦ, καὶ τοῦ ἱερατικοῦ παντὸς τάγματος φλεγομένῳ, προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ πάντων Χριστιανῶν. Εἰ δὲ δεῖ καὶ συνεύξασθαι ἢ ὑπερεύξασθαι, Θεὸς βοηθείη σου τῇ ἀσθενείᾳ, ὁ καὶ τεθνηκότας ζωοποιῶν.

XII. NICOBULO.

IB'. ΝΙΚΟΒΟΥΛΩ (1).

Nicobulus, ad quem scripta est epistola XII, *Alypianam, filiam Gorgoniæ, quæ Gregorii nostri soror erat, uxorem duxerat. Sub initia hujus conjugii, cum, nondum assuetis conjugibus, vel joci, vel rixæ solent exsistere, datas esse has litteras non male omnino conjicias, anno circiter* 365: *quo pariter anno datam ad Amphilochium pro Nicobulo epistolam* XIII, *cum nondum foro Amphilochius valedixisset, arbitratur Tillemontius.*

Alypianam apud nos cavillis incessis, ut parvam, ac tua proceritate indignam, o gigantee, et vaste, ac portentose, tum forma, tum robore. Etenim nunc intellexi animum mensuræ subjici, et virtutem expendi, ac rupes margaritis præstantiores **14** esse, corvosque luscinias augustiores. Tu vero magnitudine tua et cubitis fruere, nec Aloydis illis ullo modo inferiorem te præbe. Equum enim ducis, et hastam vibras, et feræ tibi curæ sunt. Ipsa autem nil operis patrat: nec magni roboris est radium ferre, et colum tenere, ac telæ assidere: id enim feminarum decus est. Quod si hoc quoque adjicias, eam orationis causa humo affixam esse, ac per ingentes mentis agitationes perpe-

C Σκώπτεις τὴν Ἀλυπιανὴν ἡμῖν, ὡς μικρὰν, καὶ τῆς σῆς μεγαλειότητος ἀναξίαν, ὦ μακρὲ σὺ, καὶ ἀμέτρητε (2), καὶ πελώριε, τό τε εἶδος καὶ τὴν ἀλκήν. Νῦν γὰρ ἔγνων (3) ὅτι ψυχὴ μετρεῖται, καὶ ἀρετὴ ταλαντεύεται, καὶ τιμιώτεραι τῶν μαργάρων αἱ πέτραι, καὶ κόρακες ἀηδόνων αἰδεσιμώτεροι. Σὺ μὲν οὖν ἀπόλαυε (4) τοῦ μεγέθους καὶ τῶν πηχῶν, καὶ μηδὲν λείπου τῶν Ἀλωάδων ἐκείνων (5). Ἵππον γὰρ ἄγεις, καὶ τινάσσεις αἰχμὴν, καὶ θῆρές σοι μέλουσι. Τῇ δὲ οὐδὲν ἔργον, οὐδὲ πολλῆς τῆς ἰσχύος κερκίδα φέρειν, καὶ ἠλακάτην μεταχειρίζεσθαι, καὶ ἱστῷ προσκαθέζεσθαι. Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γυναικῶν (6). Εἰ δὲ καὶ τοῦτο προσθείης, ὅτι τῇ γῇ προσπέφυκε (7) δι' εὐχὴν, καὶ Θεῷ σύνεστιν ἀεὶ τοῖς με-

(99) *Ὁ τῆς πρώτης... μερίδος... ὃ τῆς δευτέρας.* Male vertit Billius, *quæ prima classis est..., qui secundus ordo est.* Hesiodus, in poemate, cui titulus est, *Opera et dies*, optimos eos esse censet, qui per seipsos quid facto opus sit perspiciunt; bonos item eos qui recte monentibus obtemperant; qui autem nec sibi ipsis consulere sciunt, nec recte consulentes audiunt, eos esse prorsus inutiles.

(1) Alias CLV. Scripta anno 365.

(2) *Καὶ ἀμέτρητε.* Ita Regg. duo, et ed. ad marginem. Male in textu καὶ ἀμύθητε.

(3) *Νῦν γὰρ ἔγνων.* Ita Reg. unus. In ed. deest γάρ.

(4) *Ἀπόλαυε.* Ita Regg. tres, et ed. ad marginem. Male in textu ἀπόλαβε.

D (5) *Καὶ μηδὲν λείπου τῶν Ἀλωάδων ἐκείνων.* Aloidæ sunt Otus et Ephialtes, quos ex Neptuno peperit Iphimedia, uxor gigantis Aloei, Terræ ac Titanis filii. Hos nono ipso ætatis anno novem cubitis latos et novem ulnis altos facit Homerus, *Odyss.* XI. Gigantibus contra superos bellum parantibus, cum ad illud accedere non posset senior Aloeus, misit Otum et Ephialtem, qui Apollinis et Dianæ telis confixi perierunt, antequam ad pubertatem pervenissent.

(6) *Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γυναικῶν.* Hæc verba sunt hemistichium ab ipso Gregorio adhibitum in poemate adversus mulieres sese nimis ornantes.

(7) *Προσπέφυκε.* Ita Regg. duo. Ed. minus bene προσκέκυφε, quod Billius vertit, *humi curvam esse.*

Digitized by Google

γάλοις τοῦ νοῦ κινήμασι, τί σοι ἐνταῦθα τὸ ὕψος, ἢ τὰ μέτρα τοῦ σώματος; Ἴδε καίριον σιωπὴν, φθεγγομένης ἄκουσον· τὸ ἀκαλλώπιστον κατανόησον, τὸ ὡς γυναιξὶν ἀνδρικὸν, τὴν οἰκωφέλειαν, τὴν φιλανδρίαν. Καὶ τότε φήσεις τὸ τοῦ Λάκωνος· Οὕτως οὐ μετρεῖται ψυχὴ, καὶ δεῖ τὸν ἐκτὸς ἐόντα, πρὸς τὸν ἐντὸς βλέπειν ἄνθρωπον. Ἂν οὕτω ταῦτα σκοπῇς, παύσῃ τοῦ παίζειν, καὶ καταπαίζειν αὐτῆς ὡς μικρᾶς, καὶ σαυτοῦ μακαρίσεις τὴν συζυγίαν.

A tuam cum Deo consuetudinem habere, quid hic de tua sublimitate, corporisque mensura te jactabis? Vide tempestivum silentium : loquentem audi : quam incompta sit, animadverte : quam, ut femina, fortis ac strenua : quas rei domesticæ utilitates afferat : quam viri amans sit. Ac tum illud Laconis dices : Certe animus in mensuram minime cadit, atque externum hominem oculos in internum conjectos habere oportet. Si hæc ad hunc modum consideres, jocari desines, eamque ut parvam deridere : tuumque conjugium felix judicabis.

ΙΓ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (8).

XIII. AMPHILOCHIO.

Ab Amphilochio petit ut Nicobuli in rerum tumultibus versantis patrocinium suscipiat.

Ἐπαινῶ τὸ Θεόγνιδος, ὃς τὴν μέχρι πότων καὶ τοῦ ἡδέος (9) φιλίαν οὐκ ἐπαινῶν, ἐπαινεῖ τὴν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, τί γράφων;

B

Illud Theognidis probo, qui cum eam amicitiam, quæ ultra pocula et delicias minime se porrigit, haudquaquam laudet, eam contra, quæ in rebus elucet, laudibus vehit, his verbis utens :

Ἡολλοὶ παρὰ κρητῆρι φίλοι (10) *γίνονται ἑταῖροι,*
Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι (11) *παυρότεροι.*

Ad calices multi sese profitentur amicos :
Seria tractanti rarus amicus erit.

Ἡμεῖς τοίνυν κρατήρων μὲν (12) ἀλλήλοις οὐ κεκοινωνήκαμεν, οὐδέ γε πολλὰ συγγεγόναμεν ἀλλήλοις (καίτοι ἐχρῆν παντὸς μᾶλλον (13), καὶ δι' ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ διὰ τὴν ἐκ πατέρων φιλίαν), τὴν ἐπὶ τῶν ἔργων δὲ ἀπαιτοῦμεν εὔνοιαν. Ἐγγὺς ἀγὼν, καὶ ἀγώνων ὁ μέγιστος. Ὁ γὰρ υἱὸς ἡμῶν (14) Νικόβουλος ἐν ταραχαῖς ἀδοκήτοις, παρ' ὧν ἥκιστα ἂν ᾠήθη τις ἔχειν πράγματα (15). Διὰ τοῦτο ἀξιοῦμεν παρεῖναι, καὶ βοηθεῖν ἡμῖν ὡς τάχιστα, καὶ συνδικάσοντα καὶ συνηγορήσοντα (16), εἰ εὕροις ἀδικουμένους. Εἰ δ' οὖν (16*), μὴ προληφθῆναι τῷ ἐναντίῳ μέρει, κέρδους μικροῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀποδιδόμενον, ἣν ἀεί σοι μαρτυρηθεῖσαν παρὰ πάντων γινώσκομεν.

C

Non igitur poculorum quidem commercium inter nos habuimus, nec multum una fuimus (quanquam nihil nobis antiquius esse debeat, tum propter nos ipsos, tum propter traductam ad nos a parentibus amicitiam), at eam, quæ in rebus exsistit, benevolentiam exposcimus. Imminet certamen, et quidem certaminum omnium maximum. Filius enim noster Nicobulus in tumultibus inopinatis versatur, ab iis, a quibus minime quispiam existimasset habiturum eum negotia et 15 molestias. Quamobrem abs te petimus, ut adsis, atque quam celerrime nobis opem feras, jus dicturus, ac patrocinium nostrum suscepturus, si nos injuria affici comperias. Sin minus, at certe, ut ne ab adversa parte præripiaris, exiguo quæstu libertatem eam vendens, quam omnium testimonio semper tibi tributam fuisse perspectum habemus.

ΙΔ'. ΚΑΙΣΑΡΙΩ (17).

XIV. CÆSARIO.

Ad eumdem profecto annum pertinet epistola XIV ***ad Cæsarium, qui sub Valentis imperatoris primordia, Constantinopoli præfectus legitur anno*** 365; ***quem Gregorius magistratum gessisse, cum hæc scriberet, ipse satis indicat.***

Εὐεργέτησόν τι καὶ σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς, οἷον οὐ πολλάκις εὐεργετήσεις, ὅτι μηδὲ (18) πολλάκις παραπίπτουσιν εὐεργεσίας τοιαύτης καιροί. Τῶν κυρίων μου τῶν ἀνεψιῶν πρόστηθι προστασίαν δικαιοτάτην, καμνόντων ἱκανῶς ἐπὶ κτήματι, ὅπερ ὠνήσαντο μὲν, ὡς καὶ πρὸς ἀναχώρησιν ἐπιτήδειον, καί τινα τοῦ βίου παρέχειν αὐτοῖς ἀνατροφὴν (19) δυνάμενον· ἐπεὶ δὲ

D

Et teipsum, et nos, ejusmodi quodam beneficio affice, quali haud sæpe afficies : quandoquidem nec sæpe hujusmodi beneficii occasiones incidunt. Dominorum meorum consobrinorum æquissimum patrocinium suscipe, qui plurimum laboris et æruminæ pro eo prædio subeunt, quod, ut ad secessum aptum et idoneum, atque ex quo subsidium ali-

(8) Alias CLX. Scripta anno 365.

(9) *Καὶ τοῦ ἡδέος.* Ita Regg. duo. Ed. minus bene καὶ συνουσίας, quod Billius vertit, *et societatem.*

(10) *Φίλοι.* Hanc vocem, quæ in ed. deerat, supplevimus e Regg. tribus.

(11) *Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι.* Male vertit Billius, *rebus ut in dubiis.*

(12) *Κρατήρων μέν.* Ita Regg. duo. Ed. κρατήρων γε. Mox οὐδέ γε. Ita Reg. unus. In ed. deest γε.

(13) *Ἐχρῆν παντὸς μᾶλλον.* Ita Reg. plures. Ed. ἐχρῆν πάντως, quod Billius vertit, *illud omnino facere consentaneum erat.*

(14) *Ὁ γὰρ υἱὸς ἡμῶν.* Filium suum appellat Nicobulum, qui sororis ipsius Gorgoniæ filiam uxorem duxerat.

(15) *Ἔχειν πράγματα.* Ita Regg. duo. Ed. ἔχων πράγματα, quod Billius vertit, *negotia et molestias habens.*

(16) *Συνδικάσοντα καὶ συνηγορήσοντα.* Ita Regg. duo. Ed. δικάζοντα καὶ συνηγορήσαντα, quod Billius vertit, *jus dicens ac patrocinium nostrum suscipiens.*

(16*) *Εἰ δ' οὖν.* Forte legendum, Εἰ δ' οὔ. Tu videas. EDIT.

(17) Alias CV. Scripta anno 365.

(18) *Ὅτι μηδέ.* Ita Regg. tres. In ed. deest ὅτι.

(19) *Ἀνατροφήν.* Ita legimus, Combefisii conjecturam sequentes. Ed. male ἀποστροφήν, *conversionem.*

Digitized by Google

quod vitæ ipsis afferri posset, coemerunt; postquam autem coemerunt, in multas molestias et difficultates inciderunt, ut qui scilicet partim improbos venditores experiantur, partim a vicinis spolientur ac diripiantur : adeo ut lucro illis futurum sit, recepto pretio, quod dederunt, una cum iis sumptibus, quos præterea fecerunt, et qui non exigui sunt, prædii possessione cedere. Sane si tibi litem hanc ad teipsum transferre cordi sit, posteaquam, ut contractus bellissime ac firmissime se habeat, dispexeris, hoc utique et ipsis et nobis gratius jucundiusque fuerit. Sin secus, hoc secundo loco a te peto, ut hominis anxie nocendi sedulitati atque improbitati teipsum opponas; ut ne ob eorum vitam a negotiis remotam, ipsis in aliquo prævaleat, nempe ut vel prædium detinentes lædat, vel discedentes detrimento afficiat. Equidem ipse pudore suffusus sum, de his rebus ad te scribens. Tamen quoniam ipsis, tum ob generis propinquitatem, tum ob vitæ institutum, opera nostra debetur, (cujusnam enim potius, quam ejusmodi virorum, cura quispiam tangatur? aut qua re magis erubescat, quam si hujusmodi beneficia conferre minime studeat?) te rogo, ut vel tua ipsius, vel nostra, vel ipsorum causa, vel etiam propter hæc omnia in unum coacta, omnino quidem certe de iis bene merearis.

A ὠνήσαντο, πλείοσι περιπεπτώκασι δυσχερείαις, τὰ μὲν τῶν πεπρακότων ἀγνωμόνων πειρώμενοι, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν γειτονούντων περικοπτόμενοι καὶ πορθούμενοι (20), ὥστε κέρδος εἶναι αὐτοῖς, τὸ τίμημα ὃ δεδώκασι (21) κομισαμένοις, μεθ' ὧν προσανηλώκασιν, ὄντων οὐκ ὀλίγων, ἀπαλλαγῆναι τῆς κτήσεως (22). Εἰ μὲν οὖν σοι φίλον εἰς σεαυτὸν περιστῆσαι τὴν πραγματείαν, ὅπως ἂν κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα ἔχῃ σοι τὸ συνάλλαγμα διασκεψαμένῳ, τοῦτο δὴ καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν ἥδιον. Εἰ δὲ μή, τό γε δεύτερον, τῇ περιεργίᾳ (23) καὶ ἀγνωμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς ἀντίθες σεαυτὸν, ἵνα μὴ πάντως ἔν γέ τι διὰ τὴν ἀπραγμοσύνην αὐτῶν ἔχῃ πλέον, ἢ κατέχοντας ἀδικῶν, ἢ ζημιῶν ἀπαλλαττομένους. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ἠρυθρίασα περὶ τούτων ἐπιστέλλων. Ἐπειδή γε B ὁμοίως αὐτοῖς ὀφειλόμεθα, καὶ διὰ γένος, καὶ διὰ τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν (τίνος γὰρ ἄν τις κήδοιτο μᾶλλον, ἢ τῶν τοιούτων; ἐπὶ τῷ δὲ ἂν αἰσχύνοιτο πλέον, ἢ τὰ τοιαῦτα εὐεργετεῖν οὐ προθυμούμενος); σὺ δὲ ἢ διὰ σεαυτὸν, ἢ δι' ἡμᾶς, ἢ διὰ τοὺς ἄνδρας αὐτοὺς, ἢ διὰ πάντα ταῦτα ὁμοῦ, ἀλλὰ πάντως γε αὐτοὺς εὐεργέτησον.

16 XV. LOLLIANO. ΙΕ'. ΛΟΛΛΙΑΝΩ (24).

Data ad Lollianum epistola, quæ sequitur, eodem anno, et eodem tempore conscripta est, quippe quæ de re eadem, et pro iisdem Helladio et Eulalio, Gregorii consobrinis, agit.

Optime vero facis, quod ad nos te recipis, longo C quidem intervallo, sed ita tamen (quod hoc præstantius est), ut res tuæ se habeant ex animi sententia : et quia nos iis curis, in quibus tua causa versabamur, liberasti. Siquidem omnia nobis communia tecum esse ducimus, tam tristia, quam læta et jucunda; ea enim amicitiæ natura est. Quoniam autem ad nos reverteris, fac felicitatem tuam, ut cujusdam verbis utar, amicis tuis impertias. Impertias autem, si dominos consobrinos meos, Helladium et Eulalium, cum in cæteris rebus velut familiares intueri animum induxeris (familiares autem dico, nisi tu nos pro alienis habeas, neque enim majus quidquam habeo, quod dicam), tum etiam, ut alii ipsis patroni requirendi sint, minime patiaris. Verum eis quidvis te præbeas, probum D amicum, commodum vicinum, fortem adjutorem, et ne singula enumerem, generosum Lollianum, ac

Εὖ γε ὅτι ἐπανήκεις ἡμῖν, διὰ μακροῦ μὲν, ἀλλ' ὅμως (καὶ ὃ τούτου κρεῖττον), ὅτι κατὰ νοῦν πράττων, καὶ τῶν ἐπὶ σοὶ φροντίδων ἡμᾶς ἠλευθέρωσας. Πάντα γὰρ κοινὰ ποιούμεθα πρὸς σὲ, καὶ λύπας καὶ εὐφροσύνας· τοιοῦτον γὰρ ἡ φιλία. Ἐπείδὴ δὲ ἐπανήκεις, μετάδος φίλοισι σοῖσι σῆς εὐπραξίας, φησὶν ὁ εἰπών (25)· μεταδώσεις δὲ, εἰ τοὺς κυρίους μου τοὺς ἀνεψιοὺς Ἑλλάδιον καὶ Εὐλάλιον, καὶ τἆλλα οἰκείους ὁρᾷν προθυμοῖο (οἰκείους (26) δὲ λέγω, εἰ μὴ ἄλλους ἡμᾶς πρὸς ἑαυτὸν νομίζοις, οὐ γὰρ οἶδ' ὅ τι ἂν μείζονα (27) εἴποιμι), καὶ μὴ ἑτέρων δεηθῆναι προστατῶν ἀνάσχοιο. Ἀλλὰ πάντα σεαυτὸν παράσχοιο, φίλον χρηστὸν, γείτονα δεξιὸν, παραστάτην γενναῖον, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, τὸν εὐγενῆ Λολλιανὸν, τὸν ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ (28) γνώριμον. Ὑπισχνοῦμαι δὲ, εἰ ἐπὶ πλεῖον αὐτοῖς ὁμιλήσαις, καὶ τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν (29) τὸ ὕψος κατίδοις, ὅτι πρὸς ἄλλους (30) ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύσεις. Τοσοῦτον θαῤῥῶ τῷ σῷ τρόπῳ,

(20) *Πορθούμενοι.* Ita Regg. duo. Ed. male ποθούμενοι, *desiderentur.*

(21) *Ὃ δεδώκασι* Has voces, quæ in ed. decerant, supplevimus e Regg. duobus.

(22) *Κτήσεως.* Ita Regg. tres, et Billius in versione. Ed. male κτίσεως, *creatione.*

(23) *Τῇ περιεργίᾳ.* Billius, *curiositati.* Mox τοῦ ἀνδρός. Hoc singulare pro plurali positum Combefisio videtur esse Atticum, quia de pluribus vicinis agitur.

(24) Alias CXCV. Scripta anno 365.

(25) *Φησὶν ὁ εἰπών.* Euripides, in *Oreste.*

(26) *Οἰκείους... οἰκείους.* Ita Regii duo. Editi male habent bis οἰκείως, quod Billius vertit, *familiariter.*

(27) *Ὅ τι ἂν μείζονα.* Ita Regg. tres. Ed. minus bene ὅτι μείζονα.

(28) *Καλοκαγαθίᾳ.* Ita Regg. duo, et ed. ad marg. Male in textu καλοκαγαθίαν.

(29) *Αὐτῶν.* Hanc vocem, quæ in ed. decrat, supplevimus e Regg. pluribus.

(30) *Ἄλλους.* Ita Regg. plures, et Billius in versione. Ed. male ἀλλήλους.

Digitized by Google

καὶ οὕτω πολλὰς ἐλπίδας ἔχω μὴ διαμαρτήσεσθαί σου (31) περὶ ὧν αὐτὸς ἐπρέσβευσα. A probitatis nomine insignem et nobilem. Illud autem tibi polliceor, si diutius cum eis verseris, ac philosophiæ ipsorum sublimitatem perspicias, fore ut ipse pro illis alios depreceris. Usque adeo moribus tuis confido, ac tam ingentem spem habeo, me de iis rebus, de quibus tecum ago, repulsam a te minime laturum.

ΙϚ'. ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ (32). XVI. EUSEBIO EPISCOPO CÆSAREÆ.

Hæc epistola et sequentes versantur circa dissensionem inter Eusebium Cæsariensem et Basilium. Cujus dissensionis causam licet Gregorius taceat, non alia esse videtur, quam quod Basilii fama ac summus ingenii et doctrinæ splendor oculos Eusebii læserat. Basilium, qui eo ipsi charior esse debuisset, quo magis eum in ferendo episcopatus onere levabat, ab Ecclesiæ administratione non sine ignominia removit. Ducem suum sic injuria affectum monachi Cæsarienses ferre non potuerunt, sed statim audaci facinore ab episcopi communione recedere statuunt, secumque partem plebis et honoratorum partem non exiguam abstrahunt. Eusebio cedens, ne sui causa laceraretur Ecclesiæ corpus, *Basilius cum Gregorio suo, eoque secessus auctore, una profugit in Pontum, anno* 363, *ut censet Tillemontius, vel anno* 364 *exeunte, aut etiam ineunte* 365, *ut contendit noster Prudentius Maranus. Inde reversus Gregorius* ad conventus spirituales et concilia *ab Eusebio vocabatur; negabat autem se absque Basilio venturum, atque ut revocaretur ab Eusebio flagitabat, simulque pollicitus fore ut Basilium ipse, velut umbræ corpora, sequeretur. Atque hæc Gregorius in epistola* XVI.

Ἐπειδὴ πρὸς ἄνδρα ποιοῦμαι τοὺς λόγους, οὔτε B ἀγαπῶντα τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ ἐν ἑτέρῳ φωρᾶσαι πάντων ὀξύτατον, κἂν ὅτι μάλιστα σοφοῖς πλέκηται (33) καὶ ποικίλοις τοῖς λαβυρίνθοις· πρὸς δὲ, οὐδὲ αὐτῷ μοι φίλον τὸ τεχνικὸν (εἰρήσεται γὰρ κἂν ᾖ φορτικώτερον), πεφυκότι τε οὕτω καὶ τυπουμένῳ παρὰ τοῦ λόγου, διὰ τοῦτο γράφω τὰ παριστάμενα. Καί μου δέξαι τὴν παῤῥησίαν· ἢ ἀδικήσεις γε τῆς ἀληθείας, τὰ τῆς ἐλευθερίας (34) ἀποστερῶν, καὶ ἀναγκάζων ἐν ἐμαυτῷ κατέχειν τὴν ὠδῖνα τῆς λύπης, ὥσπερ τι νόσημα ὕπουλον καὶ κακόηθες. Ἐγὼ χαίρω μὲν ὑπὸ σοῦ τιμώμενος (εἴπερ ἄνθρωπός εἰμι, τοῦ προειρηκότος (35) ὁ λόγος), καὶ καλούμενος ἐπί τε συνόδους καὶ συλλόγους πνευματικούς (36). Οὐ φέρω δὲ τὴν γεγενημένην ὕβριν τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ Βασιλείῳ, καὶ γινομένην ἔτι παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, ὃν C καὶ βίου καὶ λόγου κοινωνὸν, καὶ τῆς ὑψηλοτάτης φιλοσοφίας εἰλόμην τε ἀπαρχῆς, καὶ νῦν ἔχω· καὶ οὐδὲν ἐμαυτῷ μέμφομαι τῆς ἐπ' αὐτῷ κρίσεως. Οὕτω γὰρ εἰπεῖν μετριώτερον, ἵνα μὴ ἐμαυτὸν ἐπαινεῖν δόξω, τὰ ἐκείνου θαυμάζων. Σὺ δέ μοι δοκεῖς ποιεῖν παραπλήσιον, τὸν μὲν ἀτιμάζων, τιμῶν δὲ ἡμᾶς, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς τῇ μὲν τῶν χειρῶν καταψήχοι (37) τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ παίοι τὴν παρειάν· ἢ καὶ θεμελίους ὑποσπῶν οἰκίας, διαζωγραφοίη τοὺς τοίχους, καὶ καλλωπίζοι τὰ ἔξωθεν. Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείσῃ, τοῦτο ποιήσεις. Πεισθῆναι δὲ ἀξιῶ· καὶ γὰρ δίκαιον. Εἰ ἐκεῖνον θεραπεύσεις τὰ εἰκότα, καὶ παρ' ἐκείνου θεραπευθήσῃ. Τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς ἔψεται ὥσπερ τοῖς σώμασιν αἱ σκιαὶ, μικρούς τε ὄντας, καὶ πρὸς D εἰρήνην ἑτοιμοτέρους. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἀθλίως πράττομεν, ὥστε τ' ἄλλα μὲν ἐθέλειν φιλοσοφεῖν, καὶ τῆς κρείττονος εἶναι μερίδος· ὑπερορᾷν δὲ πράγματος,

Quoniam mihi cum eo viro sermo est, qui nec ipse mendacium amet, et ad istud in altero deprehendendum homines omnes acumine superet, quantumvis scitis et variis labyrinthis obvolvatur · atque insuper nec mihi quidem fucus et artificium placet (dicam enim, etsi molestius sit), tum a natura ita comparato, tum a Scriptura informato : idcirco quæ animo **17** occurrunt scribo. Ac tu fiduciam meam in bonam partem accipias velim : aut injurius in veritatem fueris, libertatem mihi adimens, cogensque me conceptum mœrorem, velut morbum quemdam malignum et supputridum, imo pectore continere. Honore quidem me a te affici lætor (siquidem homo sum, ut prius dixit quispiam), atque ad concilia et conventus spirituales vocari. Verum contumeliam charissimo fratri Basilio a tua pietate illatam esse, atque etiamnum inferri moleste fero, utpote quem, tum vitæ, tum studiorum, ac sublimissimæ philosophiæ socium, et ab initio elegi, et nunc habeo : nec quicquam mihi ob judicium de eo meum succenseo. Sic enim parcius loqui præstat : ne alioqui ipsius virtutes prædicans, me ipsum laudare videar. Tu vero, dum eo contempto nos honore afficis, perinde mihi facere videris, ac si quis unius viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat; aut etiam convellens domus fundamenta parietes pingat, atque externas partes exornet. Proinde si quid mihi obtemperandum putabis, hoc facies. Ut autem obtemperes, a te peto et contendo : æquum est enim. Si illum, ut par est, colueris, ipse quoque ab eo vicissim observaberis. Nos autem sequemur, quemadmodum umbræ cor-

(31) *Διαμαρτήσεσθαί σου.* Ita Regg. tres. Ed. male διαμαρτήσασθαι, et in eis deest σου.

(32) Alias XX. Scripta anno 365.

(33) *Πλέκηται.* Ita Reg. unus, et Billius in versione. Edit. male πλέκτηται.

(34) *Ἢ ἀδικήσεις γε τῆς ἀληθείας, τὰ τῆς ἐλευθερίας.* Ita Regg. duo. Ed. male ἢ ἀδικήσεις γε, τῆς ἐλευθερίας, quod Billius vertit, *aut injurius in me fueris, libertatem*, etc.

(35) *Τοῦ προειρηκότος ὁ λόγος.* Inter sententias ab Henr. Stephano editas hæc habetur : Τιμώμενοι γὰρ πάντες ἥδονται βροτοί· *Honore enim affecti omnes lætantur homines.*

(36) *Ἐπί τε συνόδους καὶ συλλόγους πνευματικούς.* Ita Regg. duo, et Billius in versione. Ed. male ἐπί τε συλλόγους καὶ συνόδους πνευματικούς, esset enim legendum πνευματικάς.

(37) *Καταψήχοι.* Ita Reg. unus, et Billius in versione. Ed. male καταψέχοι.

Digitized by Google

pora, utpote parvi, et ad pacem propensiores. Non enim ita misero statu res nostræ sunt, ut aliis quidem in rebus philosophari, melioremque partem sequi velimus; dilectionem autem, quæ totius doctrinæ nostræ caput est, contemnamus et pro nihilo ducamus; ac præsertim erga virum sacerdotem, tamque insignem, quem et vita, et sermone, et instituto, omnium, quos novimus, præstantissimum esse agnoscimus. Neque enim mœror, quo affecti fuimus, veritati tenebras infundet.

A ὃ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου κεφάλαιόν ἐστι, τῆς ἀγάπης· ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα ἱερέα τε καὶ τοσοῦτον, ὃν καὶ βίῳ, καὶ λόγῳ, καὶ πολιτείᾳ (38) πάντων ἄριστον, ὧν ἴσμεν, γινώσκομεν. Οὐ γὰρ ἐπισκοτήσει τὸ λυπεῖσθαι τῇ ἀληθείᾳ.

XVII. EIDEM.

IZ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (39).

Non sine offensione monita Gregorii accepit Cæsariensis episcopus, idque datis ad eum litteris significavit, quibus non minori libertate respondit Gregorius epistola sequenti.

Non contumeliose potius atque insolenter, quemadmodum tu de epistola nostra conquestus es, quam spiritualiter ac philosophice, atque, ut consentaneum erat, scripsi, nisi hoc quoque disertissimum Gregorium male habeat. Etsi enim dignitatis gradu superas, at nobis tamen aliquid **18** justæ libertatis ac licentiæ dabis. Ac propterea B benigniorem te nobis præbe. Si tu epistolam nostram reprehendis, tanquam famuli, atque hominis qui te ne obtueri quidem debeat, sic etiam plagas accipiemus, ac ne lacrymas quidem emittemus. An hoc quoque nobis crimini dabitur? Id certe cuivis potius, quam pietati tuæ, accidere convenit. Est enim hominis animi magnitudine præditi, amicorum potius libertatem, quam inimicorum blanditias amplecti.

Οὐχ ὑβριστικῶς ἐπέστειλα μᾶλλον, ὥσπερ ἐμέμψω τῆς ἐπιστολῆς, ἢ πνευματικῶς τε καὶ φιλοσόφως, καὶ ὡς εἰκὸς ἦν, εἰ μὴ καὶ τοῦτο λυπεῖ τὸν λογιώτατον Γρηγόριον (40). Καὶ γὰρ εἰ τῷ βαθμῷ κρατεῖς, ἀλλὰ δώσεις τι καὶ ἡμῖν ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας δικαίας. Καὶ διὰ τοῦτο ἔσο ἡμῖν χρηστότερος. Πλὴν εἰ κρίνεις τὴν ἐπιστολὴν ὡς οἰκέτου, καὶ οὐδ' ἀντιβλέπειν (41) ὀφείλοντος, οὕτω δὴ καὶ πληγὰς ληψόμεθα, καὶ οὐδὲ δακρύσομεν. Ἢ καὶ τοῦτο ἐγκληθησόμεθα; ὃ πάντας μᾶλλον, ἢ τὴν σὴν εὐλάβειαν παθεῖν ἄξιον. Ἔστι γὰρ ἀνδρὸς μεγαλόφρονος φίλων ἀποδέχεσθαι μᾶλλον ἐλευθερίαν, ἢ ἐχθρῶν κολακείαν.

XVIII. EIDEM.

IH'. ΤΩ ΑΥΤΩ (42).

Tertia hæc est Gregorii ad Eusebium Cæsariensem epistola, in qua moderatione et lenitate statim usus, venturum se respondit, ut preces cum precibus jungeret, unaque pugnaret, et qua voce, qua opera *pugiles eo tempore,* quo feræ in Ecclesiam impetum fecerant, *adjuvaret. Quibus verbis ostendit, qua de causa et quo anno ab Eusebio vocaretur; eo nimirum, quo* veluti nubes grandinis plena et stridens, Christi inimicissimus imperator Valens Cæsareæ cum improbis suis præsulibus *imminebat.* Magnum, *inquit* (43), certamen propositum erat; non ignava etiam multorum alacritas, sed infima acies, utpote carens propugnatore ac perito defensore; *quem in Basilio, imo et in Gregorio, qui* fidei propugnatores *ambo designati erant, mox habuit.*

Ne ipse quidem alioqui malevolo in pietatem C tuam animo eram, neque hoc nomine me crimineris. Verum posteaquam nonnulla cum fiducia loquendi libertatem usurpavi (quo videlicet conceptum animo mœrorem lenirem ac curarem), statim cessi ac succubui, meque regulæ libenter subjeci. Quidni enim id facerem, cum et te, et spiritus leges cognitas haberem? Nunc autem etiamsi malevolo et ignavo animo essem, tamen ipsum tempus me hoc affectu laborare non patitur, nec feræ, quæ impetum in Ecclesiam fecerunt, nec denique generosus tuus strenuusque animus ita sincere ac sine fuco pro Ecclesia pugnans. Veniemus igitur, si ita videtur, ut et preces nostras cum vestris conjungamus, et una pugnemus, et operam vobis navemus, atque, ut præstantissimum pugilem hortatores pueri, succlamationibus incitemus.

Εἶχον μὲν οὐδ' ἄλλως πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν μικροψύχως, μὴ τοῦτο μοῦ καταγνῷς· ἀλλὰ μικρον ἐλευθεριάσας (44) τε καὶ θαῤῥήσας (ὅσον τὸ λυποῦν ἐπιψύξαι καὶ θεραπεῦσαι), αὐτίκα ἠττήθην καὶ ὑπεκλίθην, καὶ τῷ κανόνι φέρων ἐμαυτὸν ὑπέθηκα. Τί δὲ οὐκ ἔμελλόν σέ τε γινώσκων, καὶ νόμους πνεύματος; Νῦν δὲ καὶ εἰ λίαν μικροψύχως εἶχον καὶ ἀγεννῶς, ἀλλ' ὅ γε καιρὸς οὐκ ἐᾷ τοῦτο πάσχειν, καὶ οἱ καταδραμόντες θῆρες τῇ Ἐκκλησίᾳ (45), τό τε σὸν γενναῖον καὶ ἀνδρικὸν, οὕτω καθάρῶς καὶ γνησίως προπολεμοῦν τῆς Ἐκκλησίας (46). Ἥξομεν οὖν, εἰ δοκεῖ, καὶ ταῖς εὐχαῖς ὑμῖν συλλαμβανόμενοι, καὶ συναγωνιούμενοι, καὶ ὑπηρετησόμενοι, καὶ ὡς ἀθλητὴν ἄριστον κελευσταὶ παῖδες, ταῖς ὑποφωνήσεσιν (47) ἐπαλείφοντες.

(38) *Πολιτείᾳ.* Billius vertit *canitie;* quasi legerit πολιᾷ, quod in quibusdam codd. habetur. Sed retinenda est lectio πολιτείᾳ· non enim Basilio tunc erat ætas sic provecta, ut canitie foret præ cæteris verendus.

(39) Alias CLXIX. Scripta anno 365.

(40) *Τὸν λογιώτατον Γρηγόριον.* Censemus Gregorium sic fuisse ab Eusebio ironice nuncupatum.

(41) *Καὶ οὐδ' ἀντιβλέπειν.* Ita Regg. tres, et Billius in versione. Ed. male καὶ ἀντιβλέπειν.

D (42) Alias CLXX. Scripta eodem anno.

(43) Greg. orat. 43, n. 30 et 31.

(44) *Ἐλευθεριάσας.* Ita Reg. unus, et Pass. Ed. ἐλευθεριώσας.

(45) *Τῇ Ἐκκλησίᾳ.* Ita Pass. Ed. minus bene τῆς Ἐκκλησίας.

(46) *Καὶ ἀνδρικὸν οὕτω καθαρῶς καὶ γνησίως προπολεμοῦν τῆς Ἐκκλησίας.* Ita Pass., et Billius in versione. Ed. male καὶ ἀνδρεῖον οὕτω καθαρῶς προπολεμοῦν καὶ γνησίως τῆς ἐλευθερίας.

(47) *Ταῖς ὑποφωνήσεσιν.* Male vertit Billius,

Digitized by Google

ΙΘ'. ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙΩ (48).

XIX. BASILIO.

Tres epistolæ superiores, et ea quæ proxime sequitur, XIX *ad Basilium, eo sunt anno scriptæ, quo Valens imperator in Ecclesiam Cæsariensem impetum fecit; id vel ex ipsis litteris certo constat. Quo autem anno Valens impetum fecerit, una non est sententia. Doctissimus Tillemontius impiam hanc Valentis impressionem anno* 366 *factam scribit* (49); *Baronius retrahit ad annum* 364; *noster Prudentius Maranus ad annum* 365, *ipsique favent Gothofredus* (50), *Ammianus, Socrates* (51) *et Sozomenus* (52). *Bollandistæ ad annum* 367 *differunt; Pagius vero, quod absurdum est, ad annum* 370. *Ex his opinionibus nonnisi duæ sunt, quæ defendi possint, Tillemontiana et Prudentiana. Utramvis elige: cum Tillemontio Valentis impressioni annum* 366 *constitue; vel potius cum nostro Prudentio, annum* 365. *Porro in epistola hac* XIX *Gregorius significat Basilio, emollitum esse Eusebium, hortatur ut, præmissis litteris, ad eum veniat; tempus id postulare; hæreticos imminere; periculum esse, ne veritatis doctrina convellatur.*

Καιρὸς εὐβουλίας καὶ καρτερίας, καὶ τοῦ μηδένα φανῆναι ἡμῶν ἀνδρικώτερον, μηδὲ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας καὶ πόνους ἐν ὀλίγῳ καταλυθῆναι. Γράφω διατί ταῦτα, καὶ πόθεν; Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἡμῶν Εὐσέβιος (οὕτω γὰρ δεῖ περὶ αὐτοῦ λοιπὸν καὶ φρονεῖν καὶ γράφειν) λίαν πρὸς ἡμᾶς ἔχει συμβατικῶς τε καὶ φιλικῶς, καὶ ὥσπερ σίδηρος πυρὶ, τῷ χρόνῳ μαλάσσεται· καὶ οἶμαι καὶ γράμμα ἥξειν πρὸς σὲ παρακλήσεως τε καὶ κλήσεως, ὡς ἐμοί τε παρεδήλωσε, καὶ πολλοὶ πείθουσιν ἡμᾶς τῶν τὰ ἐκείνου σαφῶς εἰδότων. Ὃν προλάβωμεν, ἢ παρόντες, ἢ ἐπιστείλαντες, μᾶλλον δὲ προεπιστείλαντες, εἶτα παρόντες· ἵνα μὴ αἰσχυνθῶμεν ὕστερον ἡττηθέντες, ἐξὸν νικῆσαι τῷ καλῶς ἡττηθῆναι καὶ φιλοσόφως, ὃ παρὰ τῶν πολλῶν ἀπαιτούμεθα. Ἧκε οὖν ἐμοὶ πειθθεὶς, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ διὰ τὸν καιρόν· ἐπειδὴ σύστασις αἱρετικῶν κατατρέχει τὴν Ἐκκλησίαν, τῶν μὲν ἤδη παρόντων καὶ ταρασσόντων, τῶν δὲ, ὡς λόγος, παρεσομένων. Καὶ δέος παρασυρῆναι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, εἰ μὴ τάχιστα κινηθείη τὸ πνεῦμα Βεσελεὴλ (53), τοῦ σοφοῦ τῶν τοιούτων ἀρχιτέκτονος λόγων τε καὶ δογμάτων. Εἰ δὲ δοκεῖς αὐτὸν ἐμὲ παρεῖναι καὶ συνδιάξοντα καὶ συνοδεύσοντα (54), οὐδὲ τοῦτο φευξόμεθα.

A Probi consilii et tolerantiæ tempus est, nosque ita comparandi, ut nemo nobis animi magnitudine præstantior appareat, nec multi nostri labores et sudores temporis puncto collabantur. Cur autem et **19** unde hæc scribam, quæris? Deo charissimus episcopus noster Eusebius (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum et scribendum est) animo erga nos est admodum amico et ad simultates componendas propenso, ac tempore, velut igne ferrum, emollitur; putoque fore, ut deprecatrices etiam et evocatrices litteræ ad te veniant, quemadmodum et ipse mihi subindicavit, et multi, qui res ipsius perspicue norunt, fidem nobis faciunt. Quem antevertamus, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel potius, præmissis litteris, ad eum nos conferentes: ne postea nos pudeat, si victi fuerimus, cum vincere licuerit, præclare videB licet et philosophice cedendo; id quod plerique a nobis exposcunt. Mihi itaque obsequere, ac veni, tum ob hanc causam, tum etiam ob tempus: quandoquidem hæretici conjuratis animis Ecclesiam percursant, partim jam præsentes, ac turbas concitantes; partim, ut rumor est, brevi affuturi. Ac periculum est, ne veritatis doctrina convellatur, nisi primo quoque tempore Beseleelis spiritus excitetur, hoc est, sapientis hujusmodi disputationum et dogmatum architecti. Quod si tibi operæ pretium esse videtur, ut ipse adsim, tecum aliquandiu mansurus, ac itineris futurus comes, ne hoc quidem munus defugiemus.

Κ'. ΚΑΙΣΑΡΙΩ (55).

XX. CÆSARIO.

Narrat Socrates (56), anno, *quo* Valentinianus et Valens iterum consules fuere (*qui annus æræ vulgaris* 368 *fuit*), *terræ motu facto in Bithynia, Nicæam urbem subversam fuisse, die quinta Idus Octobris. In eo terræ motu,* post hominum memoriam maximo, Bithyniæ tum quæstor Cæsarius, tecti ruina *protectus* (57), *salvus et incolumis pene solus evasit. Qua statim arrepta occasione, fratrem hortatus est Gregorius, atque etiam persuasit, ut ad Dei cultum se totum converteret.* Hoc quidem, *inquit Theologus* (58), et in animo habebat, et summo studio exoptabat, *quemadmodum mihi* per litteras persuadebat, cum hanc ad eum monendum occasionem arripuissem.

Οὐδὲ οἱ φόβοι τοῖς εὐφρονοῦσιν ἄχρηστοι· ὡς δὲ ἐγὼ φημι, καὶ λίαν καλοὶ, καὶ σωτήριοι. Εἰ γὰρ καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἀπευχόμεθα, γινομένοις γε παιδευόμεθα. Κάμνουσα γὰρ ψυχὴ, ἐγγὺς ἐστι Θεοῦ, φησί που θαυμασιώτατα λέγων ὁ Πέτρος (59)· καὶ παντὶ διαφυγόντι κίνδυνον, πλείων οἰκείωσις περὶ τὸν περισώ-

C Ne ipsi quidem timores prudentibus viris incommodi sunt, quin potius, mea quidem sententia, valde commodi et salutares. Nam etsi, ne eveniant, optamus, iis tamen, cum eveniunt, erudimur. Ægra enim anima vicina est Deo, ut eximie alicubi loquitur Petrus: atque omnis qui pericu-

tacitis vocibus. Deinde, ἐπαλείφοντες. Ita Reg. unus. Ed. minus bene ὑπαλείφοντες.

(48) Alias XIX. Scripta anno 365.

(49) Tom. I, p. 789.

(50) Cod. Theod. chron. lib. IX, c. 2.

(51) Lib. VI, c 2.

(52) Lib. VI, c. 2.

(53) *Τὸ πνεῦμα Βεσελεήλ.* Beseleel, artifex a Deo vocatus, spiritu ejus impletus ad ædificationem tabernaculi (*Exod.* XXXI, 2, 3; XXXV, 30, 31). Hoc autem loco per Beseleel Gregorius significat Basilium. Billius.

(54) *Καὶ συνδιάξοντα καὶ συνοδεύσοντα.* Ita Reg. unus. Ed. male καὶ διάξοντα ταῦτα, καὶ συνοδεύοντα, quod Billius vertit: *Atque hoc administrem, tibique itineris comitem me adjungam.*

(55) Alias XVI. Scripta anno 368 labente.

(56) Hist. lib. IV, c. 16.

(57) Gregor. Orat. VII, n. 15.

(58) Carm. lib. II, carm. 1.

(59) *Φησί... ὁ Πέτρος.* Ignoramus undenam sumpta sit hæc Petri sententia.

Digitized by Google

lum effugit, arctius ei adjungitur, a quo salutem est consecutus. Proinde non, quia mali participes exstitimus, indignemur : sed quia effugimus, grati animi officio fungamur. Nec alios nos Deo inter pericula, et alios post pericula exhibeamus : verum sive domi manentes, sive peregre agentes, sive privatam vitam ducentes, sive publica negotia gerentes (sic enim loquendum est, nec prætermittendum), cum sequamur, a quo salutem accepimus, atque ad illius partes nosmet adjungamus, parva et humi repentia parum **20** curantes. Atque historiam quamdam posteris demus, tum ad gloriam nostram, tum ad animæ utilitatem, amplam et præclaram : quæ etiam ipsa utilissimo documento plerisque sit, nimirum periculum securitate potius esse, et calamitatem secundis rebus magis expetendam ; si quidem ante timores mundo addicti eramus, post timores autem Deo nos addiximus. Fortasse graves tibi ac molesti esse videmur, qui de his rebus sæpius ad te scribamus, ac sermones nostros, non admonitionem, sed ostentationem esse existimas. Quare de his rebus verborum satis ; nos vero scias, velim, prompto animo esse atque exoptare potissimum ad te usque proficisci, ut de salute tua tibi gratulemur ac de his rebus perfectius disseramus : sin minus, at certe, ut te hic primo quoque tempore reducem videamus, atque una tecum in grati animi significationem festum diem celebremus.

A σαντα. Μὴ οὖν ὅτι μετεσχήκαμεν τοῦ κακοῦ, δυσχεραίνωμεν· ἀλλ' ὅτι διαπεφεύγαμεν, εὐχαριστήσωμεν. Μηδὲ ἄλλοι φανῶμεν τῷ Θεῷ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν κινδύνων, καὶ ἄλλοι μετὰ τοὺς κινδύνους· ἀλλὰ βουληθῶμεν εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες (60), εἴτε ἰδιωτεύοντες, εἴτε τὰ κοινὰ πράττοντες (δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ λείπειν), τῷ σώσαντι καταχολουθεῖν, καὶ γίνεσθαι τῆς ἐκείνου μοίρας, μικρὰ τῶν μικρῶν καὶ χαμαὶ ἐρχομένων φροντίσαντες. Καὶ δῶμέν τι διήγημα τοῖς εἰς ὕστερον, μέγα μὲν εἰς δόξαν ἡμῶν, μέγα δὲ εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ παίδευμα τοῖς πολλοῖς χρησιμώτατον, ὅτι κρειττων ἀσφαλείας κίνδυνος, καὶ συμφορὰ εὐημερίας αἱρετωτέρα· εἴ γε πρὸ μὲν τῶν φόβων ἦμεν τοῦ κόσμου, μετὰ δὲ τοὺς φόβους τοῦ Θεοῦ γεγενήμεθα. Ἴσως σοι φορτικοὶ B δοκοῦμεν, πολλάκις σοι περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλοντες, καὶ οὐ παραίνεσιν, ἀλλ' ἐπίδειξιν νομίζεις (61) τοὺς λόγους. Διὸ τούτων μὲν ἄλις· ἡμᾶς δὲ ἴσθι προθυμουμένους καὶ εὐχομένους μάλιστα μὲν γενέσθαι μέχρι σου, συνησθησομένους (62) τῇ σωτηρίᾳ σου, καὶ περὶ τούτων τελεώτερον διαλεξομένους. Εἰ δ' οὔ, ἀλλ' ἐνταῦθά σε δεξομένους ὡς τάχιστα, συνεορτάσαι τὰ χαριστήρια.

XXI. SOPHRONIO PRÆFECTO.

ΚΑ'. ΣΩΦΡΟΝΙΩ ΥΠΑΡΧΩ (63).

Urbis Constantinopolitanæ præfecturam gerebat Sophronius anno 369, *quo datis ad eum litteris, Gregorius generum sororis suæ Nicobulum ei commendabat. Cæteræ omnes Gregorii ad eumdem epistolæ præfecti potentiam prædicant, cui negotia et homines commendantur, et cujus præsidium imploratur. Præire autem omnibus ea debuit, in qua recentis dignitatis indicia quædam apparent, ut in his verbis deprehenduntur :* Etiamsi ad altiores quotidie dignitatum gradus proveharis. *Jam enim notarius, cum ab ea dignitate ad præfecturam Constantinopolitanam gradum fecit.*

Aurum alias quidem alio modo immutatur et effingitur, in multos ornatus informatum, atque ad multas res ab arte traductum : aurum tamen, ut est, manet, nec materia, sed forma mutationem suscipit. Eodem modo tuam quoque probitatem eamdem erga tuos amicos manere existimantes, etiamsi ad altiores quotidie dignitatum gradus proveharis, hanc tibi deprecationem offerre minime dubitavimus ; quod scilicet dignitatem tuam non magis metueremus, quam moribus tuis confideremus. Cumprimis venerando filio nostro Nicobulo, quocum mihi necessitudines omnes intercedunt, tum ob generis propinquitatem, tum ob familiaritatem, tum, quod his pluris ducendum est, ob morum elegantiam, commodum ac facilem te præbe. Quibus in rebus, et quantum ? In iis rebus in quibus tua ope indigebit, et quantum tuæ animi magnitudini convenire existimabis. Nos id quod pulcherrimum habemus, tibi rependemus. Habemus porro sermones, atque quod virtutis tuæ præcones sumus, et si longe infra dignitatem, tamen quantum nostra fert facultas.

C Ὁ χρυσὸς ἄλλοτε μὲν ἄλλως μεταποιεῖται καὶ σχηματίζεται εἰς πολλοὺς κόσμους τυπούμενος, καὶ πρὸς πολλὰ ὑπὸ τῆς τέχνης ἀγόμενος (64)· μένει δὲ ὅπερ ἐστὶ χρυσὸς, καὶ οὐχ ἡ ὕλη μεταβολὴν, ἀλλὰ τὸ σχῆμα λαμβάνει. Οὕτω καὶ τὴν σὴν καλοκαγαθίαν ἡγούμενοι τὴν αὐτὴν μένειν τοῖς φίλοις, κἂν ἀεὶ προῇῃς ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, ταύτην ἐθαῤῥήσαμεν τὴν πρεσβείαν προσαγαγεῖν, οὐ μᾶλλον τὴν ἀξίαν εὐλαβηθέντες, ἢ τῷ τρόπῳ πιστεύσαντες. Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ υἱῷ ἡμῶν Νικοβούλῳ τὰ πάντα ἔχοντι πρὸς ἡμᾶς ἐπιτηδείως, καὶ διὰ συγγένειαν, καὶ διὰ τὴν οἰκειότητα, καὶ, ὃ τούτων μεῖζόν ἐστι, διὰ τὸν τρόπον, γενοῦ δεξιός. Ἐν τίσι, καὶ πόσον; Ἐν οἷς αὐτὸς σοῦ δεηθήσεται, καὶ ὅσον τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ πρέπειν ὑπολαμβάνεις. Ἀντιδώσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ὧν ἔχομεν D τὸ κάλλιστον. Ἔχομεν δὲ τοὺς λόγους, καὶ τὸ κήρυκες εἶναι τῆς σῆς ἀρετῆς, εἰ καὶ μὴ τῆς ἀξίας ἐγγὺς, ἀλλά γε κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν.

(60) *Εἴτε ἐνδημοῦντες.* Has voces, quæ in ed. deerant, supplevimus e Reg. uno et Pass.

(61) *Νομίζεις.* Ita Pass., et Billius in versione. Ed. male νομίζειν.

(62) *Συνησθησομένους.* Ita Reg. unus, et Billius in versione. Ed. male συνθησομένους.

(63) Alias CVII. Scripta anno 369.

(64) *Καὶ πρὸς πολλὰ ὑπὸ τῆς τέχνης ἀγόμενος.* Ita Regg. duo, et Billius in versione. Ed. male καὶ πρὸς πολλὰ τῆς τύχης ἀγόμενος.

Digitized by Google

ΚΒ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (65).

21 XXII. EIDEM.

Eodem tempore procul dubio scriptæ sunt litteræ tres pro Amphilochio, anno scilicet 369, *quo tantum, et non prius Constantinopoli præfectum vidimus Sophronium.* Potentiæ *siquidem ejus atque dignitatis mentionem cum diserte faciat Theologus in epistola, hanc hucusque oportuit differre aliasque geminas, quibus Amphilochio suo* calumniis exagitato, quasi pecuniæ gratia ignavi aliquid gessisset reisque favisset, *summorum hominum gratiam et patrocinium conciliare nititur Gregorius. Itaque Sophronium, quem patriæ gloriam appellat, rogat, ut Amphilochio se instar omnium præbeat, potentiæ voluntatem adjungens.*

Ἔδει, καθάπερ τὸν χρυσὸν καὶ τοὺς λίθους τῇ A ὄψει γνωρίζομεν, οὕτω καὶ τοὺς καλοὺς καὶ μὴ τῶν ἀνδρῶν αὐτόθεν διαγινώσκεσθαι, καὶ μὴ μακροτέρας δεῖσθαι (66) δοκιμασίας. Οὐ γὰρ ἂν πολλῶν ἐδέησεν ἡμῖν λόγων ὑπὲρ τοῦ τιμιωτάτου υἱοῦ Ἀμφιλοχίου πρεσβεύουσι πρὸς τὴν σὴν μεγαλόνοιαν. Θᾶττον ἂν ἥλπισα ἓν τι τῶν ἀπίστων καὶ παραδόξων, ἢ τοῦτον ἀγεννές (67) τι πράξειν ἐπὶ χρήμασιν, ἢ διανοήσασθαι· τοσοῦτον αὐτῷ τὸ παρὰ πάντων συγκεχωρηκὸς ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ, καὶ τὸ πρεσβυτέραν τῆς ἡλικίας ἔχειν τὴν φρόνησιν. Ἀλλὰ τί χρὴ παθεῖν; Οὐδὲν διαφεύγει (68) τὸν φθόνον, ὁπότε καὶ τούτου τις μῶμος ἥψατο, ἀνδρὸς δι' ἀπλότητα μᾶλλον, ἢ τρόπων (69) κακίαν περιπεσόντος ἐγκλήμασιν. Ἀλλά σοι μὴ ἀνεκτὸν φανείτω περιῖδεῖν αὐτὸν ταῖς συκοφαντίαις παρασυρόμενον. Μὴ δέομαί σου τῆς ἱερᾶς B καὶ μεγάλης ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα τίμησον, καὶ τῇ ἀρετῇ βοήθησον, καὶ ἡμᾶς αἰδέσθητι τοὺς παρὰ σοῦ καὶ διὰ σοῦ δοξασθέντας, καὶ ἀντὶ πάντων γενοῦ τῷ ἀνδρὶ, τῷ δύνασθαι τὸ θέλειν προσθεὶς, ἐπειδὴ πάντα τῆς σῆς ἀρετῆς οἶδα ἡττώμενα.

Quemadmodum aurum ac lapides aspectu cognoscimus, ita etiam probos atque improbos eodem modo internosci oportebat, nec longius temporis spatium ad eorum animos explorandos desiderari. Haud enim multis mihi verbis opus fuisset, pro clarissimo filio Amphilochio tuam animi magnitudinem deprecanti. Equidem ipse unum aliquid potius ex iis, quæ fidem excedunt, atque ab hominum sensibus remota sunt, futurum speravi, quam ut hic pecuniæ causa ignavi aliquid faceret, aut cogitaret : tanta ei omnium consensu probitas tribuitur, prudentiaque ætate antiquior. Sed quid facias ? Nihil livorem effugit, quippe cum reprehensio quædam eum etiam attigerit, ob simplicitatem potius quam ob morum improbitatem, criminis accusatum. At tibi minime ferendum videatur, eum calumniis exagitatum despicere. Ne, inquam, quæso, ac sacrosanctum tuum et magnum animum obtestor, verum et patriam honore affice, et virtuti fer opem, et nos, qui a te et per te gloriam consecuti sumus, verere, atque instar omnium te homini præbe, potentiæ nimirum voluntatem adjungens ; quandoquidem mihi exploratum est, nihil esse, quod non tuæ virtuti cedat.

ΚΓ'. ΚΑΙΣΑΡΙΩ (70).

XXIII. CÆSARIO.

Scripta hæc eodem tempore, pro Amphilochio, epistola ad Cæsarium, qui et ipse Constantinopoli præfectus fuerat, anno 365, *at tum etiam dignitate quadam, aut certe bene administratæ provinciæ gloria et auctoritate pollebat. In his litteris* sacerdotium et senectutem, *imo* canitiem *suam, vel occulte subindicat, vel aperte commemorat ; quod anno* 369, *magis quam anno* 365 *convenire nemo negaverit. Juvenem autem appellat Amphilochium Gregorius* (71), *quod quidem absolute non est accipiendum, sed juvenem præ Gregorio, qui grandior erat. Iste autem Cæsarius non videtur fuisse Gregorii frater.*

Εἰ μεγάλα ἐστὶν ἃ αἰτοῦμεν, μηδὲν θαυμάσῃς, C ἐπειδὴ καὶ παρὰ μεγάλου, καὶ συμμετρεῖσθαι (72) δεῖ τῷ αἰτουμένῳ τὴν αἴτησιν. Ὁμοίως γὰρ ἄτοπον παρὰ μικροῦ μεγάλα αἰτεῖν, καὶ παρὰ μεγάλου μικρά. Τὸ μὲν γὰρ ἄκαιρον, τὸ δὲ μικρόλογον. Αὐτός σοι προσάγω διὰ τῆς ἐμαυτοῦ χειρὸς τὸν τιμιώτατον υἱὸν ἡμῶν Ἀμφιλόχιον, ἄνδρα τοσοῦτον ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ γνώριμον, καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς τῆς ἡλικίας, ὥστε ἂν αὐτὸς ἠγάπησα ὁ γέρων, καὶ ἱερεὺς, καὶ ὑμέτερος φίλος, οὕτως ὑπολαμβάνεσθαι. Εἰ δὲ φιλίας ἀνδρὸς ἡττηθεὶς, τὴν διαβολὴν οὐχ ὑπείδετο, τί θαυμαστόν; Τῷ γὰρ μὴ πονηρὸς εἶναι, οὐδὲ ὑπείδετο τὴν πονηρίαν, λόγου μᾶλλον διόρθωσιν ἢ τρόπου προσήκειν αὐτῷ νομίσας. Οὕτω συμπονεῖν ἐδέξατο (73). Τί τοῦτο δεινὸν τοῖς εὐγνώμοσι; Μὴ D

Si magna sunt quæ petimus, ne mireris : nam a magno petimus, ac petitionem cum eo, a quo petitur, metiri decet. Æque enim absurdum est a parvo magna postulare, atque a magno parva. Nam ut illud importunum est, ita hoc minuti ac præparci animi. Ipse mea manu tibi charissimum filium nostrum Amphilochium offero, virum probitatis nomine usque adeo nobilem (etiam præter quam ætas ferat), ut ipse, qui et senex, et sacerdos, et amicus vester sum, præclare mecum agi existimaturus sim, si eam apud vos existimationem obtinerem. Quod si viri amicitia captus ac superatus, calumniam **22** haudquaquam subolfecit, quid mirum ? Nam quia minime improbus erat, idcirco ne improbitatem quidem subodoratus

(65) Alias CX. Scripta anno 369.

(66) *Δεῖσθαι.* Hanc vocem, quæ in ed. deerat, supplevimus e Regg. tribus.

(67) *Ἀγεννές.* Ita Reg. unus, et ed. ad marginem. Male in textu ἀγενές.

(68) *Διαφεύγει.* Ita Reg. et ed. ad marg. Male in textu διαφεύγειν.

(69) *Τρόπων.* Ita Reg. unus, et ed. ad marg. Male in textu τρόπῳ.

(70) Alias CVI. Scripta eodem tempore.

(71) *Ammon.* lib. XXVI, pag. 322.

(72) *Συμμετρεῖσθαι.* Ita Regg. duo. Ed. male συμμετρητεῖσθαι.

(73) *Ἐδέξατο.* Ita Reg. unus. Ed. male ἔδοξε, quod Billius vertit, *videretur.*

Digitized by Google

est, nimirum sermonis potius quam morum correctionem sibi convenire arbitratus. Ita factum est, ut una cum eo laborare non recusaverit. Quidnam hic criminis est apud æquos et probos viros? Quamobrem ne vitium superiori conditione, quam virtutem, esse patere, nec canitiem nostram aspernare : verum et reverere testimonium nostrum, et humanitatis officia nostris benedictionibus subjice, quarum fortasse aliqua apud Deum, cui astamus, ratio est.

τοίνυν ἀνάσχῃ πλέον ἔχειν (74) ἀρετῆς κακίαν, μηδὲ τὴν ἡμετέραν πολιὰν ἀτιμάσῃς· ἀλλὰ καὶ τὴν μαρτυρίαν αἰδέσθητι (75), καὶ τὸ φιλάνθρωπον ὑπόθες ταῖς παρ' ἡμῶν εὐλογίαις, ὧν ἴσως τις παρὰ Θεῷ λόγος, ᾧ παρεστήκαμεν.

XXIV. THEMISTIO.

ΚΔ'. ΘΕΜΙΣΤΙΩ (76).

Themistius, ad quem scripta hæc est epistola, gratia tum potens et eloquentia, ac propterea, tametsi gentilis, Gregorio charus, doctrinæ regula *et amussis, ac* sermonum rex *ab eodem celebratur. Amphilochium commendat.*

Sermones in periculo versantur : ac tempus tuum est, siquidem tu rex es sermonum. Huc accedit, quod a paterno latere tibi amicus est meus Amphilochius. Addam etiam, quod ejusmodi, qui nec paterno generi, nec nostræ amicitiæ dedecori sit, nisi ego malus hujusmodi rerum judex sum. Quodque maximum est, homini præsertim, ut es, philosopho, quod cum nihil iniqui admiserit, negotia et molestias habet. Quod quanquam per se levissimum sit, nobis tamen acerbissimum fuerit, si dissimulare ac contemnere videamur. Et quidem ipse, quod unum possum, hoc facio. Possum autem deprecatoris partes apud eos obire, quibus bene de eo merendi potestas est. Neque enim eo statu, quo nunc sum, aliud quicquam efficere queo. Tu vero id, quod a tuo Platone dictum est, confirma, nempe civitates non ante malorum finem habituras esse, quam philosophia cum potentia conjuncta sit. Utraque enim re polles. Egenti manum porrige, eum videlicet, ut consentaneum erit, monens, ac juvans. Nihil certe melius philosophari possis, quam si nunc justitiæ patrocinium suscipias : hac re quoque beneficio afficies nos, laudum tuarum præcones, ac si per te dicere liceat, et amicos.

Λόγοι τὸ κινδυνευόμενον· καὶ σὸς ὁ καιρὸς, εἴπερ βασιλεὺς σὺ (77) τῶν λόγων. Καὶ πρός γε, σοὶ φίλος πατρόθεν ὁ ἐμὸς Ἀμφιλόχιος. Προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ τοιοῦτος, οἷος μήτε γένος πατέρων αἰσχύνειν, μήτε τὴν ἡμετέραν φιλίαν, εἰ μὴ φαῦλος ἐγὼ τῶν τοιούτων κριτής. Καὶ τὸ μέγιστον, ἀνδρὶ μάλιστα κατὰ σὲ φιλοσόφῳ, ὅτι μηδὲν ἀδικῶν ἔχει πράγματα. Ὃ, τῷ (78) μὲν ἔστι κουφότατον, ἡμῖν δὲ αὖ βαρύτατον, εἰ περιορῶντες φαινοίμεθα. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὃ μόνον δύναμαι, τοῦτο ποιῶ. Δύναμαι δὲ πρεσβεύειν πρὸς τοὺς εὖ ποιεῖν δυναμένους. Οὐ γὰρ ἄλλο γε οὐδὲν ἐμοὶ δυνατὸν οὕτως ἔχοντι, ὥσπερ νῦν ἔχω. Σὺ δὲ τὸν τοῦ σοῦ Πλάτωνος (79) βεβαίωσον λόγον, μὴ πρότερον παύσασθαι τὰς πόλεις κακῶν εἰπόντος, πρὶν ἂν συνέλθῃ φιλοσοφίᾳ τὸ δύνασθαι. Ἱκανὸς γὰρ εἶ ἀμφότερα. Δὸς χεῖρα τῷ δεομένῳ, καὶ παραινέσας τὰ εἰκότα, καὶ βοηθήσας. Ὡς οὐκ ἔστιν ὅτι φιλοσοφήσαις (80) ἄμεινον, ἢ νῦν τῷ δικαίῳ συναγωνισάμενος. Πρὸς τῷ (81) καὶ ἡμᾶς εὖ ποιεῖν τοὺς σοὺς ἐπαινέτας, εἰ δὲ δίδως εἰπεῖν, καὶ φίλους (82).

23 XXV. AMPHILOCHIO.

ΚΕ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (83).

Ex hac epistola ad Amphilochium, et ea quæ sequitur, sic Baronius apud Bollandum ratiocinatur (84): Licet eamdem Ponticam solitudinem Gregorius ac Basilius simul incolerent, degebant tamen singuli in singulis cellulis separatis, ita tamen inter se distantes, ut non incommoda sæpius veniendi daretur facultas. Id etenim ex Gregorii epistola, quam tum in eremo agens ad Amphilochium in eadem solitudine philosophantem scripsit, facile potest intelligi. Nam excepturus aliquando Basilium, olera ad se mitti rogat. *Quod quidem recte colligeret Annalium parens, si ad tempus, quo Ponticam solitudinem incoluit Gregorius, nempe ad annum* 358 *labentem*, 359, 360, 361 *ineuntem, utraque epistola esset retrahenda; sed errat Baronius. Non enim in eadem solitudine, et in Ponto; sed Ozizalæ, de qua hac epistola Gregorius, in Cappadocia, tunc versabatur Amphilochius, ut parentis senium adjuvaret. Ipse Amphilochius, ut cætera omittam, quo tempore Ponticam solitudinem Gregorius et Basilius incolebant, nempe ab anno labente* 358, *ad annum* 361 *ineuntem, junior erat, quam ut ipsi liceret per ætatem, vitam cœnobiticam amplecti, nedum anachoreticam. Imo nequidem tum amore solitudinis tenebatur Amphilochius, ut ex quibusdam Gregorii litteris, aliquot post annos scriptis, probare facillimum esset. Neque ergo tunc erat, neque antea Amphilochius in solitudine fuerat; sed fori mundique negotiis distentus erat. Credibile est, Amphilochium nonnisi post confecta negotia, de quibus in ejus gratium plurimas Theologus anno* 369 *scripsit epistolas Sophronio et aliis, mundo valedixisse et in solitudinem sese recepisse. Itaque post illa tempora et negotia, epistolas* XXV, *alias* XVI, *et* XXVI, *alias* XIII, *collocare visum est.*

Panes a te non postulavimus, ut nec aquam ab

Ἄρτους μὲν οὐκ ἠτήσαμεν παρὰ σοῦ, ὅτι μηδὲ

(74) Ἔχειν. Hanc vocem, quæ in ed. deerat, supplevimus e Regg. tribus.

(75) Alias CXL. Scripta anno 369.

(76) Αἰδέσθητι. Ita Regg. duo. Ed. male ἀναίσθητι, *intellige.*

(77) Εἴπερ βασιλεὺς σύ. Ita Regg. duo. Ed. minus bene εἴπερ σὺ βασιλέως.

(78) Ὃ, τῷ. Ita Regg. duo, et ed. ad marg. Male in textu ὃ, τό.

(79) Τοῦ σοῦ Πλάτωνος. Plato, *De republica*, libro v, sic ait : *Nisi philosophi in civitatibus summam auctoritatem potestatemque obtineant : vel hi qui nunc reges et optimates dicuntur, ac rerum summam obtinent, germana et cumulata quadam ratione philosophentur; ac in idem concurrant civilis potentia et philosophia.... nulla unquam erit malorum in civitatibus quies, mea quidem sententia.*

(80) Φιλοσοφήσαις. Ita Reg. unus. Ed. minus bene φιλοσοφήσεις.

(81) Πρὸς τῷ. Ita Regg. duo. Ed. male πρὸς τό.

(82) Εἰ δὲ δίδως εἰπεῖν, καὶ φίλους. Has voces, quæ in ed. deerant, supplevimus e cunctis codd. nostris.

(83) Alias XII. Scripta circiter annum 369.

(84) *Vita Gregor.* apud Bolland. n. 43, pag. 387.

Digitized by Google

ὕδωρ παρὰ τῶν Ὀστρακίνην (85) οἰκούντων. Λάχανα δὲ εἰ αἰτοίημεν παρὰ ἀνδρὸς Ὀζιζαλέως (86), ὧν ἀφθονία μὲν παρ' ὑμῖν (87), παρὰ δὲ ἡμῖν πολλὴ σπάνις, θαυμαστὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἔξω τῆς συνηθείας. Καταξίωσον οὖν λάχανα ἡμῖν ἀποστεῖλαι πλεῖστα καὶ κάλλιστα, ἢ ὅσα γε δυνατὸν (ἐπεὶ καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα τοῖς πένησιν), ἐπειδὴ καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον δεξιούμεθα, οὗ μὴ βουληθῇς, ὥσπερ ἐπειράθης κεχορεσμένου φιλοσοφοῦντος, οὕτω πειραθῆναι πεινῶντος καὶ δυσχεραίνοντος.

A iis qui Ostracinam incolunt. Olera autem si a viro Ozizalensi petierimus, quorum apud vos summa copia, apud nos vero magna inopia est, nec mirum fuerit, nec a consuetudine alienum. Ne graveris itaque ad nos olera mittere plurima et pulcherrima, aut quantum certe potueris (nam exigua quoque pauperibus magna sunt), quandoquidem magnum etiam Basilium cœna excipiemus, quem cave, ne quemadmodum saturum philosophantem expertus es, ita etiam esurientem et indignabundum experiaris.

ΚϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (88).

XXVI. EIDEM.

Frumentum suum, nisi Amphilochius olera copiosius impertiat, a se contentum iri jocose minatur.

Ὡς μικρολόγως ἡμῖν ἥκει τὰ λάχανα παρ' ὑμῶν! καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ χρυσολάχανα (89); Καί τοί γε ὁ πᾶς πλοῦτος ὑμῖν κῆποι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλση, καὶ παράδεισοι, καὶ λαχανηφόρος ὑμῖν ἡ χώρα, ὡς χρυσοφόρος ἄλλοις, καὶ λειμώνια φύλλα νέμεσθε (90). Ὁ δὲ σῖτος ὑμῖν ἡ μυθικὴ μακαρία· καὶ ὁ ἄρτος, ὃ δὴ λέγεται, ἄρτος ἀγγέλων, οὕτως ἄσπαστός τε καὶ ἄπιστος. Ἢ τοίνυν μεταδίδοτε τούτων ἡμῖν ἀφθονώτερον, ἢ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀπειλήσομεν· τὸν δὲ σῖτον ἐφέξομεν, καὶ εἰσόμεθα εἰ ὄντως δρύσῳ μόνῃ τρέφονται τέττιγες (91).

Quam parce a vobis ad nos olera veniunt! et quid B aliud sunt quam aurea olera? Atqui omnes vestræ opes in hortis et fluviis, et nemoribus et pomariis sitæ sunt, et olifera vobis est regio, quemadmodum aliis aurifera, pratensiaque folia colitis. At frumentum vobis fabulosa felicitas est: et panis, ut dici solet, vobis est panis angelorum; ita vobis gratus, ac præter spem vestram fidemque venit. Aut igitur olera vestra copiosius nobis impertire, aut aliud quidem nihil comminabimur: verum frumentum nostrum continebimus, ac sciemus num cicadæ revera solo rore alantur.

ΚΖ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (92).

XXVII. EIDEM.

Jocose minatus fuerat Gregorius in epistola superiore se frumentum Nazianzenum minime missurum, ni Amphilochius olera copiosius mitteret, cui comminationi cum Amphilochius respondisset, ut verisimile est, nihil a morte, nec a fame metuere Ozizalenses, etiamsi non mitteretur frumentum, quod tam magnifice jactitabat, his litteris, quæ jocis et sale respersæ sunt, Gregorius rescripsit.

Παίζεις. Ἐγὼ δὲ οἶδα τὸν κίνδυνον Ὀζιζαλέως C πεινῶντος, ὅταν μάλιστα γεωργήσητε (93). Ὧν ἓν τοῦτο μόνον ἐπαινετὸν, ὅτι κἂν λιμῷ φθαρῶσιν, ἀλλ' εὐωδοῦσι, καὶ λαμπρᾶς τυγχάνουσι τῆς ταφῆς. Πῶς; πολλοῖς βάλλονται καὶ ποικίλοις τοῖς ἄνθεσιν.

Ludis. At ego Ozizalensis periculum novi, tum demum fame laborantis, cum 24 maxime excolueritis. Quorum tamen hoc unum laudabile est, quod etiamsi fame intereant, tamen suaviter olent, ac splendidam sepulturam consequuntur. Qui tandem istud? Multis ac variis floribus consperguntur.

ΚΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (94).

XXVIII. EIDEM.

His alteram ad Amphilochium epistolam, ejusdem propemodum argumenti, sed non eodem tempore scriptam, subjungimus. Festive rogat Gregorius Amphilochium, ut directum ad se hospitem laute et humaniter excipiens, oleribus eum honorare dignetur.

Τὰς ὀρείους μὲν, ὁμόρους δὲ τῇ Παμφυλίᾳ (95) πόλεις ἐπισκεψάμενοι, Γλαῦκον ἐκεῖ θαλάττιον ἐν τοῖς ὄρεσιν ἠλιεύσαμεν, οὐ λίνου δικτύοις τοῦ βυθοῦ D τὸν ἰχθὺν ἐξελκύσαντες, ἀλλ' ἀγάπῃ φίλων τὸ θήραμα

Cum montanas et Pamphyliæ vicinas urbes lustrassemus, Glaucum ibi marinum in montibus piscati sumus; non lineis retibus e profundo extrahentes piscem, sed charitate amicorum captu-

(85) *Ὀστρακίνην*. Plin. Secund. *Hist. mundi* libro v, mentionem facit Ostracinæ cujusdam ad fines Arabiæ positæ, a Pelusio LXV mill. passuum distantis.

(86) *Ὀζιζαλέως*. Ozizale quædam erat Cappadociæ regio, in qua tunc morabatur Amphilochius.

(87) *Ὧν ἀφθονία μὲν παρ' ὑμῖν*. Ita Regg. duo, et Pass. Ed. male ὧν ἀφθονία ὑμῖν

(88) Alias XIII. Scripta eodem anno.

(89) *Ἢ χρυσολάχανα*. Cod. Pass. καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ λάχανα; *Et quid aliud quam olera?*

(90) *Καὶ λειμώνια φύλλα νέμεσθε. Pratensiaque folia pascitis.* Combefis.: *Prataque virentia possidetis*; existimat autem vatis cujusdam sibi ignoti esse hemistichium.

(91) *Δρύσῳ μόνῃ τρέφονται τέττιγες*. Virg. *Eclog.* v, ait:

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Hoc idem Plinius asserit, lib. XI, cap. 36. At eas rore ali solum argumentum est quod, cum excitatæ subvolant, reddant humorem. Neque enim ad excrementa corporis ullum foramen est, teste ibid. Plinio.

(92) Alias CLXIII. Scripta anno 369.

(93) *Γεωργήσητε*. Ita cod. Par., et duo Regii, et Combef. Ed. γεωργήσηται. Combef.: *cum maxime messem feceritis*, quod tota regio pratensis et hortensis vix quicquam tritici ferat, ut in epist. XXV, ad eumdem.

(94) Alias CCXLI. Scripta tempore incerto.

(95) *Τῇ Παμφυλίᾳ*. Ita cod. Reg. In ed. τῆς Παμφυλίας.

Digitized by Google

ram irretientes. Uno verbo Glaucum ire pedes edoctum misimus probitati vestræ tabellarium, quem hospitio humaniter excipite, et hospitalitate Scripturis celebrata cum oleribus honorate.

σαγηνεύσαντες. Ἅπαξ δὲ τὸν Γλαῦκον πεζεύειν μαθόντα γραμματοφόρον προσαπεστάλκαμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγαθότητι (96), ὃν φιλοφρόνως ξενίσατε, καὶ τῷ παρὰ ταῖς Γραφαῖς (97) εὐδοκιμοῦντι ξενισμῷ μετὰ λαχάνων καταξιώσατε.

XXIX. SOPHRONIO PRÆSIDI.

ΚΘ'. ΣΩΦΡΩΝΙΩ ΥΠΑΡΧΩ (98).

Cæsarius Nicææ ruinis expeditus, mox in patriam reversus, morbo corripitur, quem brevi mors consecuta est, anno 368 *exeunte, vel ineunte* 369. *Non solum dolore acerbissimo mors tam chari capitis Gregorium afjecit, sed molestissimas etiam injecit, ut verbis ipsius utar* (99), negotiorum incursiones, *quorum onere pressus ac gemens, querelas suas in variis carminibus et epistolis effudit. Exemplo esse potest hæc ipsa, qua Sophronium Constantinopoli præfectum orat, obsecrat, obtestatur*, per amicitiam, per charissima quælibet, *per vivos et mortuos*, perque spes ipsas, *ut sua auctoritate eos compescat, qui bona Cæsarii diripiebant. Epistolam autem hanc hucusque distulimus, tum quia præmittenda erat ea, qua recens adeptam dignitatem Gregorius Sophronio gratulatur, tum quia illa mortuo statim Cæsario non videtur scripta.*

Vides qualia nostra sint, et quomodo res humanæ velut in orbem volvantur : ac nunc hi, nunc illi floreant, nunc marcescant, ita ut nec felicitas, nec infelicitas, ut dici solet, fixa stabilisque nobis permaneat, verum celerrime utraque commutetur ac delabatur ; adeo ut ventis potius fidere quispiam possit, aut litteris in aqua scriptis, quam hominum prosperitati. Quod quidem, mea sententia, fit, ut harum rerum inconstantiam et inæqualitatem spectantes, concitatiore cursu ad Deum et futura properemus, ac nobis quoque ipsis nonnihil prospicianmus, parvam umbrarum et somniorum curam gerentes. Sed unde hæc fluxit oratio? non enim temere philosophor, nec incassum me ostento.

Erat quondam non obscuri nominis tuus quoque Cæsarius, imo, nisi me fraternus amor fallit, perquam ampli et splendidi, eruditionis nomine conspicuus, morum probitate plerisque superior, amicorum **25** etiam copia clarus et celebris, quorum inter primos principem te tuamque nobilitatem esse, tum ipse existimabat, tum nobis persuadebat. Ac vetera quidem hujusmodi erant ; tuque etiam his plura a teipso adjicies, funebribus illum honoribus prosequens, et quod natura omnibus insitum est, mortuo quidpiam amplius elargiens. Nunc vero (ac ne siccis oculis hunc sermonem transmittas, aut honeste certe et commode collacrymes) hic quidem exanimis jacet, ab amicis inops, desertus, miserabilis, exigua myrrha donatus (si tamen hac quoque), ac paucis et

Ὁρᾷς οἷα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων· νῦν μὲν τῶν, νῦν δὲ τῶν ἀνθούντων καὶ ἀπανθούντων, καὶ οὔτε τοῦ εὖ πράττειν ἑστῶτος ἡμῖν, οὔτε τοῦ δυστυχεῖν, ὃ δὴ λέγουσιν, ἀλλὰ τάχιστα μετακινουμένου καὶ μεταπίπτοντος, ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν, καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. Τίνος ἕνεκεν; ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα τὸ ἐν τούτοις ἄστατον καὶ ἀνώμαλον θεωροῦντες, μᾶλλόν τι προστρέχωμεν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ μέλλοντι, καί τινα ποιώμεθα καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμέλειαν, βραχέα τῶν σκιῶν καὶ τῶν ὀνειράτων φροντίζοντες. Ἀλλὰ πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος; οὐ γὰρ εἰκῆ ταῦτα φιλοσοφῶ, οὐδὲ διακενῆς καλλωπίζομαι.

Ἦν ποτε τῶν οὐκ ἀφανῶν καὶ ὁ σὸς Καισάριος, εἰ δὲ μὴ ὡς ἀδελφὸς ἀπατῶμαι, καὶ τῶν λίαν ἐπιφανῶν, γνώριμος μὲν ἐπὶ παιδεύσει, καλοκαγαθίᾳ δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς (1), λαμπρὸς δὲ φίλων περιουσίᾳ, ὧν πρῶτον ἐν πρώτοις (2) σέ τε καὶ τὴν σὴν εὐγένειαν ὑπάρχειν αὐτῷ αὐτός τε ἐφρόνει, καὶ ἡμᾶς ἔπειθε. Τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ταῦτα, καὶ τὰ πλείω παρὰ σεαυτοῦ προσθήσεις, τιμῶν αὐτὸν ἐπιτάφια καὶ ὃ φύσει πάντες ἔχομεν ἄνθρωποι, μᾶλλόν τι τῷ ἀπελθόντι χαριζόμενος (3). Τὰ δὲ νῦν (καὶ ὅπως μὴ παραδράμῃς (4) ἀδακρυτὶ τὸν λόγον, ἢ δακρύσαις γε εἰς καλὸν καὶ χρήσιμον·) ὁ μὲν κεῖται νεκρὸς, ἄφιλος, ἔρημος, ἐλεούμενος, σμύρνης ὀλίγης ἠξιωμένος (εἴ γε καὶ τούτου), καὶ μικρῶν ἐνδυμάτων τῶν τελευταίων (5)· πολύ γε ὅτι καὶ τούτων ἐλεούμενος. Ἐπιπεπτώκασι δὲ οἱ ἐχθροὶ, ὥς γε πυνθάνει. Bill., *tum ipse confidebat.*

(96) *Τῇ ὑμετέρᾳ ἀγαθότητι.* Cod. Reg. πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγαθότητα.

(97) *Τῷ παρὰ ταῖς Γραφαῖς.* Ita codd. Regg. duo. In ed. deest τῷ.

(98) Alias XVIII. Scripta circa finem anni 369.— *Σωφρονίῳ Ὑπάρχῳ.* Amm. Marcellinus, lib. xxvi, meminit ejusdem Sophronii primum notarii, deinde præfecti Constantinopoleos sub Valente, qui is esse videtur ad quem scribit noster Theologus. Hæc Billius. Non nudus igitur ἡγεμών, ait Combef., aut ἄρχων, *præses*, ut reddit Billius, sed *præfectus* urbis, cui in rebus, de quibus agit Gregorius, summa auctoritas.

(99) Greg., Carm. lib. II, carm. II, vers. 376.

(1) *Καλοκαγαθίᾳ δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλούς.* Combef.: *Morum probitate quam pro vulgi ratione superior.*

(2) *Πρῶτον ἐν πρώτοις.* Ita codd. duo Regg. In ed. ἐν πρώτοις desunt. Paulo infra αὐτός τε ἐφρό-

(3) *Ἀπελθόντι χαριζόμενος.* Ita cod. et Combef. In ed. χαριζόμενοι.

(4) *Καὶ ὅπως μὴ παραδράμῃς.* Apparet, inquit Billius, legendum esse ὅπως μοι παραδράμῃς, ut in Frob., non ὅπως μή, ut in Hervaq., quod aperte indicat id quod sequitur, ἢ δακρύσαις γε, etc., quod præcedentibus verbis opponi videtur. Vertit Billius : *Ac nunc, ac videat siccis oculis*, etc.; alii legunt, καὶ πῶς μοι παραδράμῃς, etc., *et quomodo siccis oculis hunc sermonem transmitteres, aut commode et utiliter collacrymares?* Quasi diceret Sophronium neque non lacrymari posse, neque ita lacrymari, ut lacrymando aliquid proficiat. Montac. legit ὅπως μοι. Morel. ὅπως μή μοι, etc.; at Combef. nihil mutandum judicat, et ejus versionem sequimur, παραδράμῃς ἀδακρυτὶ τὸν λόγον.

(5) *Τῶν τελευταίων.* Ita codd. duo Regg. Montac. Morel. et editi nonnulli. Bill. τῶν εὐτελῶν, *vilibus*

Digitized by Google

νομαι, καὶ ἄλλος ἄλλοθεν τὰ ἐκείνου κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν, οἱ μὲν διαρπάζουσι, οἱ δὲ μέλλουσιν. Ὦ τῆς ἀναλγησίας, ὦ τῆς ὠμότητος! Καὶ ὁ κωλύσων οὐδείς· ἀλλ' ὅ γε φιλανθρωπότατος, τοῦτο χαρίζεται μόνον, ἀνακαλεῖται τοὺς νόμους· καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, δρᾶμα γεγόναμεν, οἵ ποτε νομισθέντες εὐδαίμονες. Ταῦτα μὴ ἀνεκτὰ (6) φανήτω σοι· ἀλλὰ καὶ συνάλγησον, καὶ συναγανάκτησον, καὶ δὸς χάριν νεκρῷ Καισαρίῳ. Ναὶ πρὸς τῆς φιλίας αὐτῆς· ναὶ πρὸς τῶν σῶν φιλτάτων καὶ τῶν ἐλπίδων, ἃς ποίησον σεαυτῷ δεξιὰς, πιστὸς τῷ ἀπελθόντι φανεὶς καὶ γνήσιος· ἵνα καὶ τοῖς ζῶσι τοῦτο χαρίσῃ, καὶ ποιήσῃς αὐτοὺς εὐέλπιδας. Οἶει περὶ χρημάτων ἡμᾶς ἀλγεῖν; τὸ τῆς αἰσχύνης ἡμῖν ἀφορητότερον, εἰ δόξειε μόνος τῶν ἁπάντων Καισάριος μὴ ἐσχηκέναι φίλους, ὁ δὴ καὶ πολλοὺς ἔχειν οἰόμενος. Ἡ μὲν πρεσβεία τοιαύτη, καὶ παρὰ τοιούτων (7), ἐπειδή σοι καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἴσως οὐ πάρεργον. Ἃ δὲ βοηθήσεις, καὶ δι' ὧν, καὶ ὅπως, τά τε πράγματα ὑποθήσεται, καὶ ἡ σὴ διασκέψεται σύνεσις.

A ultimis integumentis : magnique etiam æstimandum, quod hæc quoque hominum commiseratione consecutus sit. Impetum autem hostes fecerunt, ut audio, atque ejus facultates alii aliunde liberrime et insolentissime, partim diripiunt, partim jamjam direpturi sunt. Ingentem crudelitatem et immanitatem! Nec quisquam est qui prohibeat; sed humanissimus quisque hoc solum præstat, quod legum fidem implorat et obtestatur; atque ut uno verbo dicam, fabula facti sumus, qui felices quondam habebamur. Ne tibi hæc ferenda videantur; at una mecum vicem nostram dole, et simul indignare, beneficioque Cæsarium e vivis sublatum affice. Eia te per amicitiam ipsam obtestor; eia per ea, quæ charissima habes, per B spes animo conceptas, quas tibi faustas effice, fidum te et sincerum amicum mortuo præbens : ut iis etiam, qui vita fruuntur, hoc largiaris, ac spem meliorem afferas. An tu pecuniarum nomine nos angi putas? Intolerabilior nobis ignominia fuerit, si solus ex omnibus mortalibus Cæsarius amicis carnisse videatur, qui permultos etiam sibi esse existimabat. Ac deprecatio talis est, atque a talibus profecta, quandoquidem tu nos quoque fortasse non contemnendo loco habes. Quod autem auxilium, et quibus adminiculis, quaque ratione ferendum sit, tum res ipsæ admonebunt, tum prudentia tua dispiciet.

Λ'. ΦΙΛΑΓΡΙΩ (8).

26 XXX. PHILAGRIO.

Non statim post Cæsarii mortem scriptam esse hanc epistolam ipsum epistolæ initium insinuat; sed nec tam longo post tempore, ut arbitratur Tillemontius, qui decem post annos scriptam hinc forte colligit, quod in hac epistola scripserit Gregorius, sibi vitæ consuetudinem cum Philagrio a livore ereptam, qui res suas moleste constituerat. *Nulla certe negotia fuere, decimo post mortem Cæsarii anno, neque per id tempus, quod efflurit ab ejus morte, donec Constantinopolim se conferret, quæ impedimento fieri potuerint Gregorio, quominus Philagrii sui consuetudine uteretur. Vox* livor *videtur fucum fecisse viro docto, qui eam de itinere Constantinopolitano forte est interpretatus. Verum nihil Gregorio familiarius quam vox ista, qua passim utitur, dum vitæ suæ molestos adversosque casus narrat, sive antequam Constantinopolim peteret, sive postquam inde digressus est. Quidquid adversi et molesti contigit,* livori *tribuit, ut sexcentis locis facillimum est demonstrare. Sæpius etiam hac voce diabolum intelligit. Sera profecto et importuna de morte Cæsarii post decem annos querimonia. Nobis igitur videtur scriptam hanc esse epistolam, quo tempore negotiis ovpressus, Sophronii Constantinopolitani præfecti, datis ad eum litteris, opem implorabat adversus facultatum Cæsarii prædatores.*

Καισάριον οὐκ ἔχω· ἐρῶ γὰρ, καὶ εἰ μὴ φιλόσοφον τὸ πάθος. Στέργω τὰ Καισαρίου (9), καὶ ὅ τί ποτ' ἂν ἴδω Καισαρίου γνώρισμα, καὶ περιπτύσσομαι καὶ ἀσπάζομαι, καὶ οἱονεὶ αὐτὸν ὁρᾷν δοκῶ, καὶ συνεῖναι, καὶ διαλέγεσθαι. Οἷον ἔπαθον καὶ νῦν (10) ἐπὶ τοῖς σοῖς γράμμασιν. Ὁμοῦ γε ἀνέγνων τὸ πρόγραμμα τῆς ἐπιστολῆς, τὸ γλυκύ μοι πρᾶγμα καὶ ὄνομα τὸ Φιλάγριον, καὶ πάντα μοι ἀθρόως ὑπεισῆλθε τά ποτε τερπνὰ, αἱ πόλεις, αἱ διατριβαὶ, ἡ τράπεζα, ἡ πενία (11), τὰ τῆς ἐρατεινῆς ὁμηλικίης, ὅ φησιν Ὅμηρος (12), ἡ παί-

C Cæsarium non habeo; dicam enim, etsi parum philosophicus est hic affectus. Cæsarii rebus acquiesco, et si quid aliquando videam, quod mihi memoriam illius refricet, hoc amplector et exosculor, ac velut eum intueri mihi videor, simulque versari et confabulari. Id adeo mihi nunc in litteris tuis accidit. Nam simulac primam epistolæ partem legi, ac Philagrium, re nomineque mihi suavissimum vidi, omnes mihi veteres jucunditates in animum repente subierunt, urbes, studia, mensa, paupertas, atque jucundissimi sodalitii,

(6) *Ταῦτα μὴ ἀνεκτά.* Bill. : *Hæc tibi ne levia et tolerabilia videantur, obsecro.* Mox, ἀλλὰ καὶ συνάλγησον, Bill., *verum et vicem nostram dole.*

(7) *Παρὰ τοιούτων.* Mallet Combef. περὶ τοιούτων.

8) Alias XL. Scripta circa idem tempus.— *Φιλαγρίῳ.* Hæc epistola, inquit Bill., Eudoxii nomen præferebat, non Philagrii; sed quis hoc typographi oscitantiæ ascribendum non videt, cum in ea Gregorius Philagrii nominatim mentionem faciat? Consimilis error in alia quadam epistola, nunc XXXII, inolevit.

(9) *Στέργω τὰ Καισαρίου.* Combef., *Quæ Cæsarii sunt nativa prosequor amoris sui.*

(10) *Οἷον ἔπαθον καὶ νῦν.* Ita cod. et Combef. In edit. καὶ οἷον ἔπαθον νῦν.

(11) *Ἡ τράπεζα, ἡ πενία.* Si mendo caret ea D vox, ἡ πενία, ait Combef., indicio est ἀσκήσει operam dedisse Philagrium, qua sic paupertatem coluerit, Gregorio illi palæstræ socio. Hinc forte legendum vellent quidam ἡ τράπεζα ἡ κοινή, *mensa communis.*

(12) *Ὅ φησιν Ὅμηρος.* Helena, *Iliad.* III, 173, Priamum alloquens, sic inter cætera ait :

Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακὸς, ὁππότε δεῦρο
Υἱεῖ σῷ ἑπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα,

Digitized by Google

ut Homeri verbis utar, vel ludicra, vel seria, litterarii sudores, communes præceptores, spei sublimitas, cunctaque alia ejus ætatis bona, quæ quisquam percensere possit : quorum ego vel sola recordatione apprime delector. Quare ut tua opera magis etiam adhuc inter nos congrediamur, calamum move, ac si mihi rem gratam facere cupis, scribe. Nam ne hoc quidem procul dubio nobis parvi momenti est ; tametsi, quod maximum erat, hoc est, vitæ consuetudinem, nobis livor abripuit, res nostras moleste constituens.

A γνια, ἢ σπουδάσματα, οἱ τῶν λόγων ἱδρῶτες, οἱ κοινοὶ παιδευταί, τὸ τῶν ἐλπίδων ὕψος, πάντα ὅσα ἂν εἴποι τις τῶν τηνικαῦτα καλῶν, οἷς ἐγὼ χαίρω διαφερόντως καὶ μεμνημένος. Ἵν' οὖν ἔτι μᾶλλον ὁμιλῶμεν τούτοις καὶ διὰ σοῦ, κινοῦ τὴν γραφίδα, καὶ χαρίζου τὸ ἐπιστέλλειν. Πάντως οὐδὲ τοῦθ' ἡμῖν μικρὸν, εἰ καὶ τὸ μέγιστον ἥρπασεν ἡμῶν ὁ φθόνος, τὴν συνουσίαν, λυπηρῶς διαθεὶς τὰ ἡμέτερα.

XXXI. EIDEM.

ΛΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (13)

Plures sunt ad Philagrium consolatoriæ Gregorii epistolæ, quarum hæc prima esse, cæterisque præmittenda videtur : quippe quam tunc scripsit, cum primo laborantis amici nuntium audivit : tum maxime, quia nulla patientiæ Philagrii mentio, cujus præclara in sequentibus epistolis exempla commemorat. Quinimo eum animo simul cum corpore dejectum, afflictionemque deplorare suam, *non obscure significat. Demum novitius in pietate videri potest homo, qui morbi solatia in Homeri Demosthenisque lectione quærit.*

Quæ tibi molesta sunt, utique et nobis. Amicorum enim, pro eo atque amicitiæ lex poscit, communia omnia, tam prospera quam adversa esse censemus. Quanquam, **27** si de his rebus nonnihil philosophandum est, atque apud te, ut par est, disserendum (quod etiam ipsum amicitiæ lex dictat), nolo, nec honestum esse censeo, te, hoc est, Philagrium, virum singulari rerum divinarum doctrina præditum, eodem modo affici, quo plerique solent ; nec simul cum corpore dejici, atque afflictionem ut incurabilem deplorare : verum dolori resistere, atque animo vel nunc maxime purgari, vinculisque superiorem te præbere ; ac morbum nihil aliud esse ducere, quam utilem quamdam disciplinam, huc videlicet tendentem, ut et corpora et omnia quæ ad corpus spectant, et quidquid fluxum ac turbulentum est interiturumque contemnens, ac pro nihilo putans, totum te cœlesti parti addicas ; nec præsenti tempori, sed futuro ævo vivas, mortisque meditationem, ut Plato ait, hanc vitam existimes, atque ab hoc sive corpore, sive sepulcro, ut idem loquitur, animam, quoad ejus fieri poterit, solvas. Si hæc philosopheris, vir præstantissime, atque hunc animum geras, tum maximam ipse utilitatem inde capies, tum mœrorem nostrum ex morbo tuo conceptum

B Ἃ μὲν ἐστί σοι λυπηρὰ, πάντως καὶ ἡμῖν. Κοινὰ γὰρ ποιούμεθα πάντα (14) τὰ τῶν φίλων, εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχοντα, ὥσπερ δὴ καὶ φιλίας (15) ὅρος ἐστί. Καίτοι περὶ τούτων εἴ τι δεῖ (16) φιλοσοφῆσαι, καὶ τὰ εἰκότα διαλεχθῆναί σοι (ὥσπερ οὖν δὴ καὶ ὁ τῆς φιλίας (17) ὑποτίθεται νόμος), οὐ βούλομαί σε, οὐδέ γε καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνω, Φιλάγριον ὄντα, καὶ τὰ θεῖα διαφερόντως πεπαιδευμένον, ταυτὸν πάσχειν τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ συγκαταπίπτειν τῷ σώματι, οὐδὲ ὡς ἀνήκεστον τὴν κακοπάθειαν ὀδύρεσθαι, ἀλλ' ἐμφιλοσοφεῖν τῷ πάθει (18), καὶ τὴν διάνοιαν νῦν δὴ (19) καὶ μάλιστα ἐκκαθαίρεσθαι, καὶ κρείττω φαίνεσθαι τῶν δεσμῶν, καὶ ἡγεῖσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίαν (20) πρὸς τὸ συμφέρον, τοῦτο δέ ἐστι, περιφρονοῦντα τὸ σῶμα καὶ τὰ C σωματικὰ, καὶ πᾶν τὸ ῥέον (21) καὶ ταραχῶδες, καὶ ἀπολλύμενον, ὅλον τῆς ἄνω γενέσθαι μοίρας· καὶ ζῆν ἀντὶ τοῦ παρόντος τῷ μέλλοντι (22), θανάτου μελέτην (23), τοῦτο ὅ φησι Πλάτων, τὸν τῇδε βίον ποιούμενον, καὶ λύοντα τὴν ψυχὴν τοῦ εἴτε σώματος, εἴτε σήματος (24), κατ' ἐκεῖνον εἰπεῖν, ὅση δύναμις. Ἂν ταῦτα φιλοσοφῇς, ὦ ἄριστε, καὶ οὕτως ἔχῃς, αὐτός τε ὠνήσῃ τὰ μέγιστα, καὶ ἡμᾶς ἐπὶ σοὶ ῥάους ποιήσεις, καὶ πολλοὺς διδάξεις ἐμφιλοσοφεῖν τοῖς πάθεσι (25). Καὶ πρός γε, οὐ μικρὸν κερδανεῖς (εἴ τί σοι καὶ τούτου μέλει [26]), τὸ

Παῖδά τε τηλυγέτην καὶ ὁμηλικίην ἐρατειγην.

Ὁμηλικίην ἐρατεινὴν exponit Didymus τὰς ἐπεράστους ὁμήλικας, *amabiles meas æquales.*

Utinam mors mihi gratificata esset acerba, cum huc Filium tuum secuta sum, thalamo fratribusque relictis,

Filiaque unica, cœtuque æqualium amabili.

(13) Alias LXX. Scripta anno 369 labente.

(14) *Πάντα.* Deest in cod. Pass.

(15) *Φιλίας ὅρος.* Ita codd. duo Regg. et Pass. Editi prave ἔρως, quod observaverat Billius.

(16) *Εἴ τι δεῖ.* Ita Pass., quam lectionem sic emendatam prætulisse videtur Billius. Ed. εἴ τι δή.

(17) *Ὁ τῆς φιλίας.* Cod. Reg. et Combef. ὁ φιλοσοφίας.

(18) *Ἐμφιλοσοφεῖν τῷ πάθει. Philosophiæ, ceu pietati Christianæ convenienter morbum perferre.*

(19) *Νῦν δή.* Pass. νῦν δέ.

(20) *Ἡγεῖσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίαν.* Montac. et Morel. ἡττᾶσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίᾳ.

(21) *Καὶ πᾶν τὸ ῥέον.* Ita cod. Reg., Montac. et D Morel. Pass. πᾶν ὡραῖον, *et quidquid tempori subjacet.* In edit. πᾶν ὅ τι ῥέον.

(22) *Καὶ ζῆν ἀντὶ τοῦ παρόντος τῷ μέλλοντι. Nec præsenti tempori, sed futuro ævo vivas;* id est, vitam agas quæ non tam præsenti quam futuro intenta sit sæculo. Pass. ζωήν.

(23) *Θανάτου μελέτην. Mortis meditationem:* sic enim Plato philosophiam definit in *Phædone.*

(24) *Εἴτε σήματος.* Socrates apud Platonem in *Cratylo* σῶμα dictum putat, quia animæ σῆμα, id est, sepulcrum sit, quasi ipsa nunc in corpore sepulta sit. Hæc Billius.

(25) *Πολλοὺς διδάξεις ἐμφιλοσοφεῖν τοῖς πάθεσι.* Combef., *multos docebis in morbis philosophari.*

(26) *Τούτου μέλει.* Ita cod. duo Regg. Pass. Morel. et Combef. In edit. τούτου μέλλοι.

Digitized by Google

παρὰ πάντων θαυμάζεσθαι. Τῶν δὲ πυκτίων ὧν ἤτησας, τὸ μὲν εὕρον, καὶ ἔπεμψά σοι προθύμως, τὸ Δημοσθενικὸν λέγω· τὸ δὲ ἐζημιώθην· οὐκ ἔχω οἷου σὺ χρῄζεις (27), τὴν Ἰλιάδα. Μὴ γάρ μοι διαπιστήσῃς, ὅτι μόνον τούτων ἀπολαύειν νομίζω, καὶ μόνα κεκτῆσθαι καλῶς, ὧν ἂν αὐτὸς μετάσχοις, καὶ οἷς ἂν ὡς σεαυτοῦ χρήσαιο.

A levabis, tum etiam multis ad dolores sapienter ferendos documentum præbebis. Denique non parvum lucrum facies (si tamen id quoque tibi curæ est), nempe quod in admiratione apud omnes eris. Ex libris porro quos postulas, alterum inveni, eumque ad te libenter misi, nempe Demosthenicum : alterum vero amisi ; quem poscis, non habeo, nimirum Iliadem. Mihi enim in hoc velim fidem ne abroges, quippe qui me his solis frui, eaque sola recte possidere existimem, quorum ipse particeps es, quibusque, ut tuis, uteris.

ΑΒ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (28).

XXXII. EIDEM.

Epistolam superiorem proximo secuta est intervallo ista, in qua jam Philagrio gratulatur, quod in ærumnis et doloribus philosophice se gerat, eximiæque det omnibus exemplum tolerantiæ. Ipse plura profert petita a profanis scriptoribus patientiæ exempla, quibus ad fortiter tolerandos corporis dolores excitet.

Εὖ γε ὅτι φιλοσοφεῖς ἐν τοῖς πάθεσι, καὶ γίνῃ πολλοῖς ὑπόδειγμα τῆς ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς καρτερίας· καὶ ὥσπερ ἐπὶ παντὶ βελτίστῳ κατεχρῶ τῷ σώματι, ἡνίκα ὑγιεινῶς εἶχες, οὕτω καὶ νῦν τούτῳ χρῶ καλῶς (29), ἐπειδή γε ἀσθενῶς ἔχεις, καὶ ἀργεῖς οὐκ ἀργῶς, ἵν' οὕτως εἴπω. Φιλοσοφεῖς γάρ, καὶ ἃ φασι Διογένην εἰρηκέναι ποτὲ πυρέττοντα, καὶ διακαρτεροῦντα, τοῦτο καὶ αὐτὸς παρέχεις ὁρᾷν, ψυχῆς πάλην καὶ σώματος. Τοῦτο ἔπρεπε τῷ ἐμῷ Φιλαγρίῳ, μὴ μαλακίζεσθαι, μηδὲ κάμπτεσθαι πρὸς τὰ πάθη, ἀλλὰ περιφρονεῖν (30) τὸν πηλόν, καὶ τὸ μὲν σῶμα ἐᾷν πάσχειν τὰ ἑαυτοῦ, πάντως ἢ νῦν ἢ ὕστερον λυθησόμενον νόμῳ φύσεως (οἰχήσεται γὰρ ἢ νόσῳ κάμνον (31), ἢ χρόνῳ)· αὐτὴν δὲ ὑψοῦ τὴν ψυχὴν ἔχειν, καὶ μετὰ Θεοῦ τετάχθαι τοῖς λογισμοῖς, κἀκεῖνο εἰδέναι, ὅτι τῶν ἀτόπων ἐστὶν, ἡμᾶς ἔξω μὲν κινδύνων φιλοσοφεῖν (32), ἐν δὲ ταῖς χρείαις ἀφιλοσόφους φαίνεσθαι, καὶ διαψεύδεσθαι τὴν ὑπόσχεσιν.

Gratulor tibi, quod philosophice in calamitatibus te geris multisque tolerantiæ in rebus acerbis exemplum exsistis : et quemadmodum ad optima quæque corpore utebaris, cum sanus esses, ita nunc quoque eo præclare utere, postquam in **28** morbum incidisti, atque otiaris minime otiose, ut ita loquar. Philosopharis enim, et, quod Diogenem olim dixisse ferunt, cum febre laboraret, ac dolorem fortiter perferret, hoc ipse quoque præbes, nimirum animæ et corporis colluctationem. Hoc scilicet Philagrium meum decebat, nempe non emolliri, nec doloribus frangi, sed lutum contemnere, ac corpus quidem sinere ea pati, quæ ipsius natura fert, naturæ lege omnino, vel nunc, vel postea dilapsurum : (interibit enim, vel morbo, vel senectute confectum ;) sursum autem animam habere, ac per cogitationes cum Deo conjungi, illudque minime ignorare, absurdum ac præposterum esse nos extra pericula philosophari, tempore autem id postulante philosophiæ expertes apparere, nec quod profitemur, præstare.

Πάντα ἐπῆλθες δηλαδὴ τῇ διανοίᾳ, ὅσα ἡμέτερα, ὅσα ἀλλότρια, ὡς ἀνὴρ (33) πεπαιδευμένος ἐν ἀμφοτέροις, καὶ παιδευτὴς ἄλλων· καὶ ἐκ πάντων σεαυτῷ συνελέξω τὸ τῆς ἀνθρωπίας φάρμακον (34). Ἵνα δέ σοι κἀγὼ συμφιλοσοφήσω μικρὸν, εἰ τοῦτο κελεύεις, οὐκ ἐπαινῶ τοῦ Ἀριστοτέλους τὸ μικρολόγον, ὃς τὴν εὐδαιμονίαν ἡμῖν ὁριζόμενος, μέχρι μέν τινος προῆλθεν ὀρθῶς, ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν (35) εἶναι ταύτην ἀποφηνάμενος· καὶ προσθεὶς, ἐν βίῳ τελείῳ, καὶ τοῦτο μάλα σοφῶς, διὰ τὸ τρεπτὸν ἡμῶν καὶ εὐμετάπτωτον τῆς φύσεως. Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἔτι μεγαλοπρεπῶς, ἀλλὰ καὶ λίαν ταπεινῶς, ὅτι καὶ τὴν ἔξωθεν εὐετηρίαν προστίθησιν· ὡς εἰ τύχοι πένης τις ὢν, ἢ νοσώδης, ἢ

Omnia quidem animo pervolvisti, tam nostra quam extranea, utpote vir in utrisque eruditus, et aliorum præceptor ; atque humanitatis pharmacum tibi ipse ex omnibus collegisti. Verum ut tecum, si ita jubes, nonnihil philosopher, Aristotelis jejunitatem non probo, qui beatitudinem nobis definiens, quodam tenus quidem recte progressus est, nempe animæ actionem secundum virtutem esse illam pronuntians, addensque, in vita perfecta, hoc quoque ipsum admodum sapienter, propter mutabilem facileque in diversum labentem naturæ nostræ conditionem. At illud non jam magnifice, sed perquam sordide et abjecte, quod externam quoque bonorum abundantiam

(27) *Οἷου σὺ χρῄζεις.* Ita codd. duo Regg. Pass. Montac. et Morel. In ed. deest σύ

(28) Alias LXIV. Scripta post superiorem.

(29) *Τούτῳ χρῶ καλῶς.* Ita cod. Reg. In uno legitur χρῆσαι τούτῳ καλῶς. Ed. τούτῳ χρῇ.

(30) *Ἀλλὰ περιφρονεῖν.* Cod. Pass. ἀλλὰ καταφρονεῖν.

(31) *Νόσῳ κάμνον.* Cod. Reg. νόσῳ καμόν. Mox, αὐτὴν δὲ ὑψοῦ, *ipsum vero sursum animum habere.* Ὑψοῦ adverbium est.

(32) *Ἡμᾶς ἔξω μὲν κινδύνων φιλοσοφεῖν. Gubernator in tempestate dignoscitur*, inquit Cyprianus, serm. IV *De mortalitate, in acie miles probatur.* Delicata jactatio est, cum periculum non est : conflictatio in adversis probatio est veritatis. Hæc Bill.

(33) *Ὡς ἀνὴρ.* Ita cod. Reg. Montac. et Morel. Male editi ὅσα.

(34) *Τῆς ἀνθρωπίας φάρμακον.* Combef. τὸ τῆς ἀνίας φάρμακον, *mœroris pharmacum* ; quæ lectio ipsi videtur commoda.

(35) *Ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετήν.* Ita enim beatitudinem definit Aristoteles, lib. I *Ethic. ad Nicomachum.*

Digitized by Google

adjunxit ; ita ut si quis inops sit, aut valetudinarius, aut obscuro genere, aut a patria extorris, propterea ipse a beatitudine arceatur. At Stoicorum animi magnitudinem ac præstantiam laudo, qui res externas nullum ad beatitudinem impedimentum afferre dicunt, sed virum bonum beatum esse, etiamsi in Phalaridis tauro cremetur.

A δυσγενής, ἢ φυγόπατρις, παρὰ τουτο αυτῷ τῆς εὐδαιμονίας κωλυομένης. Ἐπαινῶ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς τὸ νεανικόν τε καὶ μεγαλόνουν, οἳ μηδὲν κωλύειν φασὶ πρὸς εὐδαιμονίαν τὰ ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι τὸν σπουδαῖον μακάριον, κἂν ὁ Φαλάριδος ταῦρος ἔχῃ καιόμενον.

Ob eamque causam non eos tantum admiror, qui apud nos pro virtute periculis se obtulerunt, aut calamitatem fortiter tulerunt, sed externos etiam, qui similes eorum exstiterunt, verbi gratia, Anaxarchum illum, Epictetum, Socratem, ut ne plures recenseam : quorum primus, cum manus ipsius, tyranno ita imperante, in mortario contunderentur, carnifices Anaxarchi **29** culeum tundere jubebat (ita videlicet hanc ærumnosam caruncalam appellans), quasi Anaxarchus ipse minime tunderetur, hoc est, philosophi anima : quod quidem apud nos externus homo et internus appellatur. Alter, cum crus ipsi stringeretur ac distorqueretur, velut in alieno corpore philosophabatur, citiusque crus perfractum esse visum est, quam ipse vim doloris persensisse. Socrates denique ab Atheniensibus ad mortem damnatus, carceremque, ut scis, incolens, prius quidem de corpore, tanquam de alio carcere, cum discipulis disserebat ; cumque fugam inire liceret, id facere recusavit : postquam autem cicuta oblata est, perlibenter accepit, perinde ac non letale poculum acciperet, sed propinando amicos ad potandum invitaret. His Jobum quoque nostrum adjecissem, nisi te scirem ab ejus doloribus, Deo opitulante, longe remotum esse, atque etiam fore.

Καὶ διὰ τοῦτο θαυμάζω μὲν τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδυνεύσαντας, ἢ συμφορὰν διενεγκόντας νεανικῶς· θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν τοὺς τούτοις παραπλησίους, οἷον τὸν Ἀνάξαρχον (36) ἐκεῖνον, τὸν Ἐπίκτητον, τὸν Σωκράτην, ἵνα μὴ λέγω πολλούς· ὧν ὁ μὲν ἐν ὅλμῳ κοπτομένων αὐτοῦ τῶν χειρῶν, οὕτω τοῦ τυράννου κελεύοντος, πτίσσειν τὸν Ἀναξάρχου θύλακον διεκελεύετο τοῖς βασανισταῖς. Τί τοῦτο λέγων ; τὸ μοχθηρὸν ἡμῶν σαρκίον· ὡς Ἀναξάρχου γε οὐ πτισσομένου, τῆς φιλοσόφου ψυχῆς· ὅπερ ἡμῖν ὁ ἐντὸς, καὶ ὁ ἐκτὸς ἄνθρωπος (37) ὀνομάζεται. Ὁ δὲ τὸ σκέλος κατατεινόμενος καὶ στρεβλούμενος (38) ἐφιλοσόφει ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σώματι· καὶ θᾶττον κατεαγῆναι τὸ σκέλος, ἢ ἐπαισθάνεσθαι τῆς βίας ἔδοξε. Σωκράτης δὲ τὸν θάνατον ὑπὸ Ἀθηναίων κατακριθεὶς, καὶ οἰκῶν, ὡς οἶσθα, τὸ δεσμωτήριον, τέως μὲν, ὡς ὑπὲρ ἄλλου δεσμωτηρίου τοῦ σώματος τοῖς μαθηταῖς διελέγετο, καὶ φυγεῖν ἐξὸν, ἀπηξίωσεν· ἐπειδὴ δὲ προσηνέχθη τὸ κώνειον, δέχεται μάλα ἡδέως (39), ὥσπερ οὐκ ἐπὶ θανάτῳ δεχόμενος, ἀλλὰ φιλοτησίας προπινόμενος. Προσέθηκα δ' ἂν τούτοις καὶ Ἰὼβ τὸν ἡμέτερον, εἰ μή σε ῥᾴδειν πόῤῥω τῶν (40) ἐκείνου παθῶν, καὶ ὄντα σὺν Θεῷ, καὶ ἐσόμενον.

His rationibus teipsum mulcere mihi videris, vir divine et sacrosancte, atque hanc medicinam adhibens, tum ipse levius, ut reor, habiturus es, tum nos etiam laudum tuarum præcones et amicos voluptate afficies ; nimirum teipsum ita comparans, ut nec morbo debiliteris, nec, quod ait David [1], ob peccatorum pacem, eorumque in hac vita felicem rerum cursum offendaris : quin potius purgeris (si hoc verbo in te uti fas est), atque infirmitatem, virtutis materiam existimes.

Ταῦτά μοι δοκεῖς κατεπᾴδειν (41) σεαυτοῦ, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ οὕτω σεαυτὸν ἰατρεύων, αὐτός τε ἂν ῥᾴων γενέσθαι, καὶ ἡμᾶς εὐφραίνειν τοὺς σοὺς ἐπαινέτας καὶ ἐραστὰς, οὐδὲν ὑπὸ τῆς νόσου καμπτόμενος (42), οὐδὲν, ὅ φησιν ὁ θεῖος Δαβὶδ, ὑπὸ τῆς εἰρήνης τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον τοῦτον εὐροίας αὐτῶν ἐγκοπτόμενος (43)· ἀλλὰ καὶ καθαιρόμενος, εἰ θέμις ἐπὶ σοῦ τοῦτο εἰπεῖν (44), καὶ ὕλην ἀοιδῆς ποιούμενος τὴν ἀσθένειαν.

[1] Psal. LXXII, 2, 3.

(36) *Τὸν Ἀνάξαρχον*. Anaxarchus philosophus, mortuo Alexandro, apud quem summo in honore fuerat, in Græciam rediens, a Nicocreonte Cyrenarum tyranno interceptus, novo et inaudito supplicii genere cruciatus est. Epictetus autem summo fuit in honore apud Adrianum imperatorem, ut testis est Ælius Spartianus in *Adriano*. Hæc Bill.

(37) *Ὅπερ ἡμῖν ὁ ἐντὸς καὶ ὁ ἐκτὸς ἄνθρωπος*. Ita cod. Reg. In edit. Ὅπερ ἡμῖν ὁ ἐκτὸς καὶ ὁ ἐντός.

(38) *Κατατεινόμενος καὶ στρεβλούμενος*. Bill. *cum crus illi frangeretur* ; at videtur putatione crus amisisse ; quod Gregorius κατεαγῆναι dixit. Suidas, πηρωθεὶς τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, *altero crure mutilatus ex defluxione*, quod longe est a crurifragio tortorio.

(39) *Δέχεται μάλα ἡδέως*. Cod. Reg. et Combef. μάλα δέχεται ἱλαρῶς, *maxima cum hilaritate accepit*.

(40) *Πόῤῥω τῶν*. Ita cod. Pass., quod postulare videtur sensus. Ed. οὐ πόῤῥω, etc.

(41) *Δοκεῖς κατεπᾴδειν*. Ita cod. Reg. In ed. κατεπᾴδων.

(42) *Οὐδὲν ὑπὸ τῆς νόσου καμπτόμενος*. Ita duo codd. Regg. et Pass. In edit. οὐδέ. Montac. et Morel. καμπτομένους.

(43) *Βίον τοῦτον εὐροίας αὐτῶν ἐγκοπτόμενος*. Cod. Reg. Βίου αὐτῶν εὐροίας ἐκπτοούμενος, *obstupefactus concidas*. Mox in cod. Pass. καὶ deest.

(44) *Εἰ θέμις ἐπὶ σοῦ τοῦτο εἰπεῖν, si hoc verbo uti fas est* ; id est, *si fas est hoc dicere* : Exigua illa peccata quæ in te restant, afflictionibus purgari, ac non potius virtutem tuam calamitatibus, velut aurum igne, purgari. Hæc Bill.

Digitized by Google

ΑΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (45).

XXXIII. EIDEM.

Cum nonnulli Philagrium, qui vim morbi laboribus avertere tentabat, carperent, atque objicerent eum avaritiæ studere, vel animi duntaxat oblectamentum quærere, datis ad eum litteris Gregorius, amici labores, dummodo avaritia absit et immoderatio, non modo excusat, verum etiam incusantibus amicum ipse succenset; quibus valere jussis, ut imperitis illis graculis aquilæ volatum explorantibus, Philagrium adhortatur, ut seipsum, ac Deum, tum in dolore, tum in iis quæ dolorem spectant, in consilium adhibeat.

Λαμβάνονται σοῦ τινες (αἰσθάνομαι γὰρ), ὡς φιλοκαλοῦντος (46) τὸ μόνον σου κτῆμα, καὶ φιλεργοῦντος ἐν τοιαύτῃ καταστάσει (47) τοῦ σώματος. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· ἐπειδὴ καὶ ῥᾷον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἢ τοῖς οἰκείοις φιλοσοφεῖν. Ἐγω δὲ εἰ μὲν ἐώρων σε παρὰ τοῦ μέτρου τοῦτο ποιοῦντα, ἢ πλεοεκτικῶς (48) ἢ βιαίως τῇ φιλοπονίᾳ προσκείμενον, κἂν ἐμεμψάμην (εἰρήσεται γὰρ τάληθὲς), μηδὲν τὴν φιλίαν ἢ παίδευσιν (49) αἰδεσθείς. Εἰ δὲ φιλεργεῖς μὲν, οὐκ ἔξω δὲ τοῦ μέτρου, χρᾷ δὲ (50) εἰς δέον οἷς φιλεργεῖς, πρόσεστι (51) δὲ καὶ τὸ πάθος, ἐνασχολοῦν τε ταῖς φροντίσι, καὶ πεῖθον ὡς ὑπὲρ τὸ σῶμά σοι (52) τὰ τοῦ σώματος, οὐκ ἔχω πῶς μὴ τοῖς μεμφομένοις μέμψομαι, σὲ τῆς αἰτίας ἐλευθερῶν. Καὶ πρός γε τοῦτο (53) ἐμαυτὸν πείθω, ὅτι μήτε λογίσασθαι περὶ πραγμάτων σοῦ τις ἀμείνων, ᾧ γε καὶ πρὸς τὰ ἑαυτῶν ἅπαντες χρῶνται διδασκάλῳ καὶ παραινέτῃ ὁμοίως ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, μήτε ψυχῆς φροντίσαι φιλοσοφώτερος. Εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι (54) τὴν ὑγείαν φυλάσσειν ἢ ἐπανάγειν (55) μόνης ἰατρικῆς, τίς οὕτω τολμηρὸς καὶ ἀπαίδευτος (56), ὥστε σοι περὶ τούτων νομοθετεῖν(57). Τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς ἔα χαίρειν, καὶ εἶναι κολοιοὺς πτῆσιν ἀετῶν δοκιμάζοντας (58)· αὐτὸς δὲ σεαυτῷ χρῶ συμβούλῳ, καὶ τῷ Θεῷ, περί τε τοῦ πάθους, καὶ τῶν ὅσα (59) περὶ τὸ πάθος, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεις τοῦ δέοντος.

A Sunt qui te carpant (hoc enim sentio), quod unico tuo prædio elegantius ornando et excolendo nimiam adhibeas diligentiam, ac in tali corporis constitutione labori sedulo incumbas. Nec mirum illud videri debet : facilius enim est in alienis, quam in propriis philosophari. Ego vero, si te hæc facere immoderate aut avaritiæ **30** studio aut cum violentia sic labori deditum esse conspicerem, objurgassem te profecto (dicam enim vere), nihil vel amicitiam nostram, vel communem educationem veritus. Sin autem ita laboribus oblectaris, ut modum non excedas, atque iis, in quibus libenter operam ponis, ita, ut decet, uteris, acceditque etiam ægritudo curis te occupans, ac persuadens corpori prodesse susceptos exercitationis causa B corporis labores, facere non possum, quin iis qui tibi succenseant ipse succenseam, teque culpa liberem. Ac præterea hoc persuasum habeo, neminem esse, qui vel de rebus melius ratiocinetur, quam tu, utpote quo omnes etiam ad res suas constituendas præceptore ac consultore privatim juxta et publice utantur, vel sapientius animam curet. Quod si corporis quoque sanitatem tueri vel revocare solius est medicinæ, quis tam audax et ineptus erit, ut tibi de his rebus leges statuat? Quocirca homines imperitos valere sinito, et graculos esse aquilarum volatum explorantes : te autem ipsum, ac Deum, tum in dolore, tum in iis quæ dolorem spectant, in consilium adhibe; sicque ab officio minime aberrabis.

(45) Alias LXVII. Eodem circiter anno scripta.

(46) *Ὡς φιλοκαλοῦντος.* Sic vertit Bill. : *Unicum tuum prædium ambitiose atque in hujusmodi constitutione labores appetentem.*

(47) *Ἐν τοιαύτῃ καταστάσει.* Ita cod. Reg. et Combef. Ed. ἐν τοιαύτῃ τῇ καταστάσει.

(48) *Ἢ πλεοεκτικῶς.* Bill. *aut cum rapacitate.*

(49) *Παίδευσιν.* Bill. *eruditionem :* bene minus; intelligit enim Gregorius educationem quæ ipsi communis fuerat cum Philagrio, quod liquet ex epist. xxx.

(50) *Χρᾷ δέ.* Sic legit Combef., aut χρῇς pro χρᾷ proponit. In ed. χρῇ.

(51) *Πρόσεστι.* Bill. *accedit insuper dolor in curis te occupans, tibique persuadens corporis statum supra corpus tibi esse.*

(52) *Καὶ πεῖθον ὡς ὑπὲρ τὸ σῶμά σοι.* Ita cod. Reg. et Combef., qui reddidit, *persuadens ex corporis ratione esse quæ sunt corporis, aptos ei et in rem ejus sic assumptos labores, quasi exercitationis causa.* Clarius esset, addit Combef., ὡς πρός.

(53) *Πρός γε τοῦτο.* Ita cod. Reg., Montac. et Morel. In ed. πρός γε τούτῳ.

(54) *Εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι.* Montac. et Morel. εἰ C τῷ σώματι.

(55) *Ἢ ἐπανάγειν.* Deest in cod., nec admittit Combefisius.

(56) *Καὶ ἀπαίδευτος.* Montac., Morel. et Combef. ἢ ἀπαίδευτος, *aut ineptus.*

(57) *Σοὶ περὶ τούτων νομοθετεῖν.* Pro σέ, ut habent ed., legendum σοί, ait Billius; verbum enim νομοθετῶ semper jungitur cum dativo personæ et accusativo rei. Dicimus enim νομοθετεῖν τοῖς ὑπὸ χεῖρα, et νομοθετεῖν τὴν εὐσέβειαν vel περὶ τῆς εὐσεβείας. Aut si in pronomine σέ nullus est error, profecto non νομοθετεῖν, sed νουθετεῖν legendum crediderim, si nobis constructionis rationem constare volumus. Verum cum cod. Reg. legimus σοὶ νομοθετεῖν. Mox, τοὺς μὲν οὖν πολλούς. Combef., *vulgi homines.*

(58) *Κολοιοὺς πτῆσιν ἀετῶν δοκιμάζοντας.* Hunc locum citat Erasmus in adagio, *aquilam volare doces*, monetque hoc proverbium in eos competere, qui docere quempiam conantur in ea re, in qua cum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore.

(59) *Καὶ τῶν ὅσα.* Ita codd. duo Regg., Montac. et Combef. In edit. τῶν deest.

Digitized by Google

XXXIV. EIDEM.

ΛΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (60).

Philagrium per litteras sæpe consolatus Gregorius, illi tandem morbo laboranti coram adfuit in Mataza, summamque viri patientiam miratus est. Cum enim roganti Philagrio psalmum LXXII *interpretaretur, is* quasi morbo gestiens, *in gratiarum actiones singulariter erumpebat, stupente Gregorio, qui hac epistola testatur se ipsius philosophiam nunc quoque in memoriam revocando exhorrescere. Quo ea anno gesta scriptaque sint divinare non possumus, unamque propemodum ob argumenti similitudinem, tres epistolas superiores atque etiam duas quæ sequuntur hic collocamus.*

Memoria teneo congressum illum, quo nuper in Mataza mea una fuimus (mea siquidem voco ac censeo, quæ tua sunt), philosophiamque illam cui tum operam dedisti, quam nunc quoque in memoriam revocans, cohorresco. Ego quidem tibi septuagesimum secundum psalmum enarrabam (sic enim jubebas, nec repugnare fas erat), in quo David malorum causa quibus res prospere cedunt, æstuat, mœroreque **31** conficitur. Postea cogitationes suas ad alterius vitæ tribunalia, præmiaque institutis et actis vitæ posita mittens, ita demum perturbari desinit, animique molestiæ medetur. Ac, quantum fieri poterat, expositionem ad dolorem tuum trahebam tum ex nostris, tum ex profanis auctoribus ea disputans, utpote ad tantum tamque eruditum virum orationem habens, simulque Spiritu ita ferente ac dolore exacuente; nihil enim dolore ingeniosius est. Ac sermo quidem currebat: tu vero, interim dum loquerer, quasi stimuli cujusdam ictu excitatus, manusque ad cœlum tendens, atque orientem versus quasi respiciens (non enim videndi facultatem habebas), clamare cœpisti: Gratias ago tibi, Pater, tuorumque hominum conditor et castigator, quod invitos etiam ac reluctantes beneficio afficis, ac per externum hominem internum purgas, et per contraria nos ad beatum finem pro iis, quas nosti, rationibus ducis. Et quid omnia commemorem, quæ tu ante nos et nobiscum, velut morbo gestiens, philosophabaris? Ita me ex præceptore discipulum habebas. Verum cur harum rerum mentionem feci? nempe ut per te omnibus clamem et prædicem, malos nobis potius eb internum morbum lugendos esse, quam nos illis ob externum, dum sic animis instituti fuerimus et comparati: illudque insuper, præstabiliorem esse morbum cum sapientia conjunctum, effrenata prosperitate.

A

B

C

Μέμνημαι τῆς σῆς συνουσίας, ἣ ἀλλήλοις (61) συνεγενόμεθα πρώην ἐν Ματάζῃ τῇ ἐμῇ (ἐμὰ γὰρ καλῶ καὶ ὑπολαμβάνω τὰ σά), καὶ τῆς φιλοσοφίας, ἣν τηνικαῦτα ἐφιλοσόφησας, ἧς φρίττω καὶ νῦν μεμνημένος ἔτι (62). Ἐγὼ μὲν ἐξηγούμην σοι τὸν οβ' ψαλμὸν (σὺ γὰρ ἐκέλευες, καὶ ἀντιλέγειν οὐκ ἦν), ἐν ᾧ Δαβὶδ ἰλιγγιᾷ καὶ ἀσχάλλει πρὸς τοὺς κακοὺς εὐθηνοῦντας (63). Εἶτα πέμπων τοὺς λογισμοὺς εἰς τὰ ἐκεῖσε (64) δικαιωτήρια, καὶ τὴν ἀποκειμένην τοῖς βίοις ἀντίδοσιν, οὕτω τῆς ταραχῆς ἵσταται, καὶ τὸ λυποῦν θεραπεύεται. Καὶ, ὡς οἷόν τε ἦν, εἶλκον τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὸ πάθος, ἐκ τῶν ἡμετέρων, ἐκ τῶν ἔξωθεν ταῦτα φιλοσοφῶν, ὡς ἀνδρὶ πεπαιδευμένῳ καὶ τοσούτῳ διαλεγόμενος, καὶ ἅμα τοῦ Πνεύματος οὕτω φέροντος, καὶ τοῦ ἀλγεῖν παραθήγοντος· οὐδὲν γὰρ τοῦ πάσχειν εὐρετικώτερον. Καὶ ἔτρεχέ πως (65) ὁ λόγος· σὺ δὲ μεταξὺ τοῦ λόγου διαναστάς, ὥσπερ ἐξ ὕσπληγγος (66), καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας, πρός τε ἀνατολὰς (67) οἷον βλέπων (οὐ γὰρ τὸ βλέπειν εἶχες [68])· Εὐχαριστῶ σοι, ὦ Πάτερ, ἐόάς, ποιητὰ τῶν σῶν ἀνθρώπων, καὶ παιδευτὰ (69), ὅτι καὶ ἄκοντας εὖ ποιεῖς (70), καὶ τῷ ἐκτὸς καθαίρεις τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων διεξάγεις ἡμᾶς πρὸς τὸ μακάριον τέλος, οἷς αὐτὸς ἐπίστασαι λόγοις. Καὶ τί ἂν λέγοιμι πάντα, οἷς προεφιλοσόφεις ἡμῶν καὶ συνεφιλοσόφεις, ὥσπερ τῇ νόσῳ χαίρων; καὶ εἶχες μαθητὴν τὸν διδάσκαλον. Ἀλλὰ πρὸς τί τούτων ἐμνήσθην; ἐκεῖνο πᾶσι διὰ σοῦ βοῶν καὶ κηρύσσων, ὅτι θρηνητέοι μᾶλλον ἡμῖν οἱ κακοὶ τῆς ἔνδον νόσου, ἧπερ ἐκείνοις ἡμεῖς τῆς ἐκτὸς, ἂν οὕτως ἔχωμεν (71)· καὶ ὅτι κρειττων εὐημερία; ἀχαλινώτου νόσος φιλόσοφος.

(60) Alias LXVI. Scripta circa eadem tempora.

(61) Ἦ ἀλλήλοις. Ita cod. Reg.; at Combef. ᾗ ἐν ἀλλήλοις. Ed. ἣν ἀλλήλοις.

(62) *Μεμνημένος ἔτι.* Ita cod. Reg., Pass. et Combef. In edit. ἔτι deest.

(63) *Κακοὺς εὐθηνοῦντας.* Ita duo codd. Regg., Pass. et Combef. In edit. κακῶς εὐθυνοῦντας, quod Billius ita vertit, *ob eos qui omnibus rebus immerito abundant.*

(64) *Εἰς τὰ ἐκεῖσε.* Ita cod. Reg. In edit. πρὸς τὰ ἐκεῖθεν. Mox, ἀποκειμένην τοῖς βίοις. Bill., *utrique vitæ recondita, quasi præsenti et futuræ.*

(65) *Καὶ ἔτρεχέ πως.* Ita Pass. In edit. deest καί.

(66) *Ἐξ ὕσπληγγος.* Cod. Reg. ἐκ μάστιγος. Mox, εἰς τὸν οὐρανόν. Ita cod. Reg., Pass. et Combef. In edit. ἐπὶ τὸν οὐρανόν.

(67) *Πρός τε ἀνατολάς.* Ita cod. Reg. et Pass. In ed. πρός γε ἀνατολάς, *atque orientem versus.* Prisca Ecclesia hoc ab apostolis acceptum religiosissime observavit, ut inter precandum orientem intueretur. Origenes hujus consuetudinis meminit. Tertullianus, in *Apolog.* cap. 16, Christianos hoc nomine falso insimulatos ab ethnicis ait, quasi solem pro Deo haberent. Augustinus, cæterique Patres, tum Latini tum Græci, illud idem testantur, variasque hujus consuetudinis rationes afferunt.

(68) *Οὐ γὰρ τὸ βλέπειν εἶχες.* Ita tres codd. Regg., Pass. et Combef. In edit. καὶ γὰρ τὸ βλέπειν εἶχες, quod Billius vertit, *nam eo aspectus patebat.*

(69) *Καὶ παιδευτά.* Ita cod. Reg., Pass. et Combef., quomodo Paulus, Hebr. XII, 7 et 9, Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ, Κύριος παιδεύει· *Quem enim diligit, Dominus castigat.* In edit. ποιητά.

(70) Ὅτι καὶ ἄκοντας εὖ ποιεῖς. Ita cod. Reg., Pass. ac Combef. In edit. ὅτι ἀκοντας ἡμᾶς εὖ ποιεῖς, *quod nos invitos et reluctantes beneficio afficis.*

(71) Ἂν οὕτως ἔχωμεν. Combef. *dum eo animo fuerimus*, ea scilicet in morbis patientia. Non quod Bill., *si quidem nobis eo laborare contingat;* quid enim magni sic morbo externo laborare? et cum multi laborant vere lugendi. Montac. et Morel. ἔχοιμεν· καὶ ὅτι κρείττων.

Digitized by Google

ΛΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (72).

XXXV. EIDEM.

Morbo laborantem Gregorium ad patientiam Philagrius per patientiam adhortatur.

Πρότερον μὲν αὐτὸς ἔγραφόν σοι τοὺς παρακλητικοὺς εἰς τὸ πάθος (73)· προεπεπτώκεις γάρ. Νῦν δέ μοι δοκεῖς (74) αὐτὸς ἂν ἡμᾶς παρακαλέσαι, μικροῦ τὰ ἴσα κακοπαθοῦντας. Ἔδει γὰρ ἡμᾶς φίλους ὄντας, μηδὲ ταῦτα χωρίζεσθαι (75). Μᾶλλον δὲ ἤδη παρακέκληκας, οἷς καρτερεῖς, τὸ καρτερεῖν εἰστηγούμενος. A

Prius quidem levandi doloris tui causa consolatorias litteras ad te scribebam : prior enim in morbum incideras. Nunc autem mihi ipse nos consolari videris, in iisdem propemodum molestiis versantes. Conveniebat enim nos, cum amicitiæ vinculo inter nos devincti simus, ne hac quoque in re disjungi. Quin potius jam consolationis officio functus es, nimirum per patientiam tuam ad patientiam nos exhortans.

ΛΣ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (76).

32 XXXVI. EIDEM.

Morbo cruciatur Gregorius, et gratias agit.

Ἀλγῶ τῇ νόσῳ, καὶ χαίρω· οὐχ ὅτι ἀλγῶ, ἀλλ' ὅτι τοῦ καρτερεῖν τοῖς ἄλλοις εἰμὶ διδάσκαλος. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὴ πάσχειν οὐκ ἔχω, τοῦτό γε τῷ πάσχειν παρακερδαίνω, τὸ φέρειν καὶ τὸ εὐχαριστεῖν, ὥσπερ ἐν τοῖς εὐθύμοις, οὕτω δὴ (77) κἀν τοῖς ἀλγεινοῖς· ἐπειδὴ πείθομαι μηδὲν ἄλογον εἶναι παρὰ τῷ λόγῳ (78) τῶν ἡμετέρων, κἂν ἡμῖν οὕτω φαίνηται. B

Morbo crucior, et gaudeo; non quia crucior' sed quia aliis patientiæ sum magister. Quoniam enim non id habeo, ut dolore vacem, hoc lucri obiter ex dolore facio, quod perfero, et gratias ago, ut in lætis rebus, ita etiam in acerbis : quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis esse, tametsi ita nobis videatur.

ΛΖ'. ΣΩΦΡΟΝΙΩ (79).

XXXVII. SOPHRONIO.

Propter Sophronii præfecturam, anno 369, ac forte etiam proxime sequenti affixam, Gregorii ad ipsum epistolæ in gratiam Eudoxii scriptam hunc annum constituimus.

Μητέρα τιμᾶν, τῶν ὁσίων. Μήτηρ δὲ ἄλλη μὲν ἄλλου· κοινὴ δὲ πάντων, πατρίς. Ταύτην ἐτίμησας μὲν πάσῃ σου τῇ τοῦ βίου λαμπρότητι· τιμήσεις δὲ καὶ νῦν, ἡμᾶς αἰδεσθεὶς, ὑπὲρ ὧν πρεσβεύομεν. Ἡ πρεσβεία δὲ τίς; Τὸν λογιώτατον τῶν κατ' αὐτὴν (80) Εὐδόξιον τὸν ῥήτορα πάντως γινώσκεις. Τούτου παῖς, ἵν' εἴπω συντόμως, ἄλλος Εὐδόξιος καὶ βίῳ, καὶ λόγῳ, νῦν σοι πρόσεισι δι' ἡμῶν. Ἵν' οὖν ὀνομαστότερον σεαυτὸν καταστήσῃς, γενοῦ τῷ ἀνδρὶ δεξιὸς, ἐν οἷς ἂν δέηται τῆς σῆς προστασίας. Αἰσχρὸν γὰρ, κοινὸν ὄντα σε τῆς πατρίδος προστάτην, καὶ πολλοὺς εὖ πεποιηκότα, προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ ποιήσοντα, μὴ πρὸ πάντων τιμῆσαι τὸν ἄριστον ἐν λόγοις, καὶ λόγους, οὓς, εἰ μή τι ἄλλο, κατὰ τοῦτο αἰδεῖσθαι δίκαιον, ὅτι τῶν σῶν καλῶν εἰσιν ἐπαινέται. C

Matrem honore afficere pium ac sanctum est. Mater autem alia quidem alius est; communis autem omnium, patria. Hanc tu quidem omnis vitæ tuæ splendore ornasti; ornabis autem eam nunc quoque, si supplicibus nostris precibus commovearis. Quænam autem est hæc precatio? Disertissimum totius patriæ nostræ Eudoxium rhetorem omnino cognoscis. Hujus filius, ut breviter dicam, tum vita, tum doctrina, alter Eudoxius, nunc per nos ad te accedit. Ut igitur majorem tibi nominis celebritatem concilies, homini, quibuscunque in rebus præsidio tuo opus habuerit, commodum et benignum te præbe. Turpe enim fuerit, cum communis patriæ patronus sis, ac multos beneficio affeceris, addam etiam affecturus sis, non præ omnibus eum, qui doctrina et dicendi facultate omnes antecellit, colere atque ornare, atque etiam ipsam eloquentiam, quam, si nulla alia, at certe hac de causa venerari convenit, quod ea virtutum tuarum laudes celebrantur.

(72) Alias LXVIII. Scripta eodem forte tempore.

(73) *Εἰς τὸ πάθος*. Combef., *morbi solandi causa.*

(74) *Νῦν δέ μοι δοκεῖς*. Bill., *nunc autem commode ipse nos consolari possis.*

(75) *Μηδὲ ταῦτα χωρίζεσθαι*. Perspicuum est, inquit Bill., μηδ' ἐνταῦθα legendum esse, non μηδὲ ταῦτα. *Verum*, ait Combef., *elegans est locutio, correctioque Billii futilis.* Nihil nos cum Combef. mutandum putamus. Ταῦτα, id est, κατὰ ταῦτα.

(76) Alias LXIX. Scripta eodem circiter tempore.

(77) *Οὕτω δή*. Ita cod. et Combef. In edit. οὕτω δέ.

(78) *Μηδὲν ἄλογον εἶναι παρὰ τῷ λόγῳ. Apud* D *summam rationem nihil expers rationis esse :* quæ sic vertere libuit, ait Billius, ut Græcorum verborum gratiam, quantum fieri posset, in translatione retinerem.

(79) Alias CVIII. Circa annum 369 scripta.

(80) *Τῶν κατ' αὐτήν*. Cod. Reg. τῶν καθ' αὐτόν. Combef. τῶν καθ' ἑαυτόν. *Sophistarum disertissimum*, vel *disertissimum generis sui oratorum.* Vertit Bill., τῶν κατ' αὐτήν, *totius patriæ vestræ*, sed perperam; nam utriusque communis patria Gregorii et Sophronii, ut patet ex ipsius Gregorii verbis epist. sequentis. Ambo Cappadoces.

Digitized by Google

XXXVIII. THEMISTIO.

ΛΗ'. ΘΕΜΙΣΤΙΩ (81).

Ad Themistium scripta est hæc epistola, pro Eudoxio, ut præcedens; ideoque utramque eodem tempore scriptam verisimile est. Porro Eudoxius, qui litteris et eloquentia maxime commendatur, ille ipse est insignis rhetor, alteriusque cognominis rhetoris filius, cui commissam Nicobuli junioris ac fratrum institutionem infra videbimus.

Spartiatas lancea indicat, humerus Pelopidas, eruditio magnum Themistium. Nam quamvis omnibus rebus omnes superes, hoc tamen tuorum omnium maxime insigne esse scio. Hoc etiam nos primum inter nos copulavit (si modo quiddam **33** ipsi in litteris sumus), ac nunc quoque, ut animi fiduciam adhibeam, persuasit. Quod si virum, pro quo deprecamur, noveris, fortasse fiduciam quoque nostram comprobabis. Eximii viri Eudoxii filium hunc tibi offero, præclarissimum, inquam, maximeque commemorandum filium nostrum Eudoxium, vita quidem et doctrina, qualem ipse reperies, *lapidem*, ut proverbio dicitur, *funiculo admovens* : (quæ autem amussis te justior?) nobis autem quam maxime charum, non minus ob virtutem, quam ob paternam amicitiam. Tanquam igitur in nos collaturus, quidquid in eum beneficii contuleris, ac tuam eruditionem ornaturus, induc animum, ut eum ad ea, quæ a fronte sunt, ducas. Opus est enim ut doctrina eum clarum atque insignem reddat, sibique ipse victum ex doctrina quærat. Qualem autem illum, et quonam pacto, ipse demonstrabit : tua autem eruditio et prudentia explorabit.

Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει, ὦμος τους Πελοπίδας, λόγοι τὸν μέγαν Θεμίστιον. Κἂν γὰρ ἐν πᾶσι πάντων κρατῇς (82), τοῦτο τῶν σῶν οἶδα τὸ ἐπισημότατον. Τοῦτο καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἡμᾶς συνῆψεν ἀλλήλοις (εἰ δή τι τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν λόγοις), καὶ θαῤῥεῖν νῦν ἀνέπεισεν. Εἰ δὲ μάθοις τὸν ἄνδρα ὑπὲρ οὗ πρεσβεύομεν (83), τάχα καὶ ἀποδέξῃ τοῦ θάρσους ἡμᾶς. Εὐδοξίου τοῦ πάνυ παῖδά σοι τοῦτον προσάγω, τὸν ἀξιολογώτατον υἱὸν ἡμῶν Εὐδόξιον, βίῳ μὲν καὶ λόγῳ, οἷον αὐτὸς εὑρήσεις, *τὰν λίθον ποτὶ τὰν σπάρταν* (84) ἄγων, ὡς ἡ παροιμία· (τίς δέ σου στάθμη δικαιοτέρα ;) ἡμῖν δὲ (84') εἰς τὰ μάλιστα φίλον, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀρετὴν, ἢ τὴν πατρικὴν (85) φιλίαν. Ὡς οὖν ἡμᾶς εὖ ποιήσων ὅ τι ἂν τὸν ἄνδρα εὐεργετήσῃς, καὶ λόγους τιμήσων τοὺς σοὺς, ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὰ ἔμπροσθεν θέλησον. Δεῖται γὰρ (86) ἀπὸ λόγων γνωρισθῆναι, καὶ βίον ἑαυτῷ (87) ποήσασθαι τὸν ἐκ λόγων. Ὅντινα (88) δὲ τοῦτον, καὶ πῶς, αὐτὸς παραστήσει· δοκιμάσει δὲ ἡ σὴ (89) λογιότης καὶ σύνεσις.

XXXIX. SOPHRONIO.

ΛΘ'. ΣΩΦΡΟΝΙΩ (90).

Non semel observare licuit Gregorium cum viris eruditis, etiam gentilibus, Themistio, Sophronio, Eudoxio, aliisque bene multis amicitia junctum fuisse. Cujus rei in hac epistola exemplum singulare exhibet Amazonius, cui satis fuit in congressu quodam magnæ eruditionis specimen Gregorio præbuisse, *ut ipsi Sophronii* præsidium, amicitiam et patrocinium *litteris conciliaret.*

Omnia amicis læta et fausta cupio. Amicos autem cum dico, probos et honestos intelligo, quique nobis virtutis nexu copulantur, quandoquidem nos ipsi aliquo ejus studio tenemur. Ob eam quoque causam nunc cum mecum quæsivissem, quonam maximo beneficio inprimis venerandum fratrem nostrum Amazonium afficere possem (siquidem ex hoc congressu, qui mihi nuper cum eo fuit, singularem quemdam in modum eo delectatus sum), unum pro omnibus ipsi beneficium dandum esse existimavi, nimirum amicitiam tuam et præsidium. Nam ille brevi tempore magnæ eruditionis specimen nobis præbuit, tam ejus, cui quondam,

Πάντα τοῖς φίλοις βούλομαι (91) δεξιά. Φίλους δὲ ὅταν εἴπω, τοὺς καλοὺς λέγω καὶ ἀγαθοὺς, καὶ κατ' ἀρετὴν (92) ἡμῖν συναπτομένους, ἐπειδή τι καὶ αὐτοὶ (93) ταύτης μεταποιούμεθα. Ταῦτά τοι (94) καὶ νῦν ζητήσας τί μέγιστον ἂν χαρισαίμην τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ ἡμῶν Ἀμαζονίῳ (καὶ γὰρ ἥσθην τῷ ἀνδρὶ διαφερόντως ἐκ τῆς ἐναγχός μοι γεγενημένης πρὸς αὐτὸν συνουσίας), ἐν ἀντὶ πάντων αὐτῷ χαρίσασθαι δεῖν ᾠήθην, τὴν σὴν φιλίαν καὶ προστασίαν. Ὁ μὲν γὰρ ἐν βραχεῖ πολλὴν τὴν παίδευσιν ἐπεδείξατο, τήν τε σπουδασθεῖσαν ἡμῖν ποτε, ὅτε μικρὸν διεβλέπομεν (95), καὶ τὴν νῦν ἀντ' ἐκείνης σπουδαζομένην, ὅτε πρὸς τὸ τῆς ἀρε-

(81) Alias CXXXIX. Scripta eodem tempore.

(82) *Κἂν γὰρ... κρατῇς.* Cod. καὶ γὰρ... κρατεῖς.

(83) *Ὑπὲρ οὗ πρεσβεύομεν.* Codd. tres ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω. Mox, ἀποδέξῃ. Ita codd. Regg. tres, Pass., Montac., Morel. ac Combef. In edit. ἀποδέχῃ.

(84) *Τὰν λίθον ποτὶ τὰν σπάρταν.* Funiculum lapidi admovere dicuntur, qui curam omnem adhibent, ut veritas ipsis innotescat. Translatum est ab architectis, qui non credunt oculis suis, sed ad perpendiculum explorant lapidum æqualitatem. Vide Erasmum in adagio : *Funiculum ad lapidem.*

(84') *Ἡμῖν δέ.* Ita cod., Combef. ac Bill. In ed. vitiose ἡμεν.

(85) *Τὴν πατρικήν.* Ita omnes codd. In edit. deest τήν.

(86) *Δεῖται γάρ.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. Δεῖται δέ.

(87) *Βίον ἑαυτῷ.* Ita cod. Reg ,Montac., Morel. et Combef. In edit. βίον αὐτῷ.

(88) *Ὅντινα.* Bill. *ex quanam porro hac.*

(89) *Δοκιμάσει δὲ ἡ σή.* Ita duo codd. Regg. In ed. δοκιμάσει δὲ καὶ ἡ σή.

(90) Alias CIX. Scripta circa idem tempus

(91) *Φίλοις βούλομαι.* Ita cod. Reg. Montac., Morel. et Combef. βουλόμεθα, *cupimus.*

(92) *Καὶ κατ' ἀρετήν.* Ita codd. duo Regg., Montac., Morel. et Combef. In edit. καὶ τούς.

(93) *Ἐπειδή τι καὶ αὐτοί.* Bill. *quandoquidem nos quoque ipsius studio tenemur;* sicque particulam minuentem nullo modo expressit.

(94) *Ταῦτά τοι.* Ita codd. Regg. tres, et Combef., vel ταύτῃ τοι, *ea de causa*, ut passim Gregorius. In edit. ταῦτά σοι.

(95) *Ὅτε μικρὸν διεβλέπομεν, cum parum per-*

Digitized by Google

τῆς ὄψος ἐβλέψαμεν. Ἡμεῖς δὲ, εἰ μέν τι καὶ κατ' ἀρετὴν (96) ἐφάνημεν ὄντες αὐτῷ, αὐτὸς ἂν εἰδείη· τὸ δ' οὗν κάλλιστον ὧν ἔχομεν (97) ἀντεπιδεικνύμεθα, τῷ φίλῳ φίλους· ὧν σε πρῶτον εἶναι καὶ γνήσιον τιθέμενοι, τοιοῦτον αὐτῷ φανῆναι βουλόμεθα, οἷον ἥ τε κοινὴ πατρὶς ἀπαιτεῖ, καὶ ὁ ἡμέτερος βούλεται πόθος καὶ λόγος (98), ἀντὶ πάντων αὐτῷ τὴν σὴν κηδεμονίαν ὑποσχόμενος.

A cum exigua oculorum acie prædíti essemus, operam dedimus, quam ejus, cui nunc, cum ad virtutis fastigium oculos ereximus, illius loco operam damus. Nos vero, si quid **34** ipsi, etiam quantum ad virtutem attinet, esse visi sumus, ipse viderit; certe, quod omnium pulcherrimum habemus, ipsi vicissim ostendimus, hoc est amico amicos; quorum te principem ac perquam sincerum esse statuentes, talem te ei præbeas cupimus, qualem et communis patria exposcit, et amor noster atque sermo vult, qui ei curam tuam ac patrocinium rerum omnium loco promisit.

Μ'. ΜΕΓΑΛΩ ΒΑΣΙΛΕΙΩ (99).

XL. MAGNO BASILIO.

Epistolas, quæ ad Eusebii Cæsariensis mortem, ejusque successoris Basilii electionem spectant, ad annum quo Eusebius obiit, electusque est Basilius, referendas esse constat. Verum quo anno ille obierit, isque in ejus sedem ascenderit, non una doctorum est sententia. Baronius et Bollandus annum 369 statuunt; Petavius. Tillemontius, aliique plures, annum 370; Pagius, annum 371; cujus sententia, licet eam præfidens ex more proferat, et momentis, quæ hactenus ignorata *sunt, demonstrare sibi videatur, stare nullatenus potest. Inventa enim illa, de quibus sibi blanditur, et quæ* hactenus ignorata *ostentat Pagius, nihil aliud doctis videbuntur, quam in rebus chronologicis novus error. Interim dicere fas est infirma prorsus esse quæ inventis suis Pagius substruit fundamenta; quod quidem in convellendo ostendere facillimum foret. Sed huic labori, qui nullus esset, supersedemus, et opinionem quam defendit Tillemontius, ut longe potiorem, firmioribusque nixam fundamentis, amplectimur. Itaque mortuus est Eusebius medio 370 anno, et eodem anno electus Basilius. Nondum de morte Eusebii Cæsariensis episcopi quidquam norat Theologus, cum, datis ad eum litteris, Basilius ut ad se veniret jamjam moriturum, et extrema morientis verba accepturus, rogavit. Perculsus tam tristi nuntio, lacrymas fudit, jamque ad iter se accingebat, cum episcopos Cæsaream concurrere sensit. Mox pedem repressit, intellecto Basilii consilio, se non projecturum respondit, animique simplicitatem exprobravit, qui non vidisset se hominum sermones atque ambitus suspicionem, amico ad ejusmodi tempus accersito, non evitaturum. Quin etiam auctor fuit Basilio, ut prudenti secessu ipse tumultus et pravas suspiciones fugeret.*

Μὴ θαυμάσῃς, ἐάν τι παράδοξον λέγειν δόξω, καὶ μὴ πρότερόν τισιν εἰρημένον. Ἐμοὶ δοκεῖς σὺ δόξαν μὲν ἔχειν ἀνδρὸς βεβηκότος, καὶ ἀσφαλοῦς, καὶ στερροῦ τὴν διάνοιαν, πολλὰ δὲ βουλεύεσθαι καὶ πράττειν ἁπλούστερον, ἢ ἀσφαλέστερον. Τὸ γὰρ κακίας ἐλεύθερον, καὶ ὑφορᾶσθαι κακίαν ἀργότερον· οἷόν τι καὶ τὸ νῦν παρόν. Ἐκάλεσας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν μητρόπολιν, περὶ ἐπισκόπου βουλῆς προκειμένης· καὶ τὸ πλάσμα (1) ὡς εὐπρεπές τε καὶ πιθανόν! Ἀῤῥωστεῖν ἔδοξας, καὶ ἀναπνεῖν τὰ τελευταῖα, καὶ ποθεῖν μὲν ἰδεῖν ἡμᾶς (2), καὶ τὰ ἐξόδια φθέγξασθαι· οὐκ οἶδα ἵνα τί γένηται, καὶ τί παρόντες τῷ πράγματι συντελέσωμεν. Ἐγὼ μὲν ὥρμησα, τῷ πράγματι περιαλγήσας. Τί γὰρ ἐμοὶ τῆς σῆς ζωῆς ὑψηλότερον, ἢ τῆς ἐκδημίας (3) ἀνιαρότερον; καὶ δακρύων ἀφῆκα πηγὰς, καὶ ἀνώμωξα, καὶ ἠσθόμην ἐμαυτοῦ νῦν πρῶτον ἀφιλοσόφως διακειμένου. Καὶ τί γὰρ οὐ τῶν ἐπιταφίων (4) ἐπλήρωσα; Ἐπεὶ δὲ ἠσθόμην ἐπισκόπους συντρέχειν ἐπὶ τὴν πόλιν, ἀνεκόπτην μὲν τῆς ὁρμῆς, ἐθαύμασα δὲ, πρῶτον μὲν, εἰ μὴ συνεῖδες τὸ εὔσχημον, μηδὲ τὰς τῶν πολλῶν ἐφυλάξω γλώσσας (5), αἳ τάχιστα τοῖς ἀκεραιοτέροις

B Noli mirari, si quid præter opinionem tuam dixero, nec prius a quoquam homine dictum. Videris tu quidem mihi viri constantis, et solidi, atque animi firmitate prædíti existimationem habere; multa tamen simpliciter magis quam caute et circumspecte consultare atque exsequi. Nam qui a vitio liber est, is quoque ad suspicandum vitium segnior esse consuevit: cujusmodi quiddam nunc quoque contigit. Ad metropolitanam urbem nos accivisti, cum de episcopo consultatio proposita esset. Ac quam specioso et ad persuadendum apposito prætextu usus es! Ægrotare te finxisti, atque extremos spiritus ducere, cupereque nos videre, atque extremum alloqui: quod quo consilio feceris, assequi nescio, nec quid præsentia nostra ad C eam rem utilitatis allatura sit. Ego vero ad iter me accinxi, rem hanc ægerrimo animo ferens. Quid enim mihi vita tua sublimius, aut discessu tristius et acerbius? Ac fontem lacrymarum profudi, et ingemui, nuncque primum me aliter affectum sensi, quam philosophi ratio postularet. Denique quid funebrium non implevi? Posteaquam

spicaces mentis oculos haberemus. In duob. codd. legitur διεϑαίνομεν. In edit. vitiose οὔτε μικρόν, etc. Mox ἀντ' ἐκείνης. Ita cod. Male in edit. ἐκείνην.

(96) *Καὶ κατ' ἀρετήν.* Ita tres Regg. In ed. καὶ deest.

(97) *Ὧν ἔχομεν.* Unus cod. εἴχομεν. Combef. ὧν εἴχομεν.

(98) *Πόθος καὶ λόγος.* Ita cod. et Combef. *Amor noster et sermo*, Christiana scilicet doctrina ac professio, ait Combef. In ed. λόγος καὶ πόθος.

(99) Alias XXI. Scripta anno 370 medio.

(1) *Καὶ τὸ πλάσμα.* Ita duo codd. Regg. In ed καὶ πρᾶγμα. Mox πιθανόν. Sic cod. Harl. Ed. πειθανόν.

(2) *Ποθεῖν μὲν ἰδεῖν ἡμᾶς.* Ita cod. Pass. In ed. ποθεῖν ἰδεῖν τε ἡμᾶς.

(3) *Ἢ τῆς ἐκδημίας.* Cod. ἢ καὶ τῆς ἐκδημίας, *aut etiam discessu.*

(4) *Τί γὰρ οὐ τῶν ἐπιταφίων. Quid funebrium* D *non implevi?* nempe *officiorum*, ait Combef., *amico quasi jam ablato.* Bill. *quid epitaphiis non implevi?*

(5) *Μηδὲ τὰς τῶν πολλῶν ἐφυλάξω γλώσσας.* Bill. *nec improborum linguis occurrendum putabas.*

Digitized by Google

autem episcopos ad urbem concurrere intellexi, profectionis consilium abrupi, demirarique cœpi, primum si, quid honestum esset, non perspexisti, nec putasti cavendas esse vulgi **35** hominum linguas, quæ simplicioribus quibusque celerrime calumniam struunt; deinde, si non eadem tibi ac nobis convenire existimas, quibus et vita, et doctrina, et reliqua omnia communia sunt, nimirum a Deo ita jam inde a prima ætate consociatis; tertio (liceat enim hoc quoque dicere), si piorum Deique metu præditorum hominum hujusmodi electiones esse judicasti, non autem potentium, et apud vulgus gratiosorum. Atque ego his de causis navigii proram converti, ac proficisci detrectavi. Tibi autem ipsi si videtur, hoc quoque fixum constitutumque sit intermedios tumultus pravasque suspiciones fugere. Tuam vero pietatem tum demum videbo, cum et negotia constituta fuerint, et per tempus licuerit; ac plura etiam et graviora exprobrabo.

A ἐπηρεάζουσι· δεύτερον δὲ, εἰ μὴ τ' αὐτά σοί τε (6) καὶ ἡμῖν πρέπειν ὑπολαμβάνεις, οἷς καὶ βίος, καὶ λόγος, καὶ τὰ πάντα κοινά, οὕτως ἐκ Θεοῦ τὰ πρῶτα συναρμοσθεῖσι· τρίτον (ἔστω γὰρ καὶ τοῦτο εἰπεῖν), εἰ τῶν εὐλαβεστέρων ἐνόμισας τὰς τοιαύτας εἶναι προβολὰς, ἀλλὰ μὴ τῶν δυνατωτέρων, καὶ τοῖς πλήθεσιν οἰκειοτέρων. Ἐγὼ μὲν οὖν διὰ ταῦτα, πρύμναν ἐκρουσάμην, καὶ ἀναδύομαι. Σοὶ δὲ εἰ δοκεῖ καὶ αὐτῷ, τοῦτο (7) δεδόχθω, φυγεῖν τοὺς ἐν μέσῳ θορύβους, καὶ τὰς πονηρὰς ὑπονοίας (8). Τὴν δὲ σὴν εὐλάβειαν τηνικαῦτα δψομαι, ἡνίκα ἂν τά τε πράγματα καταστῇ, καὶ καιρὸς ᾖ, καὶ ὀνειδίσω γε πλείονα καὶ βαρύτερα.

XLI. AD CÆSARIENSES.

ΜΑ'. ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ (9).

Cum Ecclesia Cæsariensis accivisset ac rogasset Gregorium, Nazianzi episcopum, ne se in electione episcopi desereret, adfuturum se promittit venerandus senex epistola sequenti, quam patris nomine Gregorius filius scripsit. Demonstrat quanti momenti sit electio episcopi Cæsareæ, omnium Ecclesiarum (Cappadociæ) matris: neminem Basilio præferri debere declarat, eumque solum, vel certe omnium esse maxime idoneum regendæ his temporibus Ecclesiæ. Si assentiantur, se adfuturum pollicetur; sin aliud illis placeat, se eorum consilii participem non futurum.

Sum quidem pastor exiguus, exiguique gregis antistes, atque minimus inter Spiritus ministros: at gratia nequaquam angusta est, nec locis circumscripta. Quocirca parvis quoque libere loquendi potestas concedatur, præsertim de communibus maximisque rebus orationem habentibus, et cum tanta canitie consultantibus, quæ aliquid fortasse prudentius et solertius habet, quam plerique e vulgo. Non de parvis et levibus rebus deliberatis, verum quibus, vel recte, vel secus habentibus, rempublicam quoque, vel hoc, vel illo modo se habere necesse est. De Ecclesia enim nobis sermo est, pro qua Christus mortem oppetiit, ac de eo qui hanc Deo sistat et conciliet. *Lucerna* enim *corporis*, ut Scriptura docet [a], *est oculus*, non hic tantum, qui corporeo modo cernit ac cernitur, sed is etiam qui spiritualiter spectat et spectatur. Lucerna autem Ecclesiæ est episcopus, quemadmodum ipsi perspicue nostis, etiamsi non scripserimus. Itaque quemadmodum cum ille pure et integre se habet, corpus quoque recte ducitur, cum autem impurus est, non recte: consimili quoque ratione, utrolibet modo sese Ecclesiæ antistes ha-

B Εἰμὶ μὲν ποιμὴν ὀλίγος, καὶ ποιμνίου μικροῦ προεστηκώς, καὶ πολλοστὸς ἐν ὑπηρέταις τοῦ Πνεύματος. Ἡ χάρις δὲ οὐ στενὴ, οὐδὲ τόποις περιγραπτός (10). Διὰ τοῦτο δεδόσθω καὶ τοῖς μικροῖς παῤῥησία, ἄλλως τε καὶ περὶ κοινῶν (11) καὶ τηλικούτων ὄντος τοῦ λόγου, καὶ μετὰ τοσαύτης βουλευομένοις τῆς πολιᾶς, ἢ τυχὸν ἔχει τι καὶ τῶν πολλῶν συνετώτερον. Οὐ περὶ μικρῶν, οὐδὲ τῶν τυχόντων βουλεύεσθε, ἀλλ' ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς ἐχόντων, ἀνάγκη καὶ τὸ κοινὸν (12) ἢ ἐκείνως ἢ οὕτως ἔχειν. Περὶ γὰρ Ἐκκλησίας ἡμῖν ὁ λόγος, ὑπὲρ ἧς Χριστὸς ἀπέθανε (13), καὶ τοῦ ταύτην Θεῷ παραστήσοντος καὶ προσάξοντος. *Λύχνος* μὲν γὰρ *τοῦ σώματός ἐστιν ὀφθαλμὸς*, ὡς ἠκούσαμεν, οὐ μόνον οὗτος ὁ σωματικῶς ὁρῶν καὶ ὁρώμενος, ἀλλὰ καὶ C ὁ πνευματικῶς θεωρῶν καὶ θεωρούμενος. Λύχνος δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ὃ δῆλον ὑμῖν, κἂν αὐτοὶ μὴ γράφωμεν. Ἀνάγκη τοίνυν, ὥσπερ ἐκείνου καθαρῶς μὲν ἔχοντος ὁρθῶς ἄγεσθαι καὶ τὸ σῶμα, μὴ καθαροῦ δὲ τυγχάνοντος, οὐκ ὀρθῶς· οὕτω δὴ (14) καὶ τῷ προστάτῃ τῆς Ἐκκλησίας, ὁποτέρως ἂν ἔχῃ, πάντως ἢ συνδιακινδυνεύειν, ἢ συνδιασώζεσθαι. Πάσης μὲν οὖν Ἐκκλησίας φροντιστέον, ὡς

[a] Matth. VI, 22.

(6) *Εἰ μὴ τ' αὐτά σοί τε.* Ita cod. Pass. et Combef.; at cod. Harl. εἰ τ' αὐτά σοί τε. In ed. εἰ μὴ τὰ αὐτά σοί τε.

(7) *Καὶ αὐτῷ, τοῦτο.* Forte legendum αὐτὸ τοῦτο.

(8) *Καὶ τὰς πονηρὰς ὑποψίας.* Cod. 2022 ἐπινοίας, *pravaque commenta.*

(9) Alias XXII. Scripta paulo post, id est anno 370 decedente. — *Πρὸς τοὺς ἐν Καισαρείᾳ.* Cod. Reg. τῇ Ἐκκλησίᾳ Καισαρέων, ὡς ἐκ τοῦ πατρός, *Ecclesiæ Cæsariensium, quasi nomine patris.*

(10) *Περιγραπτός.* Ita duo codd. Regg. In ed. περιγραπτή.

(11) *Περὶ κοινῶν*, etc. Combef. *cum de publicis maximisque rebus deliberatio sit*, nempe *de tota diœcesi.*

(12) *Ἀνάγκη τὸ κοινόν*, etc. Cod. Reg. et Combef. κοινὸν οὕτως ἢ ἐκείνως ἔχειν, *publicam rem*, vel *publicum*, ipsam nempe diœcesim, *hoc vel illo modo se habere.*

(13) *Χριστὸς ἀπέθανεν.* Duo codd. Χριστὸς ἔπαθεν, *Christus passus est.*

(14) *Οὕτω δή.* In cod. Reg. deest δή. Paulo infra, συνδιακινδυνεύειν. Id. cod. habet συγκινδυνεύειν.

Digitized by Google

Χριστοῦ σώματος, μάλιστα δὲ τῆς ὑμετέρας, ἡ μήτηρ σχεδὸν ἁπάντων τῶν Ἐκκλησιῶν ἥν τε ἀπ' ἀρχῆς, καὶ νῦν ἐστι, καὶ νομίζεται, καὶ πρὸς ἣν τὸ κοινὸν βλέπει (15), ὡς κέντρῳ κύκλος περιγραφόμενος, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀρθοδοξίαν ἄνωθεν πᾶσι κεκηρυγμένην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ δεδομένην αὐτῇ προδήλως χάριν τῆς ὁμονοίας. Ἐπειδὴ (16) τοίνυν κεκλήκατε μὲν καὶ ἡμᾶς εἰς τὴν περὶ τούτου διάσκεψιν, ποιοῦντες ὀρθῶς καὶ κανονικῶς, κρατούμεθα δὲ γήρᾳ καὶ ἀῤῥωστίᾳ, εἰ μὲν καὶ αὐτοὶ παρείημεν, τοῦ Πνεύματος ἐπιῤῥώσαντος (οὐδὲν γὰρ ἄπιστον τοῖς πιστοῖς), τοῦτο τῷ παντὶ βέλτιον (17), καὶ ἡμῖν ἥδιον, ἵνα καὶ ὑμῖν τι συνεισενέγκωμεν, καὶ αὐτοὶ τῆς εὐλογίας μετάσχωμεν· εἰ δὲ τῆς (18) ἀσθενείας νικώσης ἀπολειφθείην, ὅσα γε ἀποῦσι δυνατὸν, συνεισφέρομεν.

A buerit, **36** omnino vel periculi vel salutis participem esse necesse est. Porro omni Ecclesiæ, tanquam Christi corpori, summa cura et sollicitudine prospiciendum est, tum maxime vestræ, quæ omnium fere Ecclesiarum mater et antiquitus fuit, et nunc est, atque censetur, et ad quam tota respublica Christiana oculos conjicit, haud secus ac circulus centro circumscriptus, non modo propter fidei integritatem jam olim omnibus prædicatam, sed etiam ob concordiæ gratiam, divino haud dubie beneficio ipsi concessam. Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque, ut par erat, atque ecclesiastica regula postulabat, accivistis, senectute autem et morbo detinemur, siquidem ipsi quoque, Spiritu sancto vires

B nostras obfirmante, adesse queamus (neque enim quidquam fide præditis incredibile est), hoc sane et publicæ utilitati melius, et nobis jucundius fuerit, ut et vobis aliquid conferamus, et ipsi benedictionis participes efficiamur. Si autem per corporis infirmitatem adesse non licuerit, id certe, quod absentes possunt, conferimus.

Πείθομαι μὲν (19) καὶ ἄλλους εἶναι τῆς προστασίας ἀξίους παρ' ὑμῖν, καὶ ὡς ἐκ πόλεως τοσαύτης, καὶ οὕτω, καὶ ὑπὸ τοιούτων ἡγμένης ἄνωθεν· ἑνὸς δὲ οὐδένα δύναμαι προτιμῆσαι τῶν παρ' ὑμῖν τιμωμένων (20) τοῦ θεοφιλεστάτου υἱοῦ ἡμῶν Βασιλείου πρεσβυτέρου (λέγω δὲ ὡς ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι), ἀνδρὸς καὶ βίῳ καὶ λόγῳ κεκαθαρμένου, καὶ μόνου τῶν πάντων, ἢ ὅτι μάλιστα, κατ' ἀμφότερα δυναμένου στῆναι πρὸς τὸν νῦν καιρὸν (21), καὶ τὴν κατέχουσαν τῶν αἱρετικῶν γλωσσαλγίαν. Ταῦτα καὶ ἱερατικοῖς γράφω, καὶ μοναστικοῖς, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ ἀξιωματικοῦ καὶ βουλευτικοῦ τάγματος, καὶ τοῦ

C δήμου παντός (22). Εἰ μὲν οὖν τοῦτο συνδόξειε, καὶ ἡ ψῆφος ἡμῶν κρατοίη, οὕτως ὑγιῶς τε καὶ ὀρθῶς ἔχουσα, ὡς μετὰ Θεοῦ ψηφιζομένη (23), καὶ πάρειμι πνευματικῶς καὶ παρέσομαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπιβέβληκα τὴν χεῖρα ἤδη, καὶ θαῤῥῶ τῷ Πνεύματι. Εἰ δὲ ἄλλο τι, καὶ μὴ τοῦτο συνδόξειε, καὶ κατὰ φρατρίας καὶ συγγενείας τὰ τοιαῦτα κρίνοιτο, καὶ ἡ ὀχλώδης (24) χεὶρ πάλιν παρασύροι τὸ ἀκριβὲς, πράττοιτε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς τὸ ἀρέσκον, ἡμεῖς δὲ συσταλησόμεθα.

Et quidem alios quoque apud vos principatu dignos esse confido, utpote in urbe amplissima, atque ita præclare, et ab hujusmodi præsulibus olim gubernata : cæterum ex omnibus qui apud vos in honore sunt, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio presbytero anteferre possum (hæc autem quasi Deo teste dico), viro et vita et sermone purgato, quique vel omnium solus, vel certe quam maxime, utraque re adversus hujusce temporis turbinem ac vigentem hæreticorum linguæ pruritum, velut in procinctu stare possit.

C Hæc et iis scribo, qui sacerdotii munere funguntur, et monachis, et iis qui dignitates gerunt, et senatorii ordinis sunt, ac denique plebi universæ. Si igitur huic sententiæ assensum fuerit, suffragiumque nostrum adeo sanum et integrum, unaque cum Deo latum, vicerit ; et spiritualiter adsum et adero, imo et jam manum injeci, Spiritusque fiducia nitor. Sin autem aliud quidpiam potius quam hoc placeat, et per sodalitia et cognationes hujusmodi res expendantur, ac promiscua turba judicii sinceritatem rursum convulserit, et distraxerit, seorsum sane id quod placet facite, nos autem intra nosmetipsos colligemus.

(15) *Πρὸς ἣν τὸ κοινὸν βλέπει.* Hæc non de tota republica Christiana sunt intelligenda, seu de universa, quam late patet, Ecclesia, sed de Cæsariensi, quæ omnium fere mater erat Cappadociæ Ecclesiarum, quarum profecto plurimum intererat, ut in sede Cæsariensi eximius pastor constitueretur.

(16) *Ἐπειδή.* Ita cod. Reg. In ed. ἐπεί.

(17) *Τοῦτο τῷ παντὶ βέλτιον.* Combef. τῷ παντὶ vim adverbii tribuit vertitque, *id omnino melius.*

(18) *Μετάσχωμεν· εἰ δὲ τῆς.* Ita cod. Reg. et Combef. In ed. μετέχωμεν· εἰ δὲ τὰ τῆς.

(19) *Πείθομαι μέν.* Ita Reg., Herv. In edit. πείθομεν. Paulo infra, καὶ ὡς ἐκ πόλεως. Ita cod. Deest in ed. καί.

D (20) *Τιμωμένων.* Cod. τιμίων. Paulo post, idem cod. et Combef. Βασιλείου τοῦ πρεσβυτέρου.

(21) *Πρὸς τὸν νῦν καιρόν.* Bill., *adversus temporis turbinem*, quod non reddit τὸν νῦν, nec præsentem satis indicat persecutionem ; tunc enim Valens Arianorum favore adversus Catholicos debacchabatur.

(22) *Καὶ τοῦ δήμου παντός.* Rectius forte legendum καὶ τῷ δήμῳ παντί.

(23) *Ψηφιζομένη.* Ita legendum videtur. Ed. ψηφίζομεν.

(24) *Καὶ ἡ ὀχλώδης.* Ita cod. Reg. et Combef. : ἡ deest in edit. Mox καθ' ὑμᾶς. Sic id. cod. In ed. καθ' ἡμᾶς

Digitized by Google

37 XLII. EUSEBIO SAMOSATENSI EPISCOPO. ΜΒ'. ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ (25).

Agit cum Eusebio Samosatensi, nomine patris, ut ad consultationem de episcopi creatione, Cæsaream se conferat.

Quis mihi dabit pennas sicut columbæ[9]? vel quomodo renovabitur senectus mea, ut ad charitatem vestram transire, desideriumque vestri, quo teneor, lenire, animique molestias exponere, ac vestra opera quoddam affectionum solatium reperire queam? A morte enim beati episcopi Eusebii metus non parvus nos invasit, ne forte ii, qui metropolitanæ Ecclesiæ nostræ quondam insidias struebant, eamque hæreticis zizaniis implere cupiebant, occasionem nunc nacti, pietatem in hominum animis multo labore consitam perniciosis suis doctrinis radicitus evellant, ipsiusque unitatem scindant, quemadmodum in multis Ecclesiis fecerunt. Quoniam autem litteræ quoque cleri ad nos allatæ sunt, quibus rogamur, ne tali tempore eos negligamus; undique conspiciens, charitatis vestræ recordatus sum, rectæque fidei ac zeli quo pro Dei Ecclesiis perpetuo flagratis. Eaque de causa dilectum condiaconum Eustathium misi, ut veneratio vestra, illius hortatu precibusque permota, omnibus laboribus et ærumnis Ecclesiarum causa susceptis, hunc quoque adjungat, ac senectutem meam per congressum reficiat et recreet, rectæque Ecclesiæ celebrem illam pietatem dirigat, nobiscum scilicet (si modo digni habiti fuerimus qui vos in bono hoc opere juvemus), pastorem illi juxta Domini voluntatem præficientes, qui plebem ipsius gubernare ac moderari queat. Est quidem nobis præ oculis vir, quem nec ipsi ignoratis; quo si per divinam gratiam **38** potiamur, magnam haud dubie nobis fiduciam apud Deum comparabimus, maximoque beneficio populum,

Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς; ἢ πῶς A ἀνακαινισθῇ μου τὸ γῆρας, ὥστε με δυνηθῆναι διαβῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ τόν τε πόθον, ὃν ἔχω ἐφ' ὑμῖν, ἀναπαῦσαι, καὶ τὰ λυπηρὰ τῆς ψυχῆς διηγήσασθαι, καὶ δι' ὑμῶν εὑρέσθαι τινὰ παραμυθίαν τῶν θλίψεων; Ἐπὶ γὰρ τῇ κοιμήσει τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου φόβος ἡμᾶς κατέλαβεν οὐ μικρός, μήποτε οἱ ποτὲ ἐφεδρεύοντες τῇ Ἐκκλησίᾳ (26) τῆς μητροπόλεως ἡμῶν, καὶ βουλόμενοι αὐτὴν αἱρετικῶν ζιζανίων πληρῶσαι, καιροῦ νῦν λαβόμενοι, τὴν πολλῷ καμάτῳ κατασπαρεῖσαν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων εὐσέβειαν ταῖς παρ' ἑαυτῶν πονηραῖς διδασκαλίαις ἐκριζώσωσι, καὶ ταύτης τὴν ἑνότητα κατατέμωσιν, ὅπερ καὶ ἐπὶ πολλῶν Ἐκκλησιῶν πεποιήκασιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀφίκετο (27) τοῦ κλήρου, παρακαλοῦντα μὴ παροφθῆναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ, περιβλεψάμενος ἐν κύκλῳ ἐμνήσθην τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τοῦ ζήλου ὃν ἔχετε ἀεὶ ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ τούτου ἕνεκεν ἀπέστειλα τὸν ἀγαπητὸν Εὐστάθιον τὸν συνδιάκονον παρακαλέσαι ὑμῶν τὴν σεμνοπρέπειαν, καὶ δυσωπῆσαι, πᾶσι τοῖς ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν καμάτοις καὶ τὸν παρόντα ἐπιθεῖναι, κἀμοῦ τε τὸ γῆρας τῇ συντυχίᾳ ἀναπαῦσαι, καὶ τῇ ὀρθῇ Ἐκκλησίᾳ (28) τὴν περιβόητον εὐσέβειαν διορθώσασθαι, δόντα αὐτῇ μεθ' ἡμῶν (εἰ ἄρα καταξιωθείημεν συναντιλαβέσθαι ὑμῖν τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου), ποιμένα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Κυρίου, δυνάμενον διευθῦναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ἔχομεν γὰρ (29) πρὸ ὀφθαλμῶν ἄνδρα, ὃν οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε· οὗ εἰ καταξιωθείημεν ἐπιτυχεῖν, οἶδα ὅτι μεγάλην παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν κτησόμεθα,

[9] Psal. LIV, 7.

(25) Alias inter Basilianas recensita XLVII. Scripta eodem tempore. — Olim inscripta erat hæc epistola Βασίλειος Γρηγορίῳ· verum hanc Basilio abjudicant, suoque restituunt auctori recentiores Operum S. Basilii editores. In codd., inquiunt, Vat., Med. et Coisl. primo, titulus hic habetur: Γρηγορίῳ ἑταίρῳ, περὶ τῆς κοιμήσεως Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὅτι ἔχει πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐπιτήδειον· *Gregorio sodali de obitu Eusebii episcopi; et quod habet præ oculis virum ad episcopale munus idoneum.* Plures decepit titulus; at legi non potest attentius hæc epistola, quin eam non a Basilio, sed potius de Basilio scriptam esse pateat: imo hodie inter eruditos fere convenit eam a Gregorio patre, filii manu, ad Eusebium Samosatensem fuisse scriptam. Nam senem se esse declarat auctor epistolæ et in Cappadocia episcopum, ut qui litteris cleri ad electionem episcopi, et Ecclesiæ Cæsariensis defensionem invitatus fuerit. Is autem, ad quem scribit, et eadem dignitate præditus erat, et laboribus pro Ecclesia susceptis clarus, et amicus Basilio, necnon Cappadociæ vicinus. Omnia in Eusebium Samosatensem mirifice conveniunt, quem Basilii ordinationi scimus interfuisse.

(26) Ἐφεδρεύοντες τῇ Ἐκκλησίᾳ. Indicat Gregorius structas ab Arianis insidias Ecclesiæ Cæsariensi anno 365, cum Valens in hanc urbem venit, suo Arianorum episcoporum stipatus comitatu. Tunc Basilius, qui se in solitudinem pacis tuendæ causa receperat, ad succurrendum episcopo suo advolavit, omnibus rebus Ecclesiæ utilitati posthabitis, ac præclarum illum triumphum reportavit, de quo Gregorius, orat. XLIII, novæ editionis pag. 795, n. XXXII.

(27) Πρὸς ἡμᾶς ἀφίκετο. Sic edit. S. Basilii, et sic legit Bill., petitque series, ait Combef. At certe id non dixerit Basilius, qui, cum esset presbyter Cæsareæ (et in ipsius etiam sinu Eusebius animam efflaverat), ac in clero ejus urbis præniteret, litteras potius invitantes ad futuri episcopi electionem cum clero dederat, quam acceperat a clero. Sit ergo hæc epistola episcopi comprovincialis, qui alterius episcopi adventum sollicitet ac urgeat, Gregorii forte patris Theologi, aut ejus nomine. In edit. πρὸς ὑμᾶς ἀφίκετο.

(28) Καὶ τῇ ὀρθῇ Ἐκκλησίᾳ, etc. Edit. S. Basilii, *ac percelebrem sanæ Ecclesiæ pietatem instauretis.* Juxta Combef. διορθώσασθαι idem significat ac βραβεύεσθαι· vertit autem, *ac orthodoxæ Ecclesiæ orbi pervulgatam pietatem fideiter astruat, et quasi erigat prope collabentem episcopi catholici excessu, nisi alius catholicus ei succedat.*

(29) Ἔχομεν γάρ. Sic quatuor antiqui codd. In ed. ἔχομεν μέν.

Digitized by Google

καὶ τῷ ἐπικαλεσαμένῳ ἡμᾶς λαῷ μεγίστην εὐεργεσίαν καταθησόμεθα. Ἀλλὰ παρακαλῶ (30) καὶ πάλιν καὶ πολλάκις πάντα ὄκνον ὑποθεμένους ἀπαντῆσαι, καὶ προλαβεῖν τὰ ἐκ τοῦ χειμῶνος δυσχερῆ.

A qui opem nostram imploravit, afficiemus. Verum te rursus ac sæpius rogo, ut, abjecta omni cunctatione, hic nobis præsto sis, hiemisque molestias antevertas.

ΜΓ'. ΤΟΙΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ (31).

XLIII. AD EPISCOPOS.

Gregorius senior, mortuo Eusebio, Cæsaream ab episcopis advocatus, sed tam perfunctorie, ut nec adesse illum oportere significarent, nec qua de re, nec quo tempore, respondit his litteris Gregorii filii calamo scriptis. Non dissimulat venerandus indecoram ipsorum agendi rationem, seque ab ipsis contemptum; promittit tamen se adfuturum, si una secum voto et suffragio Basilium prosequi velint

Ὡς ἡδεῖς ὑμεῖς καὶ φιλάνθρωποι, καὶ περιττοὶ τὴν ἀγάπην! Κεκλήκατε ἡμᾶς ἐπὶ τὴν μητρόπολιν, ὡς οἶμαι, περὶ ἐπισκόπου τι βουλευσόμενοι. Τοῦτο γὰρ ὑμῶν αἰσθάνομαι, οἵ γε μήτε ὅτι παρεῖναι δεῖ, μήτε ἐφ' ᾧ, μήτε ὅτε, προαγορεύσαντες (32), ἀθρόως B ἡμῖν, ὅτι ἐξωρμήσθε, δεδηλώκατε, ὡς ἄν τινες οὐ τιμᾷν ἐγνωκότες, ἢ κοινωνοὺς (33) ἔχειν ἐσπουδακότες, ἀλλὰ τὸ παρεῖναι ἀποσπουδάζοντες, ἵνα μηδὲ ἄκουσιν ἡμῖν περιπέσητε (34). Τὸ μὲν οὖν ὑμέτερον (35) τοιοῦτον, καὶ οἴσομεν ὑβριζόμενοι· τὸ δὲ ἡμέτερον, ὅπως ἔχει, παραστήσομεν. Ἄλλοι μὲν ἄλλους δηλαδὴ (36) προβαλοῦνται, κατὰ τοὺς ἑαυτῶν ἕκαστοι τρόπους ἢ πόρους, ὅπερ ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ συμβαίνειν. Ἡμεῖς δὲ οὐδένα προτιμῆσαι δυνάμεθα, οὐδὲ γὰρ ὅσιον, τοῦ τιμιωτάτου υἱοῦ (37) ἡμῶν Βασιλείου τοῦ συμπρεσβυτέρου. Τίνα γάρ, ὧν ἴσμεν, εὑρίσκομεν ἢ βίῳ δοκιμώτερον, ἢ λόγῳ δυνατώτερον, καὶ πανταχόθεν εἰς ἀρετῆς κάλλος ἐξησκημένον; Εἰ δὲ ἡ ἀσθένεια πρόφασις, οὐ γὰρ ἀθλητὴν (38) προβαλεῖσθε, ἀλλὰ διδάσκαλον. Καὶ ἅμα που C τοῦτο δυνατὸν (39) τοῦ τοὺς ἀσθενεῖς, ἄν περ ὦσι τοιοῦτοι, ῥωννύντος καὶ ὑπερείδοντος. Ἂν ταύτην δέχησθε τὴν ψῆφον, καὶ παρεσόμεθα (40), καὶ συλληψόμεθα, ἢ πνευματικῶς, ἢ σωματικῶς. Εἰ δὲ ἐπὶ ῥητοῖς ἢ ὁδοῖς, καὶ κρατεῖν μέλλοιεν αἱ στάσεις (41) παρὰ τὸ δί-

Quam suaves et humani estis, ac singulari charitate præditi! Ad metropolitanam urbem nos vocastis, de episcopo, ni fallor, consilii aliquid inituri. Hoc enim vos in animo habuisse sentio, siquidem nec quod adesse oporteret, nec quam ob causam, nec quo tempore, prænuntiantes, repente nobis vos profectos esse significastis, tanquam videlicet, non nos honore afficere constituentes, aut socios habere studentes, sed præsentiam nostram sedulo impedientes, ne in nos invitos et repugnantes incidatis. Ac talis quidem vestra agendi ratio est, contumeliamque hanc feremus. Quid autem ipsi sentiamus, exponemus. Videlicet alii quidem alios in medium proponent, pro suis quisque moribus aut commodis, quemadmodum in hujusmodi rebus accidere consuevit. Nos vero neminem, nec enim fas est, colendissimo filio nostro Basilio compresbytero præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus, quos novimus, vel vita probatiorem, vel sermone ac doctrina valentiorem, magisque ad virtutis pulchritudinem undique perpolitum reperiemus? Quod si quis illius infirmitatem obtendit, non scilicet athletam, **39** sed doctorem creabitis. Ac simul in hoc virtus illius lucet, qui infirmos, si quidem tales sint, fulcit et corrobo-

(30) *Ἀλλὰ παρακαλῶ.* Minime mirum, aiunt ed. S. Basilii, quod Eusebius in remotam provinciam ad electionem episcopi vocetur. Nam cum unus sit episcopatus et unus grex, sæpe incidunt tempora ejusmodi, ut curam suam et sollicitudinem episcopi exteris Ecclesiis debeant. Ut hæream in exemplo Eusebii Samosatensis, nemini sanctus ille martyr in hoc genere concessit, ac in variis Ecclesiis presbyteros et diaconos, atque etiam episcopos magno Ecclesiæ commodo ordinavit, ut testatur Theodoret. D *Hist.* lib. IV, cap. 13. Ex hac autem epistola et nonnullis aliis ejusdem Gregorii, et ex laboribus quos a patre, Basilii causa, susceptos narrat in orat. XVIII et XLIII, facile perspicimus episcopos electionum otiosos spectatores non fuisse, sed plurimas earum partes consiliando et adhortando sustinuisse. Quin etiam electio interdum penes episcopos erat; et cum varia essent plebis ac cleri studia, ut in Basilii electione contigit, tunc ea pars vincebat, cui major favebat episcoporum numerus. Hinc cum ad canonicam Basilii electionem deesset unius episcopi suffragium, Gregorius Nazianzi episcopus, quamvis senio confectus ac morbo, Cæsaream advolavit, ut electionem calculo suo adjuvaret, βοηθήσων τῇ ψήφῳ· Gregor. Nazianz., orat. XVIII, n. 36, et orat. XLIII, n. 37.

(31) Alias XXIII. Scripta eodem tempore.

(32) *Μήτε ὅτε, προαγορεύσαντες.* Ita codd. Regg. duo. Mendose in ed. προσαγορεύοντες. Mox, ἀθρόως ἡμῖν, ὅτι. Sic unius Regii cod. ope locus ille emendatur. In ed. εἴ τι, vertitque Bill.: *Si quid facere aggressi estis, declaratis.*

(33) *Ἢ κοινωνούς.* Ita duo Regg. Deest in ed. κοινωνούς.

(34) *Μηδὲ ἄκουσιν ἡμῖν περιπέσητε.* Ita unus cod. Reg. Alii legunt ἄκοντες, *ne inviti in nos incideritis;* alii ἥκουσιν ἡμῖν, *ne in nos venientes.* Mendose in ed. περιπέσηται.

(35) *Τὸ μὲν οὖν ὑμέτερον.* Bill. *ac tale quidem vestrum facinus est.*

(36) *Ἄλλοι μὲν ἄλλους δηλαδή.* Ita Reg. et Combef. In ed. ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλους δή. Paulo infra, id. cod. Reg. habet ἕκαστος pro ἕκαστοι.

(37) *Τιμιωτάτου υἱοῦ.* Bill. *charissimo filio.* Cod. Reg. τιμιωτάτου ἀδελφοῦ, *venerabilissimo fratri.*

(38) *Οὐ γὰρ ἀθλητήν.* Huic, ait Bill., affine est illud Chrysostomi, cateches. I, *Ad illuminandos: In milite eligendo exteriora, hoc est, corporis mensuram et bonam carnis habitudinem, sed et libertatem contemplamur. At cœli Rex nihil tale requirit; sed et servos in sui exercitum suscipit, senes et juvenes, tantum ut promptitudinem habeant se suscipiendi.*

(39) *Καὶ ἅμα που τοῦτο δυνατόν.* Cod. Reg. τὸ δυνατόν.

(40) *Παρεσόμεθα.* Ita cod. Reg. Ed. παρέσομαι.

(41) *Αἱ στάσεις.* Cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. αἱ συστάσεις.

Digitized by Google

rat. Si huic suffragio calculum vestrum adjeceritis, et aderimus, et nos vobis vel spirituali vel corporali modo adjutores profitebimur. Si autem certis conditionibus via capessenda est, factionesque et dissidia contra jus et æquum valitura sunt, contemptos nos esse gaudemus. Vestrum sit opus, pro nobis autem orate.

A καιον, χαίρομεν παρεωραμένοι. Ὑμέτερον ἔστω τὸ ἔργον, ἡμῶν δὲ ὑπερεύχεσθε (42).

XLIV. EUSEBIO SAMOSATENSI EPISCOPO.

ΜΔ'. ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ (43).

Magnum ex Oriente lumen, ut jam vidimus, accersivit Gregorius Nazianzenus, missis ad sanctum Eusebium Samosatensem litteris per Eustathium diaconum, ut Ecclesiæ Cæsariensi adversus Arianos opem ferret. Accurrit sanctus martyr in Cappadociam, idque certum ex epistola XLVIII *Basilii, et ex oratione* XX *Gregorii, qui Spiritum sanctum ab exteris regionibus viros pietate claros et zelo flagrantes ad ungendum Basilium excitasse testatur. Ipse Nazianzi episcopus, non solum senectute, sed etiam morbo fractus, iter aggredi non dubitavit, ut calculo suo electionem Basilii adjuvaret. Proficiscenti patri has litteras dedit Gregorius noster ad Eusebium Samosatensem, cujus zelum et sudores laudat, eique acceptum refert, quod patris senectus renovata fuerit. Veniam petit, quod non accurrat ad ejus complexum, linguis improborum cedens; sed paulo post venturum se pollicetur, quod tamen non videtur perfecisse.*

Unde tuarum laudum exordium ducam? et quo nomine proprie te appellabo? An te columnam et firmamentum [10] Ecclesiæ vocabo, aut luminare in mundo [11], iisdem verbis cum Apostolo utens, aut gloriationis coronam [12] incolumi Christianorum parti, aut Dei donum, aut patriæ columen, aut fidei regulam, aut veritatis legatum, aut hæc omnia simul, atque his plura? Atque has pene incredibiles laudes, per ea quæ videmus, confirmabo. Quæ enim pluvia æque opportuna et tempestiva sitienti terræ illapsa est? Quæ aqua ex petra, iis, qui in deserto habitabant, exundans? Quem talem angelorum panem homo manducavit [13]? Quibus Jesus, communis omnium Dominus, discipulis suis pessum euntibus ita opportune astitit, ut et fluctus sedaret, et periclitantibus salutem afferret [14], ut tu laborantibus nobis ac mœrentibus, ac jam velut naufragium facientibus apparuisti? Et quidem de aliis quid loqui necesse est, quanta nimirum lætitia et voluptate orthodoxorum animos perfudisti, quamque multos homines in desperationem lapsos erexisti?

B Πόθεν ἄρξομαι τῶν σῶν ἐγκωμίων; καὶ τί προσειπών σε κυρίως ἂν ὀνομάσαιμι; στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας, ἢ φωστῆρα ἐν κόσμῳ, τὰ αὐτὰ τῷ Ἀποστόλῳ φθεγγόμενος, ἢ στέφανον καυχήσεως τῷ σωζομένῳ μέρει Χριστιανῶν; ἢ Θεοῦ δῶρον, ἢ πατρίδος ἔρεισμα (44), ἢ κανόνα πίστεως, ἢ πρεσβευτὴν ἀληθείας (45), ἢ ὁμοῦ πάντα καὶ πλείω τούτων; καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἐπαίνων τοῖς ὁρωμένοις πιστώσομαι. Τίς ὑετὸς οὕτως (46) ὥριμος ἦλθε διψώσῃ γῇ; ποῖον ἐκ πέτρας ὕδωρ τοῖς ἐν ἐρήμῳ πλημμυροῦν; τίνα τοιοῦτον ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος: τίσιν Ἰησοῦς, ὁ Κύριος ὁ κοινὸς, τοῖς ἑαυτοῦ (47) μαθηταῖς οὕτως ἐν καιρῷ βαπτιζομένοις ἐπέστη, ἵνα καὶ τὸ πέλαγος ἡμερώσῃ, καὶ τοὺς κινδυνεύοντας περισώσηται, οἷος σὺ κάμνουσιν ἡμῖν καὶ ἀνιωμένοις, καὶ οἷον ἤδη ναυαγοῦσιν ἐφάνης; Τί δεῖ (48) τὰ τῶν ἄλλων λέγειν, ὅσης εὐθυμίας καὶ ἡδονῆς ψυχὰς ὀρθοδόξων ἐνέπλησας, καὶ ὅσων (49) ἀπόγνωσιν ἔλυσας;

At mater nostra Ecclesia, Cæsariensem dico, nunc profecto ob tui aspectum viduitatis vestes exuit, et stolam jucunditatis **40** assumit, magisque etiam explendescet, cum pastorem, et se, et antecessoribus episcopis, et manu vestra dignum consecuta fuerit. Nam quis sit rerum nostrarum status ipse quoque perspicis, quantumque miracu-

Ἀλλ' ἡ μήτηρ ἡμῶν ἡ Ἐκκλησία, τὴν Καισαρείαν (50) λέγω, νῦν ὄντως ἀποδύεται τὰ ἐνδύματα τῆς χηρεύσεως ἐπὶ τῇ σῇ θέᾳ, καὶ στολὴν εὐφροσύνης ἀναλαμβάνει (51), καὶ λαμπρυνθήσεται μᾶλλον, ἐπειδὰν ποιμένος τύχοι (52) ἑαυτῆς τε καὶ τῶν προειληφότων, καὶ τῶν ὑμετέρων χειρῶν ἀξίου. Τὰ γὰρ ἡμέτερα καὶ αὐτὸς ὁρᾷς οἷα, καὶ ὅσον ἐθαυ-

[10] I Tim. III, 15. [11] Philipp. II, 15. [12] I Thess. II, 19. [13] Psal. LXXVII, 25. [14] Matth. VIII, 24-26.

D

42) *Ἡμῶν δὲ ὑπερεύχεσθε.* Cod. Reg. ἡμῶν δὲ ὑπερεύχεσθαι, *nostrum autem preces fundere;* quæ lectio meliorem sensum videtur efficere.

(43) Alias XXIX. Scripta circa Septembrem an. 370. — *Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ Σαμοσατέων.* « Hæc epistola tum conscripta esse videtur, cum, Eusebio Cæsariensi episcopo vita functo, de successore ageretur. Porro non satis liquet an post Eusebii Samosateni ab exsilio reditum scripta fuerit, an vero antequam in exsilium profectus esset. Illud perspicuum est, Cæsarienses illius adventu summopere delectatos fuisse. » Hæc Bill. At perspicuum est non minus ante exsilium Eusebii scriptam fuisse hanc epistolam. Nam anno 370 collocatus est in throno episcopali Basilius, et anno 374 in Thraciam Eusebius exsulavit. Vide Tillemontium.

(44) *Πατρίδος ἔρεισμα.* Bill. *patriæ subsidium;* Comb. *patriæ columen*, quemadmodum Pindar. Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι, *quasi basis et fulcimentum.*

(45) *Πρεσβευτὴν ἀληθείας assertorem veritatis ac cultorem;* quod aptius videtur Combef. quam *legatum.* Mox ἢ ὁμοῦ πάντα καί. Montac. et Morel. proponunt ἢ ὁμοῦ πάντα ταῦτα καί

(46) *Τίς ὑετὸς οὕτως.* Sic Montac., Morel. ac Combef. In ed. τίς οὕτως ὑετός.

(47) *Τοῖς ἑαυτοῦ.* Ed. male τῆς.

(48) *Τί δεῖ.* Pass. τί δή. Cod. Reg. τῶν ἀγγέλων pro τῶν ἄλλων.

(49) *Ὅσων.* Ed. male ὅσον.

(50) *Τὴν Καισαρείαν.* Pass. Καισαρέων.

(51) *Στολὴν εὐφροσύνης ἀναλαμβάνει.* Pass. στολὴν ἀφθαρσίας ἐνδύεται· *Stolam immortalitatis induit.* Mox id. cod. καὶ λαμπρύνεται, *magisque etiam explendescit.*

(52) *Ποιμένος τύχοι.* Cod. Reg. et Combef. ποιμένος τύχῃ.

Digitized by Google

ματούργησεν ὁ σὸς ζῆλος, καὶ ἱδρὼς, καὶ ἡ κατὰ Θεὸν παῤῥησία (53). Γῆρας ἀνακαινίζεται, καὶ ἀῤῥωστία νικᾶται, καὶ πηδῶσιν οἱ ἐπὶ κλίνης, καὶ ἀσθενοῦντες περιζωννύονται δύναμιν. Τούτοις εἰκάζω καὶ τὰ ἡμέτερα κατὰ νοῦν ἐκβήσεσθαι (54). Τὸν μὲν οὖν πατέρα ἔχεις ἀνθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἀνθ' ἡμῶν, τέλος παντὶ τῷ βίῳ καὶ τῇ σεμνῇ πολιᾷ καλὸν ἐπιθήσοντα (55), τὸν νῦν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ἀγῶνα. Καὶ δεξόμεθα τοῦτον, εὖ οἶδα, εὐχαῖς ὑμετέραις ἐῤῥωμενέστερόν τε καὶ νεανικώτερον, αἷς πάντα δεῖ θαῤῥοῦντα (56) πιστεύειν. Εἰ δὲ κἀν τῇ φροντίδι καταλύσειεν, οὐ ζημία τοιαύτης καὶ ἐπὶ τοιούτοις τυχεῖν τελευτῆς. Ἐμοὶ δὲ, παρακαλῶ, συγγνώμην ἔχετε, εἰ μικρὸν ταῖς τῶν πονηρῶν γλώσσαις ὑποχωρήσας, μικρὸν ὕστερον ὑμῖν καὶ προσδράμοιμι (57), καὶ περιπτυξαίμην, καὶ ὅσα παρεῖται νῦν, δι' ἐμαυτοῦ προσθείην, τῆς εὐφημίας.

lum patrarit zelus tuus, et sudor, ac grata Deo fiducia et libertas. Senectus renovatur, morbus superatur, lecto affixi exsiliunt, infirmi potentia accinguntur. Quæ res mihi conjecturam afferunt, negotia quoque nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem, tum suo, tum nostro nomine habes, pulchrum universæ vitæ et venerandæ canitiei finem impositurum, nimirum præsentem hanc pro Ecclesia dimicationem. At certum habeo fore ut precibus vestris, quibus fretus nemo non sibi quidvis polliceri debet, firmiorem eum valentioremque recipiamus. Quod si in hac quoque cura extremo vitæ die perfungatur, minime illud in damno ponendum est, talem, et ob res tales, vitæ finem consequi. Mihi vero ignoscite, obsecro, si improborum linguis paulisper cedens, aliquanto post ad complexum vestrum accurram, et ea, quæ nunc in laudatione prætermissa sunt, coram ipse adjiciam.

ΜΕ'. ΒΑΣΙΛΕΙΩ (58).

XLV. BASILIO.

Post Basilii electionem nemo dubitabat, quin statim Gregorius ad amicum lætus accurreret. Sed satius ei visum est ad Basilium scribere, ac suum ex ejus ordinatione gaudium significare. Illius autem videndi desiderium cohibuit, tum ut amici famæ consuleret, tum etiam ne se ipse in invidiam et arrogantiæ suspiciones conjiceret. His rationibus versuadere Basilio conatur, ne se statim accersat

Ἐπειδή σε τεθέντα ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν θρόνον ἔγνων (59), καὶ τὸ Πνεῦμα ἐνίκησε, τὸν λύχνον ἐπὶ τῆς λυχνίας δημοσιεῦσαν, οὐδὲ τὸ πρὶν ἀμυδρῶς λάμποντα, ἥσθην μὲν, ὁμολογῶ. Τί δὲ οὐκ ἔμελλον, τὸ κοινὸν τῆς Ἐκκλησίας ὁρῶν κακῶς ἔχον, καὶ τοιαύτης χρῄζον χειραγωγίας; Προσέδραμον δὲ οὐκ εὐθὺς, οὐδὲ προσδραμοῦμαι· μηδέ γε τοῦτο αὐτὸς ἀπαιτήσῃς. Πρῶτον μὲν, ἵνα σοι τὸ σεμνὸν φυλάξω (60), καὶ μὴ συνάγειν δόξῃς τοὺς σπουδαστὰς, ὑπό τινος ἀπειροκαλίας καὶ θερμότητος, ὡς ἂν φαῖεν οἱ ἐνδιαβάλλοντες (61). Δεύτερον δὲ, ἵνα ἐμαυτῷ πραγματεύσωμαι (62) τὸ σταθερόν τε καὶ ἀνεπίφθονον. Πότε οὖν ἥξεις, τυχὸν ἐρεῖς, καὶ μέχρι τίνος ἀναδύσῃ; Ἕως ἂν ὅ τε Θεὸς κελεύσῃ (63), καὶ παρέλθωσιν αἱ σκιαὶ τῶν νῦν ἐπιτιθεμένων (64) καὶ βασκαινόντων. Οὐ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἀνθέξουσιν οἱ λεπροὶ (65), σαφῶς οἶδα, τῷ Δαβὶδ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀποκλείοντες.

Posteaquam te in sublimi throno collocatum, ac lucernam, ne illam quidem prius obscure lucentem, a Spiritu victore supra candelabrum [15] oculis omnium expositam esse intellexi, lætatus sum, fateor. Quidni enim, cum Ecclesiæ corpus male affectum esse, atque hujusmodi ductu et auxilio opus habere conspicerem? Non tamen ad te statim advolavi, nec advolabo : nec ipse id a me exposcas velim. Primum ut auctoritatem et venerationem tibi sartam tectamque custodiam : ac ne præ ineptia quadam et animi fervore, quemadmodum obtrectatores dicere queant, tui studiosos colligere videaris. Deinde ut mihi ipsi stabilitatem comparem, invidiæque occurram. Quando igitur venies, fortasse dixeris, et quandiu cunctaberis? **41** Quoad Deus jusserit, atque eorum, qui nunc insidiantur, et invidia laborant, umbræ præterierint. Non enim diutius, sat scio, leprosi resistent, Davidem Hierosolymis excludentes [16].

[15] Matth. v, 15. [16] II Reg. v, 6.

(53) *Ἡ κατὰ Θεὸν παῤῥησία.* Combef., *Divinaque dicendi libertas atque fiducia.*

(54) *Τὰ ἡμέτερα κατὰ νοῦν ἐκβήσεσθαι.* Ita Pass. et Combef. In ed. ἐκβήσεται. At pro ἡμέτερα, habet cod. ὑμέτερα.

55) *Καλὸν ἐπιθήσοντα.* Sic legendum, ait Billius, non ἐπιθήσονται, ut in Hervag. et in ed. Paulo infra, pro ἡμετέραις, reponendum ὑμετέραις. Pro δεξόμεθα, habet Pass. δεξαίμεθα.

(56) *Δεῖ θαῤῥοῦντα.* Cod. Reg. θαῤῥοῦντας. Ita et Combef., qui vertit : *De quibus nihil quod non nobis polliceri debeamus.*

(57) *Ὑμῖν καὶ προσδράμοιμι.* Cod. Reg. et Combef. καὶ προσδραμοῦμαι. Perperam in ed ἡμῖν, ut notant Billius et Combefisius.

(58) Alias XXIV. Circa mensem Decembrem ejusdem an. scripta.

(59) *Ἔγνων.* Cod. Pass. διέγνων, *plane cognovi.*

(60) *Ἵνα σοι τὸ σεμνὸν φυλάξω.* Combef., *ut tibi gravitatem ac decorum servem;* sic etiam interpretatur Tillemontius.

(61) *Ἐνδιαβάλλοντες.* Cod. Pass. et Combef. διαβάλλοντες.

(62) *Ἵνα ἐμαυτῷ πραγματεύσωμαι.* Cod. Pass. πραγματεύσω. Mox, τὸ σταθερόν. Combef. *morum constantiam conciliem;* Tillemont. *sapientiam et maturitatem in agendo.* Duo codd. Regg. τὸ στερρόν, *firmitatem.*

(63) *Κελεύσῃ.* Ita Pass. In ed. κελεύσει.

(64) *Ἐπιτιθεμένων.* Cod. Harl. ἐπιτιθεμένων τε καί. Bill., *qui nunc insidiantur.*

(65) *Οἱ λεπροί.* In textu tam Hebræo quam Græco, de leprosis nulla fit mentio, sed de claudis et cæcis, quibus arcis Hierosolymitanæ custodia a Je-

Digitized by Google

XLVI. EIDEM. ΜϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (66).

Nondum victus his rationibus, a Gregorio se contemptum querebatur; cujus querelis respondet peracute his litteris Gregorius. Scripta autem hæc epistola exeunte anno 370, aut ineunte 371.

Quomodo exiguæ nobis et viles res tuæ sunt, o divinum et sacrum caput? Quodnam hoc effugit verbum dentalia septa? aut quomodo hoc dicere ausus es? ut ipse quoque audacter aliquid dicam. Quomodo vel animus id proposuit, vel atramentum scripsit, vel charta excepit? o studia, et Athenæ, et virtutes, et litterarii sudores! Me etenim litteris tuis pene tragicum facis. Utrum nos, an te ipsum ignoras, tu, inquam, orbis lumen, magna vox et tuba, doctrinæ palatium? Tuane Gregorio parva sunt? Quid igitur aliud quispiam admiretur eorum quæ in terra sunt, nisi te Gregorius? Unum ver inter anni partes, unus sol inter sidera, unum cœlum omnia complexu suo coercens, una vox tua de omnibus triumphans, si modo satis meus sum, qui de hujusmodi rebus judicium feram, nec amor me decipit, quod non existimo. Quod si nobis hoc nomine succenses, quod te minus, quam tua virtus meretur, suspicimus et admiramur, omnibus quoque mortalibus succenseas oportet: neque enim alius quisquam satis digne te laudavit, aut laudaturus est, præter te tuamque in dicendo sublimitatem, si quidem fieri posset, ut quispiam laudes ipse suas prædicaret, idque nobis sermonum lex ferret. Quod si contemptum tui nobis objicis, quin prius insaniam? At quod philosophamur indignaris? Liceat mihi cum bona tua venia dicere, hoc unum doctrina quoque tua et eruditione sublimius est et præstantius.

A Πῶς ἐπιψυλλὶς (67) ἡμῖν τὰ σὰ, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή; ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; ἢ πῶς τοῦτο εἰπεῖν ἐθάρσησας; ἵνα τι καὶ αὐτὸς θαῤῥήσω μικρόν. Πῶς ἡ διάνοια ὥρμησεν (68), ἢ μέλαν ἔγραψεν, ἢ χάρτης ἐδέξατο; ὦ λόγοι, καὶ Ἀθῆναι, καὶ ἀρεταὶ, καὶ λόγων ἱδρῶτες! Μικροῦ γάρ με καὶ τραγῳδὸν, οἷς γράφεις, ποιεῖς. Πότερον ἡμᾶς ἀγνοεῖς, ἢ σεαυτὸν, ὁ τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμὸς, ἡ μεγάλη φωνὴ καὶ σάλπιγξ, τὸ τῶν λόγων βασίλειον; Μικρὰ Γρηγορίῳ τὰ σά; Τί οὖν τις ἄλλο (69) θαυμάσειε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ σὲ Γρηγόριος; Ἓν μὲν ἔαρ ἐν ὥραις, εἷς δὲ ἥλιος ἐν ἀστράσιν, εἷς δὲ περιέχων ἅπαντα οὐρανὸς, μία δὲ κατὰ πάντων φωνὴ ἡ σὴ, εἴπερ τι ἐγὼ ἱκανὸς τὰ τοιαῦτα κρίνειν, μηδὲ ἀπατᾷ με τὸ φίλτρον, ὅπερ οὐκ οἶομαι. Εἰ μὲν ὅτι μὴ πρὸς B ἀξίαν θαυμάζομεν (70), τοῦτο ἐγκαλεῖς, ἐγκάλει καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις ἀξίως ἐθαύμασεν, ἢ θαυμάσεται (71), ὅτι μὴ σὺ, καὶ ἡ σὴ μεγαλοφωνία, εἴπερ οἷόν τε ἦν ἑαυτὸν ἐπαινεῖν, καὶ τοῦτο εἶχεν ἡμῖν ὁ τῶν λόγων νόμος. Εἰ δὲ τὸ καταφρονεῖν ἐγκαλούμεθα, τί μὴ μανίαν πρότερον; Ἀλλ' ὅτι φιλοσοφοῦμεν ἀγαναχτεῖς (72); δὸς εἰπεῖν, τοῦτο μόνον καὶ τῶν λόγων τῶν σῶν ὑψηλότερον.

busæis mandata fuerat. Hæc Billius. At nobis leprosos consulto induxisse videtur Gregorius, ut non sanæ satis doctrinæ, quæ lepra spiritualis est, Basilii notaret adversarios. Pro λεπροί suo periculo legendum proponit Combef. πηροί, sicque scripsisse putat Gregorium, ut, laconica sua brevitate, sub una voce ambas Scripturæ voces, οἱ τυφλοὶ καὶ οἱ χωλοί, complecteretur: πηρός namque et cæcus et quovis membro læsus intelligitur.

(66) Alias X. Scripta anno 370 exeunte, aut 371 ineunte.

(67) *Πῶς ἐπιψυλλίς.* Sunt ἐπιψυλλίδες, ait Bill., exigui illi racemi, qui a vindemiatoribus ad racemationem relinqui solent. Unde translate quidquid contemptui est, ἐπιψυλλὶς dicitur. Paulo infra, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, hemistichium apud Homerum frequens.

(68) *Πῶς ἡ διάνοια ὥρμησεν*, etc. Bill., *quomodo vel animus id proposuit, vel atramentum scripsit.*

(69) *Τί οὖν τις ἄλλο.* Cod. Pass. Τίνα οὖν τις ἄλλον, *Ecquem igitur alium quispiam admiretur eorum qui*, etc.

(70) *Θαυμάζομεν.* Cod. Pass. θαυμάζωμεν, *suspexerimus et admirati fuerimus.* Mox ἐγκάλει, ita Pass. In edit. ἐγκαλεῖς.

(71) *Θαυμάσεται.* Ita codd. Reg. et Pass., et sic reddidit Bill. In edit. θαυμάζεται.

(72) *Ἀλλ' ὅτι φιλοσοφοῦμεν ἀγαναχτεῖς, quod philosophamur*, id est, quia parentibus assidemus, eorumque curam gerimus; *id enim per philosophiam designari puto*, ait Bill. Mox cod. Pass. δὸς ἡμῖν τοῦτο εἰπεῖν.

(73) Alias XXV. Scripta anno 372.

(74) *Καὶ συνήθους περιεργίας.* Combef., *consuetaque anxia diligentia.*

(75) *Διὰ σοῦ.* In cod. Pass. hæc desunt.

42 XLVII. EIDEM. ΜΖ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (73).

Scripsit hanc epistolam Gregorius, cum in magnis turbis molestiisque Basilius versaretur, quæ quidem molestiæ non aliæ sunt quam illæ quarum ipse Gregorius in oratione alias XX, *nunc autem* XLIII, *p.* 815. *meminit. Tam enim in oratione quam in epistola de re eadem agitur, de Cappadociæ divisione, belloque quod ea occasione Anthimus et alii præsules Basilio infensi intulerunt. In utraque, novæ res, invidiæ, æmulatio, denique dolor ex electione Basilii, turpi simul et exitiali bello initium dedere. Divisa autem est in duas provincias Cappadocia anno* 370. *Divisionem vero civilem non statim secuta est ecclesiasticæ provinciæ divisio. Nam prior sub initium hyemis instituta est; altera autem, postquam Cæsarea discessit Valens; id est, circa mensem Martium anni* 372. *Adeoque hoc anno tres epistolæ sequentes scriptæ sunt,* XLVIII, XLIX *et* L.

Audio te a recenti rerum novatione turbari, C tibique a sophistica quadam et usitata eorum, qui rerum potiuntur, curiositate negotia exhiberi: nec sane mirandum est. Neque enim invidiam ignorabam, quodque ex iis, qui latus tuum cingunt,

Πυνθάνομαί σε ταράττεσθαι παρὰ τῆς νέας καινοτομίας, καὶ πράγματα ἔχειν ἀπό τινος σοφιστικῆς τῶν κρατούντων, καὶ συνήθους περιεργίας (74)· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Οὐδὲ γὰρ ἠγνόουν τὸν φθόνον, καὶ ὅτι πολλοὶ τῶν περὶ σὲ τὰ ἑαυτῶν διὰ σοῦ (75) θερα-

Digitized by Google

πεύοντες, καὶ τὸν σπινθῆρα τῆς μικροψυχίας (76) ἀνάπτοντές εἰσιν. Ἐκεῖνο μὲν οὖν οὐ δέδοικα, μή τι πάθῃς (77) ἀφιλόσοφον ἐν τοῖς λυπηροῖς, καὶ σεαυτοῦ καὶ ἡμῶν ἀνάξιον. Ἀλλ' ἡγοῦμαι νῦν δὴ καὶ μάλιστα γνωρισθήσεσθαι (78) τὸν ἐμὸν Βασίλειον, καὶ ἦν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ συνελέξω φιλοσοφίαν, διαδειχθήσεσθαι, καὶ ὑπερσχήσειν τὰς ἐπηρείας, ὥσπερ ὑψηλῷ κύματι (79), καὶ μένειν ἄσειστον, ἄλλων ταρασσομένων. Εἰ δὲ δοκεῖ, καὶ αὐτὸς παρέσομαι, τυχὸν μὲν καὶ γνώμης τινὸς κοινωνήσων (εἴπερ ὕδατος δεῖται θάλασσα, καὶ σὺ τοῦ συμβουλεύοντος [80])· πάντως δὲ, ὠφεληθησόμενος, καὶ φιλοσοφήσων τὸ συνυβρίζεσθαι.

A complures sint, qui commoda sua per te procurent, ac pusillanimitatis fomitem accendant. Illud vero non metui, ne quid a philosopho alienum, atque et te et nobis indignum in rebus adversis ac molestiis tibi accideret. Quin potius nunc vel maxime futurum existimo, ut Basilius meus cognoscatur, et ea, quam per omne tempus collegisti, sapientia patefiat, ac tu improborum hominum injurias et impressiones superes, velutque in altissimis fluctibus immotus maneas, aliis in perturbatione ac tumultu versantibus. Quod si ita videtur, ipse quoque adero, fortasse quidem ut consilii quoque tibi aliquid impertiam (si tamen mari aqua opus est, et tibi consultore) : procul dubio autem, ut utilitatem ipse capiam, patientiæque in ferendis contumeliis socium me tibi præbeam.

ΜΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (81).

XLVIII. EIDEM.

Sasimorum Gregorius episcopatum recusat, plurima graviaque Basilio objiciens, quod illius Ecclesiæ curam sibi demandasset.

Οὐ παύσῃ βλασφημῶν ἡμᾶς, ὡς ἀπαιδεύτους (82), καὶ σκαιοὺς, καὶ ἀφίλους, καὶ οὐδὲ ζῆν ἀξίους, ὅτι συνιέναι τετολμήκαμεν ἃ πεπόνθαμεν; οὐ γὰρ ἄλλο γε οὐδὲν ἀδικοῦμεν, αὐτὸς ἂν εἴποις· οὐδέ τι σύνισμεν αὐτοῖς ἡμῖν (83) ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον περὶ σὲ κακοῖς γεγονόσι, μηδὲ συγγνοίημεν· πλὴν τοῦτο μόνον ἔγνωμεν ἠπατημένοι, ὀψὲ μὲν ἄγαν, ἔγνωμεν δέ· καὶ τὸν θρόνον αἰτιώμεθα, ὡς ὑψηλότερόν σε ὑμῶν ἀθρόως ποιήσαντα· καὶ κάμνομεν τὰ σὰ ἐγκαλούμενοι, καὶ ἀπολογούμενοι πρὸς τοὺς σαφῶς εἰδότας καὶ τὰ πρῶτα ἡμῶν, καὶ τὰ νῦν. Τοῦτο γὰρ ὧν πάσχομεν τὸ γελοιότατον, ἢ ἐλεεινότατον, τοὺς αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι καὶ ἐγκαλεῖσθαι, ὅπερ νῦν ἡμῖν (84) συμβέβηκεν. Ἐγκαλοῦσι δὲ καὶ ἄλλοι μὲν ἄλλο τι, καὶ ὅ τι ἕκαστος βούληται, κατὰ τὸν ἑαυτοῦ τρόπον, ἢ τὸ μέτρον τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ὀργῆς· οἱ φιλανθρωπότατοι δὲ, ὑπεροψίαν καὶ περιφρόνησιν, καὶ τὸ παρερρίφθαι ἡμᾶς μετὰ τὴν χρείαν, ὥσπερ τῶν σκευῶν τὰ ἀτιμότατα, καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξια, ἢ τῶν ἐρεισμάτων ταῦτα, ὑπὲρ ὧν αἱ ἀψῖδες, ἃ μετὰ τὴν πῆξιν ὑφαιρεῖται καὶ διαπτύεται. Τούτους μὲν οὖν χαίρειν ἐάσομεν, καὶ λέγειν ὅ τι ἂν λέγωσιν· οὐδεὶς ἐφέξει γλώσσης αὐτονομίαν. Καὶ σὺ μοὶ τὸν μισθὸν κατάβαλε τὰς μακαρίας καὶ κενὰς ἐλπίδας, ἃς κατὰ τῶν

Desinesne nos tandem maledictis incessere, ut insulsos, et rusticos, et alienos ab amicitia, ac ne vita quidem dignos, quoniam ea, quæ passi sumus, intelligere ac persentire ausi sumus? neque enim quidquam aliud proferre queas, in quo a nobis læsus sis ; nec ulla omnino in re, sive parva, sive magna, conscii sumus, **43** nos inique aliquid in te admisisse, (atque utinam nunquam conscii simus!) nisi quod fraudem in quam inducti sumus, serius quidem quam oportuit, sed tamen aliquando agnovimus. Atque hujus rei culpam in episcopalem thronum conferimus, utpote qui te repente supra nos evexerit : ac vehementer fatigamur, dum tua nobis objiciuntur, eaque apud illos, qui et pristina nostra et præsentia perspicue norunt, defendimus. Hoc enim omnium, quæ patimur, maxime ridiculum est, vel potius miserandum, nimirum quod iidem et injuria afficiuntur, et accusantur : id quod nobis hoc tempore accidit. Objiciunt porro alii aliud quidpiam, et quidquid uniuscujusque voluntas tulerit, prout vel moribus comparati sunt, vel nostra causa irascuntur : benignissimi autem quique neglectum et contemptionem, et quod nos, posteaquam opera nostra usus fueris,

(76) *Σπινθῆρα τῆς μικροψυχίας.* Combef., *simultatis et odii fomitem.* Mox, εἰσὶν deest in codd. Harl. et Pass.

(77) *Οὐ δέδοικα μή τι πάθῃς.* Bill., *non metuo ne quid tibi accidat.*

(78) *Γνωρισθήσεσθαι.* Ita codd. Harl. ac Pass. In ed. γνωρισθῆναι. Paulo infra, pro φιλοσοφίαν, cod. Harl. σοφίαν, et pro συνελέξω, cod. Pass. συνελέξαμεν *collegimus.*

(79) *Ὥσπερ ὑψηλῷ κύματι.* Combef. ὥσπερ ὑψηλὸν κῦμά τι, *haud secus ac alti fluctus procellam.* Mox, ταρασσομένων. Cod. Pass. τινασσομένων, *aliis excussis.*

(80) *Τοῦ συμβουλεύοντος.* Ita cod. unus, et Combef. At codd. Pass. et Harl. τοῦ συμβουλεύσοντος. Paulo infra, τὸ συνυβρίζεσθαι deest in cod. Pass.

(81) Alias XXXI. Scripta anno 372. — Hæc epistola, ait Bill., cum duabus proxime sequentibus stomachosa et jurgatrix est. Nam cum Basilius diœcesim suam in multos episcopatus partitus esset, Sasimisque ignobili loco, et ad philosophandum alienissimo, tantum virum, cui cum eo omnes necessitudines intercedebant, præfecisset, non immerito se per hujusmodi honoris speciem contemptum, ignominiaque affectum fuisse vir optimus querebatur. Et sane eorum amicitia, quæ alioqui trabali clavo fixa videbatur, ob eam causam pene dissiluit. Basilius quidem apud bonos viros eo nomine offendit, iniquiusque cum Gregorio egisse existimatus est, quam vel pro suo solito candore, vel pro illius meritis et dignitate, vel pro amicitiæ jure. Verum οὐδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι Θεοῦ καὶ πάντα κατορθοῦν, ut ille ait.

(82) *Ἀπαιδεύτους* deest in cod. Harl. Mox. καὶ ἀφίλους. Bill. reddit : *et ab amicis inopes.*

(83) *Αὐτοῖς ἡμῖν.* Cod. Reg. ἡμῖν ἑαυτοῖς.

(84) *Ὅπερ νῦν ἡμῖν.* Ita codd. Harl. et Pass. In edit. ὅπερ νῦν καὶ ἡμῖν. Paulo post, καὶ ἄλλοι μέν, Montac. καὶ ἄλλος μέν

Digitized by Google

velut sordidissima vasa et instrumenta projeceris, vel tanquam adminicula ea, quæ fornicibus supponuntur, ac simul atque structura firmata et compacta est, subduci et pro nihilo haberi solent. Verum hos sane valere sinamus, et quæ dicunt, dicere; nemo linguæ libertatem coercebit. Ac tu beatas illas spes et inanes mercedis loco persolve, quas adversus eos excogitasti, qui te eo nomine lacerant, quod sub honoris specie leves nos atque ad res hujusmodi promptos et obvios contumeliose protriveris. Ego vero, quid in animo habeam, explicabo; nec mihi propterea irascaris. Dicam enim, quæ flagranti etiam dolore prolocutus sum, non usque adeo vel ira æstuans, vel rei eventu perculsus et attonitus, ut ratio se subduceret, ac quæ dicerem, ignorarem. Non arma comparabo, nec rei militaris artem discam, quam prius non didici, cum hujus rei commodius tempus esse videbatur, omnibus videlicet arma induentibus, et furiose inter se congredientibus (nosti infirmorum morbos), nec Martium Anthimum certamine excipiam, quamvis alioqui immaturum bellatorem, nimirum ipse inermis ac rei bellicæ ignarus, vulneribusque magis expositus. Quin tu potius cum eo, si ita videbitur, bellum gere (nam infirmos quoque sæpe necessitas **44** ipsa pugnaces efficit), aut qui bellum gerant quære, cum ille mulas tuas arripuerit, locorum angustias observans, quemadmodum ille Amalec, cum transitu Israelem arceret [16*]. Nobis autem aliarum omnium rerum loco quietem concede. Quid enim opus est pro lactentibus et avibus, et quidem alienis, non secus ac pro animabus et canonibus digladiari? Quid etiam splendidis illis arcanum, quod premendum et occultandum erat, aperire et detegere? Quocirca tu quidem viriliter age, et confortare, omniaque ad tuam ipsius gloriam, quemadmodum fluvii torrentes, trahe, nec amicitiam, nec vitæ consuetudinem et familiaritatem virtute ac pietate potiorem habens, nec quæ ex his rebus hominum opinio de re futura sit quidquam curans, sed uni duntaxat spiritui te addicens. Nos vero id duntaxat lucri ex amicitia tua capiemus, ut amicis posthac minime fidamus, nec Deo quidquam præferamus.

A βλασφημούντων ἐξεῦρες, ὡς διὰ τιμὴν ὑβρίζων τοὺς κούφους ἡμᾶς, καὶ προχείρους πρὸς τὰ τοιαῦτα Ἐγὼ δὲ τὸ ἐμὸν, ὡς ἔχω (85), δηλώσω, καί μοι μηδὲν ὀργισθῇς. Ἐρῶ γὰρ, ἃ καὶ παρ' αὐτὰ τοῦ πάθους ἀπεφθεγξάμην, οὐ τοσοῦτον ἢ τῷ θυμῷ ζέσας, ἢ τῷ γεγονότι καταπλαγείς, ὥστε κλαπῆναι τοὺς λογισμοὺς, καὶ ἀγνοεῖν ἅπερ ἔλεγον (86). Οὔτε ὅπλα κτήσομαι, οὔτε τὰ τακτικὰ μαθήσομαι, ἃ μὴ πρότερον ἔμαθον, ἡνίκα καιρὸς εἶναι μᾶλλον ἐδόκει, πάντων ὁπλιζομένων καὶ μαινομένων (οἶσθα τὰ τῶν ἀσθενῶν ἀῤῥωστήματα [87]), οὔτε τὸν Ἀρήιον Ἄνθιμον (88) ὑποστήσομαι, καίπερ ἄωρον ὄντα πολεμιστὴν, ψιλός τε ὢν καὶ ἀπόλεμος (89), καὶ πρὸς τὰ τραύματα ἐπιτηδειότερος. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν αὐτὸς πολέμει, εἰ τοῦτό σοι φίλον (καὶ γὰρ τοὺς ἀσθενεῖς πολλάκις αἱ χρείαι
B ποιοῦσι πολεμιστὰς), ἢ ζήτει τοὺς πολεμήσοντας, ὅτ' ἄν σου τῶν ἡμιόνων (90) λαμβάνηται, τὰ στενὰ τηρῶν, καὶ ὥσπερ ὁ Ἀμαλὴκ ἐκεῖνος, εἴργων τὸν Ἰσραήλ. Ἡμῖν δὲ ἀντὶ πάντων δοῦναι τὴν ἡσυχίαν. Τί γὰρ δεῖ μάχεσθαι περὶ γαλαθηνῶν (91) καὶ ὀρνίθων, καὶ τοῦτο ἀλλοτρίων, ὡς δῆτα περὶ ψυχῶν καὶ κανόνων; Τί δὲ τῶν λαμπρῶν Σασίμων ἀποστερεῖν τὴν μητρόπολιν, ἢ γυμνοῦν καὶ ἀνακαλύπτειν τὸ τῆς γνώμης ἀπόῤῥητον, συγκρύπτειν (92) δέον; Ἀλλὰ σὺ μὲν ἀνδρίζου, καὶ κραταιοῦ, καὶ πάντα ἕλκε πρὸς τὴν σεαυτοῦ (93) δόξαν, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τοὺς χειμάῤῥους, μήτε φιλίαν, μήτε συνήθειαν τοῦ καλοῦ προτιμῶν, καὶ τῆς εὐσεβείας, μήτε τοῦ ποῖός τις εἶναι δόξεις ἐκ τοῦ ταῦτα ποιεῖν φροντίζων, ἀλλ' ἑνὸς
C ὧν τοῦ πνεύματος. Ἡμεῖς δὲ τοῦτο μόνον κερδανοῦμεν τῆς σῆς φιλίας, τὸ μὴ πιστεύειν φίλοις, μήτε τοῦ Θεοῦ ποιεῖσθαί τι προτιμότερον.

[16*] Exod. xvii, 8 sqq.

(85) Ὡς ἔχω. Codd. Reg., Harl., Pass. ὡς ἔχει. Paulo infra, pro αὐτὰ τοῦ πάθους, cod. Reg. παρ' αὐτὸ τὸ πάθος.

(86) Ἅπερ ἔλεγον. Cod. Pass. ὅπερ ἔλεγον. Paulo post, id. cod. pro ἃ μὴ πρότερον habet ὃ μὴ πρότερον.

(87) *Τῶν ἀσθενῶν ἀῤῥωστήματα.* Cod. ἀριστεύματα, *infirmorum præclara facinora.* Cod. Reg. τὰ τῶν Ἀθηνῶν ἀριστεύματα. Cod. Pass. τῶν Ἀθηνῶν ἀῤῥωστήματα.

(88) *Τὸν Ἀρήιον Ἄνθιμον.* Is, inquit Bill., Tyanorum episcopus erat, quocum de Cappadociæ episcopatibus dividendis Basilio contentio erat. Urbs enim ea secundæ Cappadociæ metropolis recens creata fuerat. Vide orat. *De Basilii laudibus.* « At τὸν Ἀρήιον vox poetica est, inquit Combef., non nomen proprium, quod videtur velle Bill., sed adjectivum, quasi bellicosum Anthimum, qui sic strenue jura tueretur novæ metropoleos, et Basilio pugnaret. »

(89) *Ψιλός τε ὢν καὶ ἀπόλεμος.* Combef., *levis cum sim armaturæ miles, nec bello assuetus.* Mox idem, πρὸς τραύματα.

(90) *Ὅτ' ἄν σου τῶν ἡμιόνων.* Alludere mihi videtur, ait Bill., ad illud Achillis apud Homerum, *Iliad.* I, ubi negat sibi causam esse cur Trojanis bellum inferat, quod ab eis nec boves nec equi sui unquam intercepti sint:

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν [ἵππους.

Verum Billio minime assentitur Combef. Hic enim, inquit, nulla allusio Homerica, qualem cogitavit Bill., sed ipsa res ab Anthimo gesta, quam describit Gregorius in Basilii epitaphio.

(91) *Περὶ γαλαθηνῶν.* Combef. *pro subrumis*, agnellis videlicet ac porcellis; καὶ ὀρνίθων, *gallinisque.*

(92) *Συγκρύπτειν.* Sic Reg., Harl., Pass. ac Combef. In edit. συγκύπτειν.

(93) *Πρὸς τὴν σεαυτοῦ.* Ita codd. Harl. et Pass., Montac. et Morel. In ed. ἑαυτοῦ.

Digitized by Google

ΜΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (94).

XLIX. EIDEM.

Quiete gloriatur Gregorius; ipsi maxima actio est otium.

Ἐγκαλεῖς ἡμῖν ἀργίαν καὶ ῥαθυμίαν, ὅτι μὴ τὰ σὰ (95) Σάσιμα κατειλήφαμεν, μηδὲ ἐπισκοπικῶς κινούμεθα, μηδὲ, ὥσπερ κυσὶ βρῶμα ῥιφὲν ἐν μέσῳ, κατ' ἀλλήλων ὑμᾶς ὁπλίζομεν (96). Ἐμοὶ δὲ μεγίστη πρᾶξίς ἐστιν ἡ ἀπραξία. Καὶ ἵνα εἰδῇς τι τῶν ἐμῶν καλῶν, τοσοῦτον τῇ ἀπραγμοσύνῃ φιλοτιμοῦμαι, ὥστε οἴεσθαι καὶ νόμος εἶναι πᾶσι τῆς περὶ τοῦτο (97) μεγαλοψυχίας. Καὶ ὡς εἰ πάντες ἡμᾶς ἐμιμοῦντο, οὐδὲ ἂν ἦν πράγματα ταῖς Ἐκκλησίαις, οὐδ' ἂν ἡ πίστις παρεσύρετο (98), τῶν ἰδίων ἑκάστῳ φιλονεικιῶν ὅπλον τυγχάνουσα.

A Desidiam et inertiam nobis objicis, quia non occupavimus tua Sasima, nec episcopatus fastu movemur, nec, velut esca canibus in medio projecta, in invicem vos armis instruimus. Mihi vero maxima actio est otium. Atque ut quidpiam laudum mearum intelligas, usque adeo quiete atque otio glorior, ut et omnibus magnitudinis animi hac in re me legem esse existimem. Atque utinam nostrum exemplum omnes sibi imitandum proponerent! nec Ecclesiæ quidem negotii quidquam haberent, nec fides, quæ propriarum cuique contentionum telum est misere distraheretur.

Ν'. ΤΩ ΑΥΤΩ (99).

L. EIDEM.

Injurium se non esse Basilio probat Gregorius, minimeque se ab eo contumelia afficiendum.

Ὡς θερμὸν ἐξάλλῃ καὶ πωλικὸν ἐν τοῖς γράμμασι! Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ἄρτι σε δόξης γενόμενον (1), ἡμῖν ἐπιδείκνυσθαι βούλεσθαι, ἥντινα δόξαν εὑρίσκῃς (2), ἵν' οὕτως σεαυτὸν μᾶλλον σεμνὸν ποιῇς, ὥσπερ τῶν γραφέων οἱ τὰς ὥρας γράφοντες. Ἐμοὶ δὲ τὸ μὲν πάντα ἐκδιηγεῖσθαι τὰ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἐφ' ᾗ σὺ δυσχεραίνεις, ὅθεν τε ἠρξάμεθα, καὶ ὅπου προέβημεν (3), καὶ εἰς ὃ κατελήξαμεν, μακρότερον ἢ κατ' ἐπιστολὴν εἶναι φαίνεται, καὶ οὐκ ἀπολογίας μᾶλλον ἔργον ἢ ἱστορίας (4). Ὡς δὲ συντόμως δηλώσαι, ἦκεν ἡμῖν ὁ γενναιότατος Ἄνθιμος μετά τινων ἐπισκόπων, εἴτε ὡς τὸν πατέρα ἐπισκεψόμενος τὸν ἐμὸν (καὶ τοῦτο γὰρ ἔδοξεν), εἴτε σπουδάσων ἅπερ ἐσπούδασε. Πολλὴν δὲ καὶ περὶ πολλῶν (5) πεῖραν καθεὶς, τῶν παροικιῶν, τῶν Σασίμων λιμνῶν, τῆς ἡμετέρας χειροτονίας, χαρισάμενος, αἰτήσας, ἀπειλήσας, δικαιολογησάμενος, ψέξας, ἐγκω-

B Quam ferociter, et equinorum pullorum ritu exsilis in tuis litteris! Nec mirum te ad gloriam nuper evectum ostentare nobis **45** velle quam gloriam nactus sis, ut hac ratione teipsum augustiorem reddas, quemadmodum pictores, qui eximias formas depingunt. Mihi vero omnia, quæ episcopi fecerunt, exponere, quidque epistola illa, qua discruciaris, contineat, atque et unde orsi et quo progressi simus, et ubi desierimus, prolixius esse videtur, quam epistolæ modus postulet, nec tam apologiæ opus, quam historiæ. Ut autem rem brevi exponam, fortissimus Anthimus ad nos cum episcopis quibusdam venit, sive ut patrem meum inviseret (nam id quoque præ se ferebat), sive ut, quæ egit, ageret. Cumque plura pluribus modis C tentasset, inquirens de parœciis, de Sasimorum paludibus, de nostra ordinatione, nunc blande allo-

(94) Alias XXXII. Scripta anno 372.

(95) *Ὅτι μὴ τὰ σά.* In cod Harl. σά deest. Σάσιμα κατειλήφαμεν, *Sasima non occupavimus.* Combef. interpretationem sequimur; verterat Bill.: *Sasima tua recusavimus, nec episcopatus cupiditate incitamur.*

(96) *Ὑμᾶς ὁπλίζομεν.* Sic codd. Harl. et Reg. At cod. Pass. ἡμᾶς ὁπλίζομεν. In edit. ὑμῶν. Ita levi mutatione expeditus est sensus, cujus antea obscuritas eruditos nonnihil offendit. Corrigendum censuit Billius cod. Hervagianum ex Frobeniano, legitque μηδὲ, ὥσπερ κυσὶ βρώματος ῥιφέντος ἐν μέσῳ, κατ' ἀλλήλων ὑμῶν ὁπλιζομένων. Reddit autem: *Vobis, non secus atque esca canibus in medio projecta, arma induentibus.* Billium secutus est Montac., aliique nonnulli. Attamen nec immerito D Combef. displicuit lectio, suamque ipse sic proposuit: Μηδὲ, ὥσπερ κυσὶ βρῶμα, ῥιφέντες ἐν μέσῳ, κατ' ἀλλήλων ὑμᾶς ὁπλίζομεν. *Nec velut canibus esca, in medium projecti, in invicem vos ad pugnam instruimus, vel in invicem vobis arma ministramus, dum quisque de episcopo contendit, novaque civitate, utrius metropoleos sit parœcia.*

(97) *Περὶ τοῦτο.* Codd. Reg. et Harl. περὶ ταῦτα. Hunc locum verterat Bill.: *Usque adeo quiete atque otio glorior, ut me mutuo adversus vos animi magnitudinis ejus, quæ hic sita est, legem omnibus esse putem.*

(98) *Παρεσύρετο.* Ita duo Reg. In ed. περιεσύρετο.

(99) Alias XXXIII. Scripta eodem anno 372.

(1) *Δόξης γερόμενον.* Ut significet eum, inquit Bill., qui totum se gloriæ studio dedit, quemadmodum dicimus ὅλον τοῦ Θεοῦ γενέσθαι, de eo qui totum se ad Deum contulit, eique se addixit, et ὅλον εἶναι τῆς ἐκδημίας, qui totus in mortis meditatione defixus est. Legitur in Frobeniano, δόξης γενόμενον. Codd. Pass. et Reg., necnon Morel. et Combef. habent γευσάμενον, nec fortasse male, ut significetur is qui jam gloriam degustavit.

(2) *Εὑρίσκῃς.* Ita cod. Pass. Mox, pro σεμνὸν ποιῇς, codd. Harl. et Pass., necnon et Combef. σεμνοποιεῖς.

(3) *Καὶ ὅπου προέβημεν.* Cod. Pass. ὅπῃ προέβημεν. Mox, καὶ εἰς ὃ κατελήξαμεν, reddiderat Bill.: *et ubi scribendi finem fecerimus.* At non puto vertendum, ait Combef., *scribendi finem*, sed finem totius in Sasimorum episcopatu negotii; rectius igitur, *quo tandem res abierit.*

(4) *Ἢ ἱστορίας.* Male Bill., *quam epistolæ*, quæ ipsa brevior apologia esse consuevit; melius ait Combef., *quam prolixæ narrationis et libri.*

(5) *Πολλὴν δὲ καὶ περὶ πολλῶν.* Bill. vertit, *Cumque multis modis animum nostrum tentasset, parœcias commemorans... et nostram electionem.* Sic ubique Billius vertit χειροτονίαν.

Digitized by Google

quens, nunc postulans, nunc minas adhibens, nunc expostulans, nunc vituperans, nunc laudans, orbes sibi circumscribens, tanquam ipse solus nobis ob oculos proponendus esset, novaque metropolis, utpote major ac præstantior : Quid, inquam, civitatem nostram circumscribis, cum ipsi Ecclesiam quoque faciamus, utpote Ecclesiarum revera matrem et quidem antiquitus? Ad extremum ille infectis rebus abscessit, multum anhelans, ac Basilismum nobis quasi Philippismum quemdam objiciens. Num hic tibi injurii esse videmur? Minime, ut opinor. Jam quonam etiam pacto nostra illa, hoc est, hominis insolentis et contumeliosi, epistola se habuerit, expende. Synodalem vocationem ad nos cuderunt. Me vero contra pugnante contumeliamque nobis fieri contendente, secundo loco postularunt, ut hortatu meo et rogatu de his rebus consultationem haberetis. Id ego, ne, quod prius moliebantur, fieret, me recepi facturum, rem omnem arbitrii vestri faciens, an eos **46** congregare velitis, et ubi, et quando : quod quidem hominis erat, non contumelia, sed honore vos afficientis. Quoniam autem ne hic quidem injuriæ quidquam tibi a me ortum est, quod reliquum est, commemora. Quod si id vos ex me discere oportet, ipsam Anthimi epistolam vobis perlegam, quam, cum paludes nobis prohibentibus et comminantibus invasisset, ad nos misit, contumeliis et probris nos conscindens, ac velut triumphum quemdam adversus nos, ut victos, canens. Quam autem rationem habet, ut cum tua causa in illius offensionem incurramus, tibi rursus displiceamus, velut illi faventes? Hæc porro cognita tibi prius esse oportuit, vir admirande : ac ne tum quidem contumelia nos afficere, si nihil aliud, certe ut presbyteros. Quod si ostentationis gloriæque nimio studio teneris, atque e loco superiori nos alloqueris, velut metropolitanus parvæ civitatis incolas, vel etiam ruricolas, nobis quoque supercilium est, quod opponamus. Hoc enim cuivis facillimum est, ac fortasse æquius.

A μιάσας, κύκλους ἑαυτῷ περιγράψας (6), ὡς δέον πρὸς αὐτὸν μόνον ὁρᾶν ἡμᾶς, καὶ τὴν νεαν μητρόπολιν μείζονα οὖσαν (7) · Τί περιγράφεις, ἔφην, τὴν ἡμετέραν πόλιν (8), ἡμῶν ποιουμένων καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς ὄντως Ἐκκλησιῶν μητέρα καὶ ἄνωθεν; Τέλος, ἀπῆλθεν ἄπρακτος, πολλὰ περιπνεύσας, καὶ Βασιλισμὸν ἡμῖν, ὡς Φιλιππισμὸν (9), ἐγκαλέσας. Μὴ τοῦτο ἀδικεῖν σοι δοκοῦμεν; Οὐκ οἶμαι. Σκόπει δὲ καὶ τὸ τῆς ἐπιστολῆς, ὅπως ἔσχε παρὰ τῶν ὑβριστῶν ἡμῶν. Κλῆσιν συνοδικὴν ἐτύπωσαν (10) πρὸς ἡμᾶς. Ἐμοῦ δὲ ἀντιλέγοντος, καὶ ὕβριν τὸ πρᾶγμα φάσκοντος, ἀλλὰ τό γε δεύτερον ἠξίουν, δι' ἐμοῦ παρακληθῆναι ὑμᾶς περὶ τούτων βουλευσομένους (11). Τοῦτο ὑπέστην, ἵνα μὴ τὸ πρότερον γένηται, τὸ πᾶν ἐφ' ὑμῖν ποιούμενος, εἰ βούλεσθε συναγαγεῖν αὐτούς, B καὶ ὅπου, καὶ πηνίκα · ὅπερ τιμῶντος ἦν, οὐχ ὑβρίζοντος. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο ἀδικοῦμεν, εἰπὲ τὸ λειπόμενον. Εἰ παρ' ἐμοῦ (12) τοῦτο δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς, αὐτὴν ὑμῖν ἀναγνώσομαι τὴν Ἀνθίμου ἐπιστολήν, ἣν, ὅτε κατέσχε λίμνας, ἡμῶν ἀπαγορευόντων καὶ ἀπειλούντων, ἐπέσταλκε πρὸς ἡμᾶς, καὶ ὑβρίζων, καὶ ὀνειδίζων, καὶ ὥσπερ ἐπινίκιόν τινα καθ' ἡμῶν ᾄδων ὡς ἡττημένων. Καὶ τίνα ἔχει λόγον, ἐκείνῳ μὲν προσκρούειν δι' ὑμᾶς, ὑμῖν δὲ ἀπαρέσκειν, ὡς ἐκείνῳ χαριζομένους; Ταῦτα δὲ ἔδει πρότερον μαθεῖν, ὦ θαυμάσιε, καὶ μηδὲ τότε ὑβρίζειν, εἰ μή τι ἄλλο, ὡς πρεσβυτέρους. Εἰ δὲ λίαν (13) ἐπ. δεικτικῶς ἔχεις καὶ φιλοτίμως, καὶ ἐξ ὑπερδεξιῶν ἡμῖν διαλέγῃ, ὡς μητροπολίτης μικροπολίτας, ἢ καὶ ἀπόλισιν (14), ἔστι καὶ ἡμῖν ὀφρὺς ἣν ἀνθέξομεν (15). Ῥᾷστον γὰρ τοῦτο παντὶ, καὶ ἴσως εὐλογώτερον.

(6) *Κύκλους ἑαυτῷ περιγράψας. Limites sibi statuens*, ceu novæ metropoleos, intra quos Nazianzum cogebat, ac potissimum Sasima. Bill. reddit : *Variis denique orationis circulis, strophis et ambagibus utens*; nempe ut ad novam suam metropolim Gregorii animum induceret. Non acquievit Gregorius, imo contendit suam urbem paræciamque ad veterem pertinere metropolim : exstincto tamen Basilio, dum Nazianzi curat præfici episcopum, agnoscit Theodoretum Tyanensem metropolitam, cujus id juris esset, epistolis ad ipsum.

(7) *Μείζονα οὖσαν.* Cod. Harl., μείζονα οὖσαν τῆς περιγραφῆς, vel τῆς περιγραφείσης, *utpote latius statutis finibus procurrens.*

(8) *Τί περιγράφεις, ἔφην, τὴν ἡμετέραν πόλιν.* In ed. quibusdam pro ἔφην legitur εἶσω, unde Combef. τί περιγράφεις εἴσω τὴν ὑμετέραν [τὴν ἡμετέραν] πόλιν. Gregorii verba sunt ad Anthimum : *Cur intra tuæ fines nostram circumscribis urbem?*

(9) *Βασιλισμὸν ἡμῖν ὡς Φιλιππισμόν.* Alludit, ait Bill., ad oratores Athenienses, qui Philippismi mutuo sese insimulabant, hoc est, quod, prodita patriæ libertate, Philippo Macedonum regi studerent. Ita Basilismum Gregorio Anthimus objiciebat, quod totus ab adversarii sui Basilii partibus staret.

(10) *Ἐτύπωσαν.* Cod. Harl. ἐτυπώσαντο. Mox, δέ deest in Pass. *Synodalem ad nos sanxere vocationem*, hoc est, ait Combef., vel *ad synodum vocantes*, vel *ex synodo, quasi scilicet novæ metropoli subjectos.*

(11) *Περὶ τούτων βουλευσομένους.* Cod. Pass. βουλομένους, *ut in rebus assensum præbeatis.*

(12) *Εἰ παρ' ἐμοῦ.* Id. cod. εἰ δὲ παρ' ἐμοῦ. Cod. Harl. εἰ δεῖ παρ' ἐμοῦ.

(13) *Εἰ δὲ λίαν.* Ita cod. Pass. Edit. εἴ σε.

(14) *Ἢ καὶ ἀπόλισιν.* Bill., *vel etiam civitatis expertibus.*

(15) *Ἣν ἀνθέξομεν.* Codd. Harl. et Pass. ἀνθέλξομεν. Paulo post, καί deest in cod. Pass.

Digitized by Google

ΝΑ'. ΝΙΚΟΒΟΥΛΩ (16).

LI. NICOBULO.

Quo anno tres epistolæ quæ sequuntur, ad Nicobulum scriptæ sint, incertum. Si quis tamen velit conjecturam facere ex his epistolæ LIII, *alias* II, *verbis :* Cum Basilium Magnum semper mihi prætulerim, tametsi illi contrarium videretur, tum nunc quoque præfero: *si quis, inquam, velit ex his verbis conjecturam facere, quam fateor esse levissimam, conjectare licebit has litteras de epistolis suis Gregorium scripsisse anno* 372, *quo tempore nonnihil Basilio, ob episcopatum Sasimensem, iratus erat. Quidquid sit de tempore, hoc ordine scriptas esse arbitramur.* I° *Rogatus a Nicobulo Gregorius, ut artem scribendi litteras traderet, respondit epistola* LI, *alias* CCIX. II° *Nicobulus deinde ipsas Gregorii epistolas, ut scribendi exempla, postulavit, atque interim, dum mittenda epistolarum collectio parabatur, Gregorius rescripsit epistolam* LII, *alias* CCVIII. III° *Tandem cum suis epistolis et Basilianis emittit epistolam* LIII, *alias* II.

Τῶν γραφόντων ἐπιστολὰς (ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αἰτεῖς), οἱ μὲν μακρότερα (17) γράφουσιν ἢπερ εἰκὸς, οἱ δὲ καὶ λίαν ἐνδεέστερα· καὶ ἀμφότεροι τοῦ μετρίου (18) διαμαρτάνουσι, ὥσπερ τῶν σκοπῶν οἱ τοξεύοντες, ἄν τε εἴσω πέμπωσιν, ἄν τε ὑπερπέμπωσι· τὸ γὰρ ἀποτυγχάνειν ἴσον, κἂν ἀπὸ τῶν ἐναντίων γίνηται. Ἔστι δὲ μέτρον ἐπιστολῶν, ἡ χρεία· καὶ οὔτε μακρότερα γραπτέον, οὗ μὴ πολλὰ τὰ πράγματα· οὔτε μικρολογητέον, ἔνθα πολλά. Τί γάρ; ἢ τῇ Περσικῇ σχοίνῳ μετρεῖσθαι δεῖ τὴν τοφίαν, ἢ παιδικοῖς πηχέσι· καὶ οὕτως ἀτελῆ γράφειν, ὡς μηδὲ γράφειν· ἀλλὰ μιμεῖσθαι τῶν σκιῶν τὰς μεσημβρινὰς, ἢ τῶν γραμμῶν (19) τὰς κατὰ πρόσωπον ἀπαντώσας, ὧν συνιζάνει τὰ μήκη, καὶ παραφαίνεται μᾶλλον ἢ φαίνεται τῶν ἄκρων τισὶ γνωριζόμενα· καὶ ἔστι, ὡς ἂν εἴποιμι καιρίως (20), εἰκασμάτων εἰκάσματα. Δέον ἀμφοτέρων φεύγοντα τὴν ἀμετρίαν, τοῦ μετρίου κατατυγχάνειν. Περὶ μὲν δὴ συντομίας (21) ταῦτα γινώσκω· περὶ δὲ σαφηνίας, ἐκεῖνο γνώριμον, ὅτι χρὴ φεύγοντα τὸ λογοειδὲς (22), ὅσον ἐνδέχεται, μᾶλλον εἰς τὸ λαλικὸν ἀποκλίνειν· καὶ, ἵν' εἴπω συντόμως, αὕτη τῶν ἐπιστολῶν ἀρίστη καὶ κάλλιστα ἔχουσα, ἢ ἂν καὶ τὸν ἰδιώτην πείθῃ, καὶ τὸν πεπαιδευμένον, τὸν μὲν, ὡς κατὰ τοὺς πολλοὺς οὖσα, τὸν δὲ, ὡς ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, καὶ ᾗ αὐτόθεν γνώριμος. Ὁμοίως γὰρ ἄκαιρον καὶ γρῖφον (23) νοεῖσθαι, καὶ ἐπιστολὴν ἑρμηνεύεσθαι. Τρίτον ἐστὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἡ χάρις. Ταύτην δὲ (24) φυλάξομεν, εἰ μήτε παντάπασι ξηρὰ καὶ ἀχάριστα (25) γράφομεν, ἢ καὶ ἀκαλλώπιστα, ἀκόσμητά τε καὶ ἀκόρητα (26), δ δὴ λέγεται· οἷον δὴ γνωμῶν, καὶ παροιμιῶν, καὶ ἀποφθεγμάτων ἐκτὸς, ἔτι δὲ σκωμμάτων, καὶ αἰνιγμάτων, οἷς ὁ λόγος καταγλυκαίνεται· μήτε λίαν τούτοις φαινοίμεθα καταχρώμενοι· τὸ μὲν γὰρ ἀγροικὸν, τὸ δ' ἄπληστον. Καὶ τοσαῦτα (27) τούτοις χρη-

Ex iis qui scribunt epistolas (quandoquidem hoc etiam flagitas), alii longiores scribunt quam par est : alii vero multo breviores. Horum utrique a modo aberrant, ut a scopo qui, dum jaculantur, vel citra, vel ultra mittunt. Nam utrumvis faciant, perinde aberrant, etiamsi ex contrariis prodeant. Est autem modus epistolarum, utilitas : et neque longiores scribendæ sunt, ubi multa non sunt negotia, neque jejunius conscribendæ, ubi res multæ suppetunt. Quid enim? An Persico funiculo sapientiam metiri oportet, aut puerilibus cubitis; et sic imperfecta scribere, ut ne scribere quidem sit : sed imitari potius meridianas umbras, aut lineas a fronte occurrentes, quarum considunt longitudines, et offerunt se potius, quam apparent extremitatibus quibusdam notæ : et sunt, ut apte dixerim, conjecturarum conjectanea? Oportet, immoderatum in utrisque tenorem fugiendo, modum assequi. De concisa certe conscribendi ratione, hæc censeo; de diluciditate autem illud perspicuum est, oportere fugiendo subtilius et ornatius dicendi genus, quantum fieri potest, ad familiare potius declinare; et, ut summatim loquar, hæc optima et pulcherrime scripta epistola est, quæ et indocto persuadet et erudito : atque illi quidem, ut ad vulgi consuetudinem accommodata, huic autem, ut vulgi indolem et captum superans; item quæ ex se quam primum cognita perspectaque est. Nam æque importunum est, et griphum intelligere, et epistolam interpretari. Tertia dos epistolarum est gratia : hanc sane obtinebimus, si non prorsus arida et ingrata scribimus, aut etiam incompta, et inornata, et inculta, ut dicitur; quale nimirum est quod sententiis, et adagiis, ac memorabilibus dictis vacuum est : itemque

(16) Alias CCIX. Scripta anno 372.

(17) *Μακρότερα.* Ita Reg., Montac. et Morel. μακροτέρας. Paulo post, iid. ἐνδεεστέρας.

(18) *Τοῦ μετρίου.* Morel., *mediocritate.*

(19) *Τῶν γραμμῶν.* Ita cod. et Combef. Bene emendavit Morel. In edit. κέντρων.

(20) *Ὡς ἂν εἴποιμι καιρίως.* Ita codd. Reg., Pass., Montac. et Combef. In edit. πῶς... κυρίως.

(21) *Περὶ μὲν δὴ συντομίας.* Mallet Montac. εὐμετρίας, aut, ut in ora cod. quem vidit, συμμετρίας, quam ultimam lectionem non improbat Morel., *de modo in epistolis conscribendis servando.*

(22) *Φεύγοντα τὸ λογοειδές.* Recidenda sunt ambitiosa ornamenta; nec exquisita figurataque utendum dictione, sed simplici elocutione, qualem familiari promimus eloquio, ac cui nihil sit opus interprete. Hanc esse Gregorii mentem, in fine epistolæ ipse clarius exponit, dum ait servandum maxime in epistolis τὸ ἀκαλλώπιστον, καὶ ὅτι ἐγγυτάτω τοῦ κατὰ φύσιν, *quod ornatu caret, et ad naturam proxime accedit.* Vertit Morel. φεύγοντα τὸ λογοειδές, etc., *fugiendo verborum futilitatem, ad loquacitatem potius declinare.* Certe sic in scribendo concisus esse noluit Gregorius.

(23) *Γρῖφον. Griphum*, hoc est, *ænigmaticum sermonem.*

(24) *Ταύτην δέ.* Ita codd. Reg. ac Montac. In edit. Ταῦτα.

(25) *Ξηρὰ καὶ ἀχάριστα.* Ita Par. et alter cod. In edit. ξηρὸν καὶ ἄχαρι.

(26) *Καὶ ἀκόρητα.* Ita Par. et alii codd. In edit. εὐκόρητα. Vertit interpres, *et satietatem ac tædium, ut dicitur, gignentia.*

(27) *Καὶ τοσαῦτα.* Ita cod. Edit. καὶ τὸ τοσαῦτα. Mox iid. ὅσα καί. In edit. καὶ ὅσα.

Digitized by Google

jocis, salsis dictis, et ænigmatibus caret, quibus dulcescit ac sapit oratio. Neque admodum his abuti videamur : illud enim agreste et rusticanum : hoc inexplebile. Quare iis pariter utendum est atque purpuris in textura. Figuras autem admittemus, sed et has quoque perpaucas et non inverecundas. Opposita vero, allusiones, et paria membra sophistis projiciemus : quod si alicubi etiam adhibeamus, hoc ut ludentes potius faciemus, quam serio agentes. Extremum sermonis erit, quod ab aliquo perito viro accepi, de aquila dicente, quando aves de regno disceptabant, atque aliæ aliter se exornassent, aquilæ pulcherrimum fuisse, quod non putaretur esse pulchra. Hoc etiam in epistolis potissimum est observandum, ut iis insit inaffectata quædam gratia, et ut ad naturam quam proxime accedant. Hæc ad te hactenus de epistolis, ut per epistolam transmittimus : atque hæc fortasse minus ad nos faciunt, quibus majora curæ sunt : cætera ipse tuo tibi studio comparabis, cum docilitate valeas, et qui in his clari sunt et celebres te docebunt.

στέον, ὅσα καὶ ταῖς πορφύραις ἐν τοῖς ὑφάσμασι. Τροπὰς δὲ παραδεξόμεθα μὲν, ὀλίγας δὲ, καὶ ταύτας οὐκ ἀναισχύντους. Ἀντίθετα, καὶ πάρισα, καὶ ἰσόκωλα σοφισταῖς ἀπορρίψομεν (28)· εἰ δέ που καὶ παραλάβοιμεν, ὡς καταπαίζοντες μᾶλλον τοῦτο ποιήσομεν, ἢ σπουδάζοντες. Πέρας τοῦ λόγου, ὅπερ τῶν κομψῶν τινος ἤκουσα περὶ τοῦ ἀετοῦ λέγοντος, ἡνίκα ἐκρίνοντο περὶ βασιλείας οἱ ὄρνιθες, καὶ ἄλλοι ἄλλως (29) ἦκον ἑαυτοὺς κοσμήσαντες, ὅτι ἐκείνου κάλλιστον ἦν τὸ μὴ οἴεσθαι καλὸν εἶναι. Τοῦτο κἀν ταῖς ἐπιστολαῖς μάλιστα τηρητέον τὸ ἀκαλλώπιστον, καὶ ὅτι ἐγγυτάτω τοῦ κατὰ φύσιν. Τοσαῦτά σοι περὶ ἐπιστολῶν, ὡς δι' ἐπιστολῆς παρῆμεν (30)· καὶ ταῦτα ἴσως οὐ πρὸς ἡμῶν, οἷς τὰ μείζω σπουδάζεται· τἄλλα δὲ αὐτός τε φιλοπονήσεις (31), εὐμαθὴς ὢν, καὶ οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ διδάξουσιν.

48 LII. EIDEM. NB'. ΤΩ ΑΥΤΩ (32).

Mittit Nicobulo Gregorius collectas epistolas, quas tanquam recte scribendi exempla flagitarat

Autumno flores a prato poscis, et Nestorem ætate provectum armas, dum a me elegans et scitum quiddam in sermonibus petis, qui jamdudum omnis orationis et vitæ amœniorem cultum amisi. Nihilominus (neque enim Eurystheum quoddam certamen, aut Herculeum nobis injungis, sed admodum suave et tranquillum ; nempe ut tibi epistolas meas colligam, quanta copia fieri potest), tu tandem hoc lorum tuis libris insere, non amatorium, sed oratorium, neque ad specimen et ostentationem, potius quam ad usum etiam nostræ caulæ. Nam aliud quiddam est alterius indicium, aut levius aut majus : verum sermonum nostrorum nota est, quod erudiant in sententiis atque decretis, ut usu venerit. Et quemadmodum cum ingenuo partu, ita cum oratione pater una semper apparet, non minus quam ii qui procrearunt, corporis no-

Ἐν μετοπώρῳ τὰ ἄνθη παρὰ τοῦ λειμῶνος αἰτεῖς, καὶ γεγηρακότα ὁπλίζεις τὸν Νέστορα, ἐμέ τι νῦν ἀπαιτῶν δεξιὸν εἰς λόγους, ὃς πάλαι καὶ λόγου παντὸς καὶ βίου τὸ τερπνὸν καταλέλυκα (33). Ὅμως δὲ (οὐ γὰρ Εὐρύσθειόν τινα (34) τοῦτον ἄθλον ἐπιτάττεις ἡμῖν, οὐδὲ Ἡράκλειον, ἀλλὰ καὶ μάλα ἡδύν τε καὶ ἥμερον (35), τῶν ἐμῶν ἐπιστολῶν σοι συναγαγεῖν ὅσας οἷόν τε), σὺ τοίνυν τοῦτον ἱμάντα (36) ταῖς σαῖς ἐγκατάθου βίβλοις, οὐκ ἐρωτικὸν (37), ἀλλὰ λογικὸν, οὐδὲ ἐπιδεικτικὸν μᾶλλον, ἢ χρήσιμον καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς (38). Ἄλλου μὲν γὰρ ἄλλο τι γνώρισμα (39), ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον· τῶν δὲ ἡμετέρων λόγων, τὸ παιδευτικὸν (40) ἔν τε γνώμαις καὶ δόγμασιν, ὅπη παρείκοι (41). Καὶ καθάπερ εὐγενεῖ τόκῳ (42), τοῖς λόγοις ὁ πατὴρ αἰεὶ συνεμφαίνεται· οὐχ ἧττον ἢ τοῖς σωματικοῖς ὡς τὰ πολλὰ χαρακτῆρσιν οἱ φύσαντες. Τὸ μὲν οὖν ἡμέτερον τοιοῦτον. Σὺ

(28) *Ἀπορρίψομεν.* Ita Par. Alter cod. ἀπορρέζωμεν. In edit. ἀπορριψόμεθα, quod mallet Morel., quia præcedit παραδεξόμεθα.

(29) *Ἄλλοι ἄλλως.* Tres codd. ἄλλος ἄλλως.

(30) *Παρῆμεν.* Par. et alter cod. παρ' ἡμῶν.

(31) *Φιλοπονήσεις.* Ita tres codd. In edit. φιλοπονήσῃς.

(32) Alias CCVIII. Scripta paulo post præcedentem.

(33) *Τὸ τερπνὸν καταλέλυκα.* Ita codd. quinque et Pass. In edit. τὸ φιλότιμον.

(34) *Εὐρύσθειόν τινα.* Eurystheus, Mycenarum rex, Junonis odio obsequens, Herculem, oraculi jussu, sibi subditum, ad difficillima quæque adeunda pericula adegit, sperans futurum ut ponderis magnitudine opprimeretur; at semper evasit victor. Hæc memorat Virgilius, *Æneid.* VIII, vers. 291-293 :

Ut duros mille labores,
Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquæ,
Pertulerit.

(35) *Ἡδύν τε καὶ ἥμερον.* Ita Pass. Edit. ἥμερον καὶ ἡμέτερον, *suave et familiare.*

(36) *Σὺ τοίνυν τοῦτον ἱμάντα.* Parodia est insignis, inquit Morel., ad hunc Homericum versum *Iliad.* XIV, vers. 219 :

Τῇ νῦν τοῦτον ἱμάντα, τεῷ δ' ἐγκάθεο κόλπῳ.
Hoc nunc accipito, gremioque imponito lorum.

(37) *Οὐκ ἐρωτικόν.* Cod. Pass. et alter οὐκ ἐρωτικόν τινα.

(38) *Καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς.* Ita Pass., Par. et alii codd. ac Combef. *Nostræ caulæ*, inquit, *scilicet disciplinæ Christianæ, non profanæ eruditionis.* In edit. καὶ τοῖς ἡμετέροις αὐλοῖς, quod vertit Morel, *Ad usum etiam nostrarum tibiarum.*

(39) *Γνώρισμα.* Ita codd. Reg., Pass. et Par. Edit. γνώρισμον.

(40) *Παιδευτικόν.* Ita codd. Par. et Reg., Montac. et Combef. In edit. παιδευτόν, vertitque interpres. *Sermonum nostrorum nota est, id quod eruditum est tum in sententiis, tum in opinionibus decretisve.*

(41) *Παρείκοι.* Ita cod. Reg. et Pass. In edit. παρήκοι.

(42) *Καθάπερ εὐγενεῖ τόκῳ.* Alia series verborum in uno ex codd. Montac., et forte clarior : Καὶ τοῖς λόγοις ὁ πατὴρ ἀεὶ συνεμφαίνεται, οὐχ ἧττον ἢ καθάπερ εὐγενεῖ τέκνῳ τοῖς σωματικοῖς, ὡς τὰ πολλὰ, χαρακτῆρσιν οἱ φύσαντες.

Digitized by Google

δὲ ἡμῖν ἀντιδοίης, αὐτό τε τὸ γράφειν, καὶ τὴν ἐξ ὧν γράφομεν ὠφέλειαν. Τούτου γὰρ ἀμείνω μισθὸν οὔτε αἰτεῖν, οὔτε ἀπαιτεῖν ἔχομεν, ἢ τοῖς αἰτοῦσι λυσιτελέστερον, ἢ τῷ παρέχοντι πρεπωδέστερον.

tis, ut plurimum, innotescunt. Nostrum igitur ejusmodi est. At tu nobis et ipsam scriptionem rependas, et emolumentum ex iis quæ scribimus. Potiorem enim hac mercedem neque petere, neque reposcere habemus, aut flagitantibus utiliorem, aut largienti magis decoram.

ΝΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (43).

LIII. EIDEM.

Inter epistolas quas pro Nicobulo Gregorius collegit, primas concedit epistolis Basilii.

Ἀεὶ προτιμήσας ἐμαυτοῦ τὸν μέγαν Βασίλειον, εἰ κἀκείνῳ τοὐναντίον ἐδόκει (44), καὶ νῦν προτιμῶ, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλήθειαν, ἢ τὴν φιλίαν. Διὰ τοῦτο προθεὶς (45) τὰς ἐκείνου ἐπιστολὰς, τὰς ἐμὰς ὑποτίθημι. Καὶ γὰρ ἐπιθυμῶ πανταχοῦ συνεζεῦχθαι ἡμᾶς ἀλλήλοις, καὶ ἅμα τύπον παρέχων τοῖς ἄλλοις τοῦ μετρίου καὶ τῆς ὑφέσεως.

Cum Basilium magnum mihi semper prætulerim, tametsi illi contrarium videretur : tum nunc quoque præfero, non minus veritate, quam amicitia motus. Quocirca epistolis illius priore loco positis meas subnecto. Ubique enim nos inter nos conjunctos esse cupio : simulque etiam id ago, ut modestiæ ac submissionis exemplum aliis præbeam.

ΝΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (46).

49 LIV. EIDEM.

Hanc etiam ad Nicobulum epistolam ob nominis et materiæ cognationem subjungimus; quam tamen conscriptam esse tempore probabile est, cum roganti Nicobulo artem scribendi litteras tradidit. In ista quid sit laconismus eum docet laconice.

Τὸ Λακωνίζειν οὐ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ οἴει, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας. Οὕτως ἐγὼ καὶ βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον (47). Πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ' οὐ τοῖς γράμμασι.

Laconice loqui, non est, ut putas, paucas syllabas scribere, sed de plurimis rebus paucas. Atque hac ratione ego et maxime breviloquum Homerum esse pronuntio, et prolixum Antimachum. Qui tandem istud ? nimirum rebus, non autem litteris longitudinem æstimans.

ΝΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (48).

LV. EIDEM.

Nicobulum hac epistola peramantissime invitat Gregorius, ut sese invisat. Quo tempore scripta sit nihil indicat.

Φεύγεις διώκοντας ἴσως νόμοις ἐρωτικοῖς, ἵνα σεαυτὸν ποιῇς τιμιώτερον. Ἧκε οὖν, καὶ νῦν τὴν τοῦ μακροῦ χρόνου ζημίαν ἀναπλήρωσον ἡμῖν. Καὶ εἴ τί σε τῶν αὐτόθι κατέχοι (49), πάλιν ἀφήσεις ἡμᾶς, ὡς ἂν σεμνότερος ᾖς, πάλιν ποθούμενος.

Quod persequentes fugis, id fortassis ex amatoriis legibus facis, ut hac ratione majorem tibi honorem concilies. Veni igitur, ut et nunc diuturni temporis detrimentum nobis sarcias. Ac si quid rerum tuarum te retineret, rursum nos relinques ; quo augustiorem hac ratione te reddas, rursum a nobis expetitus.

ΝϚ'. ΘΕΚΛΗ (50).

LVI. THECLÆ.

Thecla, ad quam scripta est hæc epistola, mulier fuit pietate insignis, quæ fortuito in necessitudinem Gregorii venerat, occasione cujusdam epistolæ de calamitatibus ad ipsum datæ, in qua aliquid ipsa suo nomine addiderat.

Τὴν μικρὰν (51) σου προσθήκην τοῦ γράμματος, ὡς μεγάλην ἐπιστολὴν, ἐδεξάμην. Ἐμοῦ γὰρ ὑμεῖς, καὶ ὑμῶν ἐγὼ, τοῦ πνεύματος οὕτως ἡμᾶς ἁρμόσαντος (52). Τοῦτο εἰδότες, εὔχεσθε (53) ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ περὶ πάντων θαῤῥεῖτε, ὡς οὐδένας (54)

Exiguum tuum litterarum additamentum, ut ingentem epistolam accepi. Nam et vos nostri, et nos vestri sumus, spiritu nimirum nos ad hunc modum copulante. Quod cum vobis exploratum sit, pro nobis preces ad Deum adhibete, et de omni-

(43) Alias II. Scripta eodem circiter tempore.

(44) *Εἰ κἀκείνῳ τοὐναντίον ἐδόκει.* Ita Pass. Edit. minus bene δοκεῖ, *videatur*. Quorum quidem verborum hic sensus est, *tametsi ille sibi me præferret.*

(45) *Προθεὶς.* Ita Reg. duo. Edit. male προτιθείς.

(46) Alias III. Scripta circa idem tempus.

(47) *Καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον.* Antimachum poetam fuisse obscurissimum colligere est ex Ælio Spartiano, ubi Adrianum imperatorem ait Calaccianos libros obscurissimos, Antimachum imitando, scripsisse. Quin et Dion Cassius eumdem Adrianum scribit Homeri poema abolere cogitasse, et pro eo Antimachum in scholis legendum inducere, cujus nomen multi adhuc ignoraverant. Bill. Vide Suidæ Lexicon.

(48) Alias CLIV. Scripta forte circa eadem tempora.

(49) *Κατέχοι.* Cod. Reg. κατέχει. Ita et legit Bill. qui reddit : *retinet.*

(50) Alias CC. Scripta circa annum 372.

(51) *Μικράν.* Ita codd. Reg. et Pass. In ed. μακράν. Mox ἐμοῦ. Ita Bill. et Combef. Edit. ἐμοί.

(52) *Ἁρμόσαντος.* Ita codd. Reg. et Combef. In edit. ἁρμόζοντος.

(53) *Εἰδότες, εὔχεσθε.* Ita cod. Reg. et Combef. In ed. εἰδότες, καὶ εὔχεσθε.

(54) *Οὐδέναϛ.* Sic emendavimus ex cod. Par. οὐδένα, quod vitiose legitur in ed. Mox, ἡμῶν. Ed. ὑμῶν.

Digitized by Google

bus rebus magno animo estote, ac de nobis illud persuasum habetote, quod nullos unquam, qui sinceriore erga vos animo sint, nec qui magis res vestras communes sibi esse ducant, reperietis, etiamsi alioqui hoc nec longa consuetudo et familiaritas, nec experientia testatum fecit. De iis autem rebus, quæ molestiam afferunt, quid aliud scribere attinet, quam quod eos volo qui summæ philosophiæ tempus hoc esse existimant, in calamitatibus fortem animum præstare, atque ita eum iis, qui mœrorem inferunt decertare, quandoquidem aliter nec fieri potest, nec fas est?

A γνησιωτέρους ἡμῶν εὑρίσκοντες, οὐδὲ μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κοινουμένους (55)· εἰ καὶ μήπω, μήτε συνήθεια πολλὴ, μήτε πεῖρα τοῦτο ἐδίδαξε. Περὶ δὲ τῶν λυπηρῶν, τί χρὴ γράφειν, ἢ ὅτι βούλομαι τῆς ἄκρας φιλοσοφίας καιρὸν τοῦτον νομίσαντας (56), ἐγκαρτερεῖν τοῖς πάθεσι, καὶ οὕτως ἀγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς λυποῦντας, ἐπειδή γε ἄλλως οὔτε δυνατὸν, οὔτε ὅσιον;

50 LVII. EIDEM. ΝΖ'. ΤΗ ΑΥΤΗ (57)

Inter Basilii epistolas, hæc CCCXXI *ponitur; sed Gregorii nostri, non vero Basilii fetus est. Etenim, ut cum nostro Prudentio Marano loquar, hujus epistolæ auctorem* Gregorium Nazianzenum esse non obscure perspicitur. *Tota sapit Gregorii argutias et veneres. festivumque scribendi genus. In hac autem epistola, non sine solito lepore Theclam rogat, ut his qui ecclesiæ conseptum exstruebant, vinum suppeditet, propterea quod vehemens anni præteriti frigus vites succiderat. Porro Gregorius noster exædificati magnifice templi laudem patri suo tribuit. Non tamen de ipso templo, cujus mentio fit in oratione* I, *alias* XLI, *quodque adeo jam ab anno* 362 *exstructum erat, sed de quibusdam externis ornamentis progressu temporis templo adjectis, id esse intelligendum ipsa epistolæ verba non satis intellecta a priori interprete suadent.*

Præterito anno, frigus incubuit patriæ vehemens, et vitium gemmas jam ad partum solutas succidit: quæ cum steriles remanserint, phialas nostras siccas et aridas reddiderunt. Sed quid nos induxit, ut plantarum sterilitatem tibi tragice ob oculos poneremus? Ut et ipsa secundum Salomonem flas nobis florescens vitis et palmes abundans: non uvam proferens, sed uvarum rorem sitientibus exprimens. Qui autem sitiunt, quinam sunt? Qui ecclesiæ conseptum exstruunt. Ego cum non habeam unde eos montano liquore recreem, ad tuam dexteram uvis refertam confugi, ut in nos tuos fontes fluviali quadam copia manare jubeas. Id enim si cito feceris, multorum quidem ora curabis, eaque arida: me vero imprimis Atticum rogatorem recreabis.

B Τὸ παριππεῦσαν ἔτος, κρυμὸς γέγονε (58) τῇ πατρίδι βαρὺς, καὶ τὰς βλεφαρίδας τῶν ἀμπέλων (59) τὰς ἤδη πρὸς ὠδῖνας λυομένας ἀνέκοψεν· αἱ δὲ ἀπομείνασαι στεῖραι, αὐχμηρὰς καὶ ἀβρόχους τὰς φιάλας ἡμῶν ἐξειργάσαντο (60)· τί δή ποτ' οὖν σοι τὴν τῶν φυτῶν ἀκαρπίαν ἐκτραγῳδῆσαι προήχθημεν; Ἵνα γένῃ ἡμῖν, κατὰ τὸν Σολομῶντα, καὶ αὐτὴ ἄμπελος κυπρίζουσα, καὶ κατάκαρπος κληματὶς· οὐ βότρυν ἐξανθήσασα, ἀλλὰ τῶν βοτρύων ἐκθλίψασα τοῖς διψῶσι τὴν δρόσον. Τίνες δέ εἰσιν οἱ διψῶντες; Οἱ τὸν περίβολον (61) τῆς συνόδου (62) τειχίζοντες. Τούτους ὀρεινῷ μεθύσματι ποτίζειν οὐκ ἔχων ἐγὼ, ἐπὶ τὴν πολυστάφυλόν σου κεχώρηκα δεξιάν· ἵν' ἡμῖν ἐκ ποταμίας τοὺς σοὺς κελεύσῃς ἐπιῤῥεῦσαι κρουνούς. Τοῦτο γὰρ τάχος ποιήσασα, πολλῶν μὲν στόματα ξηρὰ θεραπεύσεις (63), εὐφρανεῖς δὲ πρῶτον ὡς ἔνι μάλιστα καὶ τὸν Ἀττικιστὴν ἐπαίτην (64) ἐμέ.

(55) *Ὑμέτερα κοινουμένους.* Ita Par. Edit. ἡμέτερα κινουμένους.

(56) *Καιρὸν τοῦτον νομίσαντας.* Ita Par. Edit. νομίσαντες.

(57) Inter Basilianas CCCXXI. Scripta circa annum 372.

(58) *Γέγονε.* Coisl., duo Reg. duo et Vat. γεγένηται.

(59) *Τῶν ἀμπέλων.* Harl. et Med. τῆς ἀμπέλου. Ibidem λυομένας deest in Harl. Med. habet πρὸς ὠδῖνα.

(60) *Ἐξειργάσαντο.* Coisl. duo et Reg. duo εἰργάσαντο. Paulo post, iidem ἐκτραγῳδῶ; ἵνα ἡμῖν. Sic Harl.

(61) *Τὸν περίβολον*, reddidi *conseptum*, quia hac voce non parietes ipsius ecclesiæ designantur (jam enim ipsa videtur fuisse exstructa), sed septum illud quatuor murorum, quod ecclesiam interjecto aliquo spatio cellis, areis, balneis et aliis ejusmodi rebus destinato cingebat, ut videre est in lib. IV *De Vita Constantini*, cap. 59; et in lib. IX Cod. Theod. tit. XLV, ubi templum dicitur τετράρων τῶν τειχῶν περιβολῇ τειχιζόμενον, *quadripartito parietum septo conclusum.*

(62) *Τῆς συνόδου.* Non desunt exempla in quibus ecclesiæ Christianorum sic vocantur. Vide Basilii epistolam CCLXXXVI. In lege Constantini, lib. XVI Cod. Theod. tit. II, sic habetur: *Habeat unusquisque licentiam sanctissimo venerabilique concilio, decedens, bonorum quod optavit, relinquere.* Videtur ecclesias Christianorum designare Maximinus apud Eusebium, lib. IX *Hist.* cap. 10, cum ait lege Diocletiani et Maximiani sancitum fuisse τὰς συνόδους τῶν Χριστιανῶν ἐξῃρῆσθαι. Ipse enim hanc legem abrogans, illis concedit ut τὰ κυριακὰ instaurent. Videntur ergo superiora verba sic reddenda, *ut Christianorum ecclesiæ everterentur.*

(63) *Στόματα ξηρὰ θεραπεύσεις.* Pro his vocibus in Regio utroque et Coisl. duobus legitur ἀναπαύσεις ψυχάς, *animos recreabis.*

(64) *Ἐπαίτην.* Ita Med. et Harl. Editi ἐπαινέτην, *laudatorem.* Parum commode Gregorius Atticum laudatorem se diceret: at peracute vocat se Atticum rogatorem, id est non valde pudentem. Nam os Atticum idem est ac impudens; vel quod Athenienses hoc vitio laborarent, vel quod generatim tribuatur iis qui urbes incolunt. Unde illud Horatii, epist. IX:

Frontis ad urbanæ descendi præmia.

Hæc Operum S. Basilii editores, qui non ita forsan vocem ἐπαινέτην amandassent, si apud Erasmum legissent adagium, *Haud difficile Athenienses Athenis laudare.*

Digitized by Google

ΝΗ'. ΒΑΣΙΛΕΙΩ (65).

LVIII. BASILIO.

Narrat Gregorius quomodo Basilii defensorem se ostenderit contra philosophum, qui eo nomine eum impietatis accusabat, quod Spiritus sancti divinitatem haudquaquam aperte confiteretur. In Vita Gregorii, *quo anno scripta sit hæc epistola, demonstravimus; nempe post mensem Septembrem, in quem incidit beati Martyris Eupsychii memoria, unde Basilium calumniandi ansam arripuerat monachus.*

Ἐγὼ σὲ καὶ βίου καθηγητὴν, καὶ δογμάτων διδάσκαλον, καὶ πᾶν ὅ τι ἂν (66) εἴποι τις τῶν καλῶν, ἐθέμην τε ἀπ' ἀρχῆς, καὶ νῦν τίθεμαι· καὶ εἴ τις ἄλλος ἐπαινέτης τῶν σῶν, ἢ μετ' ἐμοῦ πάντως, ἢ μετ' ἐμέ. Τοσοῦτον ἥττημαί σου τῆς εὐλαβείας, καὶ οὕτω καθαρῶς εἰμὶ σός! Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Οὗ γὰρ πλείων ἡ συνουσία, πλείων (67) καὶ ἡ πεῖρα· οὗ δὲ ἡ πεῖρα δαψιλεστέρα, καὶ ἡ μαρτυρία τελειοτέρα. Καὶ εἴ τι ἄλλο μοι τοῦ ζῆν ὄφελος, ἡ σὴ φιλία καὶ συνουσία. Ἔχω μὲν οὕτω (68) περὶ τούτων, καὶ ἔχοιμι. Ἃ δὲ νῦν γράφω, γράφω μὲν οὐχ ἑκών, γράφω δὲ ὅμως. Καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς· ἢ λίαν αὐτὸς ἀχθεσθήσομαι, εἰ μὴ κατ' εὔνοιαν ταῦτα λέγειν. τε καὶ γράφειν πρὸς σὲ πιστευοίμην. A Ego te, et pro vitæ duce, et pro fidei ac dogmatum magistro, et quidquid præclari a quoquam dici potest, tum antiquitus habui, tum nunc habeo: et si quis alius tuarum laudium prædicator est, omnino vel mecum est, vel post me. Usque adeo me tibi devinxit pietas tua, atque adeo **51** sincere et ex animo sum tuus! Nec vero hoc mirum videri debet. Nam ubi amplior vitæ consuetudo est, illic quoque amplius est experimentum: ubi autem uberius est experimentum, illic etiam perfectius est testimonium. Et si quem alium ex hac vita fructum capio, hunc ex amicitia tua et contubernio capio. Ac de his rebus ita sentio, utinamque sentiam! Quæ autem nunc scribo, invitus quidem scribo: sed tamen scribo. Ac mihi ne eo nomine succenseas velim; alioqui perquam acerbe feram, si fidem tibi non fecero, me hæc benevolentia ductum loqui, atque ad te scribere.

Πολλοὶ κατεγνώκασιν ἡμῶν, ὡς περὶ τὴν πίστιν οὐκ ἰσχυρῶν, ὅσοι κοινοποιοῦσι τὰ ἡμέτερα καλῶς ποιοῦντες. Καὶ οἱ μὲν ἀσέβειαν ἐγκαλοῦσι φανερῶς, οἱ δὲ δειλίαν· καὶ ἀσέβειαν μὲν, οἱ μηδὲ ὑγιῶς λέγειν (69) πιστεύοντες· δειλίαν δὲ, οἱ τὴν ὑποστολὴν αἰτιώμενοι (70). Καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων τί χρὴ καὶ λέγειν; Ὃ δ' οὖν νεωστὶ συνέβη, τοῦτό σοι διηγήσομαι. B Multi nos, ut in fide parum fortes accusant, ii nempe, qui et recte quidem communia omnia inter nos esse statuunt. Atque alii quidem plane nos impietatis insimulant, alii timiditatis: impietatis nimirum, ii qui nos ne pie quidem loqui sibi persuadent, timiditatis autem, qui nobis dissimulationis crimen impingunt. Ac sermones aliorum quid referre attinet? Quod vero nuper accidit, ex me audies.

Συμπόσιον ἦν, καὶ τοῦ συμποσίου μετεῖχον οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐπιφανῶν καὶ ἡμῖν φίλων, ἐν δὲ τούτοις καὶ ἀνήρ τις τῶν εὐλαβείας ὄνομα καὶ σχῆμα περικειμένων. Οὔπω πότος ἦν, καὶ λόγος ἦν περὶ ἡμῶν, ὅπερ ἐν τοῖς συμποσίοις φιλεῖ συμβαίνειν, ἀντ' ἄλλου τινὸς ἐπεισοδίου προτιθεμένων· πάντων δὲ τὰ σὰ θαυμαζόντων, καὶ προστιθέντων ἡμᾶς (71) ὡς τὰ ἴσα φιλοσοφοῦντας, καὶ τὴν φιλίαν λεγόντων καὶ τὰς Ἀθήνας, καὶ τὴν ἐν ἅπασι σύμπνοιαν καὶ ὁμόνοιαν, δεινὸν τὸ πρᾶγμα ποιεῖται ὁ δῆθεν φιλόσοφος (72). Καὶ τί τοῦτο, φησὶν, ὦ οὗτοι; μάλα τι νεανικὸν ἐκβοήσας· ὡς λίαν ὑμεῖς ψευδεῖς τε καὶ κόλακες (73)! Τὰ μὲν ἄλλα ἐπαινείσθωσαν οἱ ἄνδρες, εἰ δοκεῖ· οὐδὲ αὐτὸς ἀντιλέγω. Τὸ μέγιστον δὲ οὐ δίδωμι, τὴν ὀρθοδοξίαν μάτην (74) μὲν ἐπαινεῖται Βασίλειος, μάτην δὲ Γρηγόριος, ὁ μὲν προδιδοὺς C Epulum quoddam erat, in quo permulti clarissimi viri nobisque amicitia conjuncti accumbebant, atque inter eos vir quidam pietatis nomen habitumque præ se ferens. Nondum ad pocula ventum erat, cum, ut in conviviis fere fit, de nobis sermo excitatur, instar alius cujusdam adventitiæ rei in medium propositis. Omnibus porro virtutes tuas amplissimis laudibus efferentibus, nosque etiam, ut iisdem vitæ studiis deditos, adjungentibus, amicitiamque nostram et Athenas commemorantibus, in rebusque omnibus concordiam animorumque conspirationem, indigne tulit hic philosophus. Et quidnam, hoc est, inquit, admodum furiose exclamans, o viri? quam valde mendaces et adulatores estis! Cætera quidem laudentur sane viri illi, si ita lubet; nihil repugno: verum quod maximum

(65) Alias XXVI. Scripta mense Septembri anni 372, vel etiam 373.

(66) *Καὶ πᾶν ὅ τι ἄν.* Ita codd. Harl. et Reg., Morel. et Combef. In edit. εἴ τι ἄν.

(67) *Πλείων ἡ συνουσία, πλείων*, etc. Ita cod. Reg. In edit. πλεῖον.

(68) *Ἔχω μὲν οὕτω.* Ita cod. Pass. In edit. ἔχω μὲν οὖν οὕτω.

(69) *Μηδὲ ὑγιῶς λέγειν.* Codd. Reg., Harl., Pass. et Combef. μηδὲ ὑγιῶς ἔχειν, *qui nos ne pie quidem agere*, aut *qui ne nos quidem sanos in fide credunt.*

(70) *Ὑποστολὴν αἰτιώμενοι.* Combef., *qui nos prævaricationis insimulant, aut nobis subductæ veritatis crimen impingunt.*

(71) *Καὶ προστιθέντων ἡμᾶς.* Ita codd. Harl. et Pass. At Combef. καὶ προστιθεμένων ἡμᾶς. In edit. καὶ προστιθέντων καὶ ἡμᾶς.

(72) *Ὁ δῆθεν φιλόσοφος.* Ita Reg., *philosophus* ceu *monachus.* Combef. ποιεῖ δ γε φιλόσοφος.

(73) *Ὡς λίαν ὑμεῖς ψευδεῖς τε καὶ κόλακες.* Hæc desunt in cod. Pass.

(74) *Τὸ μέγιστον δὲ οὐ δίδωμι, τὴν ὀρθοδοξίαν μάτην*, etc. Sic cum Combef. interpunctionem apponendam censemus. In edit. τὸ μέγιστον δὲ οὐ δίδωμι. Τὴν ὀρθοδοξίαν μάτην. Vertit autem Bill., *quod maximum est, non illis concedam. Orthodoxiæ nomine frustra laudatur... ille quia sermonibus suis veritatem prodit, hic quia patientia sua eamdem simul prodit.*

Digitized by Google

est, non concedo. Orthodoxiæ nomine frustra laudatur Basilius, frustra Gregorius : ille quia sermonibus suis veritatem prodit; hic quia rem ferendo pari se proditionis reatu obstringit.

A τὴν πίστιν οἷς διαλέγεται, ὁ δὲ συμπροδιδοὺς οἷς ἀνέχεται.

Hic ego : Unde hoc, o homo vane, atque arrogantiæ nomine nove Dathan et Abiron? unde nobis dogmatum promulgator venis? Siccine tantarum rerum judicem teipsum efficis? Tum ille : Ex **52** Eupsychii martyris solemni conventu nunc venio (sic enim res se habebat), atque illic Basilium magnum audivi, de Patris quidem et Filii deitate optime et perfectissime, atque ut vix quisquam alius facile queat, disserentem, Spiritum autem sanctum convellentem ac distorquentem (Ac similitudinem quamdam adhibebat, tanquam fluviorum, qui petras prætereant et arenam excavent). Alioqui enim cur tu, vir admirande, inquit me intuens, B jam perspicuis verbis Spiritum sanctum Deum esse asseris, (simulque vocem quamdam meam commemoravit, cum ego in frequentissimo cœtu de divinitate verba faciens, pervulgatum illud de Spiritu sancto interfatus essem : Quousque lucernam sub modio abscondemus?) ille autem fidei doctrinam obscure ostendit, ac velut adumbrat, nec veritatem libere profitetur, politice magis quam pie aurem obruens, dicendique facultate versutiam tegens?

Πόθεν τοῦτο, ἔφην, ὦ μάταιε σὺ, καὶ νέε Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν τὴν ἀπόνοιαν; πόθεν ἡμῖν ἥκεις δογματιστής; Πῶς σεαυτὸν ποιεῖς τηλικούτων κριτήν; Ἐκ τῆς κατ' Εὐψυχίου τοῦ μάρτυρος (75), ἔφη, συνόδου νῦν ἥκω (καὶ γὰρ εἶχεν οὕτως), κἀκεῖσε ἤκουσα τοῦ μεγάλου Βασιλείου θεολογοῦντος τὰ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀριστά τε καὶ τελεώτατα, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις ἄλλος ῥᾳδίως εἴποι, τὸ Πνεῦμα δὲ παρασύροντος (καὶ προσετίθει τινὰ εἰκασίαν, ὥσπερ τῶν ποταμῶν οἱ τὰς μὲν πέτρας παρατρέχοντες, τὴν δὲ ψάμμον κοιλαίνοντες). Ἤ τί δή ποτε, ὦ θαυμάσιε, σὺ μὲν, ἔφη πρὸς ἐμὲ βλέπων, ἤδη φανερῶς τὸ Πνεῦμα θεολογεῖς (καὶ τινὸς ἀπεμνημόνευσε τῶν ἐμῶν, ὡς ἐν συνόδῳ (76) πολυανθρώπῳ θεολογήσαντος, εἶτα ἐπειπόντος τῷ Πνεύματι τοῦτο δὴ τὸ περιβόητον, τὸ, Μέχρι τίνος ὑπὸ τῷ μοδίῳ τὸν λύχνον κρύψομεν); ὁ δὲ ὑποφαίνει μὲν ἀμυδρῶς, καὶ οἷον σκιαγραφεῖ τὸν λόγον, οὐ παῤῥησιάζεται δὲ τὴν ἀλήθειαν, πολιτικώτερον ἢ εὐσεβέστερον τὴν ἀκοὴν ἐπικλύζων, καὶ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου τὴν διπλόην περικαλύπτων (77);

Quoniam, inquam, ego in obscuro positus, ac plerisque incognitus, sicut nec quæ loquar, nec an loquar, ferme homines sciant, sine periculo philosophor. C Illius autem major habetur ratio, utpote cujus nomen, tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem multo sit illustrius. Ac palam est quidquid dicitur : ingensque circa eum bellum est, cupientibus nimirum hæreticis nudam et apertam vocem ex ipsiusmet Basilii ore arripere, ut ipse quidem ex Ecclesia expellatur, qui solus pene veritatis igniculus restat ac vitalis facultas, vicinis omnibus captis ac subjugatis; malum autem in civitate radices agat, atque ex hac Ecclesia non secus atque ex aggere quodam et propugnaculo terrarum orbem populetur. Præstat itaque œconomiam quamdam ad veritatem adhibitam fuisse, nobis videlicet tempori, quasi nebulæ cuidam, nonnihil cedentibus, quam ut ea ob prædicationis perspicuitatem opprimeretur. Nobis enim ex ea re nihil damni fa- D

Ὅτι ἐγὼ μὲν, ἔφην, ἐν παραβύστῳ κείμενος, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενος, καὶ μηδὲ ἃ λέγοιμι, μηδὲ ὅτι λέγοιμι (78) σχεδὸν γινωσκόμενος, ἀκινδύνως φιλοσοφῶ. Τοῦ δὲ πλείων ὁ λόγος (79), ὡς περιφανεστέρου καὶ παρ' ἑαυτοῦ, καὶ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ δημοσίᾳ πᾶν τὸ λεγόμενον, πολύς τε περὶ αὐτὸν ὁ πόλεμος, ζητούντων λαβέσθαι τῶν αἱρετικῶν γυμνῆς τῆς φωνῆς καὶ αὐτοῦ Βασιλείου, ἵν' ὁ μὲν ἐξωσθῇ τῆς Ἐκκλησίας, ὁ μόνος σχεδὸν ὑπολειπόμενος τῆς ἀληθείας σπινθὴρ καὶ ἡ ζωτικὴ δύναμις, τῶν κύκλῳ πάντων κατειλημμένων· ῥιζωθῇ δὲ τὸ κακὸν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὥσπερ ἀπό τινος ὁρμητηρίου τῆς Ἐκκλησίας ταύτης, πᾶσαν καταδράμῃ τὴν οἰκουμένην. Βέλτιον οὖν οἰκονομηθῆναι τὴν ἀλήθειαν, μικρὸν εἰξάντων ἡμῶν, ὥσπερ νέφει τινὶ, τῷ καιρῷ, ἢ καταλυθῆναι τῷ φανερῷ τοῦ κηρύγματος. Ἡμῖν μὲν γὰρ οὐδὲν βλάβος καὶ ἀπ' ἄλλων λέξεων τοῦτο συναγουσῶν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα γινώσκειν (οὐ γὰρ ἐν ἠχῳ μᾶλλον, ἢ διανοίᾳ κεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν)· τῇ

(75) *Κατ' Εὐψυχίου τοῦ μάρτυρος.* Ita Montac., et sic legendum videtur. Nec enim verba τοῦ μάρτυρος jungi possunt voci συνόδου, quæ generis est feminini. At Bill., ut omnem tollat ambiguitatem, verba τοῦ μάρτυρος refert ad Eupsychium et ad synodum, vertitque, *Ex Eupsychii Martyris synodo nunc venio, eamque dicti mei testem habeo.* Fortasse hic est Eupsychius ille Cæsariensis nobili loco natus, cujus meminit Sozomenus, *Hist. tripart.* lib. v, cap. xi, qui, ob eversum Fortunæ templum, imperante Juliano interemptus est.

(76) *Καὶ τινὸς ἀπεμνημόνευσε τῶν ἐμῶν, ὡς ἐν συνόδῳ*, etc. In utrisque codicibus Græcis corruptissime legitur, καὶ τινὸς ἀπ' ἐμοῦ μονῆς τε τῶν ἐμῶν. Sed facile est errorem deprehendere; corrigere autem hoc opus, hic labor est. Ego vero veram lectionem hac demum ratione commodissime restitui posse arbitror, si pro his quatuor verbis ἀπ' ἐμοῦ μονῆς τε, substituatur unicum verbum ἀπεμνημόνευσε, atque etiam ita transtuli clarissimo, ut opinor, sensu, nec a Gregorii mente abhorrente.

(77) *Τὴν διπλόην περικαλυπτων, varium ac multiplicem Scripturarum sensum obtegens.*

(78) *Μηδὲ ὅτι λέγοιμι.* Combef. μηδὲ ὅστις λέγομαι, *quis vocer propemodum.*

(79) *Πλείων ὁ λόγος.* Ita cod. et Combef. In edit. πλεῖον ὁ λόγος. Mox, καὶ παρ' ἑαυτοῦ, καί, etc. Bill. vertit, *tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem.*

Digitized by Google

Ἐκκλησίᾳ δὲ μεγάλην ζημίαν (80) τὸ δι' ἑνὸς ἀνδρὸς δωχθῆναι τὴν ἀλήθειαν.

A cimus, si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certo colligatur, Spiritum sanctum Deum agnoscamus (neque enim in verborum sono potius, quam in mente et sententia veritas sita est); Ecclesia autem grave vulnus acceptura est, si ob unius hominis ejectionem veritas profligetur.

Οὐκ ἐδέξαντο τὴν οἰκονομίαν ὡς ἑωλον καὶ παίζουσαν (81) αὐτοὺς οἱ παρόντες· ἀλλὰ καὶ κατεβόων ἡμῶν, ὡς τὴν δειλίαν μᾶλλον, ἢ τὸν λόγον οἰκονομούντων. Πολὺ γὰρ εἶναι βέλτιον, τὸ ἡμέτερον φυλάττειν διὰ τῆς ἀληθείας, ἢ τοῦτό γε ἀχρειοῦν, καὶ μὴ προσλαμβάνειν τὸ ἀλλότριον, διὰ τῆς δῆθεν οἰκονομίας. Τὰ μὲν οὖν καθ' ἕκαστον, ὧν τε εἶπον, ὧν τε ἤκουσα, καὶ ὡς ἠγανάκτησα πρὸς τοὺς ἀντιτείνοντας πέρα τοῦ μετρίου σχεδὸν (82) καὶ τῆς ἐμαυτοῦ συνηθείας, μακρὸν ἂν εἴη νῦν (83) ἐκδιηγεῖσθαι, καὶ ἴσως οὐκ ἀναγκαῖον. Τέλος δὲ τοῦ λόγου, τοὺς μὲν οὕτως ἀπεπεμψάμην. Σὺ δὲ δίδαξον ἡμᾶς, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, μέχρι τίνος προϊτέον ἡμῖν τῆς τοῦ Πνεύματος θεολογίας, καὶ τίσι χρηστέον φωναῖς, καὶ μέχρι τίνος οἰκονομητέον, ἵν' ἔχωμεν ταῦτα πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας. Ἐγὼ γὰρ εἰ δεοίμην νῦν (84) τοῦτο μανθάνειν, ὁ πάντων μάλιστά σέ τε καὶ τὰ σὰ γινώσκων, καὶ πολλάκις περὶ τούτων πληροφορίαν καὶ δεδωκὼς καὶ δεξάμενος, πάντων ἂν εἴην (85) ἀμαθέστατός τε καὶ ἀθλιώτατος.

53 Hanc œconomiam ii, qui aderant, tanquam vanam et insulsam ipsosque ludificantem, non modo non comprobarunt: imo etiam nos clamoribus insectabantur, ut ignaviæ nostræ potius, quam orthodoxæ doctrinæ consulentes. Longe enim præstantius esse, nostros per veritatem tueri et conservare, quam per hujusmodi scilicet œconomiam eos labefactare, nec interim alienos assumere. Enimvero quæ, et dixi, et audivi, et quam valde ac præter modum consuetudinemque meam adversus eos, qui contra nitebantur, indignatus sum, sigillatim exponere, prolixum nunc fuerit, minimeque fortasse necessarium. Ut autem finem dicendi faciam, sic eos amandavi. Tu vero, o divinum et sacrosanctum caput, doce nos quousque in disputatione de Spiritus sancti divinitate progredi, quasque voces usurpare, et quousque œconomia uti conveniat, ut ea adversus eos, qui contradicunt, in promptu habeamus. Nam si hoc nunc ipse abs te doceri postularem, cum te resque tuas omnium mortalium maxime perspectas habeam, ac certissimam de his rebus fidem sæpius dederim, vicissimque acceperim, omnium profecto stolidissimus essem ac miserrimus.

B

ΝΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (86).

LIX. EIDEM.

Cum Gregorii litteris Basilius sic respondisset ut ipsis nonnihil offensus fuisse videretur, rescripsit Gregorius, mentemque suam candide aperiens, mœrore affectum immerito Basilium conqueritur, eidemque se simul et adfuturum et dimicaturum una pollicetur.

Τοῦτο ἦν, ὅπερ ἄλλος μὲν ἄν τις (87) ὑπείδετο τῶν συνετωτέρων· ἐγὼ δὲ οὐκ ἔδεισα πρὸς σὲ γράφων, ὁ λίαν ἀρχαῖος καὶ μάταιος. Ἐλύπησέ σε τὰ (88) γράμματα, ὡς δὲ ἐγώ φημι, οὐκ ὀρθῶς, οὐδὲ δικαίως, ἀλλὰ καὶ λίαν περιττῶς. Καὶ τὴν λύπην οὐχ ὡμολόγησας μὲν, οὐκ ἐκρυψας (89) δὲ, εἰ καὶ σοφῶς τοῦτο ἐποίησας, ὥσπερ τινὶ προσωπείῳ, τῇ αἰδοῖ τὸ τῆς λύπης καλύπτων πρόσωπον. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν δολερῶς καὶ κακοήθως τοῦτο ἐποίησα, οὐχ ὑπὸ τῆς σῆς λύπης μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας βλαβήσομαι· εἰ ἁπλῶς καὶ μετὰ τῆς συνήθους εὐνοίας, τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας, οὐ τὴν σὴν διάθεσιν αἰτιάσομαι. Πλὴν γε ὅτι διορθώσασθαι ταῦτα μᾶλλον εἶχε καλῶς, ἢ πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας δυσχεραίνειν. Τὸ μὲν οὖν σὸν καὶ αὐτὸς ὄψει, καὶ ἄλλοις συμβουλεύειν τὰ αὐτὰ (90) ἱκανὸς ὤν· ἐμὲ δὲ προθύμως ἔχειν (91), ἐὰν διδῷ ὁ Θεὸς, καὶ

C

Hoc nimirum erat, quod alius quispiam majori ingenii acumine præditus suspicari potuisset; ego vero qua sum vecordia et rusticitate, cum ad te scriberem, non extimui. Mœrore te affecerunt litteræ nostræ, non recte, nec merito, mea quidem sententia, sed et valde superflue. Quanquam mœrorem hunc tuum haudquaquam aperte prodidisti, nec vero occultasti, quamvis sapienter id feceris, veluti quadam larva, pudore scilicet mœroris faciem obtegens. Si subdolo et malevolo animo a me hoc factum est, non me magis mœror iste tuus quam veritas ipsa lædet: si autem simplici animo et pro ea, qua soleo, benevolentia, non animi tui affectum, sed peccata mea accusabo. Quanquam satius fuerat, his incommodis mederi, quam iis, qui consilium afferebant, succensere. Sed tu quid

D

(80) *Μεγάλην ζημίαν.* Ita cod. Pass. Edit. μεγάλη ζημία. Mox, δι' ἑνὸς ἀνδρός, Bill., *ob unius hominis ejectionem.*

(81) *Καὶ παίζουσαν.* Harl. καὶ πάλαι παίζουσαν, *et jampridem eos ludificantem.*

(82) *Πέρα τοῦ μετρίου σχεδόν.* Ita cod. 2022. In edit. μέτρου, et σχεδόν deest.

(83) *Ἂν εἴη νῦν.* Deest νῦν in cod. Pass.

(84) *Νῦν* deest in eodem cod. Mox, ὁ πάντων. Ita cod. In edit. ὁ deest. Pro ὁ πάντων habet Harl. ἁπάντων, et Pass. ὅποτε.

(85) *Πάντων ἂν εἴην.* Pass. πάντως ἂν εἴην.

(86) Alias XXVII. Scripta eodem tempore.

(87) *Ἄλλος μὲν ἄν τις.* Combef. ἄλλος μέν τις, et pro ὑπείδετο, vellent nonnulli ὑπεῖδε, *quod alius suspicari potuit.*

(88) *Ἐλύπησέ σε τά.* Deest σε in cod. Pass. Mox, οὐκ ὀρθῶς, οὐδὲ δικαίως. Bill. *idque immerito sane et inique*, qui non reddit ἀλλὰ καὶ λίαν περιττῶς. Combef. *non recte, nec justa aliqua causa, sed et valde superflue, et quasi ultro a te quæsita occasione.*

(89) *Οὐκ ἐκρυψας.* Ita Harl. Deerat οὐκ in edit.

(90) *Τὰ αὐτά.* Cod. Harl. τοσαῦτα. In cod. Pass. τὰ αὐτὰ desunt.

(91) *Προθύμως ἔχειν.* Montac. et Morel. proponunt προθύμως ἕξεις, *habebis.* Nihil mutandum putat Combef., redditque: *habeas me prompto animo adfuturum.* Bill. non vertit προθύμως.

Digitized by Google

tibi faciendum sit, ipse videris, quippe qui allis **54** quoque eadem suadere facile potes. Hoc autem habeto me, Deo juvante, et tibi alacriter adfuturum, simulque dimicaturum, virilemque operam impensurum esse. Quis enim recuset, imo quis non

παρεσόμενον, καὶ συναγωνιούμενον, καὶ τὰ δυνατὰ συνεισοίσοντα. Τίς γὰρ ἂν ἀναδύσεται (92); τίς δὲ οὐ θαρρήσει ὑπὸ σοῦ, καὶ μετὰ σοῦ, περὶ τῆς ἀληθείας λέγων καὶ (93) ἀγωνιζόμενος;

magno et fidenti animo futurus sit, te duce ac socio de veritate disputans atque contendens?

LX. EIDEM.

Ξ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (94).

Promiserat Gregorius Basilio se adfuturum, et eo duce ac socio dimicaturum. Verumtamen quominus promissa exsequeretur, mater, quæ morbo laborabat, impedimento fuit. Bollandistæ ad annum 364 referunt hunc epistolam; aut etiam Papebrochius ad annum sequentem; Tillemontius, ad annum 371 desinentem. Tanti res non est, ut de ea certandum sit. Quam quisque voluerit, opinionem amplectatur, per nos licet.

Ut expleatur quod jubes, partim in nobis situm est, partim autem, et quidem potissimum, ut opinor, in tua pietate. In nobis quidem, cupiditas animique promptitudo : nam nec alias unquam congressum tuum defugimus, verum eum semper B consectamur : et nunc eum cupidius appetimus. In tua autem sanctitate, ut res nostræ melius constituantur. Assidemus enim dominæ matri, gravi jampridem morbo laboranti. Quam si non dubio et ancipiti statu relicturi sumus, tua præsentia, mihi crede, haudquaquam carebimus. Illud modo tibi curæ sit, ut precibus tuis ipsi quidem ad sanitatem, nobis autem ad iter opem feras.

Τοῦ πληρωθῆναί σοι ἐπίταγμα, τὸ μεν τί ἐστιν ἐφ' ἡμῖν· τὸ δέ γε, καὶ οἶμαι τὸ πλέον, ἐπὶ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ. Ἐφ' ἡμῖν μέν, τὸ τῆς ὁρμῆς καὶ τῆς προθυμίας (95)· οὔτε γὰρ ἄλλοτέ ποτε τὴν σὴν συντυχίαν ἐφύγομεν, ἀλλ' ἀεὶ (96) ταύτην διώκομεν, καὶ νῦν ταύτην πλέον ποθοῦμεν. Ἐπὶ δὲ τῇ σῇ ὁσιότητι, τὸ διορθωθῆναι (97) τὰ ἡμέτερα. Προσεδρεύομεν γὰρ τῇ κυρίᾳ, τῇ μητρὶ, πολὺν ἤδη καμούσῃ χρόνον ἐξ ἀῤῥωστίας. Καὶ εἰ μὴ μέλλοιμεν ἀμφιβόλως αὐτὴν καταλείψειν, οὐ ζημιωθησόμεθα, εὖ ἴσθι (98), τὴν παρουσίαν. Μόνον ταῖς εὐχαῖς, τῇ μὲν πρὸς τὴν ὑγείαν, ἡμῖν δὲ πρὸς τὴν ὁδὸν ἐπικούρησον.

LXI. AERIO ET ALYPIO

ΞΑ'. ΑΕΡΙΩ ΚΑΙ ΑΛΥΠΙΩ (99).

Ad annum 372 vel 373, atque etiam paulo tardius referri potest epistola ad Aerium et Alypium. Quamvis enim quo anno scripta sit asseveranter pronuntiare non liceat, certum tamen eo tempore scriptam, quo una cum patre Nazianzenam Gregorius Ecclesiam administrabat. Etenim hujus Ecclesiæ jura pastoris auctoritate hic defendit. Aerium et Alypium admonet atque hortatur, ut matris extremæ voluntati obsequentes, eam pecuniam, quam in pauperum alimoniam Ecclesiæ reliquerat, exsolvant. Paruisse monitori videtur Alypius, si is ille est, qui, postea Cappadociæ præfectus, communis philosophorum patronus, ac pupillorum curator, *a Gregorio meruit appellari.*

Quemadmodum aream et torcularis primitias, et C filiorum, eos qui vere filios amant, Deo consecrare justum ac pium est, quoniam ab ipso, et nos ipsi, et nostra omnia sunt : ita novæ hæreditatis, ut pars prompte et libenter oblata, majori parti securitatem conciliet. Quocirca ne committite, ut post omnes alios benigni nobis sitis : verum ante omnes Deo benignos vos præbete, per quem etiam omnibus; atque abjectis externis legibus, nostris servite, hoc videlicet a vobis ipsis offerentes, nempe animi promptitudinem et alacritatem. Nam ea quidem, quæ testamento **55** relicta sunt, ab aliis, alacritatem autem a vobis habebimus, quibus Deus multo plura, quam ea, quæ nunc daturi estis, rependere potest, non solum in hac fluxa et caduca vita, sed etiam in stabili et æterna; quem unum D spectare tutum est, in eoque spes omnes nostras defixas habere. Proinde, ut Deus talem erga vos

Ὥσπερ ἀπαρχὰς ἁλῶνός τε καὶ ληνοῦ, καὶ τέκνων, τοὺς ἀληθῶς φιλοτέκνους ἀνατιθέναι Θεῷ δίκαιόν τε καὶ ὅσιον, ὅτι παρ' αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ τὰ ἡμέτερα· οὕτω καὶ νέας (1) κληρονομίας, ἵνα τὸ μέρος δοθὲν προθύμως, παράσχῃ τῷ πλείονι τὴν ἀσφάλειαν. Μὴ τοίνυν ἀναμείνατε μετὰ πάντας ἡμῖν γενέσθαι χρηστοὶ, ἀλλὰ πρὸ πάντων Θεῷ, δι' ὃν καὶ πᾶσι· καὶ τοὺς ἔξω ῥίψαντες νόμους, τοῖς ἡμετέροις δουλεύσατε, τοῦτο παρ' ὑμῶν αὐτῶν καρποφοροῦντες, τὴν προθυμίαν. Τὰ μὲν γὰρ καταλειφθέντα (2) παρ' ἄλλων, τὸ δὲ πρόθυμον παρ' ὑμῶν ἔξομεν, οἷς δυνατὸς ὁ Θεὸς ἀντιδοῦναι πολυπλάσια, ὧν νῦν ἐπιδώσετε, οὐ μόνον ἐν τῷ προσκαίρῳ τούτῳ βίῳ καὶ ῥέοντι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ αἰωνίῳ καὶ μένοντι· πρὸς ὃν μόνον ὁρᾷν ἀσφαλὲς, καὶ εἰς ὃν πάσας τείνειν ἡμῶν τὰς ἐλπίδας. Ὡς οὖν τοιοῦτον ταξομένου (3) τοῦ Θεοῦ περὶ ὑμᾶς, οἷοί περ ἂν αὐτοὶ γένησθε τοῖς πτωχοῖς, μὴ μικροψύχως (4), μηδὲ μικρολόγως, ἀλλὰ καὶ

(92) *Ἀναδύσεται.* Ita Reg. 2022 et Pass. Edit. ἂν ἀδυνήσεται.

(93) *Καὶ* deest in edit.

(94) Alias IV. Scripta eodem tempore.

(95) *Τὸ τῆς ὁρμῆς καὶ τῆς προθυμίας.* Combef., *voluntas animi et alacritas.*

(96) *Ἐφύγομεν, ἀλλ' del.* Cod. Pass. ἐφύγομεν· τί μὲν οὖν τοσοῦτον μεταδιώκομεν; *imo utquid tanto studio inquirimus?*

(97) *Τὸ διορθωθῆναι.* In cod. Pass. τό deest. Paulo infra, idem cod. πολὺν ἤδη καμνούσῃ.

(98) *Εὖ ἴσθι* desunt in cod. Pass.

(99) Alias LXXX. Scripta anno 372 vel 373.

(1) *Νέας.* Subauditur ἀπαρχὰς ἀνατιθέναι Θεῷ δίκαιον.

(2) *Καταλειφθέντα,* id est, *non vestro beneficio, sed vestræ matris, legatam pecuniam accipimus.*

(3) *Τοιοῦτον ταξομένου.* Cod. Reg. et Combef. τοιοῦτον τευξόμενοι. Paulo infra, pro γένησθε, cod. Reg. γενήσεσθε.

(4) *Μὴ μικροψύχως.* Bill. *nequaquam maligne et sordide.*

Digitized by Google

λίαν φιλοτίμως τε καὶ προθύμως, πληρώσατε τῇ κατοιχομένῃ τὴν βούλησιν, ἣν παρεῖναί τε ὑμῖν νομίσαντες, καὶ ὁρᾷν τὰ γινόμενα, διὰ τῆς ἐπιδόσεως ἀναπαύσατε, ἵνα μὴ τὰ χρήματα μόνον ἔχητε παρ' αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν στηρίζουσαν οἴκους τέκνων μητρὸς εὐλογίαν (5) πορίσησθε· τοῦτο ἐνθυμηθέντες, ὅτι βελτίων μικρὰ μερὶς (6) μετὰ δικαιοσύνης, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἢ πλατυτέρα μετὰ μικρολογίας (ἵνα μὴ λέγω τι βλάσφημον), καὶ ὅτι πολλοὶ καὶ ὅλων οἴκων ἐκποιουμένων (7) εἰς ἐκκλησίας ἠνέσχοντο, οἱ δὲ καὶ παρ' ἑαυτῶν πᾶσαν προήκαντο (8) τὴν περιουσίαν, καὶ τὴν καλλίστην ἐπραγματεύσαντο πραγματείαν, γενέσθαι διὰ τὸν ἐκεῖ πλοῦτον πένητες. Μὴ τοίνυν σπείρητε φειδομένως, ἵνα πλουσίως θερίσητε (9), ἀλλ' ἀγαθὸν κλῆρον καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ τοῖς φιλτάτοις ὑμῶν τοῦτον χαρίσασθε, μηδὲν ὑφελόντες τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ πάντα μεθ' ἡδονῆς καὶ φαιδρότητος ἐπιδόντες ἡμῖν, ἢ ἀποδόντες (10) ὡς οἰκεῖα τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς τοῦτο μόνον κερδανοῦντες, ὅ τι ἂν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀναλώσητε. Τί γὰρ δεῖ θησαυρίζειν λησταῖς (11) καὶ κλέπταις, καὶ καιρῶν μεταβολαῖς, ἄλλοτε εἰς ἄλλους μετατιθέντων καὶ ῥιπτίζόντων τὴν ἄστατον εὐπορίαν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὰς ἀσφαλεῖς ἀποθήκας ἀποτίθεσθαι, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἰσχυροτέρας; Τὸ μὲν οὖν εὐτελὲς (12) περὶ ἄλλα καὶ ἄλλοις δείξατε (καὶ γὰρ εὔχομαι δυνατοὺς ὑμᾶς εἶναι μετὰ χρηστότητος), ἡμῖν δὲ ἀγωνίσασθε τὸν καλὸν ἀγῶνα, ὅστις νικήσει τὸν ἄλλον εὐλαβείᾳ, καὶ ταῖς ὀφειλομέναις εὐλογίαις ἐκ Θεοῦ (13) τοῖς εὐγνώμοσι. Πείσατε οὖν ἡμᾶς ὅτι χριστιανίζετε γνησίως, μᾶλλον δὲ ἀπὸ καλῆς ἀρξάμενοι ἀρχῆς, καὶ οὕτως εὐσεβοῦς καὶ δικαίας, ἐντεῦθεν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὁμονοήσατε· ὡς ἂν ὑμεῖς τε ἀλλήλοις, καὶ ἡμεῖς ὑμῖν ἐπευφραινοίμεθα (14), τά τε ἄλλα καὶ δεξιὸν ὑπόδειγμα γενομένοις (15) πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆς περὶ ταῦτα εὐγνωμοσύνης.

A se præbiturus est, quales vos erga pauperes, nequaquam illiberabiliter et sordide, sed admodum liberali et alacri animo demortuæ voluntatem perficite, quam et vobis adesse, et ea, quæ fiunt, intueri existimantes, per largitionem vestram recreate. Ita fiet, ut ab ea, non modo pecunias habeatis, sed maternam etiam benedictionem, filiorum domos fulcientem [17], consequamini : atque hoc vobiscum cogitate, meliorem esse partem exiguam cum justitia, ut Scriptura loquitur, quam latiorem et uberiorem cum sordida parcitate [18] (ne quid male ominosum dicam) ; illudque præterea, complures exstitisse, qui totas etiam domos in ecclesiarum sumptus alienari passi sint : non etiam defuisse, qui sua sponte facultates omnes B suas profuderint, ac pulcherrimum quæstum fecerint, hoc est propter futuræ vitæ opes inopiam amplexi sint. Ne igitur parce seratis, ut copiose metatis [19] ; verum bonam cum vobis ipsis, tum charissimis vestris hæreditatem hanc elargimini, nihilque ex iis subtrahentes, quæ testamento perscripta sunt, verum omnia læto atque hilari animo nobis tribuentes, imo vero reddentes, ut quæ proprie Dei sint, ac velut hoc solum lucraturi, quod pro animarum vestrarum salute impenderitis. Quid enim prædonibus et furibus thesaurizare opus est [20], temporumque mutationibus incertas et fragiles opes ad alios aliosque subinde transferentibus atque agitantibus, ac non potius in tuta horrea, et firmiora, quam ut ullis insidiis appeti C possint ? Ac parcimoniam quidem circa alia et aliis ostendite (opto enim vos cum benignitate potentes esse), apud nos autem bonum certamen certate, hoc est, uter alterum 56 pietate superet, ac benedictionibus iis, quæ probis viris ex Deo debentur. Fidem itaque nobis facite, vos vere et sincere Christianam fidem colere ac profiteri; quin potius a bono principio exorsi, tamque pio et justo, hinc in aliis quoque rebus concordes estote : ut et vos ipsi mutuo, et nos vobis oblectemur, cum ob alia, tum quod universæ Ecclesiæ probitatis in hujusmodi rebus atque candoris exemplum fueritis.

[17] Eccli. III, 11. [18] Prov. XVI, 8. [19] II Cor. IX, 6. [20] Matth. VI, 19, 20.

(5) *Στηρίζουσαν οἴκους τέκνων μητρὸς εὐλογίαν.* Alludit ad illud Eccli. III, 11, *Benedictio patris firmat domos filiorum, et maledictio matris eradicat fundamenta.* Hic autem vitiose legitur in edit. μητρὶ pro μητρός.

(6) *Βελτίων μικρὰ μερὶς.* Legitur in Prov. XVI, 8 : *Melius est parum cum justitia quam multi fructus cum iniquitate.* Hunc locum suæ aptat sententiæ Gregorius. Bill. autem μετὰ μικρολογίας vertit : *cum sordibus.*

(7) *Οἴκων ἐκποιουμένων.* Ita cod. Reg. In edit. ἐμποιουμένων, vertitque Bill. : *Qui totas etiam domos ecclesiis addici passi sint.* Rectius forte, *qui etium totas domos quasi inseri et incorporari ecclesiis sustinebant.*

(8) *Προήκαντο.* Ita cod. Reg. In edit. προσήγοντο, *obtulerint.* Mox, οὐσίαν pro περιουσίαν.

(9) *Ἵνα πλουσίως θερίσητε.* Mendose in edit. θερήσητε. Alludit Gregorius ad illud Apostol. II Cor. IX, 6 : *Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.*

(10) *Ἐπιδόντες ἡμῖν ἢ ἀποδόντες.* In edit. deest ἡμῖν. Combef. ἀποδόντες ἡμῖν καὶ ἐπιδόντες, *cuncta nobis reddentes ac elargientes.* Mox, τά forte delendum.

(11) *Τί γὰρ δεῖ θησαυρίζειν λησταῖς*, etc. Notum est illud Evangelii Matth. VI, 19, 20 : *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, ubi fures non effodiunt, nec furantur.* D

(12) *Τὸ μὲν εὐτελές.* Vertit Bill. *frugalitatem.* Duo codd. Reg. τὸ μὲν ἐντελές. Sicque Combef. qui vertit, *Circa alia et aliis, quod rigoris est et severitatis ostendite;* ut et epist. LXXVII, φιλανθρώπους φανῆναι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς, quod Bill. reddit, *Benignos potius quam severos nos præbeamus.*

(13) *Ἐκ Θεοῦ, ex Deo*, Dei scilicet indulgentia ac liberalitate, non *a Deo* quasi debitore.

(14) *Ἐπευφραινοίμεθα.* Cod. ἐπευφραινώμεθα.

(15) *Ὑπόδειγμα γενομένοις.* Cod. Reg. et Combef. ὑπόδειγμα νενόμενοι.

Digitized by Google

LXII. AMPHILOCHIO.

ΞΒ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (16).

Jam ab anno 373 Eustathius Sebastensis bellum tam aperte moverat, ut nulla petendæ pacis spes affulgeret. Petiit tamen veterator ille, Basilii amicitia indignissimus, pacis sequestrem Amphilochium, qui postea Iconiensis episcopus fuit; nondum enim erat, ait Tillemontius. Amphilochius Theologum datis ad eum litteris adhibere voluit. Cui Gregorius respondit epistola LXII, *id quod petebat,* Christianum *esse; verum* Armenium, *quo nomine appellat Eustathium, plane indignum esse. Hinc recte conjicias ante scriptam esse epistolam, quam Eustathii fraudes et prava dogmata, ab omnibus demum agnita infamem bonis omnibus effecissent.*

Non barbaricum est inimitabilis tuæ probitatis edictum, sed Græcum, imo Christianum. At Armenius de quo gloriaris, barbarus plane est, ac longe a nostra laude et gloriatione remotus.

Οὐ βάρβαρον τὸ ἐπίταγμα τῆς ἀμιμήτου σου καλοκἀγαθίας, ἀλλ' Ἑλληνικὸν, μᾶλλον δὲ Χριστιανικόν (17). Ὁ δὲ Ἀρμένιος, ἐφ' ᾧ πάνυ φιλοτιμῇ (18), βάρβαρος ἄντικρυς, καὶ πόρρωθεν τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας (19).

LXIII. AMPHILOCHIO.

ΞΓ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (20).

Amphilochius, ad quem scripta est hæc epistola, non ille est, qui Ecclesiæ Iconiensis creatus fuit episcopus; sanctissimus enim præsul nec uxorem unquam duxit, nec filios habuit, quod utrumque tribuunt hæ litteræ Amphilochio, ad quem datæ sunt. Itaque conjicias rectissime Theologum litteras ad cognominem Iconiensis episcopi patrem Amphilochium scripsisse, ut eum de assumpto ad episcopatum filio mœstum solaretur, quanquam et ipse eodem prorsus tempore, mortuo proprio parente, consolatione Gregorius indigeret. Litteras autem illas non tam ad Amphilochii patris consolationem, quam ad sui ipsius defensionem scripsit Gregorius; et jurgatrices potius quam consolatoriæ videri possint. Acriter enim objurgat Gregorius Amphilochium, qui filium suum proditum fuisse querebatur, patris querelas refellit et iniquas esse ostendit. De tempore quo scripta est hæc epistola, nulla potest esse difficultas, quandoquidem scripta est anno, quo Amphilochius Iconiensi Ecclesiæ præfectus fuit, et quo Nazianzena Ecclesia pastore suo, Gregorii Theologi patre, defecta est: adeoque scriptam esse anno 374 constat.

Doles? Ego vero in deliciis sum omnino. Lacrymas fundis? Ego vero, ut cernis, festum diem ago, ac rebus præsentibus glorior, meque effero. An te quidem filius in mœrorem conjicit, quod ob virtutem arripiatur, et honore afficiatur; atque in calamitatis loco ponis, nisi tibi præsto sit, tuamque senectutem curet, ac pro suo more, ea quæ muneri suo consentanea sint, præstet? Me autem non discruciat pater, qui extremam a nobis peregrinationem iniit, ex qua non jam ad nos revertetur, nec a nobis conspicietur: non te tamen accusamus, nec debitam consolationem efflagitamus; quod scilicet illud sit nobis exploratum, propria mala malis alienis animum adjiciendi spatium non **57** præbere: neque enim ullus est adeo amicitiæ studiosus, et philosophus, ut supra animi perturbationes positus sit, aliumque consolari tentet, cum ipse consolatione indigeat. Tu contra plagam plagæ injicis, dum nos accusas, ut audio, atque filium tuum, fratrem vero nostrum, a nobis neglectum, aut etiam, quod longe gravius est, proditum fuisse existimas; nosque detrimentum minime agnoscere, quod omnes quidem et amici et

Ἀλγεῖς; ἐγὼ δὲ τρυφῶ δηλονότι. Δακρύεις; ἐγὼ δὲ, ὡς ὁρᾷς, πανηγυρίζω, καὶ τοῖς παροῦσι καλλωπίζομαι. Ἢ σὲ μὲν υἱὸς λυπεῖ δι' ἀρετὴν ἁρπαζόμενος, καὶ τιμώμενος, καὶ δεινὸν εἰ μὴ παρέσται σοι καὶ γηρωκομήσει (21), καὶ τὰ εἰκότα θεραπεύσει κατὰ τὸ σύνηθες; ἐμὲ δὲ (22) οὐκ ἀνιᾷ πατὴρ τὴν τελευταίαν ἐκδημίαν (23) ἀφ' ἡμῶν ἐκδημήσας, ἐξ ἧς οὐκέτι πρὸς ἡμᾶς ἀναλύσει, οὐδὲ παρ' ἡμῶν ὀφθήσεται. Εἶτα ἡμεῖς μὲν, οὐδὲν ἐγκαλοῦμεν, οὐδὲ τὴν ὀφειλομένην ἀπαιτοῦμεν παραμυθίαν, εἰδότες ὅτι τὰ ἴδια κακὰ καιρὸν οὐ δίδωσι τοῖς ἀλλοτρίοις σχολάζειν· οὐδὲ γὰρ οὕτω τίς ἐστι φιλικὸς καὶ φιλόσοφος, ὥστε ὑπεράνω τῶν παθῶν εἶναι, καὶ παρακαλεῖν ἄλλον, αὐτὸς δεόμενος παρακλήσεως. Σὺ δὲ τῇ πληγῇ πληγὴν ἐπιβάλλεις, αἰτιώμενος ἡμᾶς, ὡς πυνθάνομαι, καὶ νομίζων ἀμελεῖσθαι τὸν σὸν υἱὸν, ἡμέτερον δὲ ἀδελφὸν, ἢ καὶ προδεδόσθαι παρ' ἡμῶν, ὃ βαρύτερον· ἀλλὰ μὴ τῆς ζημίας ἡμᾶς ἐπαισθάνεσθαι (24), ἣν ἐζημίωνται πάντες μὲν καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς, ἐγὼ δὲ πάντων μᾶλλον, ὁ καὶ τὰς (25) ἐλπίδας τῆς ζωῆς ἐν ἐκείνῳ θέμενος (26), καὶ μόνον μὲν ἔρεισμα, μόνον δὲ σύμβουλον ἀγαθὸν, μόνον δὲ κοινωνὸν εὐσεβείας ὑπολαμβάνων. Καίτοι τίσι τοῦτο εἰκάζεις; Εἰ μὲν τοῖς

(16) Alias CLXII. Scripta anno 373 vel 374. — *Ἀμφιλοχίῳ.* Montac., Morel. ac Combef. Διοκλεῖ.

(17) *Χριστιανικόν.* Cod. Reg. et Combef. Χριστιανόν.

(18) *Φιλοτιμῇ.* Montac. et Combef. φιλοτιμεῖσθε.

(19) *Φιλοτιμίας.* Cod. Reg. φιλοσοφίας. Sic etiam Montac. et Morel. Id. cod. addit: διὸ καὶ ὡς μικρολόγως ἤκει ἡμῖν τὰ χρυσολάχανα παρ' ὑμῶν· καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ χρυσολάχανα. *Atque id causæ est cur nimium parce nobis venerint aurea olera ex vobis, et quæ alia quam aurea olera.* Vide supra epist. XXVI, alias XIII.

(20) Alias CLXI. Scripta anno 374.

(21) *Γηρωκομήσει.* Ita Reg. duo. Edit. γηροκομήσει.

(22) *Ἐμὲ δέ.* Ita codd. duo Reg., Par., Bill. ac Combef. In edit. deest δέ.

(23) *Τελευταίαν ἐκδημίαν.* Ita iid. codd., Montac., Morel. ac Combef. Sicque legit Bill. In edit. deest ἐκδημίαν.

(24) *Ἡμᾶς ἐπαισθάνεσθαι.* Ita codd. Reg. duo ac Combef. In edit. deest ἡμᾶς. Paulo superius, βαρύτερον, sic duo Reg. Edit. βαρύτατον.

(25) *Πάντες μὲν καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς, ἐγὼ δὲ καὶ πάντων μᾶλλον, ὁ καὶ τάς.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. μὲν πάντες φίλοι καὶ συγγενεῖς, ἐγὼ δὲ πάντων μᾶλλον, ὁ τάς, etc.

(26) *Ἐν ἐκείνῳ θέμενος.* Unus cod. ἐν ἐκείνῳ τιθέμενος.

Digitized by Google

πρώτοις, ἐνθυμήθητι (27) ὅτι καὶ διέδην μέχρις ὑμῶν ἐξεπίτηδες, τῇ φήμῃ τεταραγμένος, καὶ κοινωνῆσαι γνώμης ὑμῖν πρόθυμος ἐγενόμην, ἡνίκα καιρὸς ἦν ἔτι περὶ τούτων βουλεύεσθαι· καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ταύτην (28) ἡμῖν ἐκοινωνήσατε, εἴτε ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀπορίας, εἴτ' οὐκ οἶδ' ὅ τι βουληθέντες. Εἰ δὲ τοῖς τελευταίοις, μάλιστα μὲν οὐκ εἶα τὸ πάθος πάλιν ὑμῖν ἐντυχεῖν, καὶ ἡ τῷ πατρὶ χρεωστουμένη τιμὴ καὶ ὁσία, ἧς οὐδὲν ἐδυνάμην ποιήσασθαι προτιμότερον, καὶ ταῦτα ὑπογυίου τοῦ πάθους ὄντος, ἡνίκα οὐκ ἀσεβὲς μόνον (29), ἀλλ' οὐδὲ ὅλως (30) εὐπρεπὲς. ἔξω τοῦ καιροῦ φιλοσοφεῖν, καὶ ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον· ἔπειτα καὶ προκατειλῆφθαι ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐνομίσαμεν, πέρας δὲ ἤδη (31) τῶν κατ' αὐτὸν ἐχόντων, ὁποῖον ἐδόκει τῷ ἄγοντι τὰ ἡμέτερα. Ταῦτα μὲν (32) δὴ τοιαῦτα. Νῦν δὲ καὶ τὴν λύπην ἄνες ἡμῖν πάντων οὖσαν ἀλογωτάτην, ὡς ἐμαυτὸν πείθω· καὶ εἴ τί σοι πλέον δοκεῖ, παράστησον, ἵνα μὴ καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ μέρει καὶ σεαυτὸν λυπῇς, καὶ πρᾶγμα πάσχῃς σφόδρα τῆς σῆς εὐγενείας ἀνάξιον, ἀντ' ἄλλων ἡμᾶς αἰτιώμενος, τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλ' εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, τὰ ἴσα τυραννηθέντας ὑπὸ τῶν κοινῶν φίλων, καὶ οὓς μόνους εὐεργέτας ἐνόμιζες.

A cognati acceperunt, atque ego præ cæteris, qui etiam vitæ spes in eo defixeram, eumque solum subsidium, solum consiliarium probum, solum pietatis socium mihi esse ducebam. At vero, quibusnam rebus in hanc conjecturam adduceris? Si primis, in mentem tibi veniat, me, hoc rumore perturbatum, dedita opera ad vos usque perrexisse, atque ut in consilii sententiæque societatem vobiscum venirem prompto et parato animo fuisse, cum de his rebus deliberandi tempus adhuc erat: vosque de omnibus potius aliis rebus, quam de hac, ad me retulisse, sive quod eadem animi anxietate consiliique inopia laboraretis, sive nescio qua alia causa ducti. Si postremis, maxime quidem haud sinebat luctus, in quo eram, ut vos rursum B convenirem, ac debitus patri honor, et exsequiæ, quibus nihil antiquius habere potui, præsertim recenti adhuc calamitate, quo tempore non modo impium, sed omnino etiam indecorum est, intempestive philosophari, supraque humanam imbecillitatem. Deinde rebus ipsis nos præventos atque occupatos esse judicavimus, quippe cum ipsius res eum jam finem haberent, qualem ei visum fuisset, qui res nostras moderatur. Ac de his satis a nobis dictum sit. Nunc autem et mœrorem animique offensionem iniquissimam prorsus, ut mihi persuadeo, atque a ratione alienissimam, nobis remitte: et si quid tibi amplius videtur, declara, ne tu nos quoque vicissim ac teipsum mœrore afficias, remque facias nobilitate tua perquam indignam, aliorum loco nos accusans, a quibus nil læsus es, verum, si vere loquendum est, eamdem vim a communibus amicis, quosque tu solos de te bene meritos existimabas, perpessos.

ΞΔ'. ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ (33).

58 LXIV. EUSEBIO SAMOSATENSI EPISCOPO.

Anno 374 Eusebius Samosatensis, summis de Ecclesia meritis clarus, in Thraciam a Valente relegatus est; quo cum pergeret sanctissimus confessor, per Cappadociam transiit, ejusque complexu potitus est Basilius (34). Sed Gregorio Nazianzeno eadem felicitas non obtigit; quippe qui ita ægrotabat, ut ne quidem ex ædibus prospicere posset. *Cum igitur per morbum ipsi non licuisset videre sanctum Eusebium, postquam ad locum exsilii pervenit, has ad eum scripsit litteras, quibus significavit dolorem, ac rogavit, ut, quod ex ejus congressu ad animæ salutem consequi non potuerat, id sibi precibus ad Deum obtineret. Neque enim viri tot persecutionibus pro Evangelio probati minus prodesse ad Deum preces, quam alicujus ex sanctis martyribus patrocinium, sibi persuadebat Theologus. Hæc autem epistola post Pascha anni 374 scripta est.*

Ὅτε παρῆει σου ἡ θεοσέβεια διὰ τῆς πατρίδος ἡμῶν, οὔτε δωματίου (35) προκύψαι οἷός τε ἦμην, ἐν ἐσχάτῃ ἀῤῥωστίᾳ διάγων. Ἐλύπει δέ με οὐ τοσοῦτον ἡ νόσος τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων φόβον ἐπεγείρουσα (36), ἀλλ' ὅτι τῆς ἱερᾶς σου καὶ ἀγαθῆς συντυχίας ἀπεστερούμην. Τοσαύτην ἔχω περὶ τὸ ἰδεῖν σου τὸ τίμιον πρόσωπον ἐπιθυμίαν, ὅσην εἰκὸς ἦν (37) τὸν χρῄζοντα μὲν θεραπείας τῶν ψυχικῶν τραυμάτων, ταύτην δὲ παρὰ τῆς σῆς τελειότητος ἕξειν ἐλπίζοντα. Ἀλλ' εἰ καὶ τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἐμῶν γέ-

C Quo tempore pietas tua per patriam nostram transibat, adeo gravi morbo laborabam, ut ne e cubiculo quidem prospicere possem. Me porro non tam morbus, quamvis alioqui periculosissimus, excruciabat, quam quod fausto et sacrosancto tuo congressu privabar. Tanta quippe vultus istius honorabilis videndi cupiditate teneor, quanta eum teneri par est, qui spiritalium vulnerum curatione indiget, eamque a præstantia tua se consecuturum sperat. Etsi autem hoc peccatis meis ascribendum

(27) *Ἐνθυμήθητι.* Ita Par., et sic reddit Bill. Edit. εὐθυμήθητι.

(28) *Ταύτην.* Ita legit Combef. Edit. ταύτης.

(29) *Οὐκ ἀσεβὲς μόνον.* Malim οὐ μόνον οὐκ εὐσεβές, *non modo non pium, sed etiam prorsus indecorum.*

(30) *Οὐδὲ ὅλως.* Ita cod. Reg et Combef. In edit. οὐδὲ ἄλλως, quod Bill., *sed alioqui indecorum.*

(31) *Πέρας ἤδη.* Ita codd. nostri et Combef. In edit. πέρας δὲ ἤδη.

(32) *Ταῦτα μέν.* Ita iidem. In edit. τὰ μέν.

(33) Alias XXVIII. Scripta anno 374. — *Εὐσεβίῳ.* Hic Eusebius orthodoxæ fidei causa a Valente

Ecclesia pulsus, et in Thraciam deportatus, mortuo Valente ab exsilio reversus, Dolichæ ab Ariana quadam muliercula, tegulæ ictu necatus est, vindictaque amicis interdixit, quemadmodum testatur Theodoretus lib. v, cap. 4, et Nicephorus lib. xii, cap. 5.

(34) Theodor. *Hist.* lib. iv, cap. 13.

D (35) *Οὔτε δωματίου.* Codd. Reg., Pass. et Combef. οὔτε τοῦ δωματίου.

(36) *Τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων φόβον ἐπάγουσα, quamvis alioqui horæ novissimæ metum incutiens.*

(37) *Εἰκὸς ἦν.* Ita codd. Reg., Pass. et Combef. In edit. εἰκὸς ἔχειν.

Digitized by Google

est, quod tunc tecum congredi non licuit : potest tamen nunc quoque bonitas tua molestiis meis nonnihil medicinæ afferre. Nam si mei quoque memoriam in Deo acceptissimis tuis precibus habere digneris, id utique mihi omnis divinæ benedictionis viaticum futurum est, tum in hac vita mea, tum in futuro ævo. Tantum enim virum tot ærumnas pro Evangelii fide perferentem, tantisque persecutionibus vexatum, tantam denique sibi ipsi apud justissimum Deum libertatem per calamitatum perpessionem comparantem, hunc, inquam, patronum quoque nostrum per orationes fieri dignari, tantam vim habere mihi persuadeo, quantum si vel a quodam sanctorum martyrum id mihi impenderetur. Quocirca te obsecro, ut in iis Gregorii tui assidue sis memor, in quibus me dignum memoria tua esse summopere opto.

A γονεν ἔργον τὸ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον διαμαρτεῖν με τῆς σῆς συντυχίας, νῦν διὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἔστι δυνατὸν γενέσθαι μοί τινα τῶν λυπηρῶν ἐπανόρθωσιν. Εἰ γὰρ καταξιώσειας κἀμοῦ μνήμην ποιεῖσθαι ἐν ταῖς εὐπροσδέκτοις σου προσευχαῖς, πάσης ἔσται μοι τοῦτο τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογίας ἐφόδιον, καὶ ἐν ταύτῃ μου τῇ ζωῇ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι. Τὸ γὰρ ἄνδρα τοσοῦτον, οὕτως ἐναθλοῦντα τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ τηλικούτους διωγμοὺς ὑπομείναντα, καὶ τοσαύτην ἑαυτῷ παῤῥησίαν ἐπὶ τοῦ δικαιοτάτου (38) Θεοῦ ἑτοιμάζοντα διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς, τοῦτον καὶ ἡμῶν καταξιοῦν γενέσθαι προστάτην διὰ τῶν προσευχῶν, πέπεισμαι, ὅτι τοσαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὅση ἂν ἦν μοι, καὶ εἰ παρά τινος τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐγένετο. Ὥστε παρακλήθητι ἀπαραλήπτως μεμνῆσθαι τοῦ σοῦ Γρηγορίου, ἐν οἷς εὔχομαι εἶναί σου τῆς μνήμης ἄξιος (39).

B

LXV. EIDEM.

ΞΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (40).

Rescripsit Eusebius Gregorio, eumque de rebus suis certiorem fecit. Quare cum Eupraxius paulo post per Cappadociam transiens ad Eusebium se transferret, Gregorius hanc scribendi et gratias agendi occasionem non prætermisit. Hæc epistola, quæ CLXVI, *alias* XXV, *inter Basilianas exstat, et alias* XXX *inter Gregorianas, non Basilio, sed Gregorio est adjudicanda. Quod ipse fatetur novissimæ editionis Basilii epistolarum auctor.*

Quanquam mihi semper charus fuit, atque inter sinceros amicos, venerabilis frater **59** noster Eupraxius, charior visus est et sincerior ob animi affectum erga te suum : quippe qui nunc quoque ad tuam pietatem properavit, ut cum Davide loquar [21], tanquam cervus multam et intolerabilem sitim dulci limpidaque aqua refrigeraturus per ærumnarum tolerantiam : cujus ac nostri patronus esse velis. Ac beatus qui consuetudine tua et congressu dignus habitus fuerit : beatior autem, qui calamitatibus pro Christo susceptis, laboribusque pro veritate exhaustis, talem coronidem imposuisti, qualem non multi pii viri Deique metu præditi consecuti sunt. Non enim inexploratam virtutem ostendisti, nec tranquillo solum tempore recte na-

C

Τὰ πάντα τίμιος ὢν ἡμῖν, καὶ τῶν φίλων ἐν τοῖς γνησίοις, ὁ αἰδεσιμώτατος ἀδελφὸς ἡμῶν Εὐπράξιος, τιμιώτερος ὤφθη καὶ γνησιώτερος ἐκ τῆς περὶ σὲ διαθέσεως, ὅς γε καὶ νῦν οὕτως ὥρμησε πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν (41), ἵν' εἴπω τὸ τοῦ Δαβὶδ, ὡς ἔλαφος τὸ πολὺ δίψος (42), τὸ οὐ φορητὸν, ποτίμῳ καὶ καθαρᾷ τῇ πηγῇ καταψύχουσα διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς· τούτου καὶ ἡμῶν καταξίου γενέσθαι προστάτης (43). Καὶ μακάριος ὁ σοὶ πλησιάζειν ἠξιωμένος, μακαριώτερος δὲ ὁ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ παθήμασι, καὶ τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἱδρῶσι τοιαύτην ἐπιθεὶς κορωνίδα, ἧς ὀλίγοι τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν τετυχήκασιν. Οὐ γὰρ ἀβασάνιστον ἐπεδείξω τὴν ἀρετὴν, οὐδὲ ἐν εὐδίας καιρῷ μόνον (44) ὀρθῶς ἔπλευσας, καὶ τὰς τῶν ἄλλων ψυχὰς ἐκυβέρνησας· ἀλλ' ἐν ταῖς

D

[21] Psal. XLI, 2.

(38) *Παῤῥησίαν ἐπὶ τοῦ δικαιοτάτου. Tantumque sibi meritum;* sic reddit παῤῥησίαν Tillemont. Pro δικαιοτάτου, habent duo Regii et Pass. δικαιοδότου, *qui justa retribuit.*

(39) *Σοῦ τῆς μνήμης ἄξιος.* Codd. Reg., Pass. et Combef. σοὶ τῆς μνήμης ἐπάξιος.

(40) Alias XXX. Scripta anno decedente 374, vel 375 ineunte. — Inter Basilianas hæc epistola recensetur, sed juxta Tillemont. Gregorium sapit, eamque illi ascribunt ipsi etiam operum S. Basilii editores. Omnes codices manu exarati, excepto Coisliniano primo, Gregorii nomen præferunt.

(41) *Πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν.* Ita cod. Reg., necnon S. Basilii editores. Et hæc est vera lectio, ait Combef. In edit. πρὸς τὴν θεραπείαν, quod reddit Bill., *ad tibi inserviendum.*

(42) *Ὡς ἔλαφος τὸ πολὺ δίψος.* Lectio πολύδιψος videtur Billio commodior, ut in editis. Montac. autem ita legendum putat : Ὡς ἔλαφος, τὸ πολὺ δίψος, τὸ οὐ φορητὸν, ποτίμῳ καὶ καθαρᾷ τῇ πηγῇ καταψύχουσα· καὶ μακάριος ὁ σοὶ πλησιάζειν ἠξιωμένος διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς. Alii alias lectiones proponunt, verum quædam putant, addunt quædam, quædam etiam transponunt, imo delent nonnulla. Sic in edit. Operum S. Basilii non leguntur hæc verba διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς. Hæc verba retulit, non reddidit Bill. Vertit autem Combef., *velut cervus qui magnam sitim nec ferendam dulci limpidaque aqua, ærumnarum sustinentia leniturus sit ac refrigeraturus.* Nobis, dum hic locus omnium torquet ingenia, si conjicere fas est, legimus : Ὡς ἔλαφος τὸ πολὺ δίψος ποτίμῳ καὶ καθαρᾷ τῇ πηγῇ, τὸ οὐ φορητὸν καταψύξων διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς, *ut quemadmodum cervus plurimam sitim pura et dulci aqua, sic ipse Eupraxius, quod intolerandum sibi erat, per suam in tribulationibus perferendis patientiam leniret ac sopiret.*

(43) *Προστάτης.* « In hoc loco restituendo multum insudavi, ait Bill., nec tamen quidquam profecisse mihi videor. » Vera fatetur vir doctus, qui felicius insudasset si pro πρὸς ταύτης, quod vitiose legitur in edit., legisset, ut in cod. Reg., προστάτης.

(44) *Μόνον.* Ita cod. Reg. et edit. S. Basilii. In edit. μόνος. Mox, cod. ὀρθιος ἔπλευσας. Ita et Combef., qui reddit : *Fausto exitu navigasti.*

Digitized by Google

δυσχερείαις τῶν πειρασμῶν διεφάνης (45), καὶ τῶν διωκόντων γέγονας ὑψηλότερος, τῷ γενναίως μεταστῆναι τῆς ἐνεγκούσης (46). Καὶ ἄλλοι μὲν τὸ πατρῷον ἔδαφος ἔχουσιν, ἡμεῖς δὲ τὴν ἄνω πόλιν· ἄλλοι τὸν ἡμέτερον ἴσως θρόνον, ἡμεῖς δὲ τὸν Χριστόν. Ὦ τῆς πραγματείας! οἷων ὑπεριδόντες, οἷα κεκομίσμεθα (47)! *Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος*, πιστεύω δὲ ὅτι καὶ ἐξελευσόμεθα εἰς ἀναψυχήν. Οὐ γὰρ εἰς τέλος ἐγκαταλείψει ἡμᾶς ὁ Θεὸς, οὐδὲ περιόψεται τὸν ὀρθὸν λόγον δεδιωγμένον, ἀλλὰ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν ἡμῶν, αἱ παρακλήσεις αὐτοῦ εὐφρανοῦσιν (48) ἡμᾶς. Τοῦτο μὲν οὖν καὶ πιστεύομεν καὶ εὐχόμεθα. Σὺ δὲ, παρακαλῶ, ὑπερεύχου τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Καὶ ὁσάκις ἂν ἐμπίπτῃ καιρὸς, καὶ εὐλογεῖν ἡμᾶς διὰ γραμμάτων μὴ κατόκνει, καὶ εὐθυμοτέρους ποιεῖν (49), τὰ κατὰ σαυτὸν δηλῶν, ὃ ποιῆσαι καὶ νῦν κατηξίωσας.

A vigasti, atque aliorum animas gubernasti : sed inter tentationum difficultates et procellas enituisti, ac persecutores tuos superasti, forti animo e patria migrans. Et alii quidem patrium solum habent, nos autem superam civitatem, alii nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclaram negotiationem! qualia pro exiguis rebus contemptis accepimus! *Transivimus per ignem et aquam*[22] : confido autem fore ut etiam in refrigerium educamur[23]. Non enim nos Deus perpetuo deseret, nec rectam doctrinam persecutionibus vexari patietur; verum secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ipsius nos lætificabunt[24]. Atque hoc quidem pro certo habemus et optamus. Te vero obsecro, ut pro nobis abjectis homunculis vota facias; et quotiescunque occasio dabitur, bene precari nobis per litteras ne graveris, ac, quod nobis

summæ voluptati futurum est, de tuis rebus nos facere dignatus es.

B

ΞϚ': ΤΩ ΑΥΤΩ (50).

60 LXVI. EIDEM.

Hæc epistola inter Basilianas et Gregorianas reperitur, et utrique sic convenit, ut pene communes amborum litteras pronuntiare libeat. Tillemontius, concessa superiore epistola Gregorio, cujus stylum ipsi videtur redolere, istam tribuit Basilio, ratus ipsi melius convenire excusationem, qua utitur auctor epistolæ, cur ad Eusebium non proficiscatur, ut ab eo patientiæ in ærumnis exemplum capiat : ait enim se molestiis et negotiis detineri. Sed suæ Gregorio molestiæ cur defuerint non video, *inquit noster Prudentius Maranus.* Certe negotia deesse non poterant Nazianzenam Ecclesiam post mortem patris gubernanti. Utrique optime congruit vehemens Eusebii amor et admiratio (51), etc. *Verum omnes manu exarati codices, præter unum Coisl., Gregorii nomen præferunt. Quidquid sit de auctore, sive Basilius, sive Gregorius sit, cum exsilium Eusebii recens præ se ferat epistola, scripta fuerit anno* 374 *exeunte et ineunte* 375 *necesse est.*

Καὶ γράφων, καὶ μεμνημένος, εὐφραίνεις ἡμᾶς· καὶ, ὃ τούτου μεῖζον (52), εὐλογῶν ἐν τοῖς γράμμασιν. Ἡμεῖς δὲ εἰ ἦμεν ἄξιοι (53) τῶν σῶν παθημάτων, καὶ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ διὰ Χριστὸν ἀθλήσεως, κατηξιώθημεν (54) ἄν, καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι, περιπτύξασθαι τὴν σὴν θεοσέβειαν, καὶ τύπον λαβεῖν τῆς ἐν τοῖς παθήμασιν καρτερίας. Ἐπειδὴ δὲ ἀνάξιοι τούτου τυγχάνομεν, πολλαῖς θλίψεσι καὶ ἀσχολίαις ἐνοχλούμενοι, ὃ δεύτερόν ἐστι, ποιοῦμεν· προσαγορεύομεν τὴν σὴν τελειότητα (55), καὶ ἀξιοῦ-

C Et cum scribis, et cum nostri memor es, lætitia nos afficis; et, quod hoc majus est, cum nobis in litteris bene precaris. Nos vero, si tuis digni fuissemus perpessionibus, ac pro Christo et Christi causa suscepta dimicatione, hoc utique obtinuissemus, ut ad te usque profecti, pietatem tuam complecteremur, et patientiæ in calamitatibus exemplum a te caperemus. Quoniam autem hoc bono indigni sumus, ut qui multis afflictionibus et occupationibus exagitemur, quod secundum est,

[22] Psal. LXV, 12. [23] ibid. [24] Psal. XCIII, 19.

(45) Ἀλλ' ἐν ταῖς δυσχερείαις τῶν πειρασμῶν διεφάνης. Ita ed. Operum S. Basilii, qui notant Coislinianum primum habere ἀνεφάνης. In edit, ἀλλὰ ταῖς δυσχερείαις τῶν πειρασμάτων ἐφάνης. At ibi cum Montac. conjicit Combef. deesse aliquid, λαμπρότερος nimirum, aut aliud simile, *tentationum difficultatibus clarior effulsisti.* Volunt quidam ἐφάνης ἀήττητος, *invictum te monstrasti.* Reddit Bill.: *in tentationum quoque difficultatibus et procellis specimen tui dedisti.* Vitiose in edit. πειρασμάτων.

(46) *Τῆς ἐνεγκούσης.* Ita cod. Reg. In edit. deest τῆς. Id. cod. habet μεταναστῆναι.

(47) *Οἷα κεκομίσμεθα.* Ita cod. Reg., et sic legendum censent cum Bill. « In edit. est, inquit, οἷα κεκοσμήμεθα, qui locus mendosus mihi videtur. Alioqui dicendum fuisset οἷοις κεκοσμήμεθα, sic enim grammaticæ anologia postulat. Itaque pro κεκοσμήμεθα lego κεκομίσμεθα a verbo κομίζομαι, quod *percipio* significat. »

(48) *Εὐφρανοῦσιν.* Ita Reg. In edit. εὐφραινοῦσιν.

(49) *Μὴ κατόκνει καὶ εὐθυμοτέρους ποιεῖν.* Cod. ac Combef. uh ὄκνει, καὶ εὐθυμότερος ποίει. *Ne graveris, imo libenti ac prompto animo concedas de tuis rebus nos faciens certiores.*

D (50) Alias CCIV. Scripta eodem anno.

(51) Vita Basil. cap. 31, n. 2.

(52) *Τούτου μεῖζον.* Cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. addunt πολύ, *et quod hoc multo majus est.* Mox, pro εὐλογῶν ἐν τοῖς, Combef. εὐλογῶν νῦν τοῖς, *cum nunc nobis per litteras*, etc.

(53) *Εἰ ἦμεν ἄξιοι.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. At S. Basilii edit. ἐσμέν. In nova, εἰ μὲν ἄξιοι. In edit. nostris, εἰ μὲν ἄξια, redditque Bill. : *Si pro eo atque perpessiones tuæ, ac... susceptæ dimicatio meretur, hoc nobis divinitus concederetur, ut ad te usque... caperemus, præclare nobiscum ageretur.*

(54) *Κατηξιώθημεν.* Legendum proponit Bill. καταξιωθείημεν, et pro eo quod scribit Gregor. : Κατηξιώθημεν ἂν καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι περιπτύξασθαι τὴν σὴν θεοσέβειαν, veteres Basilii edit. habebant, εὐχόμεθα ἰδεῖν τὴν σὴν θεοσέβειαν.

(55) *Τὴν σὴν τελειότητα.* Ita duo codd. Edit. τὴν τελειότητά σου.

Digitized by Google

facimus : tuam integritatem ac perfectionem salutamus, teque ne nostri recordatione defatigeris, oramus atque obsecramus. Neque enim tuæ litteræ, cum iis abs te donamur, nobis utilitati duntaxat sunt, sed etiam gloriationi apud multos atque ornamento : nempe quod apud virum tanta virtute præditum, tantamque apud Deum conjunctionem ac familiaritatem habentem, ut alios etiam, tum sermone, tum exemplo, Deo conciliare atque adjungere possit, aliquo loco ac numero simus.

A μεν μὴ κάμνειν σε μεμνημένον ἡμῶν. Οὐ γὰρ ὠφέλεια ἡμῖν μόνον τῶν σῶν καταξιοῦσθαι γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ καύχημα πρὸς τοὺς πολλοὺς, καὶ καλλώπισμα, ὅτι λόγος ἡμῶν ἐστι παρ' ἀνδρὶ τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν, καὶ τοσαύτην ἔχοντι πρὸς Θεὸν οἰκειότητα, ὥστε καὶ ἄλλους οἰκειοῦν δύνασθαι καὶ λόγῳ καὶ ὑποδείγματι.

LXVII. JULIANO.

ΞΖ'. ΙΟΥΛΙΑΝΩ (56).

Quo tempore Nazianzenam Ecclesiam administrabat Theologus, hanc Juliano præfecto scripsit epistolam ; non quidem ante annum 374, *quo Nazianzenus episcopus mortuus est, eoque mortuo noster Gregorius regendam ipsius Ecclesiam ægre suscepit, nec serius anno* 375, *siquidem hoc anno, Ecclesiæ regimine abjecto, Seleuciam se recepit. Julianum, qui exæquandis tributis hoc anno præfectus erat, rogat ut clericos suos eximat a tributis.*

Mihi tecum amicitiæ quidem multa jura intercedunt, et si nihil aliud, litteræ certe, quibus apud multos nihil venerabilius est, nec quod majorem ad conciliandum amorem vim habeat : offensionis autem et inimicitiæ nec causa ulla est, atque utinam ne sit unquam. Nam ea, ob quæ adversus fratrem Nicobulum infenso animo es, aut ab eo mœrore affectus es, non magis ad me pertinent, quam quæ apud Indos geruntur : hoc uno excepto, quod nihil eorum, quæ contigerunt, mihi **61** probatur. Quamobrem hæc mihi ne imputes, nec propterea deterius quoddam de teipso consilium ineas : verum reipsa benignitatem eam, quam pauperibus pollicitus es, præsta. Quin etiam clericos meos, quos a te poposci, tributi pensione libera : illud tecum reputans, rem esse magnopere absurdam, C alios suas quoque omnes facultates Deo consecrare, te autem ne gratis quidem benignum esse velle : atque aliis urbibus omnes eos, qui sacrarium ambiunt, donari, nobis autem ne eos quidem, quorum consuetudine utimur, et qui nobis ministrant, idque a vobis, quibuscum summa nobis est familiaritas, et quibus fortasse minime dedecori erimus. Hæc a nobis ad te scribi par fuit. Nec enim congredi tecum licuit, propterea quod morbus me ad Tyanensem urbem proficisci coegit, ut, dum per tempus licet, curarer. Idque velim ignoscas. Pro nobis autem Deum præsentem habes, ac pauperibus opem ferentem, qui præsentia nostra multo augustior ac venerabilior est.

B Ἐμοὶ πρὸς σὲ φιλίας μὲν πολλὰ δίκαια, καὶ εἰ μή τι ἄλλο, οἱ λόγοι, ὧν οὐδὲν τοῖς πολλοῖς αἰδεσιμώτερον, οὐδὲ οἰκειότερον· ἀπεχθείας δὲ ὑπόθεσις οὐδεμία, οὔτε ἐστὶ, μήτε γένοιτο (57). Ἃ γὰρ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Νικόβουλον, ἢ παρὰ Νικοβούλου λελύπησαι, οὐκ ἐμὰ μᾶλλον, ἢ τὰ ἐν Ἰνδοῖς πραττόμενα· ὅσον ἐπὶ τὸ (58) μὴ συναρέσκεσθαι μηδενὶ τῶν γεγενημένων. Μὴ τοίνυν ἐμοὶ ταῦτα λογίσῃ, μηδὲ διὰ τοῦτο χεῖρόν τι βουλεύσῃ περὶ σεαυτοῦ· ἀλλ' ἣν ὑπέσχου τοῖς πτωχοῖς φιλανθρωπίαν, ταύτην ἐπιτελῆ ποίησον. Καὶ μέν τοι καὶ τοὺς περὶ ἐμὲ κληρικοὺς, ὅσους παρῃτησάμην, τῆς ἀπογραφῆς (59) ἐλευθέρωσον, ἐκεῖνο ἐνθυμηθεὶς, ὅτι λίαν τῶν ἀτόπων (60) ἐστὶν, ἄλλους μὲν καὶ οὐσίαν ὅλην καθιεροῦν τῷ Θεῷ, σὲ δὲ μηδὲ προῖκα βούλεσθαι εἶναι χρηστόν· καὶ ἄλλαις (61) μὲν πόλεσι πάντας τοὺς περὶ τὸ βῆμα δοθῆναι (62), ἡμῖν δὲ μηδὲ τοὺς συνόντας καὶ θεραπεύοντας (63), καὶ ταῦτα παρ' ὑμῶν τῶν οἰκειοτάτων, οὓς τυχὸν οὐκ αἰσχυνοῦμεν (64). Ταῦτα ἐπισταλῆναί σοι παρ' ἡμῶν καλῶς εἶχε. Συντυχεῖν δὲ οὐκ ἐξεγένετο, ἐπειδή με ἡ νόσος ἐξώρμησε πρὸς τὰ Τύανα θεραπείας τευξόμενον, ἕως καιρός. Καὶ συγγίνωσκε. Ἀντὶ δὲ ἡμῶν ἔχεις Θεὸν παρόντα, καὶ βοηθοῦντα τοῖς πένησι, τὸν πολὺ τῆς παρουσίας ἡμῶν αἰδεσιμώτερον.

(56) Alias CLXVI. Scripta eodem tempore.

(57) *Μήτε γένοιτο.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. μηδὲ γένοιτο.

(58) *Ὅσον ἐπὶ τό*, etc. Combef.: *ea certe ratione, quod eorum quæ gesta sunt, nihil probaverim.* Mox, cod. Pass. μηδὲ συναρέσκεσθαι.

(59) *Τῆς ἀπογραφῆς.* Ita cod. Reg. In edit. τῆς γραφῆς.

(60) *Λίαν τῶν ἀτόπων.* Ita cod. In edit. λίαν τῶν ἀπίστων, *rem magnopere incredibilem.*

(61) *Καὶ ἄλλαις.* Ita omnes codd. nostri et Combef. Edit. καὶ ἄλλους.

D (62) *Τοὺς περὶ τὸ βῆμα δοθῆναι.* Combef., *qui sacrario funguntur immunes reddi.*

(63) *Καὶ θεραπεύοντας.* Tillemont. interpretationem sequimur. Combef., *qui nostro sunt addicti obsequio.* Non satis apte Bill., *a quibus colimur et observamur ;* sic enim Gregorius a toto clero suo. Sed hic de illis sermo est qui domum constituebant episcopi, quos speciali ratione immunes esse debere contendebat Gregorius.

(64) *Οὐκ αἰσχυνοῦμεν.* Codd. Pass., Montac. et Morel. αἰσγύνομαι.

Digitized by Google

ΞΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (65).

LXVIII. EIDEM.

Jucundissimæ fuerunt Juliano Gregorii litteræ, ipsumque ut in componendis tributis socium se præberet invitavit. Causatus ægram valetudinem Gregorius hoc Juliano consilium dedit, quod utinam præ oculis habeant omnes tributis præfecti semper; nempe, ut si quid antea male constitutum est, corrigat, et eos negotii socios adhibeat, quos prudentia et moribus excellere noverit.

Ἐκάλεσας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν μονὴν (66), καλῶς γε ποιῶν, ὡς κοινωνοὺς τοῦ κατὰ τὴν ἐπανίσωσιν σκέμματος· καὶ γάρ ἐστιν οὐ μικρᾶς τὸ πρᾶγμα φροντίδος. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ὑγιαίνων ἐτύγχανον, σφόδρα ἂν ἀπήντησα προθύμως· καὶ ἥξω δὲ, ὅταν οἷόν τε ᾖ (67), Θεοῦ θέλοντος. Νῦν δὲ διὰ γραμμάτων πληρῶ τὰ τῆς παρουσίας. Οἶδά σε καὶ γονέων ὄντα ἱερῶν, καὶ τῷ θείῳ φόβῳ συνηυξημένον ἄνωθεν. Ἃ οὖν ἐπίστασαι συμφέρειν σοι, καὶ πρὸς εὐδοξίαν, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν ψυχῆς, ταῦτα δηλονότι ποιήσεις, κἂν ἡμεῖς αὐτοὶ μὴ γράφωμεν (68). Εἰ δέ τι καὶ ἡμᾶς συνεισενεγκεῖν δεῖ, τοῦτο γνωρίζομεν, ὅτι ἀντ' ἄλλης τινὸς πολιτείας, ἣν εἰσφέρουσι τῷ Θεῷ Χριστιανοὶ ψυχαὶ, τοῦτό σοι πρόκειται νῦν· καὶ μεγάλα σεαυτῷ θησαυρίσεις (69) τοῦ κοινοῦ φροντίσας, καὶ εἴ τι πρὸ τούτου διετέθη κακῶς, καὶ τοῦτο ἐπανορθωσάμενος. Ἐν δὲ καὶ μέγιστον εἰς ἀσφάλειαν (ὃ καὶ πρῶτόν σοι φυλακτέον), συνεργοὺς λαβεῖν, οὓς καὶ συνέσει καὶ τρόπῳ διαφέρειν τῶν ἄλλων γινώσκεις. Τί γὰρ ὄφελος κυβερνήτην εἶναι χρηστὸν, πονηροῖς χρώμενον ἐρέταις;

A Ad mansionem nos vocasti, præclare sane faciens, ut considerationis ejus, quam de componendis tributis inis, socios adhiberes. Neque enim parvam curam hæc res desiderat. Ego vero, si commoda valetudine uterer, prompto sane animo affuissem; atque etiam, Deo favente, cum licuerit, ad te veniam. Nunc autem præsentiam per litteras suppleo. Scio te, et sacrosanctis parentibus natum esse, et cum divino timore jampridem adolevisse. Quamobrem, quæ tibi, tum ad nominis splendorem, tum ad animæ securitatem utilia esse scis, hæc scilicet, etiamsi nullas a nobis litteras accipias, facturus es. Quod si quid etiam a nobis conferendum est, illud te scire volumus, quod alius cujuspiam vitæ instituti loco, quod Christianæ animæ Deo offerunt, B hoc tibi nunc propositum **62** est. Atque magnos tibi thesauros congeres, si publicis negotiis consulueris, ac, si quid antehac male constitutum est, id quoque correxeris. Ad securitatem autem maximi momenti illud fuerit (quod etiam primum tibi providendum est), ut eos negotii socios asciscas, quos et prudentia et moribus excellere noveris. Quid enim prodest gubernatorem bonum esse, si malis utatur remigibus?

ΞΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (70).

LXIX. EIDEM.

Voti compos factus Gregorius, gratias Juliano retulit brevioribus his litteris, quas postremo loco collocandas arbitrati sumus.

Ἔχω τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ θαῤῥῶ τῷ τρόπῳ, δι' ὃν ἔχω καὶ τὴν δωρεάν (71)· μάλιστα μὲν οἶδε τὸ C μέτρον τῶν ἐπιδόσεων, καὶ τῶν ἀντιδόσεων (72), ὁ μέγας τῶν χρεῶν διαλύτης. Εἰ δὲ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὰ τοιαῦτα συντίθεσθαι, παρ' ἡμῶν ἡ θυσία (73), παρὰ σοῦ τὸ φιλάνθρωπον. Μερισώμεθα τὴν ἀντίδοσιν.

Sponsionem habeo, moribusque tuis confido, propter quos donum quoque habeo: ac quidem largitionum et remunerationum mensuram magnus ille æris alieni dissolutor maxime novit. Quod si in nobis quoque situm est, ut hæc componamus, a nobis sacrificium, a te benignitas proficiscitur. Remunerationem inter nos partiamur.

Ο'. ΕΥΤΡΟΠΙΩ (74).

LXX. EUTROPIO.

Eutropius, quem Breviarii historiæ Romanæ scriptorem Henricus Valesius existimavit, Asiam proconsulari dignitate obtinuit, *ut auctor est Marcellinus* (75); *idque Valesius non obscure significatum ait his epistolæ* LXXI *verbis:* Multos honore affecisti, cum sublimissimum thronum adhuc invidiæ

(65) Alias CLXVIII. Paulo post præcedentem scripta. — *Τῷ αὐτῷ.* Codd. habent τῷ Ἰουλιανῷ ἐξισωτῇ, *Juliano tributorum exæquatori.* Addunt Montac., Morel. ac Combef. Καππαδοκίας.

(66) *Ἐπὶ τὴν μονήν.* Bill. *ad monasterium;* at insignis pietate, Deumque reveritus exæquator tributorum, ut ea componeret cum sociis, verisimiliter in monasterio sedem non elegerat. Mox, καλῶς γε. Ita cod. In edit. γε deest.

(67) *Ἥξω δὲ, ὅταν οἷόν τε ᾖ.* Ita cod. ac Combef. Proponit Bill. ἥξω δὲ εἰ οἷόν τε, ὅταν ᾖ καιρός, vertitque: *Atque etiam, si Dei voluntas ita tulerit, cum tempus erit, si fieri queat, ad te veniam.* In edit. ἔξω δὲ οἷόν τε ὅταν ᾖ.

(68) *Γράψωμεν.* Cod. Reg. et Combef. γράψωμεν.

(69) *Θησαυρίσεις.* Cod. Reg. θησαυρίζεις.

(70) Alias CLXVII. Scripta paulo post præcedentes.

(71) *Δι' ὃν ἔχω καὶ τὴν δωρεάν.* Montac. et Morel. δι' ὧν ἔχω τὴν δωρεάν.

(72) *Ἐπιδόσεων, καὶ τῶν ἀντιδόσεων.* Ita cod. D Par., Montac., Morel. ac Combef. In edit. καὶ τῶν ἀντιδόσεων desunt.

(73) *Παρ' ἡμῶν ἡ θυσία, a nobis sacrificium:* his verbis, sacrificium pro Juliano Gregorius se oblaturum non promittit, sed illud solum significat, quod, cum sua pauperibus bona erogaverit, hujus sacrificii remunerationem exspectet a Deo, qui Juliano benignitatis, qua bona sua a tributis redemerit, præmium est retributurus. Sic hunc locum ipse Gregorius in carmine, quod Juliani nomine inscribitur, exposuit. Utrique tamen interpretationi favere videtur Tillemontius.

(74) Alias CXXXVII. Scripta anno 375.

(75) Lib. XXIX.

Digitized by Google

expositum teneres, atque in Asia obviam tibi factus fuissem, si memoria tenes, *etc. Ex quibus et ex his quæ sequuntur, discimus, dum eam provinciam administrabat Eutropius, Gregorium in Asiam profectum, quem et lætissimo animo proconsul vidit, et ut ad se scriberet hortatus est. Quod quidem statim non præstitit. Post hæc Eutropius, ut factionis Theodori conscius, quamvis falso accusatus, a dignitate nihilominus excidit. Tunc enim in locis, ubi Gregorius versabatur, cum ipse privatus degeret vir clarissimus, Gregorii congressum per litteras expetiit. Verum quominus eum conveniret Gregorius morbo impeditus has ad ipsum litteras dedit.*

Quidnam hoc est? Magnusne ille Eutropius apud nostrates est? Nos quidem etiam audimus, at minime fruimur. Tantalus autem ille, quid tandem aliud, quam hoc erat, cum in mediis fontibus siti conficeretur? Tu sane congressum nostrum expetis, ut scribis: ac recte facis. Neque enim te, cum sis id quod es, amicos aspernari oportebat, verum obiter quoque de nobis mereri, atque eos nobis honores post magistratum habere, quibus nos, cum magistratum gereres, afficiendos ducebas. Me autem quonam pacto affici, et quo animo esse credis, congressum tuum non minus exoptantem, imo etiam, ut verisimile est, amplius (nam quod majorem **63** venerationem habet, avidius quoque appetitur)? Infirmitate autem, tanquam compedibus quibusdam, astricto, tu mihi esto Ægyptiacum pharmacum, sive sermo hoc erat, sive aliud quiddam, quo Homerus animis mœrore laborantibus medetur. Quanam autem ratione id eris? Primum si ignoscas: prompta enim ac propensa est ad ignoscendum benignitas. Deinde si per litteras nos erudias. Quandoquidem tu quoque, cum magistratu fungereris, virtutis magis quam potentiæ nomine suspiciendus occurrebas.

A Τί τοῦτο; Εὐτρόπιος ὁ μέγας ἐν ἡμετέροις (76); καὶ ἡμεῖς ἀκούομεν, ἀλλ' οὐκ ἀπολαύομεν. Ὁ δὲ Τάνταλος ἐκεῖνος τί ποτ' ἄλλο, ἢ τοῦτο ἦν (77), ἐν μέσαις πηγαῖς δίψει τηκόμενος; σὺ μὲν οὖν ποθεῖς τὴν ἡμετέραν συντυχίαν, ὡς γράφεις· καὶ καλῶς ποιεῖς. Ἔδει γὰρ ὄντα σε ὅπερ εἶ, μὴ περιφρονεῖν τοὺς φίλους, ἀλλὰ καὶ ὁδοῦ πάρεργον εὖ ποιεῖν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα τιμᾷν μετὰ τὴν ἀρχήν, ἃ καὶ ἄρχων (78) τιμᾷν ἠξίους. Ἐμὲ δὲ πῶς οἴει διακεῖσθαι, καὶ τίνα ἔχειν ψυχὴν (79), ποθοῦντα μὲν οὐχ ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ὡς τὸ εἰκὸς (τὸ γὰρ αἰδεσιμώτερον, ποθεινότερον)· Τῇ δὲ ἀῤῥωστίᾳ πεπεδημένῳ (80), σύ μοι γενοῦ τὸ Αἰγύπτιον φάρμακον, εἴτε λόγος τοῦτο ἦν, εἴτε τι ἕτερον, ᾧ φαρμακεύει τὰς ψυχὰς Ὅμηρος ἐν ταῖς λύπαις. Γενήσῃ δὲ πῶς; B Πρῶτον μὲν, συγγινώσκων· ἕτοιμον γὰρ τὸ χρηστὸν εἰς συγγνώμην. Ἔπειτα παιδεύων ἡμᾶς, ἐξ ὧν ἂν ἐπιστέλλῃς. Ἐπεὶ καὶ ἄρχοντά σε τῆς ἀρετῆς μᾶλλον (81) ἢ τῆς ἐξουσίας θαυμάζειν εἴχομεν (82).

LXXI. EIDEM.

ΟΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (83)

Præceaentem epistolam hæc brevi subsecuta est intervallo, qua Gregorius acceptis ab Eutropio litteris gloriatur, ipsique sublimem thronum exoptat. Quod quidem contigit, ita ut prophetia potius quam votum Gregorii illud videri possit. Quippe annis 380 *et* 381 *Eutropium prætorio præfectum fuisse ex Codice Theodosiano constat.*

Alius aliam quamdam virtutum tuarum partem laudet (omnino pluribus linguis sufficies, si in partes distribuaris): ego autem, quod maxime sum admiratus, hoc dicam. Tanta tibi probitatis atque doctrinæ copia est, ut hoc quoque vel uno nomine quosdam in amicitiam recipias, quod tales esse judicentur. Me quippe, præter eos omnes, quos, cum tales essent, honore affecisti, cum sublimissimum thronum adhuc invidiæ expositum teneres, atque in Asia obviam tibi factus fuissem, si memoria tenes (non autem mihi dubium est quin memineris, cum, præter tuam in omnibus rebus præstantem ac numeris omnibus absolutam

C Ἄλλος μὲν ἄλλο τι τῶν σῶν ἐπαινείτω (πάντως δὲ ἀρκέσεις γλώσσαις πολλαῖς, μεριζόμενος)· ἐγὼ δὲ, ὃ μάλιστα θαυμάσας ἔχω, τοῦτο ἐρῶ. Τοσοῦτόν σοι καλοκἀγαθίας καὶ λόγων περίεστιν, ὥστε σοι (84) καὶ τοῦτο μόνον φίλους ποιεῖν, τὸ νομισθῆναί τινας τοιούτους. Ἐμὲ γοῦν πρὸς πᾶσιν οἷς τε τετίμηκας οὕτω τοσούτοις, ἡνίκα τὸν ὑψηλότατον εἶχες θρόνον ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι (85), κατὰ τὴν Ἀσίαν περιτυχὼν, εἴ γε μέμνησαι (86) (μέμνησαι δὲ οἶδ' ὅτι τηλικοῦτος ὢν καὶ τὰ φιλικὰ, μετὰ τῆς ἐν πᾶσι τελειότητος), τά τε ἄλλα εἶδες ὡς ἥδιστα, καὶ γράφειν διεκελεύσω, λόγους τιμῶν τοὺς σούς. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ γράψαι πρότερος (87) ἠξίωσας,

(76) *Ἐν ἡμετέροις.* Vertit Combef.: *In provincia, apud nostrates*, cujus *itineris occasione* (ὁδοῦ πάρεργον, sic reddit Combef.) ejus se copiam adepturum sperabat Gregorius. Combefisio favere videtur Tillemontius.

(77) *Τί ποτ' ἄλλο, ἢ τοῦτο ἦν.* Ita cod. ac Combef. At cod. alter, Montac. et Morel. τίς ποτ' ἄλλος, ἢ οὗτος ἦν, *quis tandem alius quam iste erat.* In edit. τί ποτε ἄλλο ἢ οὗτος.

(78) *Ἃ καὶ ἄρχων.* Ita Reg., Pass., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. ἄρχειν.

(79) *Καὶ τίνα ἔχειν ψυχήν.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. ἔχειν τὴν ψυχήν.

(80) *Πεπεδημένῳ.* Sic legendum proponit Bill., cui assentimur. In edit. πεπεδημένον.

(81) *Τῆς ἀρετῆς μᾶλλον.* Ita cod. et Combef. D In edit. τῆς ἀρετῆς πλέον.

(82) *Εἴχομεν.* Cod. ac Combef. ἔχομεν.

(83) Alias CXXXVIII. Scripta paulo post præcedentem.

(84) *Ὥστε σοι.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. deest σοι. Mox, ποιεῖν. Cod. ποιεῖ.

(85) *Ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι.* Combef. *invidiosum adhuc, æmulos patientem*, sive etiam, qui exosum haberent; nec bene Bill. *invidia flagrantem.*

(86) *Εἴ γε μέμνησαι.* Ita cod. et Combef. In edit. εἴ τι μέμνησαι.

(87) *Γράψαι πρότερος.* Montac. et Morel. γράψαι πρότερον.

Digitized by Google

τοὺς ἀγαθοὺς τῶν γραφέων μιμούμενος, οἳ τῷ παραδεικνύναι, τὰ πολλὰ, τοὺς μαθητὰς (88) ἐκπαιδεύουσι. Τοῦτο οὖν νῦν πεποίηκας εὖ ποιῶν. Καὶ τοῦ λοιποῦ χαρίσασθαι μὴ κατόκνει, κἂν σε ὑψηλὸν αὖθις οἱ θρόνοι φέρωσιν (89) (οἴσουσι γὰρ τὴν ἀρχὴν, οὐ τὴν ἀρετήν· οὐδὲ γὰρ ἔχεις ὅ τι ὑψωθῇς κατὰ ταύτην, ἦκων πρὸς τὸ ἀκρότατον [90]). Ἀλλὰ καὶ τὰ κοινὰ πράττων, μὴ ἀμέλει τῶν φίλων κατὰ τοὺς Ὁμηρικοὺς νεανίας, ἐν μέσῳ πολέμῳ τὰ φιλικὰ (91) σπουδάζοντας. Ἐπειδὴ καὶ τούτῳ ποικίλλει τὴν ποίησιν ὁ σὸς Ὅμηρος.

A virtutem, in colendis amicitiæ officiis tantus sis), cum alioqui lætissimo animo vidisti, tum etiam doctrinam tuam ornans, ut ad te scriberem hortatus es. Nec eo contentus, prius quoque ad nos scribendum duxisti, probos videlicet pictores referens, qui propositis exemplis discipulos, ut plurimum, erudiunt. Hoc igitur nunc fecisti, ac recte quidem et commode. Et deinceps id quoque mihi largiri ne graveris, etiamsi te rursum throni sublimem ferant (magistratum enim ferent, non virtutem : neque enim quantum ad virtutem attinet, altius subvehi potes, cum ad summum usque perveneris). At etiam publica negotia gerens, ne amicorum incuria labores, Homericos videlicet juvenes imitans, qui in medio bello amicitiæ munera exsequebantur. Nam hac quoque re poesim suam Homerus tuus exornat.

ΟΒ'. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΝΥΣΣΗΣ (92).

64 LXXII. GREGORIO NYSSENO.

Hæretici, auctoritate Demosthenis Ponticæ vicarii freti, Gregorio Nysseno bellum inferunt. Demosthenes ille ipse est, cui, cum in objurgando se coram Valente barbarismum admisisset, subridens Basilius respondit: Vidimus etiam Demosthenem illitteratum. *Is duo concilia hæreticorum, alterum Ancyræ, media hieme anni 375, contra Gregorium Nyssenum, alterum Nyssæ, in quo depositus fuit Gregorius, congregavit. Ad hæc pertinent tres epistolæ sequentes.*

Μὴ σφόδρα δάκνου τοῖς λυπηροῖς. Ἃ γὰρ ἂν ἧττον λυπώμεθα (93) ἧττόν ἐστι λυπηρά. Οὐδὲν δεινὸν εἰ ἀνεθάλφθησαν οἱ αἱρετικοὶ, καὶ τῷ ἔαρι θαῤῥοῦσι τῶν φωλεῶν ἐξερπύσαντες, ὡς αὐτὸς γράφεις. Μικρὰ συριοῦσιν, εὖ οἶδα, εἶτα καταδύσονται, καὶ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ καιρῷ (94) πολεμούμενοι· καὶ τόσῳ μᾶλλον, ὅσῳ περ ἂν τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέπωμεν.

B Molestis rebus ne nimis discrucieris. Si enim minorem ex his mœrorem capiamus, minus molestæ erunt. Non ita grave putandum est, quod recaluerint hæretici, ac veris amœnitate freti ex latebris suis prorepant, ut ipse scribis. Paulum, mihi crede, sibilabunt, ac postea in terram se abdent, tum a veritate, tum a tempore oppugnati, idque eo magis, si rem totam Deo permiserimus.

ΟΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (95).

LXXIII. EIDEM.

Communia utrique Gregorio hæreticorum odia et convicia.

Περὶ ὧν ἐπέσταλκας, οὕτως ἔχομεν· οὔτε ὑπερορώμενοι δυσχεραίνομεν, καὶ τιμώμενοι χαίρομεν. Τοῦ μὲν γὰρ ἡμεῖς ἄξιοι, τὸ δὲ τῆς ὑμετέρας φιλοτιμίας (96). Προσεύχου περὶ ἡμῶν. Τῇ βραχυλογίᾳ συγγίνωσκε. Πάντως γὰρ, εἰ καὶ μικρὰ (97) ταῦτα, σιωπῆς γε μακρότερα.

C De iis, quæ scripsisti, ita sentio : nec me contemni ægre fero, et honore affici lætor. Illo enim digni sumus : hoc vestri erga nos studii est. Ora pro nobis. Brevitati ignosce. Nam profecto, etiamsi hæc parva, silentio tamen longiora sunt.

ΟΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (98).

LXXIV. EIDEM.

Spe magna fretus, fausta ei precatur, fateturque summo se teneri eum videndi desiderio, aut saltem per litteras amplectendi.

Καὶ μένων συνεκδημῶ (99) διὰ τῆς ἀγάπης ὑμῖν· πάντα γὰρ ὁ πόθος κοινοποιεῖ τὰ ἡμέτερα. Καὶ πολλὰς ἐλπίδας ἔχω, τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ θαῤ-

D Quamvis domi maneam, per charitatem tamen vobiscum excedo. Amor enim nostra omnia communia efficit. Atque Dei benignitate vestrisque

(88) *Τοὺς μαθητάς.* Ita cod. In edit. deest τούς. Mox, τοῦτο οὖν νῦν. Ita cod. Montac. et Combef. In edit. τοῦτο δὲ νῦν. Et deinde, χαρίσασθαι, unus cod. χαρίζεσθαι.

(89) *Θρόνοι φέρωσιν.* Ita tres codd. Regg. ac Combef. In edit. φέρουσιν. Mox, οἴσουσι γὰρ τὴν ἀρχήν, etc., vertit Combef. : *Ferent enim sublimem imperio et magistratu, non virtute, qua sublimius evadere non potes.*

(90) *Πρὸς τὸ ἀκρότατον.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. πρὸς τὸ ἀκμαιότατον.

(91) *Τὰ φιλικά.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. τά deest.

(92) Alias XXXV. Scripta anno circiter 376.

(93) *Ἃ γὰρ ἂν ἧττον λυπώμεθα.* Ita cod. Reg. et Combef. qui reddit : *quæ enim minus moleste habeamus.* In edit. ἂν γὰρ ἧττον. Mox, forte legendum ἧττον ἔσται, et sic vertit Bill.

(94) *Καὶ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ καιρῷ.* Cod. Reg., καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῷ καιρῷ, *tum a Deo, tum a tempore.* Mox, pro πολεμούμενοι, Montac. et Morel. proponunt καταπολεμούμενοι.

(95) Alias XXXVI. Scripta eodem anno.

(96) *Τὸ δὲ τῆς ὑμετέρας φιλοτιμίας.* Ita cod. et Pass. Sic et Combef. qui vertit : *Hoc tuæ erga nos propensæ voluntatis : illud,* inquit, *non ita illiberale amare ab amico coli et honorari.* Quod reddit Bill., *hoc ambitionis nostræ est*, acumine caret. In edit. ἡμετέρας.

(97) *Πάντως γὰρ, εἰ καὶ μικρά.* Cod. et Combef. καὶ γὰρ εἰ μικρά, *etenim si hæc parva.*

(98) Alias CXLIII. Eodem circiter anno scripta.

(99) *Συνεκδημῶ.* Combef. *una proficiscor. Quadrant,* inquit, *hæc in Gregorium Nyssenum, sic in Ecclesiarum visitatorem a concilio datum.*

Digitized by Google

precibus fretus, magnam spem habeo fore, ut omnia vobis ex animi sententia eveniant, ac tempestas in auram solvatur, vobisque Deus hanc rectæ de religione sententiæ mercedem pendat, ut eos, qui vobis infesti sunt, superetis. Ac maxime quidem velim vos brevi videamus, atque vobis, quemadmodum nobis in votis est, perfruamur. Sin autem, negotiis ita postulantibus, longiorem moram trahatis, litteris saltem, quibus de rerum vestrarum statu certiores fiamus, nos oblectare ne gravemini. Denique **65** nostra causa pro vestro more precemini. Sanos vos, ac firmos, omnibusque rebus lætos et alacres Deus optimus vos præbeat, commune Ecclesiæ columen.

A ρῶν (1), καὶ ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς, ὅτι πάντα κατὰ νοῦν ὑμῖν ἐκβήσεται (2), καὶ ἡ καταιγὶς εἰς αὔραν λυθήσεται (3), καὶ τοῦτον ὑμῖν ὁ Θεὸς τῆς ὀρθοδοξίας δώσει μισθὸν, τὸ τοὺς ἐπηρεάζοντας ὑπερέχειν. Μάλιστα μὲν οὖν ἴδοιμεν ὑμᾶς ἐν τάχει, καὶ ἀπολαύοιμεν (4), ὡς εὐχόμεθα. Εἰ δὲ χρονίζοιτε, τῶν πραγμάτων οὕτως ἐχόντων, γράμμασι γοῦν εὐφραίνειν ἡμᾶς μὴ ἀπαξιοῦτε δηλοῦσι (5) τὰ ὑμέτερα, καὶ προσεύχεσθαι τὰ συνήθη ὑπὲρ ἡμῶν (6) Ἐρρωμένους ὑμᾶς, καὶ τοῖς πᾶσιν εὐθύμους ὁ ἀγαθὸς Θεὸς χαρίσηται, τῆς Ἐκκλησίας τὸ κοινὸν ἔρεισμα (7).

LXXV. VITALIANO.

ΟΕ'. ΒΙΤΑΛΙΑΝΩ (8).

Vitalianus, ad quem hanc epistolam scripsit Gregorius, idem videtur ad quem exstat Theologi carmen, anno 374 conditum. Quo vero anno scripta sit epistola non liquet. Annum ipsi 378 assignat Tillemontius; cui quominus assentiamur nihil impedit, nihil etiam cogit. Qua de causa cum eo assidue non versetur, rationem suggerit.

Haud assidue tecum versamur. Si causam quæris, quia multi circum te sunt, etiam hi quibus minime delectamur. Quod si a multis te repurges, ac virtutem contubernalem asciscas, claudos quoque, ut vulgo dici solet, currentes videbis. Hoc enim, Deo juvante, et pollicemur, et faciemus.

B Οὐ συνεχῶς ὁμιλοῦμέν σοι. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι πολλοὶ περὶ σὲ, καὶ οἷς ἥκιστα χαίρομεν. Εἰ δὲ ἀνακαθάροις σεαυτὸν τῶν πολλῶν (9), καὶ σύνεικον ἔχοις τὴν ἀρετὴν, δύῃ καὶ χωλῶν δρόμον (10), ὡς ἡ παροιμία. Τοῦτο γὰρ καὶ (11) ὑπισχνούμεθα σὺν Θεῷ, καὶ πράξομεν.

LXXVI. GREGORIO NYSSENO.

ΟϚ'. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΝΥΣΣΗΣ (12).

Suum de Basilii morte Gregorio Nysseno, ejus fratri, dolorem significat, seque morbo prohibitum fuisse, quominus funeri occurreret, et sacrum corpus amplexaretur.

Hoc etiam ærumnosæ huic vitæ servatum erat, ut Basilii mortem audirem, sanctæque illius animæ peregrinationem, qua a nobis peregre profectus est, ut præsens sit ad Dominum [a], per totum vitæ cursum hoc unum meditatus? Mihi autem præter alia hoc quoque propter gravem ac periculosum corporis morbum, quo etiam nunc premor, ereptum est, ut et sanctum cinerem exosculer, tibique ea, quæ consentanea sunt, philosophanti præsto sim, atque communibus amicis consolationem adhibeam. Nam alioqui Ecclesiæ solitudinem intueri hujusmodi gloria detonsæ et spoliatæ, atque hujusmodi corona orbatæ, nec oculis spectari,

C Καὶ τοῦτο ἀπέκειτο τῇ μοχθηρᾷ μου ζωῇ, τὸ Βασιλείου θάνατον ἀκοῦσαι, καὶ τῆς ἁγίας ἐκείνης (13) ψυχῆς ἐκδημίαν, ἣν ἐξεδήμησεν ἀφ' ἡμῶν, ἵν' ἐνδημήσῃ πρὸς Κύριον, πάντα τὸν βίον μελέτην τούτου πεποιημένος (14); Ἀλλ' ἐγὼ μὲν πλὴν τῶν ἄλλων (15) καὶ τοῦτο ἀφῄρημαι, διὰ τὸ νῦν ἔτι πονήρως ἔχειν τοῦ σώματος καὶ λίαν ἐπικινδύνως, τὸ καὶ περιπτύξασθαι τὴν ἁγίαν κόνιν, καί σοι παρεῖναι τὰ εἰκότα φιλοσοφοῦντι (16), καὶ τοὺς κοινοὺς ἡμῶν φίλους παραμυθήσασθαι. Τὸ γὰρ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἰδεῖν ἐρημίαν, τοιαύτην ἀποκειραμένης δόξαν, καὶ τοιοῦτον ἀποσεισαμένης στέφανον, οὔτε δύῃ θεατὸν, οὔτε ἀκοῇ χωρητὸν, τοῖς γε νοῦν

[a] II Cor. v, 6.

(1) *Θαῤῥῶν.* Cod. Reg. θαῤῥῶ. Sic etiam legunt Montac., Morel. ac Combef.

(2) *Κατὰ νοῦν ὑμῖν ἐκβήσεται.* Ita cod. Reg. et B. 3. Edit. ἡμῖν.

(3) *Λυθήσεται.* Ita codd. Basilii 3, sicque legendum proponit Bill. In edit. ληθήσεται.

(4) *Καὶ ἀπολαύοιμεν.* Ita cod B. 3. In edit. ἀπολάβοιμεν. *recipiamus.*

(5) *Μὴ ἀπαξιοῦτε δηλοῦσι.* Cod. Reg., Montac. ac Morel. μὴ ἀπαξιοῦν τε καὶ δηλοῦν.

(6) *Καὶ προσεύχεσθαι τὰ συνήθη ὑπὲρ ἡμῶν.* Codd. Reg , B. 3, et Combef. περὶ ἡμῶν. Montac. et Morel. καὶ προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν.

(7) *Χαρίσηται, τῆς Ἐκκλησίας τὸ κοινὸν ἔρεισμα.* Cod. B. 3, χαρίσεται τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὸ κοινὸν ἔρεισμα. Vertit autem Bill., *Deus optimus maximus in commune Ecclesiæ subsidium præbeat.*

(8) Alias CXLV. Scripta anno 378. — *Βιταλιανῷ.* Cod. Reg. Βιταλίῳ. Montac., Morel. ac Combef. τῷ αὐτῷ, id est, Ἀνυσίῳ.

(9) *Σεαυτὸν τῶν πολλῶν.* In cod. πολλῶν desunt.

(10) *Χωλῶν δρόμον.* Montac. et Morel. χωλοὺς ἐν δρόμῳ. Mox, pro ὡς ἡ παροιμία, cod. Montac., Morel. ac Combef. κατὰ τὴν παροιμίαν.

(11) *Τοῦτο γὰρ καί.* Ita cod. et Combef. In edit. γάρ deest.

(12) Alias XXXVII. Anno 379 ineunte scripta.

(13) *Τῆς ἁγίας ἐκείνης.* Ita cod., et sic legit Bill. In edit. ἐκείνης deest.

(14) *Πεποιημένος.* Cod. Reg. ποιούμενος. Post hoc verbum notulam interrogationis posuimus, et sic oratio fit παθητικωτέρα.

(15) *Πλὴν τῶν ἄλλων.* Cod. et Pass. μετὰ τῶν ἄλλων, *una cum aliis.*

(16) *Τὰ εἰκότα φιλοσοφοῦντι.* Cod. Pass. φιλοσοφοῦντα, *tibique ea, quæ consentanea sunt philosophiæ, solatia ministrans præsto sim.*

Digitized by Google

ἔχουσι· Σὺ δέ μοι δοκεῖς πολλῶν ὄντων καὶ φίλων καὶ λόγων τῶν εἰς παράκλησιν, ὑπ' οὐδενὸς ἂν οὕτω παρακληθῆναι, ὡς ὑπὸ σεαυτοῦ καὶ τῆς ἐκείνου μνήμης· οἱ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι γεγόνατε (17) φιλοσοφίας ὑπόδειγμα, καὶ οἷόν τις στάθμη πνευματικὴ τῆς τε ἐν τοῖς χρηστοῖς εὐταξίας, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἀνιαροῖς καρτερίας. Ἐπειδὴ δύο ταῦτα οἶδε φιλοσοφία, εὐπραξίαν τε διαθέσθαι μετρίως, καὶ συμφορὰν εὐσχημόνως. Ταῦτα παρ' ἡμῶν πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα. Ἐμὲ δὲ τίς παραμυθήσεται χρόνος, ἢ λόγος, τὸν ταῦτα γράφοντα, πλὴν τῆς σῆς συνουσίας καὶ ὁμιλίας, ἣν ἀντὶ πάντων ἡμῖν ὁ μακάριος καταλέλοιπεν, ἵνα ἐν σοὶ τὰ ἐκείνου καθορῶντες (18), ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ καλῷ τε καὶ διαυγεῖ, κἀκεῖνον ἔχειν νομίζωμεν;

A nec auribus concipi potest, his quidem certe, qui mente præditi sunt. Tu vero quanquam et amici multi, et sermones ad consolationem non desint, a nullo tamen perinde mihi solatium capere posse videris, quam a teipso, illiusque recordatione, quippe qui aliis quoque omnibus philosophiæ exemplum fueritis ac velut amussis quædam spiritualis, tam moderationis in rebus secundis, quam tolerantiæ in adversis. Quandoquidem duo hæc novit philosophia, nimirum, et prosperitate moderate uti, et calamitatem honeste ferre. Atque hæc a nobis ad præstantiam tuam **66** scripta sunt. At me, qui hæc scribo, quod tempus, aut quæ ratio consolabitur, præter tuam societatem et congressionem, quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit, ut virtutes illius in te, quasi in pulchro et pellucido speculo, intuentes, illum quoque habere existimemus?

ΟΖ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (19).

B

LXXVII. THEODORO.

Hæc epistola in Græcis manuscriptis et editis scripta legitur ἀνωνύμῳ : *in codice vero* 2022 Θεοδώρῳ, *et in Latinis, Theodoro; haud quidem Mopsuesteno, ut perperam Facundus Hermianensis existimavit, sed Theodoro Tyanensi episcopo. Quod actis* v *concilii generalis* (20) *constat, in quo Theodulus, sive Diodorus diaconus et notarius, non tantum epistolas alias* LXXXVIII, LXXXIX, XC, *Theodoro Tyanensi scriptas fuisse, verum etiam hanc de qua agitur,* LXXVII, *ad eumdem Theodorum scriptam, probante concilio, affirmavit, et Euphrantas Ecclesiæ Tyanensis diaconus confirmavit. Theodorus Arianzi natus et singulari cum Gregorio amicitia junctus fuisse videtur; quem Constantinopolim euntem secutus, contumeliarum et persecutionum, quas Gregorius perpessus est, socius fuit. Quod cum moleste ferret et ulcisci vellet Theodorus, eum ad patientiam hac epistola Theologus hortatur, propositis pluribus patientiæ exemplis, gravibusque rationum momentis, quibus eum a proposito deterrere conatur. Monet etiam cavendum ne, si pœnas a contumeliosis reposcat, ficulnea, quæ fructum ferre potest, arescat, atque opus insigne deleatur; id est, ne fides catholica, quam pene exstinctam in urbe Constantinopolitana suscitare aggressus fuerat, penitus subverteretur. Tenero namque operi et vix incepto, ultio intempestiva nocuisset, gravantibus et late dominantibus adhuc in urbe hæreticis. Non dubium est quin de rebus Constantinopoli gestis anno* 379 *Aprilis* 21, *qua die Pascha festum celebrabatur, hic agatur; adeoque mirum existimasse Baronium hæc contigisse, cum relicta Constantinopoli solus Arianzi degeret Theologus. Quod sane repugnat, ipsique Baronio adversatur. Fatetur namque* (21), *ut observat doctissimus Tillemontius, Annalium parens Constantinopoli gesta, eaque anno fere* 380, *quæ de iis Gregorius orat.* XLVIII, *epistolæ* LXXVII, *alias* LXXXI, *non solum consona, sed etiam eadem ac ipsissima commemorat. Præterea monachi Nazianzeni Gregorio fuere semper chari et quam maxime addicti, nedum molesti et contumeliosi.*

Πυνθάνομαί σε βαρέως ἔχειν πρὸς τὰς γεγενημένας ἡμῖν παρὰ τῶν μοναστῶν καὶ τῶν πτωχῶν ὕβρεις. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ἁπλῆγα ἔτι σε τυγχάνοντα, καὶ τῶν ἡμετέρων κακῶν ἀπείρατον (22), πρὸς τὰ τοιαῦτα δυσφόρως ἔχειν. Ἡμεῖς δὲ, ὡς καὶ κακῶν πλειόνων πεπειραμένοι, καὶ τῆς ὕβρεως κοινωνήσαντες, εἰκότως ἂν (23) ἀξιόπιστοι νομισθείημεν παραινοῦντες τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ἅπερ ἥ τε πολιὰ διδάσκει, καὶ ὁ λόγος ὑποδείκνυσι. Δεινὰ μὲν τὰ (24) γεγενημένα, καὶ πέρα δεινῶν, τίς ἀντερεῖ; ὑβρισθῆναι θυσιαστήρια, συγχυθῆναι μυστήρια, μέσους ἡμᾶς ἑστάναι τῶν τελουμένων (25) καὶ τῶν λιθαζόντων, καὶ φάρμακον ποιεῖσθαι κατὰ τῶν λιθασμῶν τὰς ἐντεύξεις, αἰδῶ παρθένων ἐπιλησθῆναι, μοναστῶν εὐκοσμίαν, πτωχῶν συμφοράν, ζημιωθέν-

C Audio te contumelias eas, quas monachi ac pauperes nobis intulerunt, graviter molesteque ferre. Nec vero mirum est te, qui nullum adhuc vulnus accepisti, nec calamitatum nostrarum periculum fecisti, ad hujusmodi res animo discruciari. Nos autem, ut qui et plura mala persenserimus, et contumeliis impetiti simus, fidem atque auctoritatem merito nancisci queamus, ea pietati tuæ præcipientes, quæ tum canities docet, tum ratio ipsa suggerit. Gravia quidem atque adeo gravissima esse ea quæ contigerunt, quis inficias ire queat? Nimirum contumeliam altaribus illatam esse, conturbata mysteria, nos inter sacra, quibus opera dabatur, et eos qui saxis nos appetebant, interjectos, adversus lapidum jactus medicinam a precibus pe-

(17) *Γεγόνατε.* Vertit Bill. *fueris.* Ad Basilium æque et ad Gregorium id videtur referendum.

(18) *Καθορῶντες.* Cod. θεωροῦντες, *contemplantes.*

(19) Alias LXXXI. Scripta anno 379. — *Θεοδώρῳ.* Ita cod. Reg., Tillemont. et Combef. In edit. Ἀνωνύμῳ.

(20) Concil. t. V, p. 446 et 447.

(21) Bar. ad an. 380.

(22) *Κακῶν ἀπείρατον.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἀπείραστον.

D (23) *Εἰκότως ἄν.* Ita cod. Montac., Morel. ac Combef. In edit. ἂν deest. Mox, Bill. παραινοῦντες reddit *præcipientes.*

(24) *Δεινὰ μὲν τά.* Ita cod. Reg., Montac. et Combef.; sicque legit Bill. In edit. δεινὰ μὲν οὖν τά.

(25) *Μέσους... τῶν τελουμένων.* Per hæc verba, quæ reddit Bill. *inter sacra quibus opera dabatur,* putat Tillemont. intelligendos esse qui initiabantur baptismo, ac proinde in nocte Paschæ, quæ refert Gregorius, contigisse.

Digitized by Google

tiisse, virginumque pudorem in oblivionem venisse, monachorum modestiam, pauperum calamitatem, quos animorum austeritas misericordia quoque privaverat. Nihilominus tamen lenitate atque clementia uti fortasse satius est, multisque per ea quæ perpetimur, lenitatis ac patientiæ documentum præbere. Non enim perinde oratio plerosque movet, atque actio, quæ taciti cujusdam monitoris instar est.

A των ἐκ τῆς τραχύτητος καὶ τὸν ἔλεον. Ἀλλ' ἴσως μακροθυμεῖν ἄμεινον, καὶ πολλοῖς ἐξ ὧν πάσχομεν διδόναι μακροθυμίας ὑπόδειγμα. Οὐ γὰρ οὕτως (26) ὁ λόγος πείθει τοὺς πολλοὺς, ὡς ἡ πρᾶξις, ἡ σιωπῶσα παραίνεσις.

Magnum esse censemus, de iis a quibus læsi sumus, pœnas sumpsisse : magnum, **67** inquam (nam et hoc ad aliorum vitia corrigenda utile est), at multo hoc majus ac divinius est, acceptam injuriam tolerare. Illud enim improbitatem coercet : hoc autem ad probitatem adducit ; quod quidem longe præstantius et perfectius est, quam a vitio abstinere. Ingentem nobis humanitatis quæstum B propositum esse existimemus, et ea, quæ in nos admissa sunt, condonemus, ut ipsi quoque veniam consequamur, et benignitatem benignitati adhibeamus.

Μέγα νομίζομεν εἶναι τὸ δίκας παρὰ τῶν ἠδικηκότων λαβεῖν· μέγα φημὶ (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο (27) χρήσιμον εἰς τὴν τῶν ἄλλων διόρθωσιν), ἀλλὰ πολλῷ τούτου (27*) μεῖζον καὶ θειότερον, τὸ καρτερεῖν πάσχοντας (28). Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὴν κακίαν ἐπιστομίζει, τοῦτο δὲ χρηστοὺς εἶναι πείθει· ὃ τοῦ μὴ κακοὺς εἶναι, πόλυ κρεῖττόν ἐστι καὶ τελεώτερον (29). Μεγάλην ἡμῖν νομίσωμεν προκεῖσθαι πραγματείαν φιλανθρωπίας, καὶ συγχωρήσωμεν τὰ εἰς ἡμᾶς, ἵνα καὶ αὐτοὶ τύχωμεν τῆς συγχωρήσεως· καὶ προεισενέγκωμεν χρηστότητα τῇ χρηστότητι (30).

Zelatoris cognomentum hinc obtinuit Phinees, quod Madianitidem, una cum eo qui stuprum ipsi inferebat, pugione transfixit, atque ex Israelitica natione probrum exemit [25]; at majorem hoc nomine laudem tulit, quod pro populo in scelus collapso preces fudit. Stemus igitur nos quoque, ut Scripturæ verbis utar [26], ac placemus, et cesset quassatio ; nobisque istud ad justitiam reputetur [27]. Laudibus item affectus est Moses, quod ex illata Israelitæ injuria dolore commotus, Ægyptium occiderit [28] : verum majorem hinc sui admirationem C concitavit, quod Mariam sororem lepra, propterea quod murmuraverat, laborantem, precibus suis in sanitatem vindicavit. Quin ea etiam quæ sequuntur animadverte. Ninivitis excidium denuntiatur : sed peccatum lacrymis redemerunt [29]. Manasses inter reges sceleratissimus : at inter eos, qui salutem consecuti sunt, ob luctum clarissimus [30].

Ζηλωτὴς ἤκουσε Φινεὲς, ὅτι τὴν Μαδιανῖτιν τῷ πόρνῳ συνεξεκέντησε, καὶ ἐξεῖλεν ἔνδοξος ἐξ υἱῶν Ἰσραὴλ· ἀλλ' ἐπηνέθη πλέον, ὅτι τοῦ λαοῦ προσηύξατο (31) πταίσαντος. Στῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξιλασώμεθα, καὶ κοπασάτω ἡ θραῦσις, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ λογισθήτω τοῦτο ἡμῖν εἰς δικαιοσύνην. Ἐπηνέθη καὶ Μωσῆς, ὅτι τὸν Αἰγύπτιον ἀνεῖλε (32), τῷ Ἰσραηλίτῃ περιαλγήσας· ἀλλ' ἐθαυμάσθη πλέον, ὅτι Μαριὰμ τὴν ἀδελφὴν διὰ τὸ γογγύσαι λεπρωθεῖσαν, διὰ τῆς εὐχῆς (33) ἐθεράπευσε. Σκόπει καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπειλοῦνται Νινευῖται καταστροφὴν, ἀλλὰ δάκρυσιν ἐξωνοῦνται τὴν ἁμαρτίαν (34). Μανασσῆς ἐν βασιλεῦσι παρανομώτατος, ἀλλ' ἐν τοῖς σωθεῖσι διὰ θρῆνον περιφανέστατος.

Quid tibi faciam, Ephraim [31], inquit Deus? Quantam iracundiam præ se fert hic sermo ! et tamen confestim propugnatio subjungitur. Quid benignitate celerius ? Sodomiticum ignem, adversus eos qui Jesum abigunt, discipuli postulant [32] ; at ille ultionem recusat. Malchi, unius ex petulantibus illis et contumeliosis, aurem Petrus amputat ; Jesus autem restituit [33]. Quid autem ille, qui, septiesne fratri lapso ignosceret, percunctatus fuerat ?

Τί σε διαθῶ, Ἐφραΐμ, παρὰ τοῦ Θεοῦ λέγεται; Ὅσης ὀργῆς ὁ λόγος ! καὶ ὑπερασπισμὸς ἐπάγεται. Τί τῆς φιλανθρωπίας ταχύτερον; Πῦρ Σοδομιτικὸν αἰτοῦσιν οἱ μαθηταὶ κατὰ τῶν ἀγόντων (35) τὸν Ἰησοῦν, ὁ δὲ ἀπαξιοῖ τὴν ἐκδίκησιν. Τέμνει Μάλχου τὸ ὠτίον Πέτρος, ἑνὸς τῶν ὑβριστῶν, Ἰησοῦς δὲ ἀποκαθίστησι. Τί δὲ ὁ ἐρωτήσας, εἰ ἑπτάκις τῷ ἀδελφῷ συγχωρητέον πταίσαντι ; οὐ μικρολογίαν καταγινώσκεται ; τῷ γὰρ ἑπτάκις, τὸ ἑβδομηκον-

[25] Num. xxv, 7 sqq. [26] Psal. cv, 30-31. [27] Exod. II, 12. [28] Num. xii, 10 sqq. [29] Jon. III, 4 sqq. [30] II Paral. xxxiii, 1 sqq. [31] Ose. vi, 4. [32] Luc. ix, 54. [33] Luc. xxii, 50-51.

(26) *Οὐ γὰρ οὕτως*. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. ὄντως.

(27) *Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο*. Ita cod. Reg., Montac. et Morel. In edit. καὶ γὰρ τοῦτο.

(27*) *Πολλῷ τούτου*. Unus cod. Montac. et Morel. πολλῷ τοῦτο.

(28) *Καρτερεῖν πάσχοντας*. Ita tres codd. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. πάσχοντα.

(29) *Καὶ τελεώτερον*. Cod. Reg. et Combef. καὶ τελειότερον.

(30) *Χρηστότητα τῇ χρηστότητι*. Ita cod. et Combef. In edit. χρηστότητα χρηστότητος, quod Bill. vertit : *ante benignitatem, benignitatem conferamus.*

(31) *Προσηύξατο*. Ita duo codd. Reg. et Combef. In edit. προηύξατο.

(32) *Τὸν Αἰγύπτιον ἀνεῖλε*. Bill. *Ægyptium obtruncavit.* Sed unde hoc illi cædis genus? Deinde, διὰ τὸ γογγύσαι. Ita Pass. et tres Regg. In editis desunt διὰ τό.

(33) *Διὰ τῆς εὐχῆς*. Ita cod. Reg. et Combef. Alter cod. διὰ τῶν εὐχῶν. In edit. ταῖς εὐχαῖς.

(34) *Τὴν ἁμαρτίαν*. Ita tres codd. Reg. et Combef. In edit. τὴν σωτηρίαν, quod Bill. vertit : *Verum salutem lacrymis redemerunt.*

(35) *Κατὰ τῶν ἀγόντων*. *Adversus eos qui a se propellebant Jesum*, qui ei negabant hospitium et refectionem, ut legitur in Evangelio. Combef. κατὰ τῶν ἀπαγόντων. Nec enim, inquit, simplex ἀγόντων hic congruit, aut quod reddit Bill. *qui Jesum adducunt.* Ubi enim sic ignem imprecati fuissent discipuli Jesum *adducentibus ?*

Digitized by Google

τάκις ἑπτὰ προστίθεται. Τί δὲ ὁ χρεωφειλέτης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὁ μὴ συγχωρήσας ἃ συγκεχώρηται; οὐ πικρότερον διὰ τοῦτο εἰσπράττεται;

annon ut præparcus ac nimis restrictus notatur? septenario enim septuagies septies adjicitur[35]. Quid debitor ille, de quo in Evangeliis mentio fit, qui eadem, quæ sibi remissa fuerant, minime remisit[35]? annon eo nomine acerbius ab eo debitum repetitur?

Τί δὲ ἡ τύπωσις τῆς εὐχῆς (36); οὐκ ἀφέσει βούλεται τὴν ἄφεσιν πραγματεύεσθαι; Τοσαῦτα ἔχοντες ὑποδείγματα, μιμησώμεθα Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ μὴ βουληθῶμεν ἀφ' ἡμῶν μαθεῖν αὐτῶν, ὅσον (37) κακὸν ἁμαρτίας ἀντίδοσις. Ὁρᾷς ἀκολουθίαν χρηστότητος. Νομοθετεῖ πρῶτον, εἶτα διακελεύεται (38), ὑπισχνεῖται, ἀπειλεῖ, ὀνειδίζει, ἐπανατείνεται, κατέχει· ἀπειλεῖ πάλιν· ὅταν ἐκδιασθῇ, πληγὴν ἐπάγει (39), καὶ ταύτην κατὰ μικρὸν, χώραν ὑπανοίγων ταῖς διορθώσεσι. Μὴ τοίνυν μηδὲ πλήξωμεν ἀθρόως (40) (οὐ γὰρ ἀσφαλὲς), ἀλλὰ τῷ φόβῳ σωφρονίσαντες, τῇ φιλανθρωπίᾳ νικήσωμεν, καὶ λάβωμεν ὑποχρέους (41) εὐλαβείας τῷ συνειδότι πλέον, ἢ τῇ ὀργῇ βασανίσαντες. Μὴ ξηράνωμεν συκῆν ἔτι καρποφορεῖν δυναμένην, μὴ ὡς ἀχρήστου καταγνῶμεν, καὶ καταργούσης τὸν τόπον, ἣν θεραπεύσει τυχὸν τεχνίτου γεωργοῦ προστασία καὶ ἐπιμέλεια. Μηδὲ τοσοῦτον ἔργον καὶ περιβόητον δι' ἐπήρειαν (42) ἴσως τοῦ πονηροῦ καὶ φθόνον, οὕτως ἐν βραχεῖ καταλύσωμεν, ἀλλὰ βουληθῶμεν φιλάνθρωποι φανῆναι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς (43), καὶ φιλόπτωχοι πλέον, ἢ φιλοδίκαιοι· μηδὲ τῶν ὑπεκκαιόντων ἡμᾶς εἰς τοῦτο πλέον, ἢ τῶν κατεχόντων ἀνεχώμεθα· καὶ τὸ αἰσχρὸν, εἰ μή τι ἄλλο, ἐνθυμηθέντες, εἰ δόξαιμεν πρὸς πτωχοὺς ἀγωνίζεσθαι, οἳ τοῦτο μέγα πλεονεκτοῦσι, τὸ, κἂν ἀδικῶσι, ἐλεεῖσθαι διὰ τὴν συμφοράν. Νῦν οἷον πάντας μέν σοι προσπίπτειν πτωχούς τε καὶ πτωχοτρόφους, πάντας δὲ μοναστὰς καὶ παρθένους ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετεύοντας. Δὸς τοῖς πᾶσιν ἀντὶ τούτων τὴν χάριν (ἐπειδὴ καὶ συνετρίβησαν ἱκανῶς, ὡς δῆλον ἐξ ὧν ἡμῶν ἐδεήθησαν), καὶ πρὸ πάντων ἡμῖν τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύουσιν. Οὓς εἴ σοι δεινὸν εἶναι φαίνεται τὸ παρ' αὐτῶν ἀτιμασθῆναι, πολλῷ φανείτω δεινότερον τό σοι παραινοῦντας ταῦτα μὴ ἀκουσθῆναι. Τῷ δὲ καλῷ Παύλῳ (44) συγχωρήσειεν ὁ Θεὸς, ἃ εἰς ἡμᾶς ἐξύβρισεν.

Denique annon illa precationis forma huc spectat, ut veniam nobis venia comparemus? **68** Cum igitur tot exempla nobis præsto sint, Dei benignitatem ac facilitatem imitemur, nec quantum mali in peccati ultione positum sit, ex nobis ipsis discere in animum inducamus. Benignitatis seriem vides. Primum legem sancit, deinde jubet, pollicetur, minatur, increpat, pœnas intendit, cohibet; minatur rursum; cum adactus fuerit, plagam infert, idque paulatim, viam scilicet emendationi aperiens. Quamobrem nos quoque operam demus, ne repente feriamus (neque enim id tutum est), verum ut eos a quibus læsi sumus, metu castigatos, benignitate superemus, atque ad verecundiam et reverentiam astringamus, qui conscientia potius quam iracundia torqueantur. Ne ficulneam, quæ fructus adhuc ferre queat, siccitate afficiamus, ne, ut inutilem et inutiliter locum occupantem, damnemus, cui industrii agricolæ cura et diligentia fortasse medebitur[36]. Nec tantum atque celebre opus ob diaboli fortasse improbitatem atque invidiam tam cito deleamus. Quin potius animum ita comparemus, ut benignos potius quam severos, et pauperum potius quam exacti juris amantes nos præbeamus; nec eorum potius qui nos ad id inflammant, quam qui retinent, rationem habeamus. In quo illud quoque, si nihil aliud, nobis considerandum est, nimirum turpe ac fœdum esse, si cum pauperibus concertare videamur; qui hoc nomine, et quidem magno, superiore conditione sunt, quod, etiamsi alioqui injuriam inferant, ob calamitatem tamen hominibus misericordiam movent. Fac nunc putes omnes pauperes, ac pauperum alendorum studiosos ad genua tua prosterni, omnes item monachos et virgines pro ipsis supplicantes. His omnibus, istorum loco, hoc beneficii da (quandoquidem etiam satis afflicti atque obtriti sunt, ut ex eo liquet, quod nos obsecrarunt), ac præsertim nobis, eorum nomine, deprecantibus. Quod si tibi grave atque indignum videtur, nos ab ipsis contemptui habitos fuisse, multo velim tibi gravius videatur, nos hæc tibi suadentes minime exaudiri. Pulchro autem Paulo utinam Deus ea quæ in nos contumeliose perpetravit, condonet.

[35] Matth. XVIII, 21. [35] Matth. 23 sqq. [36] Luc. XIII, 7 sqq.

(36) *Τύπωσις τῆς εὐχῆς. Orationis regula*, nempe Dominicæ.

(37) *Μαθεῖν ἀφ' ἡμων αὐτῶν, ὅσον.* Cod. unus. μαθεῖν αὐτοὺς ἀφ' ἡμῶν, ὅσον. Montac. et Morel. μαθεῖν αὐτοὺς ὅσον. Combef. μαθεῖν ἡμᾶς ἀφ' ἡμῶν, ὅσον.

(38) *Εἶτα διακελεύεται.* Bill., non recte, *hortatur.*

(39) *Ἀπειλεῖ πάλιν· ὅταν ἐκδιασθῇ, πληγὴν ἐπάγει.* Sic legendum cum Combef.

(40) *Πλήξωμεν ἀθρόως.* Combef. vertit: *Ne impetu feriamus.*

(41) *Λάβωμεν ὑποχρέους.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ὑπόχρεως.

(42) *Καὶ περιβόητον δι' ἐπήρειαν.* Ita cod. Reg. et Combef.; Montac. et Morel. delent καί. In edit. καὶ περιβόητον οὕτως δι' ἐπήρειαν.

(43) *Φιλάνθρωποι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς. Benigni potius quam judices;* ἐντελεῖς enim, ait Suidas, οἱ ἄρχοντες, ἢ ἄρξαντες, *judices, magistratus*: nec aliud, inquit Combef., φιλάνθρωποι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς, quam quod Probus Ambrosio: *Vade, age, non ut judex, sed ut episcopus.*

(44) *Καλῷ Παύλῳ.* Ita codd. tres Regg. et Combef. In ed. Πλούτωνι. Quis sit iste *Paulus*, minime novimus.

Digitized by Google

69 LXXVIII. THEOTECNO. ΟΗ'. ΘΕΟΤΕΚΝΩ (45).

Tanta est hujus epistolæ cum præcedente, tum argumenti, tum methodi, congruentia, ut eas disjungere fas non sit. Videtur enim utraque eadem occasione eodemque tempore scripta, cum Theodorus, Theotecnus et alii, qui media inter sacra mysteria lapidibus propemodum obruti cum Gregorio fuerant, sed Gregorio minus injuriæ patientes, sacrilegos in judicium vocare pœnasque reposcere parabant. Quos Theologus ab ultionis desiderio ad benignitatem et injuriæ oblivionem magnis patientiæ exemplis et documentis nititur revocare. Theotecnum in primis monet, ut baptismi recens suscepti gratiam inimicorum cruore non contaminet, ne iterum purgatione, quod periculum non vulgare est, opus habeat.

Non quidem nos fugit, vix fieri posse, ut recente injuria, ac flagrante adhuc iracundia, rationes admittantur. Iracundia enim et mœstitia oculo carent, ac præsertim cum jure ac merito quis stomachatur. At quoniam ipsi quoque simul læsi et contumelia affecti sumus, nec minus stomachamur, ob eam causam æquum etiam est consilium nostrum minime a te contemni. Gravia perpessi sumus : adde, si lubet, qualia nemo alius mortalium. At ne propterea nobis ipsis injuriam inferamus, nec tantum pietatis odium concipiamus, quantum nobis minime expedit. Magna res est uxor, et chara res filia : necdum tamen animæ anteponenda. Veniat tibi in mentem, te baptismi gratiam recens consecutum esse, atque lavacro peccata eluisse. Est autem non vulgaris periculi, donum illud cruore contaminare, aliaque rursum purgatione opus habere. Quamobrem ne committamus, ut nobis ipis insidias tendamus, ac fiduciam, quæ ad Deum est, amittamus, dum nos ipsos iis, a quibus læsi sumus, acerbos et sævos præbemus, ac plus æquo indignamur. Hominem Deo et futuris supplicis relinquamus : nos autem editis benignitatis documentis, judicis benignitatem nobis conciliemus, atque ignoscamus, ut veniam obtineamus. Nec te inanis hæc cogitatio in fraudem inducat, nempe justam ultionem culpa carere, nec crimen in eo haberi, qui sontem et sceleratum legibus dediderit. Romanis suæ leges sunt : nobis item nostræ. At illorum leges modum excedunt, et acerbæ sunt, atque ad cruorem usque grassantur : nostræ, benignæ et humanæ, nec furore adversus eos, a quibus injuriam accepimus, utendi potestatem nobis facientes. His hæreamus, has sequamur : ut, ob exiguum beneficium (exigua **70** enim ac nullius pretii hæc vita est), magna ab ipso Deo, hoc est, ipsius benignitatem et spes futuras recipiamus.

A Οἴδαμεν (46) ὅτι χαλεπόν ἐστι, προσφάτου τῆς ἀδικίας οὔσης, καὶ τοῦ θυμοῦ ζέοντος ἔτι, παραδεχθῆναι (47) τοὺς λογισμούς. Τυφλὸν γὰρ ὁ θυμὸς καὶ ἡ λύπη, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ δικαίως ἀγανακτεῖν παρῇ. Ὅμως ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ τῶν συνηδικημένων ἐσμὲν καὶ συνυβρισμένων, καὶ οὐχ ἧττον ἀγανακτοῦντων, διὰ τοῦτό ἐσμεν δίκαιοι καὶ συμβουλεύοντες μὴ ἀτιμασθῆναι. Δεινὰ πεπόνθαμεν· εἰ δὲ βούλει, πρόσθες οἷα μηδεὶς ἄλλος ἀνθρώπων. Ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦτο καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀδικήσωμεν, μηδὲ τοσοῦτον εὐσέβειαν μισήσωμεν (48), ὅσον ἡμῖν οὐ συμφέρει. Μέγα ἐστὶ γυνή, καὶ τίμιον θυγάτηρ· ἀλλ' οὕπω ψυχῆς τιμιώτερον. Ἐνθυμήθητι ὅτι νεωστὶ μὲν τῆς χάριτος ἠξιώθης, καὶ τῷ λουτρῷ τῶν ἁμαρτίων ἐκαθάρθης (49)· κίνδυνος δὲ οὐχ ὁ τυχὼν, αἵματι μολῦναι τὴν δωρεὰν, καὶ πάλιν ἄλλης δεηθῆναι καθάρσεως. B Μὴ τοίνυν ἐπιβουλεύσωμεν ἡμῖν αὐτοῖς, μηδὲ τὴν παῤῥησίαν τὴν πρὸς Θεὸν ἀποβάλωμεν (50), πικροὶ τοῖς ἠδικηκόσι φανέντες, καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἀγανακτοῦντες. Ἀφῶμεν τῷ Θεῷ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν κολαστηρίοις· ἡμεῖς δὲ φιλάνθρωπον κτησώμεθα τὸν κριτὴν, αὐτοὶ φανέντες φιλάνθρωποι, καὶ συγχωρήσωμεν, ἵνα συγχωρηθῶμεν. Καὶ μή σε ἀπατάτω μάταιος λογισμὸς, ὅτι τὸ δικαίως ἐπεξελθεῖν ἀνεύθυνον, καὶ τὸ παραδοῦναι τοῖς νόμοις τὸν παρανομήσαντα (51). Εἰσὶ νόμοι Ῥωμαίων, εἰσὶ δὲ καὶ ἡμέτεροι. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄμετροι, καὶ πικροὶ, καὶ μέχρις αἵματος (52) προϊόντες· ἡμῖν δὲ χρηστοὶ καὶ φιλάνθρωποι (53), καὶ μὴ συγχωροῦντές τι τῷ θυμῷ χρῆσθαι κατὰ τῶν ἀδικούντων. Τούτοις ἐμμείνωμεν, C τούτοις ἀκολουθήσωμεν· ἵνα μικρὰ χαρισάμενοι (μικρὰ γὰρ ἡ ἐνταῦθα (54) ζωὴ καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξια), μεγάλα παρὰ τοῦ Θεοῦ (55) ἀντιλάβωμεν, τὴν παρ' αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἐλπίδας.

(45) Alias CXCVIII. Scripta anno 379.

(46) *Οἴδαμεν.* Combef. οἶδα μέν. *Non quidem me fugit.*

(47) *Ζέοντος ἔτι, παραδεχθῆναι.* Ita cod. Par. ac Combef. In edit. ζέοντος ἔτι ταραχθῆναι. Bill. addendum proponit μὴ ταραχθῆναι, vel pro ἔτι legendum οὔτι ταραχθῆναι. Montac. et Morel. ἵστε ταραχθῆναι. Vertit autem Bill. : *Vix fieri posse quin ratio perturbetur.*

(48) *Εὐσέβειαν μισήσωμεν.* Plane legendum, ait Combef., ἀσέβειαν μισήσωμεν, *nec tantum impietatis odium concipiamus*; at huic lectioni suffragantur nulli codices.

(49) *Καὶ τῷ λουτρῷ τῶν ἁμαρτιῶν ἐκαθάρθης.* Hæc verba desunt in editis. Restituimus ex cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef.

(50) *Ἀποβάλωμεν.* Cod. Reg. καταβάλωμεν. Montac. et Morel. κάτω βάλωμεν. In edit. ἀποβάλλωμεν.

(51) *Τὸν παρανομήσαντα.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. τόν deest.

(52) *Μέχρις αἵματος.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. μέχρις αἱμάτων.

(53) *Χρηστοὶ καὶ φιλάνθρωποι.* Horum loco unus cod. Reg. εὐμενεῖς τε καὶ ἥμεροι καὶ φιλανθρωπίας ἐχόμενοι, *nostræ autem clementiam et mansuetudinem, humanitatemque spirantes.*

(54) *Ἡ ἐνταῦθα.* Ita duo codd. Reg. ac Combef. In edit. ἡ deest.

(55) *Παρὰ τοῦ Θεοῦ.* Ita cod. et Combef. In edit. παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ.

Digitized by Google

Ὀθ'. ΣΙΜΠΛΙΚΙᾼ (56).

LXXIX. SIMPLICIÆ.

Quædam Cappadociæ Ecclesia, episcopo destituta, communi consensu elegit servum Simpliciæ, divitis matronæ et in pauperes munificæ, sed hæreticis suspicionibus flagrantis; eumque loci incolæ ad Basilium et Gregorium adducunt, rogantes ut illum sibi episcopum darent; annuerunt episcopi fervidis precibus, servumque invitum ac reluctantem ordinarunt, non exspectato dominæ consensu. Quod ubi illa rescivit, plenas minarum et conviciorum atque etiam documentorum litteras dedit; ausa quippe est impudens mulier Basilium, ut minus peritum, docere; quin etiam sceleratos homines adversus eum concitavit. Rescripsit Basilius, sicque iracundæ mulieris compressit insolentiam, ut quandiu ille vixit, mutire ausa non sit. At eo mortuo, ad ingenium rediit, et ad Gregorium ea de re scripsit, perhonorifice quidem de Basilio loquens, sed tamen vehementer contendens, ut servi ordinatio antiquaretur, minabatur sæcularia judicia. His litteris respondit Gregorius multo lenius quam scripserat Basilius.

Ἐπαινεῖς τὸν ἅγιον καὶ κοινὸν ἡμῶν (57) πατέρα, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα (58), καὶ χαρακτῆρα τῆς εὐσεβείας, τὴν πλήρη φρονήσεως πυλιάν, τὸν ζωῆς ἀνθρωπίνης καὶ ἀρετῆς μέτρα νικήσαντα, τὸν πιστὸν θεράποντα, καὶ μέγαν ἀρχιερέα, τὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτην (59), τὸ τοῦ Πνεύματος καταγώγιον· τοῦτο μὲν ὀρθῶς ποιεῖς, ἐπεὶ καὶ πᾶς λόγος ἐλάττων ἐστὶ τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ μακαρίας ψυχῆς, εἰ μή με ἀπατᾷ τὸ φίλτρον, ἢ καὶ τὸ πάθος τῷ πόθῳ κιρνάμενον (60). Ἐκεῖνο δέ σου καὶ λίαν τεθαύμακα, πῶς ἐπαινεῖς μὲν ὡς ἅγιον, καὶ μέχρι τούτου τὰ εἰκότα τιμᾷς, τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ καταλύειν ἐπιχειρεῖς, ὥσπερ τῶν ἀναγίων (61), καὶ μάλιστα ὕβρεως ὄντων ἀξίων, τῶν εἰκῇ ζησάντων (62) καὶ μεταστάντων. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀνδραπόδου μεταποιῇ ἰδίου τοῦ συμποιμένος (63), καὶ τὸ μικρὸν τοῦτο κέρδος διώκεις, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινήσω, ἵνα μετρίως εἴπω (64), καὶ σφόδρα τοῦτο τῆς σῆς μεγαλοψυχίας ἀνάξιον. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, χρυσῷ μὲν καὶ ἀργύρῳ τιμᾶν τὸ Θεῖον, καὶ τοῖς περιττοῖς τῆς κτήσεως, ἔνθα καὶ πλεῖον τοῦ πρὸς εὐσέβειαν ἴσως τὸ κατ' ἐπίδειξιν, ἱερεῖ δὲ ὅλως βούλεσθαι ζημιοῦν Ἐκκλησίαν, καὶ ἀποσυλᾶν τῶν ἀναθημάτων τὸ ἀγιώτατον;

Εἰ δὲ ὅτι κατ' ἐξουσίαν τοῦτο πεποιήκαμεν, ἀλλ' οὐχὶ τὴν σὴν εὐγένειαν ὑπεμνήσαμεν, οὐδὲ τῇ φιλοτιμίᾳ καιρὸν ἐδώκαμεν (65), δυσχεραίνεις, λέγοις μὲν ἄν τι δίκαιον, καὶ τὸ πάθος ἀνθρώπινον (66)· ἴσθι δὲ, μείζονος ἐπιδόσεως εἶναί σοι νῦν, ἢ τῷ τότε

A Quod sanctum illum et communem patrem nostrum laudibus vehis, illud, inquam, fidei columen, illam veritatis normam, et religionis formam, plenam prudentia canitiem, illum vitæ humanæ et virtutis modum supergressum, illum fidelem servum, et magnum pontificem, Dei et hominum mediatorem, Spiritusque sancti domicilium : hoc quidem recte facis, quandoquidem nec ulla oratio sanctæ illius et beatæ animæ laudibus par inveniri potest, nisi mihi amor imponit, aut etiam mœror cum desiderio permistus. Illud vero in te et quidem vehementer miror, quod cum eum et sanctum virum laudes, atque hactenus, ut æquum est, honore afficias, ipsius tamen opus evertere conaris, non secus ac profanorum hominum, contumeliaque maxime dignorum, quique vane temereque vixerint, atque e vita discesserint. Nam si collegam nostrum, quasi mancipium tuum vindicas, atque exiguum hoc lucrum aucuparis, nescio qua ratione probaverim, ut parcius et moderatius loquar, et hoc tua animi magnitudine perquam indignum est. Annon enim iniquum et absurdum fuerit, cum auro et argento superfluisque opibus Deum honores, ubi plus fortasse ostentationis est quam pietatis, sacerdote omnino Ecclesiam mulctare velle, sanctissimumque donarium deprædari?

Sin autem, quia id libere ac pro potestate **71**
fecimus, nec de ea re prius te certiorem fecimus, nec liberalitati tuæ munificentiæque tempus dedimus, idcirco succenses, justi quidem aliquid dixeris, humanusque est hic affectus. Illud autem

(56) Alias XXXVIII. Scripta anno 379, ante vel post superiorem. — *Σιμπλικίᾳ*. Ad eamdem exstat quoque Basilii epistola, nempe CXV, in qua ei liberalitatem quidem tribuere videtur, sed eam nihil prodesse ait, ubi jus conculcatur, atque optimis viris per sceleratos et perditos homines periculum creatur.

(57) *Καὶ κοινὸν ἡμῶν*. Ita cod. Reg. ac edit. nonnulli; in quibusdam autem καὶ τὸν κοινόν.

(58) *Τῆς ἀληθείας κανόνα*. Reg. et Montac. τῆς Ἐκκλησίας κανόνα, *Ecclesiæ regulam*. Mox, καὶ χαρακτῆρα τῆς εὐσεβείας. Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. τῆς Ἐκκλησίας. Et paulo post, τῆς ζωῆς. Unus cod. habet καὶ ζωῆς.

(59) *Τὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτην*. Ita cod. et iid. Sic Apostol. I Tim. II, 5 : εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. In edit. τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου μεσίτην.

(60) *Πάθος τῷ πόθῳ κιρνάμενον*. Ita cod. Reg., necnon Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. πάθος τῷ λόγῳ πόθῳ κιρνάμενον, quod reddit Combef. *dolor ex desiderio rationi commistus.*

(61) *Ὥσπερ τῶν ἀναγίων*. Combef. : *eorum qui nulla sanctitate fulserint.* Sed præstat, inquit, τῶν ἀνάγνων, quasi impurorum hominum; et ita cod. Reg., Montac. et Morel. Mox, ὕβρεως. Ita cod. Reg. In edit. ὕβρεων.

(62) *Τῶν εἰκῇ ζησάντων*. Combef., *qui nulla fruge vixerint.* Montac. et Morel. legendum proponunt τῶν οὕτω, εἰκῇ καὶ ζησάντων. Ita et nonnulli codices.

(63) *Μεταποιῇ ἰδίου τοῦ συμποιμένος*. Cod. Reg. τοῦ συμποιμαίνοντος, *mecum simul greges pascentem*, id est coepiscopum.

(64) *Οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινήσω, ἵνα μετρίως εἴπω*. Hæc deerant in edit.; sed exhibent codd. nostri. Pro μετρίως, legunt καὶ σφόδρα Montac., Morel., et Combef. qui vertit : *Nescio qua ratione laudaverim, ut et tua animi magnitudine perquam indignum dicam.*

(65) *Ἐδώκαμεν*. Ita cod. Reg. Edit. δεδώκαμεν. Mox, pro δυσχεραίνεις, Montac. et Morel. δυσχεραίνει τις.

(66) *Τὸ πάθος ἀνθρώπινον*. Edit. addunt πλὴν ἀνθρώπινον, *humanus tamen*; sed hæc verba desunt in cod. Reg., eaque ablegant Montac. et Morel.

Digitized by Google

scito, tanto majorem nunc, quam illo tempore, largitionem tuam fore, quanto magnificentius est accipientibus concessisse, quam si ipsa elargita fuisses. Atque illo modo Dei tantum gratia id facere videris : hoc autem, de nobis quoque illius cultoribus, dignisque habitis, qui nomen ipsius portemus, præclare mereberis. Ac proinde, nec illi, nec nobis succense. Ille enim vim passus est, non injuriam intulit : nos autem quid mirum, si benignitate tua freti, communique omnium suffragio credentes, eo progressi sumus? quod si quidem nonnulli ad gratiam aut malitiose et subdole tulerunt, ipsi viderint, Deoque rationem reddant. Nec enim nostrum est hoc scire, nec in omnium mentes pervadere. Nos vero, quo tandem modo id repudiare ac rejicere facile potuissemus, tantamque vim lacrymarum aspernari, nec loci solitudine moveri, tanto tempore inculti et pastore destituti, ac spiritalem curam et administrationem requirentis?

A καιρῷ (67), ὅσῳ τοῦ αὐτὴν ἐπιδοῦναι τὸ λαβοῦσι συγχωρῆσαι (68) φιλοτιμότερον. Κἀκείνως μὲν, τῷ Θεῷ μόνον (69) ἐδόκεις χαρίζεσθαι· οὕτω δὲ καὶ ἡμῖν τοῖς ἐκείνου θεραπευταῖς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ βαστάζειν ἠξιωμένοις. Μὴ τοίνυν μήτε ἐκείνῳ χαλέπαινε, μήτε ἡμῖν. Ὁ μὲν γὰρ τετυράννηται, οὐκ ἠδίκηκεν· ἡμεῖς (70) δὲ τί θαυμαστὸν, εἰ τῇ σῇ χρηστότητι θαῤῥοῦντες, ἐπὶ τοῦτο προεληλύθαμεν, καὶ ἅμα τῇ κοινῇ τοῦ παντὸς χωρίου ψήφῳ (71) πιστεύσαντες; ἦν εἰ μὲν πρὸς χάριν ἐποιήσαντό τινες ἢ κακούργως, αὐτοὶ ἂν εἰδεῖεν, καὶ τῷ Θεῷ λόγον ὑπέχοιεν. Οὐ γὰρ ἡμέτερον τοῦτο εἰδέναι, οὐδὲ ταῖς πάντων ἐμβατεύειν γνώμαις (72). Ἡμᾶς δὲ, πῶς παρώσσσθαι ῥᾴδιον ἦν, ἢ πῶς τοσαῦτα δάκρυα παριδεῖν (73), ἢ τοῦ χωρίου τὴν ἐρημίαν ἐπὶ τοσοῦτον B καὶ ἀθεραπεύτου, καὶ ἀποιμάντου, καὶ τὴν πνευματικὴν ἐπιστασίαν (74) οὐκ ἔχοντος;

Illud vero tibi vel in primis exploratum est, eos, qui tum assentiebantur, at nunc inficiantur, rem nec piam nec honestis et ingenuis hominibus dignam facere. Ac multo melior eorum ratio futura esset, si tum obstitissent, quam cum hoc tempore adulantur, factumque suum evertunt, hominesque magis, quam Deum metuunt. Tecum ipsa constituito, hos, qui sunt animi facilitate, dicturos iterum se tui metu sententiam mutasse, et quidem multo verius : quoniam semper eos delinquere oportet, falsasque et captiosas excusationes captare. Quod si hæc quidem a nobis recte dici tibi videntur, verum administratæ rei familiaris rationem reposcis (nam id quoque ad me delatum est, non enim in litteris tuis objecisti), **72** juste sane et humane ea reposcatur; nec quidquam eo nomine C queremur : neque enim nobis placet lenitatem facilitatemque dominis fraudi esse.

Ἐκεῖνο δέ σοι καὶ πρὸ πάντων δῆλον, ὅτι οἱ τότε μὲν συντιθέμενοι, νῦν δὲ ἀρνούμενοι, πρᾶγμα ποιοῦσιν οὔτε εὐσεβὲς, οὔτε ἐλεύθερον. Καὶ πολλῷ βελτίους ἂν ἦσαν, τότε ἀντιλέγοντες, ἢ νῦν κολακεύοντες, καὶ τὰ ἑαυτῶν καταλύοντες (75), καὶ ἀνθρώπους μᾶλλον ἢ Θεὸν φοβούμενοι. Οὓς πάλιν ἐρεῖν οἶου (76) διὰ τὴν εὐκολίαν, ὅτι φόβῳ τῷ πρὸς σὲ μετέστησαν, καὶ πολλῷ γε ἀληθέστερον· ἐπειδὴ δεῖ πταίειν (77) μὲν αὐτοὺς ἀεὶ, θηρᾶσθαι δὲ ψευδεῖς καὶ σεσοφισμένας ἀπολογίας. Εἰ δέ σοι ταῦτα μὲν ὀρθῶς δοκεῖ λέγεσθαι, οἰκονομίας δὲ ἀπαιτεῖτε λόγον (78) (ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἀκούω, οὐ γὰρ ἐν τοῖς γράμμασιν ἐνεκάλεσας), δικαίως τοῦτον ἀπαιτείσθω καὶ φιλανθρώπως· καὶ οὐδὲν μεμψόμεθα· οὐδὲ γὰρ ἡμῖν ἀρέσκει ζημιοῦσθαι δεσποτῶν ἐπιείκειαν.

Quid jam superest? virum fortasse, ut indignum arripere, ob eamque causam in ipsius ordinatio-

Τί λοιπὸν ἔτι; ὡς ἀναξίου (79) τοῦ ἀνδρὸς ἔτσως ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐπισκήπτειν τῇ κα-

(67) *Ἢ τῷ τότε καιρῷ.* Deest τῷ in cod.; Morel. et Combef. legunt ἢ τὸν τότε καιρόν.

(68) *Τὸ λαβοῦσι συγχωρῆσαι.* Ita codd. nostri, Montac. et Morel. In edit. τὸ λαβεῖν συγχωρῆσαι, quod Bill. reddit : *potestatem accipiendi fecisse.*

(69) *Τῷ Θεῷ μόνον.* Ita codd. nostri, Montac., Morel. ac Combef. In edit. τῷ Θεῷ μόνῳ.

(70) *Οὐκ ἠδίκηκεν· ἡμεῖς*, etc. Ita codd. non nulli. Alt., Montac., Morel. ac Combef. οὐκ ἠδίκησεν. In edit. οὐκ ἠδίκηκέ τι.

(71) *Τῇ κοινῇ τοῦ παντὸς χωρίου ψήφῳ.* Combef. τῇ κοινῇ τοῦ πρεσβυτερίου ψήφῳ, *totius cleri communi suffragio ac calculo.* Vertit hunc locum Bill. : *Si benignitate tua freti eo progressi, communesque omnium incolarum voces et suffragia secuti sumus.*

(72) *Πάντων ἐμβατεύειν γνώμαις, omnium mentes scrutari.* Combef. : *In omnium animos pervadere.*

(73) *Παριδεῖν.* Ita codd. nostri, Montac., Morel. ac Combef. In edit. περιιδεῖν. Mox, τοῦ χωρίου ἐρημίαν. Combef., *nec oppidi vel municipii solitudine.* Paulo post, τοσοῦτον καί. Deest καί in codd. nostris et Combef.

(74) *Τὴν πνευματικὴν ἐπιστασίαν.* Ita codd. nostri, Montac., Morel. ac Combef. In edit. τὴν ἐν Πνεύματι ἐπιστασίαν, *cui deerat, qui in Spiritu præesset.*

(75) *Καὶ τὰ ἑαυτῶν καταλύοντες.* Hæc desunt in cod. et Montac. Mox, μᾶλλον ἢ Θεόν. Ita codd. nostri. In edit. τὸν Θεόν.

(76) *Οὓς πάλιν ἐρεῖν οἶου.* Bill : *Quos etiam, qua sunt animi levitate, dicturos puta.* Pro ἐρεῖν legunt Montac. et Morel. εὑρεῖν· sed quid hoc verbo significare velint, non exponunt. Forte *quos etiam iterum conficturos existima.*

(77) *Δεῖ πταίειν.* In edit. παίειν. Correxit Bill. in versione ex conjectura, nos freti auctoritate cod. Reg. necnon Montac., Morel. ac Combef.

(78) *Ἀπαιτεῖτε λόγον.* Sic legendum nobis videtur cum Montac. et Morel. In edit. ἀπαιτεῖται. Combef. ἀπαιτεῖσθαι. Mox, ἐπεὶ καί. Ita cod., Morel. ac Combef. In edit. ἐπειδὴ καί.

(79) *Τί λοιπὸν ἔτι; ὡς ἀναξίου.* Montac. τί λοιπόν ἐστι; ὡς ἀνάξιος. *Inepte*, ait Morel., *refert Basileensem lectionem Montacutius quasi legatur illic* ὡς ἂν ἀξίου, *et ineptam alteram subjicit ex Bodleiano cod.* ἀνάξιος. Vertit Combef. ὡς ἀναξίου ἐπιλαμβάνεσθαι, *ut indignum forte virum criminari vel vindicare.* Pro ἐπιλαμβάνεσθαι, cod. Reg. habet λαμβάνεσθαι.

Digitized by Google

ταστάσει. Τοῦτο γάρ πως καὶ ἐγκαλεῖν εὐπρεπέστερον. Ὁ δέ μοι πρὸς τοῦτο λόγος, ἁπλοῦς καὶ ῥᾴδιος. Ἡμεῖς οὐδ' ἄλλον τινὰ τῶν ἐν αἰτίαις ἀφίεμεν ἀνεξέταστον, οὐδ' ἂν πάνυ τῶν φίλων ᾖ, καὶ τῶν εὖ γεγονότων (οὐδὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ κανόνος αἰδεσιμώτερον), οὐδὲ τοῦτον (80) ἀφήσομεν. Ἀλλ' εἴ τις ἔχοι τι κατηγορεῖν, εἰ μὲν βούλει, παρούσης σου καὶ συνδικαζούσης· εἰ δὲ μή, καὶ ἀπούσης, ἐφ' ἡμῶν ἐξετασθείς, εἰ μὲν ἀθῷος εὑρίσκοιτο, κἂν ᾖ δοῦλος, ἀποφευγέτω. Ἐπειδὴ καὶ δούλων καὶ δεσποτῶν ὁ αὐτὸς πατὴρ καὶ Θεὸς, καὶ οὐ ταῖς ἀξίαις τὸ δίκαιον διορίζεται. Εἰ δὲ ἁλίσκοιτο, τηνικαῦτα ὑπὸ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας κατακριθήσεται. Καὶ οὕτως οὔτε ὁ κανὼν ὑβρισθήσεται, οὔτε ὁ ἀπελθὼν ἀτιμασθήσεται (τὸ γὰρ καθ' ἡμᾶς ἴσως καὶ παροπτέον, ὡς οὐδενὸς ἀξίους [81]), καὶ αὐτὴ φεύξῃ πονηρὰν ὑπόνοιαν, ὡς διὰ τὸ ἀλλοτρίως ἔχειν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὴν ὑγιῆ πίστιν, ταῦτα τεχνάζουσα σοφιστικῶς, ἀλλ' οὐκ εὐγενῶς· καὶ ὑπ' ἄλλου μὲν κινουμένη (82), εἰς ἄλλο δὲ ἀποσκήπτουσα. Ὅ συμβουλεύω σοι μὴ παθεῖν, ὡς οὔτε ὅσιον, οὔτε εὐπρεπές· μηδὲ τοὺς ἡμετέρους νόμους ἀτιμάσασαν, ἐπὶ τοὺς ἔξωθεν καταφεύγειν, μηδὲ προσφιλονεικεῖν ἡμῖν, ἀλλὰ συγγινώσκειν, εἴ τι ἁπλούστερον πεποιήκαμεν διὰ τὴν ἐλευθερίαν τῆς χάριτος, καὶ δέξασθαι νικηθῆναι μᾶλλον καλῶς, ἢ νικῆσαι κακῶς, τῷ ἀντιβῆναι τῷ Πνεύματι (83).

nem invadere. Nam hoc quoque objicere, speciosius quodam modo fuerit. Mihi vero ad hoc simplex et facilis est oratio. Nos, nec alium quemdam, ex iis qui criminis alicujus rei sunt, incognita causa dimittimus, ne si arctissima quidem amicitia nobis conjunctus sit, nobilitateque insignis (neque enim Deo et ecclesiastica lege quidquam venerabilius est), nec hunc dimittemus. Verum si quis aliquid habet quod eum accuset, te præsente, simulque judicante, si ita libuerit; sin minus, absente quoque, nobis judicibus exploratus, si quidem innocens inventus fuerit, etiamsi servus sit, absolvatur. Nam et servorum et herorum idem est pater ac Deus, nec dignitatibus jus definitur : si vero convictus fuerit, a proprio peccato condemnabitur. Ita fiet, ut nec lex violetur, nec defuncto ignominia inferatur (nam de me fortasse nihil curandum est, utpote nullius pretii homine), et tu improbam suspicionem fugias, quasi ob id quod a nobis fideque sana abhorreas, hæc, versute potius quam generose, machineris; atque alio movente in aliud impetum detorqueas. Quod quidem, si me monitorem audieris, non facies, quia nec sanctum, nec honestum est : neque, contemptis nostris legibus, ad externas confugies, ac nobiscum pertinacius contendes : verum ignosces, si quid propter gratiæ libertatem simplicius fecimus, potiusque habebis honeste vinci quam male vincere, nimirum Spiritui obsistendo.

Π'. ΕΥΔΟΞΙΩ ΡΗΤΟΡΙ (84).

LXXX. EUDOXIO RHETORI.

Post Basilii mortem scriptam esse hanc epistolam constat; eaque non longo post tempore videtur scripta Eudoxio, qui Eudoxii alterius, celeberrimi rhetoris, erat filius, et rhetor ipse.

Ἐρωτᾷς πῶς τὰ ἡμέτερα. Καὶ λίαν πικρῶς (85). Βασίλειον οὐκ ἔχω, Καισάριον οὐκ ἔχω, τὸν πνευματικὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν σωματικόν (86). *Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μητήρ μου ἐγκατέλιπόν με*, μετὰ τοῦ Δαβὶδ φθέγγομαι (87). Τὰ τοῦ σώματος πονηρῶς ἔχει, τὸ γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς, φροντίδων ἐπιπλοκαὶ, πραγμάτων ἐπιδρομαὶ, τὰ τῶν φίλων ἄπιστα, τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀπολίμαντα. Ἔρρει τὰ καλὰ, γυμνὰ τὰ κακὰ, ὁ πλοῦς ἐν νυκτὶ (88), πυρσὸς οὐδαμοῦ, Χριστὸς καθεύδει. Τί χρὴ παθεῖν; μία μοι τῶν κακῶν λύσις, ὁ θάνατος. Καὶ τὰ ἐκεῖθέν μοι φοβερὰ, τοῖς ἐντεῦθεν τεκμαιρομένῳ.

Quæris quo statu res nostræ sint. Admodum acerbo. Basilium non habeo, Cæsarium non habeo, hoc est, spiritalem fratrem et corporeum. *Pater meus et* **73** *mater mea dereliquerunt me* [87], ut cum Davide loquar. Corpus ægrum est, senectus caput premit, curæ aliæ aliis intexuntur, incursant negotia, infidi amici, Ecclesiæ res pastore et gubernatore carent. Pereunt bona : nuda et aperta sunt mala : navigatio in nocte, fax nusquam; Christus dormit. Quid faciam? Una mihi malorum depulsio, mors. Ac res etiam alterius vitæ mihi formidolosæ sunt, ex hujus vitæ rebus conjecturam ducenti.

[87] Psal. xxvi, 10.

(80) *Οὐδὲ τοῦτον... ἔχοι.* Ita cod. Reg. In edit. οὔτε τοῦτον... ἔχει.

(81) *Οὐδενὸς ἀξίους.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. In edit. οὐδενὸς ἄξιον.

(82) *Ὑπ' ἄλλου μὲν κινουμένη.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. In edit. ὑπ' ἄλλου μὲν κρινομένη, quod Bill. : *atque ab alio accusata.* Mox, ὃ συμβουλεύω. Cod. ὃ συμβουλεύσω.

(83) *Τῷ ἀντιβῆναι τῷ Πνεύματι.* In edit. quibusdam legitur τῷ ἀντιβαίνοντι Πνεύματι, *quam obnitente Spiritu male vincere.*

(84) Alias XXXIX. Anno 375 scripta. — *Εὐδοξίῳ ῥήτορι.* Cod. Pass. Φιλαγρίῳ. Sic et Combef. *Ad quem*, inquit, *et* xxx *huic pene genuina. Vera itaque hæc ex cod. Reg. inscriptio*; sed nos cur ipsi obtemperemus Combefisius non persuadet; imo ne illi adhæreamus, inter plurima unum in primis obstat, quod, licet diversis temporibus, verisimile non sit Gregorium eadem iterum Philagrio scripsisse.

(85) *Καὶ λίαν πικρῶς.* Legendum vellent nonnulli καὶ λίαν, vel κακῶς καὶ λίαν πικρῶς, *utique admodum*, vel *malo et admodum acerbo.*

(86) *Τὸν σωματικόν.* Cod. Pass., Montac., Morel. et Combef. τὸν σαρκικόν, *et carnalem.*

(87) *Φθέγγομαι.* Cod. Pass., Montac. et Combef. φθέγξομαι.

(88) *Πλοῦς ἐν νυκτί.* Ita cod. Pass. et Combef. In edit. ἐν τῇ νυκτί. Mox, πυρσὸς οὐδαμοῦ. *Per hæc verba alludit*, ait Billius, *ad faces illas quæ ex sublimibus speculis lucem navigantibus ostendunt.*

Digitized by Google

LXXXI. GREGORIO NYSSENO.

ΠΑ'. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΝΥΣΣΗΣ (89).

Gregorium Nyssenum in peragrandis et componendis variarum provinciarum Ecclesiis vitæ suæ partem non pœnitendam, ex quo creatus fuit episcopus, constat posuisse. Propterea Gregorius Nazianzenus illum consolans tædio tot peregrinationum affectum et δυσχεραίνοντα, *ut ait,* τῇ περιόδῳ, *soli comparat, qui, orbem terrarum radiis suis illustrans, assidue circumcursat; comparat et stellis erraticis, quarum* τὸ πλάνον ἐναρμόνιον: *ipse namque veræ in Jesum Christum pietatis causa episcopus pulsus sede sua, propriaque carens Ecclesia, huc illuc exsul, exlorris, quocunque utilitas Ecclesiarum vocaret, eo se conferebat. Vide argumentum quod Casaubon præmisit notis in epist. Greg. Nyss. ad Eustathiam. Nobis hæc epistola convenire magis videtur legationi illi quam Nysseno, an.* 379, *concilium Antiochenum demandavit.*

Locorum circuitu angeris, tibique instabilis esse videris, quemadmodum ligna quæ aquis feruntur. Absit, vir eximie, absit ut ita affectus sis. Illorum enim cursus coactus est, tuus autem circuitus Deo gratus et acceptus: fixumque tibi ac stabile est multis prodesse, quamvis loco minime fixus sis. Nisi vero quis solem accuset, quia in orbem currit radios spargens, atque omnibus rebus, quas obit, vitam afferens; aut etiam inerrantes stellas laudans, planetas vituperet, quorum error quoque ipse compositus est atque concinnus.

A Δυσχεραίνεις τῇ περιόδῳ, καὶ ἀστατεῖν σεαυτῷ φαίνῃ, καθάπερ τῶν ξύλων ἃ καθ' ὑδάτων φέρεται. Μηδαμῶς, ὦ θαυμάσιε, μὴ οὕτως ἔχε. Τῶν μὲν γὰρ ἀκούσιος ἡ φορὰ, σοῦ δὲ κατὰ Θεὸν ἡ περίοδος (90), καὶ πάγιον τὸ τοὺς πολλοὺς εὖ ποιεῖν, κἂν εἰ μὴ τόπῳ πεπήγοις. Εἰ μὴ καὶ τὸν ἥλιον αἰτιῷτό τις, ὅτι περιτρέχει σπείρων τὴν ἀκτῖνα (91), καὶ πάντα ζωογονῶν ὅσα ἐπέρχεται· ἢ καὶ τῶν ἀστέρων τοὺς ἀπλανεῖς ἐπαινῶν, κακίζῃ τοὺς πλάνητας, ὧν καὶ τὸ πλάνον ἐναρμόνιον.

LXXXII. ALYPIO.

ΠΒ'. ΑΛΥΠΙΩ (92).

Si Alypium, ad quem jam epistolam LXI *scriptam vidimus, eum ipsum esse cui sequens scribitur, conjicias, a vero forsan non aberraveris. Cum autem ait hanc* primam *epistolam se scribere Alypio, sic intelligendum, quia epistola* LXI *Aerio quoque scripta erat Præterea hæc epistola* LXXXII *prima deprecatoria est epistola; prima, inquam, qua aliquid ab Alypio postulat. Is vero Alypius idem ille esse videtur, quem Gregorius epistola* CCVII, *alias* CXLVI, *patriæ decus atque* ornamentum *appellat. A patria aberat Gregorius quando hanc scripsit epistolam, rogans Alypium ut familiam suam tueretur, defensore carentem:* familiam nostram, quæ apud vos est. *Quæ verba significant tunc in Cappadocia versatum Alypium, et abfuisse Gregorium, quem tunc credibile est Constantinopoli versatum fuisse.*

Scripta itaque prima epistola, cum Apollinaristæ, quos furiantes raptantesque Nazianzenas oves Gregorius Nazianzum reversus inveniens, ea spe pertulerat, ut lenitate sua mansuetos redderet ac placidos, paulatimque emolliret, hinc pejores effecti, non modo simplicioribus animis pravam suam doctrinam infundere, *sed Gregorium etiam tanquam* idem secum sentientem *ausi sunt insimulare. Tum vero Gregorius, ne malum latius grassaretur, scribere coactus est.* Ne nunc quidem, *inquit*, credas mihi velim, scripsissemus, nisi Ecclesiam lacerari atque discindi videremus. *Sic veteres non nisi necessitate compulsi calamum stringebant. Neque alius epistolarum ad Cledonium scopus, aut alia occasio, nisi quod secundam in gratiam Catholicorum magis scripsisse videatur, seu de fide Theologi nonnihil illi dubitarent, seu, ut placet Eliæ, id tantum peterent,* ut regulam fidei quamdam et canonem haberent, ad quæ pravas hæreticorum *doctrinas exigerent. Porro Cledonius, ad quem utraque scripta est, is ipse est, ut videtur, quem Nazianzenæ diœceseos solitarium principem Hellenio commendans miris Theologus effert laudibus; qui Gregorii Testamento presbyter Iconii subscripsit. Ipsis constat litteris, Cledonium, ad quem scriptæ sunt, presbyterum fuisse, eumque pietate ac fide insignem; cujus erat in Ecclesia* docere *et* coarguere, pravumque dogma ne serperet advigilare, *etc.* — *Hæreticorum novandi libido, fraudesque ut simpliciores decipiant: circa Trinitatem et Filii Dei incarnationem Christianum dogma: Apollinaristarum maxime errores et figmenta insectatur Gregorius et tentat comprimere, petitque a Cledonio ut quæ ipsi scribit, hæc apud multitudinem velit attestari.*

CI. *AD CLEDONIUM PRESBYTERUM CONTRA APOLLINARIUE*

EPISTOLA I.

Perquam honorando ac Deo charissimo fratri et compresbytero Cledonio, Gregorius in Christo gaudere.

Scire cupimus, quænam hæc tanta sit circa Ecclesiam novandi libido, ut cuivis volenti [39*], atque, ut Scripturæ vocabulo utar, **84** prætergredienti, ovile præclare ductum et institutum discerpere, ac per furtivos impetus, vel potius prædatorias et absurdas doctrinas diripere liceat. Nam si quid haberent, quod in nobis circa fidem improbare ac condemnare possent, qui nunc impetum fecerunt, ne sic quidem tamen, nobis non admonitis, hujusmodi facinus aggredi par erat. Prius enim, vel persuadere, vel persuaderi velle oportebat (si modo nos quoque aliquo et numero sumus, ut qui Deum metuamus, et pro fidei defensione magnos labores subierimus, deque Ecclesia bene meriti simus), ac tum, si tum etiam, res novas moliri; sed tamen hac ratione petulantibus et contumeliosis hominibus aliqua fortassis excusatio suppeteret. Postquam autem fides nostra, et scriptis consignata, et verbis expressa, et hic et longius, et in periculis et in tranquillitate prædicata est, quonam pacto illi quidem res hujusmodi tentant, hi autem quietem agunt?

Nec vero adhuc illud indignum censendum est (quamvis utique grave atque indignum sit), quod homines isti pravam suam sententiam simplicioribus animis per versutiores et improbiores infundunt, sed quod de nobis falso comminiscuntur, tanquam idem ac illi sentiamus et sapiamus, escam videlicet hamo circumdantes, improbeque per hunc obtentum cupiditatem suam explen-

[39*] Psal. LXXIX, 13.

ΡΑ'. *ΠΡΟΣ ΚΛΗΔΟΝΙΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΝ ΚΑΤΑ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α' (17).

Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ (18) καὶ συμπρεσβυτέρῳ Κλήδονίῳ Γρηγόριος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Βουλόμεθα (19) μαθεῖν, τίς ἡ καινοτομία περὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἵν' ἐξῇ παντὶ βουλομένῳ καὶ παραπορευομένῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, διασπᾶν τὴν ποίμνην καλῶς ἠγμένην, καὶ συλαγωγεῖν κλοπιμαίοις ἐφόδοις, μᾶλλον δὲ ληστρικοῖς καὶ παραλόγοις διδάγμασιν. Εἰ μὲν γὰρ εἶχόν τι καταγινώσκειν ἡμῶν περὶ τὴν πίστιν οἱ νῦν ἐπελθόντες (20), οὐδ' οὕτω μὲν χωρὶς ὑπομνήσεως ἡμῶν ἔδει τὰ τοιαῦτα τολμᾶν. Πεῖσαι γὰρ ἐχρῆν ἢ πεισθῆναι θελῆσαι πρότερον (εἴπερ τις καὶ ἡμῶν λόγος, ὡς τὸν Θεὸν φοβουμένων καὶ κοπιασάντων ὑπὲρ τοῦ λόγου, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὠφελησάντων), καὶ τότε, εἴπερ ἄρα, καινοτομεῖν, πλὴν καὶ ἀπολογία τις ἦν ἴσως τοῖς ὑβρισταῖς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, καὶ ἐνταῦθα καὶ πορρώτερω, καὶ μετὰ κινδύνων (21) καὶ ἀκινδύνως, ἡ πίστις ἡμῶν κεκήρυκται, πῶς οἱ μὲν ἐγχειροῦσι τοῖς τοιούτοις, οἱ δὲ ἡσυχάζουσι (22);

Καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, εἰ τὴν ἑαυτῶν κακοδοξίαν (23) ἄνθρωποι ταῖς ἀκεραιοτέραις ψυχαῖς διὰ τῶν κακουργοτέρων ἐναποτίθενται (24), ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμῶν καταψεύδονται, ὡς ὁμοδόξων καὶ ὁμοφρόνων, τῷ χαλκῷ τὸ δέλεαρ περιβάλλοντες, καὶ διὰ τοῦ προσχήματος τούτου τὸ ἑαυτῶν θέλημα κακῶς ἐκπληροῦντες, καὶ τὴν ἁπλότητα ἡμῶν, ἐξ ἧς ἀδελφικῶς αὐτοὺς ἐωρῶμεν, καὶ

(17) Alias orat. L. Scripta anno 382. — *Ἐπιστολὴ α'.* Colb. 3 κατὰ Ἀπολλιναρίου λόγος β'. Morel. λόγος α'.

(18) *Θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ.* In cod. Reg. B et Orat. 2 deest ἀδελφῷ.

(19) *Βουλόμεθα.* Combef. βούλομαι.

(20) *Νῦν ἐπελθόντες.* Montac., Morel. ac Combef. ἐπεισελθόντες.

(21) *Μετὰ κινδύνων*, etc. Colb. 3, μετὰ κινδύνου, καὶ ἄνευ κινδύνου.

(22) *Οἱ δὲ ἡσυχάζουσι.* Combef. *Hi autem silent.*

(23) *Κακοδοξίαν.* Ita Colb. 5, et in quibusdam edit. Habent nonnulli κενοδοξίαν, *vanam suam sententiam.*

(24) *Ἐναποτίθενται.* Montac., Morel. ac Combef. legunt ἐναποτίθενται λόγων, *per versutiores fallaciosque sermones infundunt.* Mox vertit Bill.: *Sed quod nos etiam insimulant, tanquam idem sentientes et eodem modo affectos.*

Digitized by Google

οὐκ ἀλλοτρίως, κακίας ἐφόδιον ποιησάμενοι· οὐ μόνον δὲ, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπὸ τῆς δυτικῆς συνόδου (25) δεδέχθαι φασὶν, ὡς πυνθάνομαι, ὑφ' ἧς τὸ πρότερον ἦσαν κατακριθέντες, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. Εἰ μὲν οὖν ἐδέχθησαν ἢ νῦν ἢ πρότερον οἱ τὰ Ἀπολλιναρίου φρονοῦντες, τοῦτο δειξάτωσαν, καὶ ἡμεῖς στέρξομεν. Δῆλον γὰρ (26), ὅτι τῷ ὀρθῷ λόγῳ συνθέμενοι· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται (27) ἄλλως, εἰ τούτου τετυχήκασι. Δείξουσι δὲ πάντως, ἢ διὰ τόμου συνοδικοῦ, ἢ δι' ἐπιστολῶν κοινωνικῶν· οὕτος γὰρ τῶν συνόδων ὁ νόμος. Εἰ δὲ λόγος τοῦτό ἐστι καὶ ἀναπλασμὸς, εὐπρεπείας ἕνεκεν αὐτοῖς καὶ πιθανότητος τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς εὑρημένος διὰ τὸ τῶν προσώπων ἀξιόπιστον, δίδαξον αὐτοὺς ἠρεμεῖν, καὶ διέλεγχε. Τῇ γὰρ σῇ πολιτείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ τοῦτο πρέπειν ὑπολαμβάνομεν.

A tes, ac simplicitatem nostram, qua fiebat, ut fraterno affectu, non autem alieno animo eos aspiceremus, in pravitatis occasionem et subsidium arripientes. Ad quam indignitatem illud etiam accedit, quod ab occidentali synodo sese, ut audio, susceptos esse aiunt, a qua prius fuerant condemnati, ut cuivis est exploratum. Ac quidem, si vel nunc, vel ante suscepti sunt, qui Apollinarii placita sectantur, hoc ostendant, et nos acquiescemus. Perspicuum est enim eos, ut rectæ doctrinæ assentientes, susceptos fuisse : nec enim aliter se res habere potest, si hoc consecuti sunt. Omnino autem ostendent, vel per synodalem libellum vel per epistolas communionis indices : nam hic synodorum mos est. Si autem hoc merus est sermo ac figmentum, B speciosi cujusdam decoris causa, et ut fidem sibi concilient, ab ipsis excogitatum, 85 quiescere ipsos docc, ac coargue. Tuæ quippe vitæ rationi ac rectæ fidei hoc convenire existimamus.

ob personarum auctoritatem apud multitudinem

Μὴ ἀπατάτωσαν οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ ἀπατάσθωσαν, ἄνθρωπον ἄνουν δεχόμενοι τὸν Κυριακὸν (28), ὡς αὐτοὶ λέγουσι, μᾶλλον δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. Οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον χωρίζομεν τῆς θεότητος, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δογματίζομεν, πρότερον μὲν οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν καὶ Υἱὸν μόνον (29) προαιώνιον, ἀμιγῆ σώματος, καὶ τῶν ὅσα σώματος, ἐπὶ τέλει δὲ καὶ ἄνθρωπον, προσληφθέντα ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, παθητὸν σαρκὶ, ἀπαθῆ θεότητι, περιγραπτὸν σώματι, ἀπερίγραπτον πνεύματι, τὸν αὐτὸν ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, ὁρώμενον καὶ νοούμενον, χωρητὸν καὶ ἀχώρητον, ἵν' ὅλῳ ἀνθρώπῳ τῷ C αὐτῷ καὶ Θεῷ ὅλος ἄνθρωπος ἀναπλασθῇ πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

Ne homines isti alios decipiant, vicissimque ipsi decipiantur, hominem Dominicum, ut ipsi loquuntur, vel potius Dominum nostrum et Deum, mentis expertem esse asserentes. Neque enim hominem a divinitate separamus, sed unum et eumdem profitemur, prius quidem non hominem, sed Deum et Filium unicum, ac sæculis omnibus antiquiorem, a corpore rebusque omnibus corporeis purum et secretum; in fine autem etiam hominem, propter salutem nostram assumptum, carne passibilem, divinitate impassibilem, corpore circumscriptum, spiritu incircumscriptum, terrenum eumdem et cœlestem, visibilem et intelligibilem, comprehensibilem et incomprehensibilem ; ut per eumdem, totum hominem simul ac Deum, totus homo in peccatum lapsus refingatur.

Εἴ τις οὐ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν (30) ὑπολαμβάνει, χωρὶς ἐστὶ (31) τῆς θεότητος. Εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου δραμεῖν (32), ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς· θεϊκῶς μὲν, ὅτι χωρὶς ἀνδρός· ἀνθρωπικῶς δὲ, ὅτι νόμῳ κυήσεως (33), ὁμοίως ἄθεος. Εἴ τις διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι (34)

Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra divinitatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem in ea divino simul et humano modo formatum esse dixerit, divino, quia absque viri opera; humano, quia humani conceptus lege, æque atheus est. Si quis formatum hominem fuisse, Deumque postea

(25) *Ὑπὸ τῆς δυτικῆς συνόδου.* Damasus urbis Romæ episcopus et Petrus Alexandrinus, cum Apollinarii hæresim latius serpere agnovissent, coacto Romæ concilio, alienam eam esse ab Ecclesia universali statuerunt, ut scribit Nicephor. lib. xi, cap. D 12, ubi multa de Apollinario et illius a fide orthodoxa defectione. Romanum illud concilium occidentalem synodum hic videtur intelligere. Hæc Bill.

(26) *Δῆλον γάρ*, etc. Combef. *Liquet enim ea ratione receptos fuisse, quod rectæ fidei assensum præbuerint.*

(27) *Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται.* Colb. 3, οὐδὲ γὰρ ἐνεδέχετο.

(28) *Ἄνθρωπον... Κυριακόν. Hominem Dominicum.* Hanc vocem bene reprobat Gregorius : ea tamen usi sunt nonnulli Patrum; at non immerito, altius animum attendentibus ipsis postea displicuit. Sic Augustino qui de illa *Retract.* lib. i, cap. 19, ait : *Non video utrum recte dicatur homo Dominicus, qui est mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, cum sit utique Dominus. Dominicus autem homo quis in ejus sanctæ familia non potest dici?*

Et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos divinorum eloquiorum. Sed ubicunque hoc dixi, dixisse me nollem. Postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi.

(29) *Καὶ Υἱὸν μόνον.* Ita cod. Reg. B, Orat. 2, Colb. 3, 6, 9, Morel. ac Combef. In edit. καὶ Υἱὸν μονογενῆ, *et Filium unigenitum.*

(30) *Τὴν ἁγίαν Μαρίαν.* Ita Montac., Morel. et Combef. In edit. ἁγίαν deest.

(31) *Χωρὶς ἐστί.* Cod. Reg. B, Orat. 2, Colb. 3, χωρὶς ἔσται. Colb. 9, χωρὶς ἔστω.

(32) *Δραμεῖν.* Montac., Morel. ac Combef. διαδραμεῖν, *transiisse, excurrisse.*

(33) *Νόμῳ κυήσεως.* Bill., *juxta pariendi consuetudinem ;* at melius Combef., *juxta humani conceptus legem*, quod utero gestatus, et ad justam molem per incrementa perductus.

(34) *Εἶθ' ὑποδεδυκέναι, Deumque postea subiisse*, quasi jam exsistenti homini deitas accesserit, non in ipso Deo exsistentiam aut subsistentiam primo ortu humanitas nacta sit.

Digitized by Google

subiisse dicat, damnationi obnoxius est. Hoc enim non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos filios, alterum ex Deo et Patre, alterum ex matre, non autem unum atque eumdem induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione [40] excidat, quæ recte credentibus promissa est. Quamvis enim duæ naturæ sint Deus et homo, quippe qui anima sit et corpus, non tamen duo filii et dii : quemadmodum ne hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internam et externam hominis partem appellaverit [41]. Atque, ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud sunt ea, ex quibus Salvator, **86** (quippe cum non idem sit quod cerni non potest, cum eo quod in aspectum cadit; et quod temporis expers est, cum eo quod tempori subest) : non tamen alius atque alius : absit. Ambo enim hæc connexione unum sunt, Deo nimirum humanitatem, atque homine divinitatem suscipiente, aut quocunque tandem nomine quispiam uti malit. Porro aliud et aliud dico, contra quam in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne personas confundamus : non autem aliud atque aliud, quoniam tria quoad divinitatem unum et idem sunt.

A λέγοι Θεὸν, κατάκριτος. Οὐ γὰρ γέννησις Θεοῦ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως. Εἴ τις εἰσάγει δύο Υἱοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τῆς υἱοθεσίας; ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. Φύσεις μὲν γὰρ δύο Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα (35)· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ Θεοί. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε. Καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ Σωτὴρ (εἴπερ μὴ ταυτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον), οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ γένοιτο. Τὰ γὰρ ἀμφότερα ἓν τῇ συγκράσει (36), Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἂν τις ὀνομάσειε. Λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο (37), ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν· οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο, ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταυτὸν τῇ Θεότητι.

Si quis divinitatem in eo, velut in propheta, per gratiam operatam fuisse, non autem secundum essentiam copulatam fuisse atque copulari dixerit, a præstantiori afflatu vacuus sit, imo contrario impleatur. Si quis crucifixum non adorat, anathema sit, atque in eorum qui Deum interemerunt numerum ascribatur. Si quis eum ex operibus perfectum fuisse, aut post baptismum, vel resurrectionem a mortuis, in filium adoptatum dixerit, quemad-

Εἴ τις, ὡς ἐν προφήτῃ, λέγοι κατὰ χάριν ἐνηργηκέναι, ἀλλὰ μὴ κατ' οὐσίαν συνῆφθαί τε καὶ συνάπτεσθαι, εἴη κενὸς τῆς κρείττονος ἐνεργείας, μᾶλλον δὲ πλήρης τῆς ἐναντίας. Εἴ τις μὴ προσκυνεῖ τὸν ἐσταυρωμένον, ἀνάθεμα ἔστω, καὶ τετάχθω μετὰ τῶν Θεοκτόνων (38). Εἴ τις ἐξ ἔργων τετελειωμένον, ἢ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι λέγοι, καθάπερ οὓς Ἕλληνες παρεγγράπτους εἰσάγουσιν (39), ἀνάθεμα ἔστω. Τὸ

[40] Ephes. I, 5. [41] I Cor. XV, 45; II Cor. IV, 16; Ephes. III, 16.

(35) *Ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα, qui quidem homo et anima est et corpus.* Ea est enim humana natura de qua Gregorio controversia cum Apollinaristis. Nec bene Bill. : *Quemadmodum et anima et corpus.* Num duæ naturæ? at sensus hic falsum sonat. Anima namque et corpus partes sunt unius humanæ naturæ, et his Christus, humana natura homo est, ut et divinitate Deus. *Novimus et tenemus*, inquit S. August, serm. 174, *mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Jesum, in quantum homo erat, ejus esse naturæ cujus et nos sumus. . Et sicut tu unus homo, anima es et caro, sic et ille unus Christus, Deus et homo.*

(36) *Ἐν τῇ συγκράσει.* Combef. : *Ambo coadunatione unum sunt.* Addit autem : σύγκρασιν *contemperationem* dicit Cicero. Quæ vox post Eutychen exponenda ut commercium illud divinitatis et humanitatis in uno Christo significet, integra utraque substantia : illa *coadunatione* Deus homo factus est, et homo deitate imbutus eoque Deus.

(37) *Λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο.* Alius est Pater, ait Bill., alius Filius, alius Spiritus sanctus : tres enim distinctæ personæ sunt; at non aliud sunt. Una enim substantia est. In Christo autem alia est divina, alia humana natura : non tamen alius, atque alius Christus. Sic Augustinus lib. XI *De civitate Dei*, cap. 10, istorum duorum vocabulorum *alius* et *aliud* longe in ratione Trinitatis diversam esse significationem admonet. *Spiritus*, inquit, *Patris et Filii Spiritus sanctus propria quadam ratione hujus nominis in sacris Litteris nuncupatur. Alius est autem quam Pater et Filius : quia nec Pater est nec Filius; sed alius dixi, non aliud, quia et hoc pariter simplex pariterque bonum est, incommutabile et æternum.* Sic etiam Hilar. lib. II *De Trinitate : Alius*, inquit, *ab alio, quia Pater et Filius : non natura divinitatis alia et alia, quia ambo unum.*

(38) *Μετὰ τῶν θεοκτόνων.* Montac., Morel. et Combef. χριστοκτόνων, quam lectionem secutus est Bill., qui vertere non ausus est, *Deum interemerunt :* θεοκτόνων, quod tamen catholicum omnino. Profitemur enim unam in Christo ex duabus naturis, divina et humana, personam, et cum Ephesina synodo, part. I, c. 26, n. 4 : *Ipsum unigenitum Dei Filium ex Patre natum, etiamsi secundum propriam naturam impassibilis sit, nostri tamen causa mortem in carne secundum Scripturas passum esse, proprieque carnis afflictiones, quas nimirum in crucifixo corpore pertulit, citra illam sui passionem sibi adscivisse.* Nec aliud nos docet Apostolus Act. XX, Ephesinæ Ecclesiæ presbyteros alloquens : *Attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo.* Profusus igitur in redemptionem Ecclesiæ sanguis, sanguis est ipsius Dei, qui seipsum tradidit, ut sanguine suo acquireret, mundaret, sanctificaret, *exhiberetque ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, sed ut sit sancta et immaculata* (*Ephes.* V, 27).

(39) *Παρεγγράπτους εἰσάγουσιν.* Momus apud Lucianum in dialogo cui titulus est : *Jupiter tragœdus*, his verbis utitur : *Ac mihi hoc loco, o Jupiter, soli enim sumus, nec ullus hominum in hoc cœtu est, præter unum Herculem, ac Dionysium et Ganymedem et Æsculapium qui nostri sunt et dii*

Digitized by Google

γὰρ ἠργμένον, ἢ προκόπτον, ἢ τελειούμενον, οὐ Θεὸς, κἂν διὰ τὴν κατὰ μικρὸν ἀνάδειξιν οὕτω λέγηται. Εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι νῦν τὴν ἁγίαν σάρκα (40) λέγοι, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν θεότητα τοῦ σώματος (41), ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προσλήμματος καὶ εἶναι, καὶ ἥξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς παρουσίας αὐτοῦ (42). Ποῦ γὰρ τὸ σῶμα νῦν, εἰ μὴ μετὰ τοῦ προσλαβόντος; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τοὺς Μανιχαίων λήρους (43) τῷ ἡλίῳ ἐναποτέθειται, ἵνα τιμηθῇ διὰ τῆς ἀτιμίας· ἢ εἰς τὸν ἀέρα ἐχέθη καὶ διελύθη (44), ὡς φωνῆς φύσις, καὶ ὀδμῆς ῥύσις, καὶ ἀστραπῆς δρόμος οὐχ ἱσταμένης. Ποῦ δὲ καὶ τὸ ψηλαφηθῆναι αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἢ ὀφθήσεσθαί ποτε ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων; θεότης γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἀόρατος. Ἀλλ' ἥξει μὲν μετὰ τοῦ σώματος, ὡς ἐμὸς λόγος, τοιοῦτος δὲ οἷος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, ἢ παρεδείχθη, ὑπερνικώσης τὸ σαρκίον τῆς θεότητος. Ὥσπερ δὲ ταῦτα λέγομεν ἀποσκευαζόμενοι τὴν ὑπόνοιαν, οὕτω κἀκεῖνα γράφομεν διορθούμενοι τὴν καινοτομίαν.

modum quos Græci ascriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id, quod initium habuit, aut proficit, aut perficitur, Deus est : tametsi hæc de eo idcirco dicantur, quod paulatim sese patefecerit. Si quis sanctam carnem nunc depositam esse, nudamque ac corpore vacuam divinitatem esse, non autem cum assumpta carne, et esse, et venturam esse dixerit, adventus illius gloriam non cernat. Ubi enim nunc corpus fuerit, nisi cum ea natura, a qua assumptum est? Non enim scilicet juxta Manichæorum deliria **87** soli impositum est, ut per dedecus honoretur : aut in aerem fusum et dissolutum est, ut vocis natura, et odoris fluxio, et fulguris cursus minime consistentis. Ubi etiam illud ponemus quod ipse post resurrectionem contactus fuisse scribitur [45], aut ab iis, a quibus confixus est [46], aliquando videbitur? Divinitas enim per se oculorum obtutum fugit. Verum cum corpore quidem, ut sentio, veniet; talis autem, qualis discipulis in monte apparuit, aut obiter ostensus est [47], divinitate carnem superante. Quemadmodum autem hæc amoliendæ suspicionis causa dicimus, sic illa quoque corrigendi novi erroris studio scribimus.

Εἴ τις λέγοι τὴν σάρκα ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἀλλὰ μὴ ἐντεῦθεν εἶναι καὶ παρ' ἡμῶν, εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς (45), ἀνάθεμα ἔστω. Τὸ γὰρ, *Ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ*, καὶ *Οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι*, καὶ, *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο, νομιστέον λέγεσθαι διὰ τὴν πρὸς τὸν οὐράνιον ἕνωσιν (46), ὥσπερ καὶ τὸ διὰ Χριστοῦ γεγονέναι τὰ πάντα, καὶ *κατοικεῖν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν*, οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ Θεοῦ (47), ἀλλὰ κατὰ τὸ νοούμενον, κιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων, καὶ περιχωρουσῶν εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας.

Si quis carnem a cœlo descendisse, non autem hinc atque a nobis esse dixerit, etiamsi supra nos, anathema sit. Illud enim, *Secundus homo de cœlo* [48], et, *Qualis cœlestis, tales et cœlestes* [49]; et, *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis* [50], et si quid aliud ejusdem generis, propter unionem cum cœlesti dici existimandum est : quemadmodum et illud, Per Christum omnia facta esse [51], et *Christum in cordibus vestris habitare* [52], non secundum id Dei, quod oculis cernitur, sed secundum id, quod intellectu percipitur, commistis videlicet, ut naturis, ita etiam nominibus, atque ob arctissimam conjunctionem inter se vicissim commeantibus.

Εἴ τις εἰς ἄνουν ἄνθρωπον ἤλπικεν, ἀνόητος ὄντως ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄξιος ὅλως (48) σώζεσθαι. Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον· ὃ δὲ ἥνωται τῷ Θεῷ,

Si quis in hominem mente carentem sperat, amens profecto est, nec dignus, cui omni ex parte salus afferatur. Nam quod assumptum non est,

[45] Luc. XXIV, 39. [46] Zach. XII, 10. [47] Matth. XVII, 2. [48] I Cor. XV, 47. [49] ibid. 48. [50] Joan. III, 13. [51] Joan. I, 3. [52] Ephes. III, 17.

ascriptitii, etc. Ascriptitios autem deos vocabant minorum gentium deos, qui ex hominibus in deorum ordinem cooptati fuerant. Cicero *De legibus* deos majorum gentium appellat qui semper cœlestes sunt habiti; ascriptitios autem quos in cœlum merita vocaverunt. Hæc Bill.

(40) *Τὴν ἁγίαν σάρκα.* Ita Montac. et Morel. Sic et legit Bill. In edit. ἁγίαν deest.

(41) *Θεότητα τοῦ σώματος.* Ita Colb. 3, a, Montac. et Morel. At Colb. 9, θεότητα τοῦ προσλήμματος.

(42) *Παρουσίας αὐτοῦ.* Ita Montac. et Morel, sicque legit Bill. In edit. αὐτοῦ deest.

(43) *Κατὰ Μανιχαίων λήρους.* Manichæi, inquit Bill., Christi corpus in sole repositum esse nugabantur : ex illo David loco, psalm. XVIII, male intellecto errorem suum haurientes : *In sole posuit tabernaculum suum.* Vesanam autem et impiam illorum de sole opinionem vide apud August. *contra Faustum.* lib. XX, cap. 6. Athanas. lib. III *De assumptione hominis*, Manichæos *solicolas* vocat : Hermogeni tamen hanc hæresim tribuit Theodoretus.

(44) *Ἐχέθη καὶ διελύθη.* Colb. 3, ἐχέθη ἢ διελύθη, *fusum vel dissolutum est.*

(45) *Παρ' ἡμῶν εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς.* Ita Colb. 3, 6, a, Montac., Morel. ac Combef. Sic etiam Elias Cret. in Comment. In edit. εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς desunt. Reddit Combef. *Licet altiori quam nos ratione.*

(46) *Διὰ τὴν πρὸς τὸν οὐράνιον ἕνωσιν.* Inscite Bill. aut typographus, *præter cœlestem unionem.* Combef. *Unitionis causa quæ cum cœlesti intercedit*, id est, cum Verbo.

(47) *Οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ Θεοῦ, Non secundum id Dei quod oculis cernitur.* Ita Combef. qui addit : Parum theologice Billius, nec alto Gregorii sensu : *Non secundum eam partem quæ in oculos cadit;* ubi extremorum illam ἀντίδοσιν ex naturarum unitione considerat et explicat, jugulatque Nestorianos, quorum voces Bill. velut affectat.

(48) *Οὐκ ἄξιος ὅλως.* Ita codd. nostri, sicque legit Bill. In edit. οὐκ ἄξιος ὅλως.

Digitized by Google

curationis est expers : quod autem Deo unitum est, hoc quoque salutem consequitur. Si dimidia tantum ex parte Adamus lapsus est, dimidiatum quoque sit quod assumptum est, et quod salutem accipit; si autem totus peccavit, toti quoque genito unitus est, atque omni ex parte salutem consequitur. Quocirca ne perfectam salutem isti nobis invideant, aut ossa solum, et nervos, atque hominis picturam Salvatori tribuant. Nam si ipse inanimatus homo est, hoc etiam Ariani aiunt, ut passionem divinitati tribuant, **88** tanquam videlicet quod corpus movet, idem quoque patiatur. Si autem animatus quidem, verum mentis expers, quo tandem modo hominis nomen sustinebit? Neque enim homo animal est mente carens. Atque illud necesse est, ut species quidem et larva humana sit, anima autem equi cujuspiam, aut bovis, aut alius animalis mentem non habentis. Ac proinde illud quoque erit, cui salus afferatur : atque ego ab ipsa Veritate delusus sum, ut qui, alio honore affecto, ipse glorier, meque jactem. Si autem mentis particeps, non autem mente carens homo est, desipere vere ac mentis inopia laborare desinant.

A τοῦτο καὶ σώζεται. Εἰ ἥμισυς (49) ἔπταισεν ὁ Ἀδάμ, ἥμισυ καὶ τὸ προσειλημμένον καὶ τὸ σωζόμενον. Εἰ δὲ ὅλος (50), ὅλῳ τῷ γεννηθέντι ἥνωται, καὶ ὅλως σώζεται (51). Μὴ τοίνυν βασκαινέτωσαν ἡμῖν τῆς παντελοῦς σωτηρίας, μηδὲ ὀστᾶ μόνον, καὶ νεῦρα καὶ ζωγραφίαν ἀνθρώπου τῷ Σωτῆρι περιτιθέτωσαν. Εἰ μὲν γὰρ ἄψυχος ὁ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ἵν' ἐπὶ τὴν θεότητα τὸ πάθος ἐνέγκωσιν, ὡς τοῦ κινοῦντος τὸ σῶμα, τούτου καὶ πάσχοντος (52). Εἰ δὲ ἔμψυχος, εἰ μὲν οὐ νοερὸς, πῶς καὶ ἄνθρωπος; οὐ γὰρ ἄνουν ζῶον ὁ ἄνθρωπος. Καὶ ἀνάγκη τὸ σχῆμα μὲν ἀνθρώπειον εἶναι (53) καὶ τὴν σκηνὴν, τὴν δὲ ψυχὴν ἵππου τινὸς, ἢ βοὸς, ἢ ἄλλου τῶν ἀνοήτων. Τοῦτο γοῦν ἔσται καὶ τὸ σωζόμενον· καὶ διεψεύσθην ἐγὼ παρὰ τῆς ἀληθείας, ἄλλου τιμηθέντος, ἄλλος μεB γαλαυχούμενος. Εἰ δὲ νοερὸς, ἀλλ' οὐκ ἄνους ὁ ἄνθρωπος, παυσάσθωσαν ὄντως ἀνοηταίνοντες (54).

At, inquit, divinitas mentis loco sufficiebat. Quid autem hoc ad me? Divinitas enim cum sola carne homo non est, imo nec cum sola anima, nec cum utraque, si mens absit, quæ etiam magis homo censeri debet. Quamobrem totum hominem retine, ac divinitatem adjunge, ut me plene ac perfecte beneficio afficias. At, inquis, duo perfecta non capiebat. Non sane; siquidem corporeo modo rem expendas. Vas enim unius modii capax duos modios minime continebit, nec corporis unius locus duo aut plura corpora. Si autem ut intelligibilia et incorporea ea consideres, illud animadverte, quod idem ipse, et animum, et rationem, et mentem, et Spiritum sanctum continui, atque etiam ante me mundus hic (hoc est quod ex visibilibus et invisibilibus rebus constat), Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Hæc enim eorum, quæ in intellectum cadunt, natura est, ut incorporeo atque invisibili modo, et inter se et cum corporibus misceantur, quandoquidem et plurium vocum auris una capax est, et multorum ora iisdem aspectari oculis possunt, odoresque olfactu eodem percipi, ita ut nec sensus mutuo comprimantur, vel extrudantur, nec res sensiles ob perceptionis copiam imminuantur.

Ἀλλ' ἤρκει, φησὶν, ἡ θεότης ἀντὶ τοῦ νοῦ. Τί οὖν πρὸς ἐμὲ τοῦτο; Θεότης γὰρ μετὰ σαρκὸς μόνης οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲ ψυχῆς μόνης, οὐδὲ ἀμφοτέρων χωρὶς τοῦ νοῦ, ὃ καὶ μᾶλλον ἄνθρωπος (55). Τήρει οὖν τὸν ἄνθρωπον ὅλον, καὶ μίξον τὴν θεότητα, ἵνα με τελέως εὐεργετῇς (56). Ἀλλ' οὐκ ἐχώρει, φησὶ, δύο τέλεια. Οὐδὲ γὰρ, εἴπερ σωματικῶς σκοπεῖς. Ἀγγεῖον γὰρ μεδιμναῖον οὐ χωρήσει διμέδιμνον, οὐδὲ (57) σώματος ἑνὸς τόπος δύο ἢ πλείω σώματα· C εἰ δὲ ὡς νοητὰ καὶ ἀσώματα, σκόπει ὅτι καὶ ψυχὴν, καὶ λόγον, καὶ νοῦν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὁ αὐτὸς ἐχώρησα, καὶ πρὸ ἐμοῦ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα (58), ὁ κόσμος οὗτος, τὸ ἐξ ὁρατῶν λέγω καὶ ἀοράτων σύστημα. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν νοητῶν φύσις, ἀσωμάτως καὶ ἀμερίστως, καὶ ἀλλήλοις, καὶ σώμασι μίγνυσθαι. Ἐπεὶ καὶ φωναὶ πλείους ἀκοῇ μιᾷ χωρηταὶ, καὶ ὄψεις πολλῶν (59) τοῖς αὐτοῖς ὁρατοῖς, καὶ ὀσφραντοῖς ὀσφρησις, οὔτε τῶν αἰσθήσεων στενοχωρουμένων ὑπ' ἀλλήλων, ἢ ἐκθλιβομένων, οὔτε τῶν αἰσθητῶν ἐλαττουμένων τῷ πλήθει τῆς ἀντιλήψεως.

(49) *Εἰ ἥμισυς.* Colb. 9 et Combef. εἰ ἥμισυ.

(50) *Εἰ δὲ ὅλος.* Vox ἔπταισε vel excidit, vel subauditur, hancque Bill. supplevit.

(51) *Καὶ ὅλως σώζεται.* Colb. 3, 9, et Combef. καὶ ὅλος σώζεται. *Totus etiam salutem consequitur.*

(52) *Τούτου καὶ πάσχοντος.* Cod. Reg. B, καὶ τοῦ πάσχοντος.

(53) *Ἀνθρώπειον εἶναι.* Ita Colb. 3, 6, 9, et Morel.; at Colb. a, ἀνθρώπινον εἶναι. In edit. εἶναι deest.

(54) *Ὄντως ἀνοηταίνοντες.* Ita Colb. 3, 6, 9, a, et cod. Reg. ac Combef. Sic etiam legit Bill. In edit.: οὕτως, quod non displicet : *Tandem aliquando desipere desinant.*

(55) *Ὁ καὶ μᾶλλον ἄνθρωπος.* Multi, inquit Billius, hominem sola mente definierunt; Plato præcipue substantiam ipsam rationalis animæ haberi, corpus autem hominis simulacrum et umbram. Vide Mars. Ficinum in argumento XII dialogi Platonis *De legibus*, unde Africanus apud Ciceronem in *Somnio* sic Scipionem alloquitur : *Nec enim is es quem forma ista declarat; sed mens cujusque is est quisque, non ea figura quæ digito demonstrari potest.*

(56) *Τελέως εὐεργετῇς.* Montac., Morel. et Combef. τελείως εὐεργετήσῃς.

(57) *Οὐδέ.* Colb. 3, a, et Combef. οὐδὲ γάρ.

(58) *Τὸ ἅγιον Πνεῦμα.* Colb. 3, 6, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

(59) *Ὄψεις πολλῶν.* Ita Colb. 3, a, Montac., Morel. ac Combef. In edit. ὄψεις πλειόνων. Mox pro ὁρατοῖς, cod. Reg. B, Montac. ac Combef. ὁραταί, et pro ὀσφραντοῖς, Combef. ὀσφρανταί. Vertit Bill.: *Et plurium aspectus ab iisdem rebus in oculorum sensum cadentibus capi potest, atque idem odoratus ab iisdem rebus quæ olfactu sentiuntur, sic nempe ut nec sensus a se ipsis mutuo comprimantur atque in angustias rediguntur.*

Digitized by Google

Πεῦ δὲ καὶ τέλειος νοῦς ἀνθρώπου ἢ ἀγγέλου, A συγκρίσει θεότητος, ἵνα τὸ ἕτερον ἐκθλιβῇ παρουσίᾳ τοῦ μείζονος; οὐδὲ γὰρ αὐγή τι (60) πρὸς ἥλιον, οὐδὲ νοτὶς ὀλίγη πρὸς ποταμὸν, ἵνα τὰ μικρὰ προανέλωμεν (61), οἴκου μὲν αὐγὴν, γῆς δὲ νοτίδα, καὶ οὕτω χωρηθῇ τὰ μείζω καὶ τελεώτερα. Πῶς γὰρ χωρήσει δύο τέλεια, οἶκος μὲν αὐγὴν καὶ ἥλιον, γῆ δὲ νοτίδα καὶ ποταμὸν, τοῦτο διασκεψώμεθα· καὶ γὰρ πολλῆς ὄντως τὸ πρᾶγμα φροντίδος ἄξιον. Ἢ ἀγνοοῦσιν, ὅτι τὸ πρός τι τέλειον πρὸς ἕτερον ἀτελὲς, ὡς βουνὸς πρὸς ὄρος, καὶ κόκκος νάπυος πρὸς κύαμον, ἤ τι ἄλλο τῶν μειζόνων σπερμάτων, κἂν τῶν ὁμογενῶν μεῖζον λέγηται· εἰ δὲ βούλει, καὶ ἄγγελος πρὸς Θεὸν, καὶ πρὸς ἄγγελον ἄνθρωπος; Τέλειον οὖν ἡμέτερος νοῦς, καὶ ἡγεμονικὸν, ἀλλὰ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐχ ἁπλῶς τέλειον, Θεοῦ δὲ δοῦλον καὶ ὑποχείριον, ἀλλ' B οὐ συνηγεμονικὸν, οὐδὲ ὁμότιμον. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς, Φαραὼ μὲν θεὸς, Θεοῦ δὲ θεράπων, ὡς ἀναγέγραπται· καὶ ἀστέρες νύκτα μὲν περιλάμπουσιν (62), ἡλίῳ δὲ κρύπτονται, ὡς, μηδ' ὅτι εἰσὶν, ἡμέρᾳ γνωρίζεσθαι· καὶ λαμπὰς ὀλίγη μεγάλῃ πυρκαϊᾷ (63) προσχωρήσασα, οὔτε ἀπόλλυται, οὔτε φαίνεται, οὔτε χωρίζεται (64), ἀλλ' ὅλον ἐστὶ πυρκαϊὰ (65), τοῦ ὑπερέχοντος ἐκνικήσαντος.

Jam vero quonam pacto mens hominis, aut angeli, si cum divinitate comparetur, perfecta dici queat, ut alterum loco cedere cogatur majoris præsentia? Neque enim splendor aliquid, si cum sole conferatur, nec 89 humor exiguus, si cum fluvio; ut quæ parva sunt prius submoveamus, e domo splendorem, e terra humorem, atque ita quæ majora sunt et perfectiora capiantur. Quonam enim modo duo perfecta continebunt, hinc nempe domus splendorem et solem, hinc rursum terra humorem et fluvium, hoc consideremus; magna enim profecto cura et animadversione res digna est. An illud eos fugit, quod res eadem, quæ cum aliqua collata perfecta est, alterius ratione imperfecta sit, ut collis cum monte collatus, et granum sinapis cum faba, aut alio quopiam majori semine, etiamsi iis, quæ ejusdem sunt generis, majus dicatur: angelus etiam si ita lubet, cum Deo, et homo cum angelo? Quocirca mens nostra, perfecta illa quidem est, et principatum tenet, verum in animam et corpus; non autem simpliciter perfecta; Dei vero serva et subdita est, non principatus socia, nec pari honore prædita. Quandoquidem etiam Moses, Pharaonis quidem deus [80], Dei autem famulus est [81], ut Litteris sacris proditum habetur; et stellæ noctem illustrant, a sole autem occultantur, ita ut interdiu ne eas quidem esse agnosci possit; et exigua lucerna magno accedens accenso rogo, nec exstinguitur, nec lucet, nec disjungitur, sed totum rogus est ac flamma, superante nimirum eo quod præstantius est.

Ἀλλὰ κατάκριτος, φησὶν, ὁ ἡμέτερος νοῦς. Τί δαὶ ἡ σάρξ; οὐ κατάκριτος; Ἢ καὶ ταύτην ἀποσκεύασαι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἢ κἀκεῖνον πρόσαγε (66) διὰ τὴν σωτηρίαν. Εἰ τὸ χεῖρον προσείληπται, ἵν' ἁγιασθῇ διὰ τῆς σαρκώσεως, τὸ κρεῖττον οὐ προσληφθήσεται, ἵν' ἁγιασθῇ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως; εἰ ὁ πηλὸς ἐζυμώθη καὶ νέον φύραμα γέγονεν, ὦ σοφοὶ, ἡ εἰκὼν οὐ ζυμωθήσεται, καὶ πρὸς Θεὸν ἀνακραθήσεται (67), θεωθεῖσα διὰ τῆς θεότητος; Κἀκεῖνο δὲ (68) προσθήσομεν· εἰ διέπτυσται πάντως ὁ νοῦς ὡς ἁμαρτητικὸς καὶ κατάκριτος, καὶ διὰ τοῦτο σῶμα μὲν προσείληπται, νοῦς δὲ παραλέλειπται, συγγνώμη τοῖς πταίουσι περὶ νοῦν. Μαρτυρία γὰρ Θεοῦ κατὰ σὲ (69) σαφῶς ἔδειξε τὸ τῆς θεραπείας ἀδύνατον. Εἶπω τὸ μεῖζον· σὺ μὲν διὰ τοῦτο ἀτιμάζεις, ὦ βέλτιστε, τὸν ἐμὸν νοῦν (ὡς σαρκολάτρης, εἴπερ ἀνθρωπολάτρης ἐγὼ (70), ἵνα συνδήσῃς

At mens nostra, inquit, damnata est. Quid autem C caro? annon damnata? Quare aut hanc quoque propter peccatum abjice, aut illam etiam propter salutem adjunge. Si quod deterius est, assumptum est, ut per incarnationem sanctificetur; annon, quod præstantius est, assumetur, ut per humanitatis susceptionem sanctitate afficiatur? Si lutum fermentatum est, o sapientes viri, ac nova conspersio exstitit [82], imago ipsa non fermentabitur, et cum Deo temperabitur, per divinitatem deificata? Quin hoc quoque adjiciemus: si mens, ut peccatrix et damnata, omnino spreta et rejecta est, ob eamque causam omissa mente corpus assumptum est, ignosci utique par est iis, qui circa mentem peccant. Dei enim testimonio, de tua sententia, aperte demonstratum est, eam nulla ratione curari posse. Dicamne quod majus est? Tu quidem, op-

[80] Exod. VII, 1. [81] Jos. I, 15. [82] I Cor. V, 7.

(60) *Οὐδὲ γὰρ αὐγή τι.* Sic emendat Combef. In D edit. οὐδὲ γὰρ αὐγή τις πρὸς ἥλιον, quod Bill.: *Neque enim radius quidam, si cum sole conferatur, perfectus est.*

(61) *Ἵνα τὰ μικρὰ προανέλωμεν.* Bill.: *Libet enim parva prius sumere, nimirum domus splendorem, et solem, terræ autem humorem et pluviam, ut sic majora et perfectiora concipiant.*

(62) *Νύκτα... περιλάμπουσιν.* Montac. et Morel, νυκτὶ περιλάμπουσιν.

(63) *Μεγάλῃ πυρκαϊᾷ*, etc. Bill.: *Magno incendio adjuncta nec exstinguitur nec apparet.*

(64) *Οὔτε χωρίζεται.* Colb. 3 γνωρίζεται, *nec dignoscitur.*

(65) *Ὅλον ἐστὶ πυρκαϊά.* Bill.: *Totum istud est incendium.* Legit Combef. ὅλον ἐστὶ μία πυρκαϊά, *totum unus est rogus, una flamma.*

(66) *Κἀκεῖνον πρόσαγε.* Combef. κἀκεῖνον προσάγαγε, *Fac adjunxeris.*

(67) *Ἀνακραθήσεται, temperabitur*, quæ versio Græcis respondet; sed cum Patrum vocibus abusi fuerint hæretici, mallet Combef. *consociabitur, copulabitur.*

(68) *Κἀκεῖνο δέ.* Ita Colb. 3, a, Montac. ac Morel. In edit. δέ deest.

(69) *Μαρτυρία γὰρ Θεοῦ κατὰ σέ.* In cod. Reg. B, et apud Morel. κατὰ σέ desunt.

(70) *Ἀνθρωπολάτρης ἐγώ.* Ut idololatræ vocantur, ait Bill., qui simulacris divinos honores tribuunt, ita Apollinaristæ orthodoxos anthropolatras appellabant, quod totum hominem a Christo assumptum fuisse crederent, sicque illum colerent. Eodem

Digitized by Google

time vir (tanquam sarcolatra, siquidem ego anthropolatra sum), idcirco mentem meam contemnis, ut Deum cum carne devincias 90 perinde atque aliter astringi nequeat, ob idque intermedium parietem tollis [83]. Mea autem ratio, hoc est, hominis minime sapientis et eruditi, quænam est? Mens menti, ut propinquiori et conjunctiori, jungitur, ac per eam carni, inter divinitatem et carnis molem, intervenientem.

A Θεὸν πρὸς σάρκα, ὡς οὐκ ἄλλως δεθῆναι δυνάμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιρεῖς τὸ μεσότοιχον. Ὁ δὲ ἐμὸς λόγος τίς, τοῦ ἀφιλοσόφου καὶ ἀπαιδεύτου; ὁ νοῦς τῷ νοΐ μίγνυται, ὡς ἐγγυτέρῳ καὶ οἰκειοτέρῳ, καὶ διὰ τούτου σαρκὶ μεσιτεύοντος (71) θεότητι καὶ παχύτητι.

Porro autem, quam humanitatis assumptæ, vel, ut ipsi loquuntur, incarnationis, causam afferant, videamus. Siquidem ut Deus alioqui incomprehensibilis, comprehendatur, ac sub carne, quasi velo quodam, cum hominibus versetur, scita sane hæc ipsis larva est, et hypocrisis fabula: ut interim non dicam alio quoque modo fieri potuisse, ut nobiscum versaretur, quemadmodum prius in ignis rubo [84], et forma humana [85]. Si autem ut simili per simile sanctificato peccati damnationem solvat, profecto quemadmodum carne propter carnem damnatam, et anima propter animam opus habuit, ita etiam mente propter mentem, utpote quæ in Adamo non solum peccaverit, sed et prima affecta fuerit, quemadmodum medici in morbis loquuntur. Quod enim mandatum accepit, hoc mandato quoque minime paruit: quod autem minime paruit, hoc etiam eo audaciæ progressum est, ut illud violaret; quod autem violavit, hoc in primis quoque salute indigebat; quod autem salute indigebat, hoc etiam assumptum est; ita fit, ut mens assumpta sit.

Τίς δὲ καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἴδωμεν, εἴτευν σαρκώσεως, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν. Εἰ μὲν ἵνα χωρηθῇ Θεὸς, ἄλλως ἀχώρητος ὤν, καὶ ὡς ὑπὸ παραπετάσματι τῇ σαρκὶ τοῖς ἀνθρώποις προσομιλήσῃ, κομψὸν τὸ προσωπεῖον αὐτοῖς, καὶ τὸ δράμα τῆς ὑποκρίσεως· ἵνα μὴ λέγω ὅτι καὶ ἄλλως ὁμιλῆσαι ἡμῖν οἷόν τε ἦν, ὥσπερ ἐν βάτῳ πυρὸς B καὶ ἀνθρωπίνῳ εἴδει (72) τὸ πρότερον. Εἰ δὲ ἵνα λύσῃ τὸ κατάκριμα τῆς ἁμαρτίας τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἁγιάσας, ὥσπερ σαρκὸς ἐδέησε διὰ τὴν σάρκα κατακριθεῖσαν, καὶ ψυχῆς διὰ τὴν ψυχὴν, οὕτω καὶ νοῦ διὰ τὸν νοῦν, οὐ πταίσαντα μόνον ἐν τῷ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ πρωτοπαθήσαντα, ὥσπερ οἱ ἰατροὶ λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἀῤῥωστημάτων. Ὃ γὰρ τὴν ἐντολὴν ἐδέξατο, τοῦτο καὶ τὴν ἐντολὴν οὐκ ἐφύλαξεν· ὃ δὲ οὐκ ἐφύλαξε, τοῦτο καὶ τὴν παράβασιν ἐτόλμησεν· ὃ δὲ παρέβη, τοῦτο καὶ σωτηρίας ἐδεῖτο μάλιστα; ὃ δὲ τῆς σωτηρίας ἐδεῖτο, τοῦτο καὶ προσελήφθη· ὁ νοῦς ἄρα προσείληπται.

Hoc nunc, velint nolint, demonstratum est, C geometricis, ut ipsi aiunt, ac necessariis demonstrationibus. Tu vero perinde facis, ac si, læso hominis oculo, ac pede insuper offenso, pedi quidem medicinam adhiberes, oculum autem incuratum relinqueres: aut, cum pictor aliquid minus recte pinxisset, picturam quidem immutares, pictorem autem, velut munere suo recte functum, præterires. Quod si, his rationibus prohibiti eo confugiunt, ut Deum, remota etiam mente, homini salutem afferre posse dicant, utique potuit etiam, remota carne per solam voluntatem, quemadmodum alia quoque omnia citra corporis operam operatus est, et operatur. Quare cum mente carnem quoque tolle, ut plena et perfecta tibi sit temeritas. Sed scilicet a littera decipiuntur, propterea que ad D

Τοῦτο νῦν ἀποδέδεικται, κἂν μὴ βούλωνται, γεωμετρικαῖς, ὥς φασιν αὐτοὶ, καὶ ἀναγκαίαις ἀποδείξεσι. Σὺ δὲ ποιεῖς παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἴ ὀφθαλμοῦ ἀνθρώπου πταίσαντος καὶ ποδὸς προσπταίσαντος, τὸν πόδα μὲν ἐθεράπευες, τὸν δὲ ὀφθαλμὸν ἀθεράπευτον εἴας· ἢ ζωγράφου τι μὴ καλῶς γράψαντος, τὸ μὲν γραφὲν μετεποίεις, τὸν δὲ ζωγράφον ὡς κατορθοῦντα παρέτρεχες. Εἰ δὲ ὑπὸ τούτων ἐξειργόμενοι τῶν λογισμῶν, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὸ δυνατὸν εἶναι Θεῷ, καὶ χωρὶς νοῦ, σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, δυνατὸν δή που καὶ χωρὶς σαρκὸς, μόνῳ τῷ βούλεσθαι, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐνεργεῖ, καὶ ἐνήργηκεν ἀσωμάτως. Ἄνελε οὖν μετὰ τοῦ νοῦ καὶ τὴν σάρκα, ἵν' ᾖ σοι τέλειον τὸ τῆς ἀπονοίας. Ἀλλ' ἀπατῶνται ὑπὸ τοῦ γράμματος, καὶ διὰ τοῦτο τῇ σαρκὶ προστρέχουσι, τὴν συνήθειαν τῆς Γραφῆς

[83] Ephes. II, 14. [84] Exod. III, 2. [85] Gen. XVIII, 1 sqq.

itaque modo Gregorius Apollinarii sequaces sarcolatras vocat, quod carnem solam ab eo assumptam fuisse contenderent. Superius enim probavit eos qui mentem tollunt, animam quoque prorsus tollere, utpote in qua nihil sit mente præstantius.

(71) *Μεσιτεύοντος*. Montac. et Morel. ὡς μεσιτεύοντος. Vertit Combef.: *Quæ media intercedat inter deitatem et carnis molem.*

(72) *Ἐν ἀνθρωπίνῳ εἴδει. In humana specie*, videlicet dum sui præsentiam patriarchis exhibuit. Christum ab initio inter homines fuisse conversatum existimarunt Patrum nonnulli. *Congressus est*, inquit Tertullianus, *cum patriarchis et prophetis... ediscens jam inde a primordio, jam inde hominem quod erat futurus in fine. Asserunt quidam*, ait Augustinus, lib. XVI *De civ. Dei*, cap. 29, *Dominum Christum, etiam ante indumentum carnis, fuisse visibilem. Est quidem divinæ potestatis et invisibilis, incorporalis, incommutabilisque naturæ, sine ulla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere, non per id quod est, sed per aliquid quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est?* Verum huic sententiæ S. Doctor favere non videtur. Addit enim: *Multo est credibilius quod et Abraham in tribus, et Lot in duobus viris Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, etiam cum eos homines esse arbitrarentur.*

Digitized by Google

ἀγνοοῦντες. Ἡμεῖς αὐτοὺς καὶ τοῦτο διδάξομεν. Ὅτι μὲν γὰρ πανταχοῦ τῆς Γραφῆς ἄνθρωπος καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου προσαγορεύεται, τί δεῖ πρὸς εἰδότας καὶ λέγειν;

A carnem accurrunt, Scripturæ consuetudinem ignorantes : nos hoc quoque **91** eos docebimus. Nam quod Christus passim in Scriptura, homo, et Filius hominis appelletur, quid apud eos commemorare attinet, quibus hoc cognitum est et exploratum?

Εἰ δὲ διισχυρίζονται τῷ (73), *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, καὶ διὰ τοῦτο περιξέουσι τοῦ ἀνθρώπου τὸ κάλλιστον, ὥσπερ οἱ σκυτεῖς τὰ παχύτερα τῶν δερμάτων (74), ἵνα Θεὸν σαρκὶ συγκολλήσωσιν, ὥρα λέγειν αὐτοὺς καὶ σαρκῶν μόνων (75) τὸν Θεὸν εἶναι Θεὸν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ψυχῶν, διὰ τὸ γεγράφθαι, *Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς*, καὶ, *Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει*, καὶ *Εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ*, τοῦτ' ἔστι πᾶς ἄνθρωπος· ἢ πάλιν ἀσωμάτους, καὶ ἀοράτους καταβεβηκέναι τοὺς πατέρας ἡμῶν εἰς Αἴγυπτον, καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ Ἰωσὴφ δεδέσθαι μόνην ὑπὸ τοῦ Φαραὼ (76), διὰ τὸ γεγράφθαι, *Ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς κατέβησαν εἰς Αἴγυπτον*, καὶ, *Σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ* (77), πρᾶγμα δεθῆναι μὴ δυνάμενον. Ἀγνοοῦσι γὰρ οἱ ταῦτα λέγοντες, ὅτι συνεκδοχικῶς τὰ τοιαῦτα ὀνομάζεται, ἀπὸ μέρους τοῦ παντὸς δηλουμένου· ὥσπερ καὶ, *Νεοσσοὶ τῶν κοράκων ἐπικαλοῦνται τὸν Θεὸν*, ἵν' ἡ πτηνὴ δηλωθῇ φύσις, καὶ Πλειὰς καὶ Ἕσπερος καὶ Ἀρκτοῦρος μνημονεύονται ἀντὶ πάντων ἀστέρων, καὶ τῆς περὶ τούτους οἰκονομίας.

Quod si huic loco innituntur, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [56], ob idque, ut sutores quæ in pellibus crassiora sunt, ita ipsi, quod in homine præstantissimum est, abradunt, ut Deum cum carne conglutinent : tempus est ut ipsi dicant, carnium quoque duntaxat Deum esse Deum, non autem etiam animarum, quoniam scriptum est, *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis* [57]; et, *Ad te omnis caro veniet* [58]; et, *Benedicat omnis* B *caro nomini sancto ejus* [59]; hoc est, omnis homo : aut rursum patres nostros incorporeos et invisibiles in Ægyptum descendisse, solamque Josephi animam a Pharaone in vincula conjectam fuisse, quoniam scriptum est : *In septuaginta quinque animabus descenderunt in Ægyptum* [60]; et, *Ferrum pertransiit anima ejus* [61], res profecto ejusmodi, quæ nullis vinculis astringi queat. Ignorant enim, qui hæc dicunt, res hasce per synecdochen enuntiari, toto nempe per partem indicato; ut cum ait Scriptura, *Et pulli corvorum Deum invocant* [62], ut avium natura designetur, et Pleias et Vesperus et Arcturus memorantur [63], pro eo, ac si diceret omnia sidera, Deique circa ea providentiam.

Καὶ ἅμα οὐκ ἄλλως οἷόν τε ἦν τὴν τοῦ Θεοῦ δηλωθῆναι περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, ἢ ἐκ τοῦ μνημονευθῆναι τὴν σάρκα, καὶ ὅτι (78) δι' ἡμᾶς κατέβη καὶ μέχρι τοῦ χείρονος. Σάρκα γὰρ εἶναι ψυχῆς εὐτελέστερον, πᾶς τῶν εὖ φρονούντων ὁμολογήσει (79). Τὸ οὖν, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, ἴσον δοκεῖ μοι δύνασθαι τῷ καὶ ἁμαρτίαν αὐτὸν γεγονέναι λέγεσθαι καὶ κατάραν· οὐκ εἰς ταῦτα τοῦ Κυρίου μεταποιηθέντος, πῶς γάρ; ἀλλ' ὡς διὰ τοῦ ταῦτα δέξασθαι τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀναλαβόντος, καὶ τὰς νόσους βαστάσαντος. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς ἐν τῷ παρόντι διὰ τὸ σαφὲς καὶ τοῖς πολλοῖς εὔληπτον. Οὐ γὰρ λογογραφεῖν, ἀλλ' ἐπισχεῖν τὴν ἀπάτην βουλόμενοι, ταῦτα γράφομεν, τὸν δὲ τελεώτερον περὶ τούτων λόγον, εἰ δοκεῖ, καὶ διὰ μακροτέρων ἀποδώσομεν.

Huc accedit, quod non aliter Dei erga nos amor C testatus esse poterat, quam ex eo quod caro in memoria fuerit, et quia nostri causa ipse etiam usque ad deteriorem partem sese demisit. Carnem enim anima viliorem esse nemo sanæ mentis inficiabitur. Itaque hic locus, *Verbum caro factum est* [64], eamdem vim et significationem mihi habere videtur cum eo, quod *peccatum* quoque ipsum et *maledictum* factus esse dicitur [65]; non quod Dominus in hæc immutatus sit; qui enim id fieri posset? sed quia per id quod hæc suscepit, iniquitates nostras sustulit, et morbos portavit. Atque hæc quidem in præsentia propter perspicuitatem, et quia vel a rudioribus facile percipi queant, nobis dixisse sufficiat. Non enim ut libros condamus, sed ut errorem et fraudem comprimamus, hæc scribimus, pleniorem et perfectiorem de iis rebus disputationem alias, si videbitur, edituri.

Ὃ δὲ τούτων ἐστὶ βαρύτερον, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο πα- D **92** Quod autem his gravius est, ne hoc quidem

[56] Joan. I, 14. [57] Joan. XVII, 2. [58] Psal. LXIV, 3. [59] Psal. CXLIV, 21. [60] Act. VII, 14. [61] Psal. CIV, 18. [62] Psal. CXLVI, 9. [63] Job XXXVIII, 31, 32. [64] Joan. I, 14. [65] II Cor. V, 21· Gal. III, 13.

(73) *Διισχυρίζονται τῷ*. Colb. 3, 9, a, διισχυρίζονται τό.

(74) *Τὰ παχύτερα τῶν δερμάτων*. Perperam Bill. *crassiores pelles* : sic enim perit similitudo.

(75) *Σαρκῶν μόνων*. Colb. a, σαρκῶν μόνον. Colb. 3, σαρκῶν μόνων εἶναι Θεὸν τὸν Θεόν. Colb. 6, σαρκῶν μόνων τὸν Θεὸν εἶναι, ἀλλ' οὐχί, etc.

(76) *Ὑπὸ τοῦ Φαραώ*. Montac., Morel. et Combef. ὑπὸ τοῦ Πετρεφῆ, hoc est, *Putiphare*, quam lectionem confirmat Genes. XXXIX, 20, ubi non a Pharaone, sed a Putiphare traditus dicitur Joseph in carcerem.

(77) *Σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*. *Ferrum pertransiit anima ejus* ; et sic Septuaginta interpretes, quam versionem requirit historiæ veritas. Nullibi enim legimus Joseph percussum gladio, at in vincula conjectum. Vulgatam secutus est Bill., reddiditque *ferrum pertransiit animam ejus*, quod Græco minime respondet, et a mente Gregorii prorsus est alienum.

(78) *Καὶ ὅτι*. Ita Colb. 2, 6, 9, a, Montac. et Morel. In edit. καὶ deest.

(79) *Ὁμολογήσει*. Colb. 3, a, Montac., Morel. et Combef. πᾶς ἂν τῶν εὖ φρονούντων ὁμολογήσειε.

Digitized by Google

præterminere convenit : *Utinam abscindantur qui vos conturbant* [66], ac secundum Judaismum, et secundam circumcisionem, et secunda sacrificia invehunt. Si enim verum est quod asserunt, quid vetat quin Christus quoque ad eadem hæc abroganda rursus nascatur, et rursus a Juda prodatur, et in crucem tollatur, et sepulturæ mandetur, et resurgat, ut omnia, quæ ejusdem seriei sunt, impleantur, eodem stellarum motu, juxta Græcorum circuitum, eadem circumferente? Quæ enim hæc fatalis sors fuerit, ut ex iis, quæ tum contigerunt, aliud partim fiat, aliud partim omittatur? Hoc sapientes viri ostendant, et librorum multitudine gloriantes.

A

Quoniam autem ob librum illum de Trinitate animis inflati, falso nos, ut in fide minime sanos, accusant, ac plerosque velut esca quadam alliciunt, illud scire necesse est, Apollinarium, quamvis deitatis nomen Spiritui sancto dederit, vim tamen deitatis minime custodiisse. Siquidem ex magno, et majori, et maximo, hoc est, ex Spiritu sancto, et Filio, et Patre, tanquam ex splendore, et radio, et sole, Trinitatem constituere (quod quidem in illius libris aperte scriptum est), deitatis scala est, non in cœlum subvehens, sed e cœlo dejiciens. At nos Deum quidem Patrem et Filium et Spiritum sanctum agnoscimus : hæc autem non nuda nomina, dispares dignitates aut potentias secantia, sed unam eamdemque, ut appellationem, ita divinitatis naturam, et essentiam, ac potentiam.

B

Quod si quis hæc quidem a nobis recte dici arbitretur, verum hæreticorum communionem objiciat, hoc nostrum esse quispiam ostendat; et tunc vel persuadebimus, vel secedemus. Ante judicium autem, nec aliud quidquam novi moliri tutum est, nedum rem tantam, et de rebus tantis. Nos quidem ista, et apud Deum et apud homines, contestati sumus, et contestamur. Ac ne nunc quidem, credas mihi velim, hæc scripsissemus, nisi Ecclesiam lacerari atque discindi videremus, **93** tum per alias præstigias, tum per præsens vanitatis concilium. Quod si quis nobis hæc dicentibus et

C

[66] Gal. v, 13.

ραλιπεῖν ἀναγκαῖον. *Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς*, καὶ δεύτερον Ἰουδαϊσμὸν, καὶ δευτέραν περιτομὴν, καὶ θυσίας δευτέρας εἰσάγοντες· εἰ γὰρ τοῦτο, τί κωλύει καὶ πάλιν γεννηθῆναι Χριστὸν εἰς ἀθέτησιν τῶν αὐτῶν, καὶ προδοθῆναι πάλιν ὑπὸ Ἰούδα, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ ταφῆναι, καὶ ἀναστῆναι, ἵνα πληρωθῇ τὰ πάντα τὰ τῆς αὐτῆς (80) ἀκολουθίας, κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν ἀνακύκλωσιν (81), τὰ αὐτὰ περιφερούσης τῆς αὐτῆς τῶν ἄστρων κινήσεως; τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις (82), τὸ μέν τι γενέσθαι τῶν τότε συμβάντων, τὸ δὲ παρεθῆναι; τοῦτο δειξάτωσαν οἱ σοφοὶ, καὶ τῷ πλήθει τῶν βιβλίων φιλοτιμούμενοι.

Ἐπειδὴ δὲ τῷ περὶ Τριάδος φυσιούμενοι λόγῳ, καταψεύδονται μὲν ἡμῶν, ὡς οὐχ ὑγιῶς ἐχόντων περὶ τὴν πίστιν, δελεάζουσι δὲ τοὺς πολλοὺς, ἐκεῖνο γινώσκειν ἀναγκαῖον, ὅτι Ἀπολλινάριος μὲν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δοὺς, τὴν δύναμιν τῆς θεότητος οὐκ ἐφύλαξε. Τὸ γὰρ ἐκ μεγάλου, καὶ μείζονος, καὶ μεγίστου συνιστᾷν τὴν Τριάδα, ὥσπερ ἐξ αὐγῆς, καὶ ἀκτῖνος, καὶ ἡλίου, τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς (ὅπερ (83) σαφῶς ἐν τοῖς ἐκείνου γέγραπται λόγοις), κλίμαξ ἐστὶ θεότητος, οὐκ εἰς οὐρανὸν ἄγουσα (84), ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ κατάγουσα. Ἡμεῖς δὲ Θεὸν μὲν γινώσκομεν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα (85)· ταῦτα δὲ οὐ κλήσεις ψιλὰς, τεμνούσας ἀξιωμάτων ἢ δυνάμεων ἀνισότητας, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὥσπερ προσηγορίαν, οὕτω καὶ θεότητος φύσιν, καὶ οὐσίαν, καὶ δύναμιν.

Εἰ δέ τις ταῦτα μὲν ὀρθῶς οἴεται λέγεσθαι, ἐγκαλεῖ δὲ τὴν τῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν, δειξάτω τις τοῦτο τῶν ἡμετέρων (86)· καὶ ἢ πείσομεν, ἢ ἀναχωρήσομεν. Πρὸ κρίσεως δὲ οὐδὲ ἄλλο τι καινοτομεῖν ἀσφαλὲς, μὴ ὅτι πρᾶγμα τοσοῦτον, καὶ περὶ τηλικούτων. Ἡμεῖς μὲν οὖν ταῦτα καὶ διεμαρτυράμεθα Θεὸν καὶ ἀνθρώπους, καὶ διαμαρτυρόμεθα. Καὶ οὐδὲ νῦν, εὖ ἴσθι, ταῦτ' ἂν ἐγράψαμεν, εἰ μὴ τὴν Ἐκκλησίαν ἐωρῶμεν διασπωμένην, καὶ τεμνομένην, καὶ ταῖς ἄλλαις τερατείαις, καὶ τῷ νῦν συνεδρίῳ τῆς ματαιότητος. Εἰ δέ τις ταῦτα λεγόντων ἡμῶν καὶ διαμαρτυρομένων, ἢ διὰ χρείας τινὰς (87),

(80) *Τὰ πάντα τὰ τῆς αὐτῆς.* Morel. τὰ πάντα τῆς αὐτῆς.

(81) *Κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν ἀνακύκλωσιν. Hunc orbem ab eisdem abeundi*, ait Bill., *et ad eamdem rem revertendi* confutat Augustinus, lib. x, cap. 31, *De civit.*, quæ opinio Platonicorum fuit, qui circuitus temporum induxerunt, quibus eadem semper fuisse renovata atque repetita in rerum natura, atque ita deinceps fore sine cessatione asseverarent, ut idem August. docet, lib. xii, cap. 13. Cur autem hunc orbem necessarium putarent Platonici, exponit Vives, lib. x, cap. 31, ne videlicet cum certus esset animarum numerus a Deo, cum mundum hunc architectaretur, creatus, decessent qui terram incolerent homines, mundo æterno et hominibus morti subditis. Revolutionem hanc videtur attingere Tullius in *Somnio Scipionis.*

(82) *Τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις.* Ita codd. omnes, Montac., Morel. et Combef., cujus interpretationem sequimur. In edit. ἀποπλήρωσις, vertitque Bill. : *Quæ enim hæc attributio fuerit, ut ex iis quæ tum contigerunt aliud factum, aliud omissum sit?*

(83) *Ὅπερ.* Ita codd. nostri. In edit. ὥσπερ.

(84) *Εἰς οὐρανὸν ἄγουσα.* Montac., Morel. et Combef. εἰς οὐρανὸν ἀνάγουσα, *non in cœlum sursum vehens.*

(85) *Τὸ ἅγιον Πνεῦμα.* Colb. 3, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

(86) *Δειξάτω τις τοῦτο τῶν ἡμετέρων.* Comb.: *Ostendat quispiam id ad nos spectare.* Bill.: *Hoc nostrorum quispiam ostendat.*

(87) *Ἢ διὰ χρείας τινάς*, etc. Colb. 3, ἢ διὰ ἔχθρας τινὰς, ἢ διὰ φόβον ἀνῶν (ἀνῶν pro ἀνθρώπων), *aut propter quasdam inimicitias aut propter insipientium metum.* Paulo post, διὰ μικροψυχίας, reddit Bill. *propter simultates.*

Digitized by Google

ἢ διὰ φόβον ἀνθρώπινον, ἢ διὰ μικροψυχίας ἀτόπους, ἢ διὰ τὸ ἀπρόοπτον τέως καὶ ἀκυβέρνητον, ἢ διὰ τὸ ξενοχαρὲς, καὶ πρὸς τὰς καινοτομίας ἕτοιμον, διαπτύει μὲν ἡμᾶς, ὡς οὐδενὸς λόγου ἀξίους, προστρέχει δὲ τοῖς τοιούτοις, καὶ διαιρεῖ τὸ καλὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, αὐτὸς βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις ἐὰν ᾖ, καὶ ὑφέξει τῷ Θεῷ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Εἰ δὲ οἱ μακροὶ λόγοι, καὶ νέα ψαλτήρια, καὶ ἀντίφθογγα τῷ Δαβὶδ (88), καὶ ἡ τῶν μέτρων χάρις, ἡ τρίτη διαθήκη νομίζεται, καὶ ἡμεῖς ψαλμολογήσομεν, καὶ πολλὰ γράψομεν καὶ μετρήσομεν. Ἐπειδὴ δοκοῦμεν καὶ ἡμεῖς Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν· εἴπερ Πνεύματος χάρις τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ μὴ ἀνθρωπίνη καινοτομία (89). Ταῦτά σε βούλομαι διαμαρτύρασθαι τοὺς πολλοὺς (90), ἵνα μὴ βάρος ἔχωμεν, ὡς τοιοῦτο κακὸν παρορῶντες, καὶ παρὰ τὴν ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν, πονηροῦ δόγματος νομὴν καὶ ἰσχὺν λαμβάνοντος.

A contestantibus, aut propter quædam commoda· aut propter humanum metum, aut propter absurdas quasdam pusillanimitates, aut propter pastoris et gubernatoris inopiam, aut quia peregrinis et inusitatis rebus gaudet, atque ad res novas moliendas promptus et paratus est, nos quidem ut nullius pretii homines aspernatur, ad istos autem accurrit, ac pulchrum Ecclesiæ corpus dividit, ipse judicium portabit, quisquis tandem fuerit [67], atque apud Deum in judicii die causam dicet. Quod si prolixi libri, et nova Psalteria, Davidique contrarium sonum edentia, et carminum lepos, pro tertio quodam testamento habentur : nos quoque psalmos condemus, et multa conscribemus, ac versibus complectemur ; quandoquidem ipsi quo- B que Spiritum Dei nos habere existimamus : si tamen Spiritus gratia hoc est, ac non potius humana novatio. Hæc te apud multitudinem attestari volumus, ut ne pondus habeamus, tanquam hujusmodi malum dissimulantes, ac per socordiam nostram committentes ut pravum dogma latius serpat, ac robur capiat.

ΡΒ'. ΚΑΤΑ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ ΠΡΟΣ ΚΛΗΔΟΝΙΟΝ

CII. *AD CLEDONIUM CONTRA APOLLINARIUM*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β' (91).

EPISTOLA II.

Mittit Cledonio Gregorius regulam fidei canonemque ad quem pravas hæreticorum doctrinas exigerent Catholici : versutias et sophismata Apollinaristarum aperit et dissolvit.

Ἐπειδὴ πολλοὶ, προσελθόντες (92) τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, πληροφορίαν ζητοῦσι περὶ πίστεως, καὶ διὰ τοῦτο ἀπῄτησας ἡμᾶς ἀγαπητικῶς σύντομον ὅρον τινὰ καὶ κανόνα τοῦ ἡμετέρου φρονήματος, διὰ τοῦτο ἐγράψαμεν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ (ὃ καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων ἐγνώριζες), ὅτι ἡμεῖς τῆς κατὰ Νίκαιαν πίστεως, τῆς τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖ (93) συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανῆς (94) αἱρέσεως, οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμεν πώποτε, οὔτε προτιμᾶν δυνάμεθα, ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ καὶ ἐσόμεθα (95), προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον ἐκείνοις περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος (διὰ τὸ μηδὲ κεκινῆσθαι τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα), ὅτι μιᾶς θεότητος εἰδέναι χρὴ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Θεὸν καὶ τὸ Πνεῦμα γινώσκοντας (96). Τοὺς οὖν οὕτω φρονοῦν-

Quoniam multi, ad pietatem tuam adeuntes, certam de fide doctrinam quæsierunt, ob idque a nobis brevem quamdam sententiæ nostræ regulam et canonem amico animo exegisti, idcirco pietati C tuæ scripsimus (quod ante litteras quoque nostras compertum habebas), nimirum nos fidei Nicænæ, quæ a sanctis Patribus, qui illic ad evertendam Arianam hæresim convenerunt, edita est, nec quidquam unquam prætulisse, nec præferre posse ; verum ejus fidei, Dei munere, nos esse, ac fore : illud insuper explicantes, quod ab illis minus **94** plene de Spiritu sancto dictum est (propterea quod hæc quæstio nondum excitata et agitata fuerat), nempe unam eamdemque Patris, et Filii, et Spiritus sancti divinitatem agnoscendam esse, Deum quoque videlicet Spiritum profitendo. Eos igitur,

[67] Gal. v, 10.

(88) Ἀντίφθογγα τῷ Δαβίδ. Combef. : *Ex adverso Davidi respondentia*, eique contraria. Illud erat Apollinarii studium, ut heroica paraphrasi psalmos Davidicos suis cantandos traderet, eaque arte illorum sibi conciliaret animos. Quin vel inscitia vel pravitate mentis textum ausus corrumpere, suos facilius disseminabat errores. Idem, quemadmodum narrat Socrates in *Hist. trip.*, lib. III, cap. 16, libros Mosaicos carmine vertit, et quæ in Veteri sunt Testamento historica forma conscripta partim dactylo metro construxit, partim ad formam tragœdiæ dramatice elaboravit. Vide Niceph., lib. XI, cap. 12. Ab eo cum videret Gregorius multos suavitate carminis illectos in errorem pertrahi, ut huic malo medicinam afferret, animum ad componendos versus tradidit, multaque in extrema senectute carmina scripsit.

(89) Ἀλλὰ μὴ ἀνθρωπίνη καινοτομία. Colb. 3, a, καὶ μὴ ἀνῇ (ἀνῇ pro ἀνθρωπίνη) καινοτομία, *ac non potius insipiens novatio.* D

(90) Τοὺς πολλούς. Cod. Reg. B, τοῖς πολλοῖς.

(91) Alias LI. Scripta anno 382. — Πρὸς Κληδόνιον. Colb. 6, 9, et cod. Reg. B, πρὸς Κληδόνιον πρεσβύτερον ἐπιστολὴ β'. Morel. πρὸς Κληδόνιον πρεσβύτερον λόγος δεύτερος. Colb. 3, et Combef. πρὸς Κληδόνιον λόγος α'.

(92) Προσελθόντες. Colb. 3, a, Montac., Morel. ac Combef. προσίοντες.

(93) Τῶν ἐκεῖ. Montac. et Morel. τῶν ἐκεῖσε.

(94) Τῆς Ἀρειανῆς. Montac. et Morel. τῆς Ἀρειανικῆς.

(95) Σὺν Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα. Montac. et Morel. καὶ ἐσόμεθα σὺν Θεῷ, sicque Bil. interpres, *Deoque adjuvante fore.*

(96) Τὸ Πνεῦμα γινωσκοντας. Colb. 3, a, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον γινώσκοντας.

Digitized by Google

qui ita sentiunt, ac docent, pro sociis habe, quemadmodum et ipsi habemus: eos autem, qui secus sentiunt aversare, atque a Deo et Ecclesia catholica alienos existima. Quandoquidem autem, et de divina humanitatis assumptione, sive incarnatione, quæstio quædam movetur, hoc quoque omnibus de nobis affirma, nos Dei Filium, qui ex Patre primum, ac deinde ex sancta Maria virgine genitus est, in unum jungere, nec duos filios nominare, sed unum et eumdem in inseparabili deitate et honore adorare. Quod si quis vel nunc, vel in posterum, his minime assensus fuerit, ipse Deo in die judicii rationem reddet.

Ac nostra quidem adversus amentem eorum de mente sententiam contentio et oppositio, ut brevi complectar, ita se habet: soli enim fere, quod profitentur, hoc etiam revera patiuntur, ob amentiam nimirum mentem circumcidentes. Ne autem nos hoc nomine accusent, quod Vitalii viri nobis charissimi fidem, quam, ita postulante beato Damaso, Romæ episcopo, litteris consignatam edidit, prius quidem probaverimus, nunc vero repudiemus, de hac quoque re pauca disseremus. Isti enim, cum apud fidos sues discipulos et arcanorum conscios, quemadmodum Manichæi, apud eos quos electos vocant, de divinitate disputant, totum suum morbum detegentes, vix etiam carnem Salvatori tribuunt. Cum autem communibus de humanitatis assumptione sententiis, quas Scriptura exhibet, convincuntur ac premuntur, pias quidem dictiones confitentur, verum circa sensum et intelligentiam dolos nectunt, non quidem animæ, nec rationis ac mentis expertem nec imperfectum **95** hominem confitentes: cæterum animæ, et rationis, ac mentis loco divinitatem inducentes, perinde atque ipsa sola cum carne temperata et copulata fuerit, at non etiam humanæ nostræ res et proprietates; etiamsi illa ab omni peccato puritas humana conditione sublimior esset, ac vitiosarum nostrarum affectionum expiatrix.

τας καὶ διδάσκοντας ἔχε κοινωνικοὺς (97), ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς· τοὺς δὲ ἑτέρως ἔχοντας ἀποστρέφου, καὶ ἀλλοτρίους ἡγοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, εἴτουν σαρκώσεως κινεῖταί τι ζήτημα, καὶ τοῦτο διορίζου πᾶσι περὶ ἡμῶν, ὅτι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦτο ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, εἰς ἓν ἄγομεν, καὶ οὐ δύο υἱοὺς ὀνομάζομεν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐν ἀδιαιρέτῳ θεότητι καὶ τιμῇ προσκυνοῦμεν. Εἰ δέ τις οὐ συντίθεται τούτοις ἢ νῦν ἢ ὕστερον, αὐτὸς ὑφέξει τῷ Θεῷ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

Ἡ μὲν οὖν πρὸς τὴν ἀνόητον αὐτῶν περὶ τοῦ νοῦ δόξαν ἔνστασις ἡμῶν καὶ ἀντίθεσις, ὡς ἐν βραχεῖ, τοιαύτη καὶ οὕτως ἔχουσα· μόνοι γὰρ σχεδὸν ὃ δογματίζουσιν (98), ὄντως καὶ πάσχουσιν, ἀνοίᾳ τὸν νοῦν περικόπτοντες. Ἵνα δὲ μὴ κατηγορῶσιν ἡμῶν ὡς τὴν τοῦ ἀγαπητοῦ Οὐϊταλίου πίστιν (99), ἣν ἀπαιτηθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαμάσου τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, ἔγγραφον ἐπιδέδωκε, πρότερον μὲν ἀποδεχομένων, νῦν δὲ ἀναινομένων, καὶ περὶ τούτου βραχέα δηλώσωμεν. Οὗτοι γὰρ ἡνίκα μὲν ἂν τοῖς γνησίοις αὐτῶν (1) μαθηταῖς, καὶ μύσταις τῶν ἀπορρήτων θεολογῶσιν, ὥσπερ οἱ Μανιχαῖοι τοῖς ἐκλεκτοῖς λεγομένοις (2), ὅλην τὴν νόσον αὐτῶν (3) ἐκκαλύπτοντες, μόλις καὶ τὴν σάρκα τῷ Σωτῆρι διδόασιν. Ὅταν δὲ ταῖς κοιναῖς ὑπολήψεσι περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἃς ἡ Γραφὴ παρίστησιν, ἐλέγχωνται καὶ πιέζωνται, τὰς μὲν εὐσεβεῖς λέξεις ὁμολογοῦσι, περὶ δὲ τὸν νοῦν κακουργοῦσιν (4), οὐκ ἄψυχον μὲν, οὐδὲ ἄλογον, οὐδὲ ἄνουν, οὐδὲ ἀτελῆ ὁμολογοῦντες τὸν ἄνθρωπον, ψυχὴν δὲ καὶ λόγον, καὶ νοῦν, αὐτὴν εἰσάγοντες τὴν θεότητα, ὡς αὐτῆς τῇ σαρκὶ συγκραθείσης μόνης, ἀλλ' οὐχὶ (5) καὶ τῶν ἡμετέρων καὶ ἀνθρωπίνων, εἰ καὶ τὸ ἀναμάρτητον κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς ἦν, καὶ τῶν ἡμετέρων παθῶν καθάρσιον.

(97) *Ἔχε κοινωνικούς.* Combef.: *In communione habe, illis communione jungere.*

(98) *Ὃ δογματίζουσιν.* Ita Colb. 3, 6, 9, a, Montac. ac Morel. legitque Bill. In edit. ὃ deest.

(99) *Οὐϊταλίου πίστιν.* Vitalius, honestate vitæ conspicuus et apostolicorum dogmatum alumnus, ab Apollinario tandem correptus est atque in hæresim pertractus. Theodoret. lib. v, cap. 4. Hunc Apollinarius sectatoribus suis Antiochiæ præfecit. Niceph. lib. xii, cap. 4, qui et illius supra meminerat lib. xi, cap. 12, ubi et Apollinaristas Vitalianos dictos ab Antiochenis scribit. Cum Vitalio isto se Antiochiæ congressum, atque multa de mente Christi disseruisse scribit Epiph., hb. iii. Hæc Bill.

(1) *Γνησίοις αὐτῶν.* Colb. 3, γνησίοις ἑαυτῶν.

(2) *Ἐκλεκτοῖς λεγομένοις.* August. in lib. *De hæresibus* ad Quodvultdeum, hæres. xlvi, tom. VIII, pag. 14, Manichæos ecclesiam suam voluisse constare duabus professionibus, auditorum et electorum, scribit. Ut autem intelligas, ait Bill., quos electos, quosque auditores vocarent Manichæi, operæ pretium erit verba ejusdem August. ex epist. nunc 236 ad Deuterium episcopum hic ascribere. *Auditorem*, de Victorino subdiacono loquitur, *sane Manichæorum, non electum se esse confessus est. Auditores autem qui appellantur apud eos, et carnibus vescuntur, et agros colunt, et si voluerint, uxores habent, quorum nihil faciunt qui vocantur electi. Sed ipsi auditores ante electos genua figunt, ut eis manus supplicibus imponatur, non a solis episcopis, vel presbyteris, aut diaconis eorum, sed a quibuslibet electis. Solem etiam et lunam cum eis adorant et orant. Die quoque Dominico jejunant cum illis, et omnes blasphemias credunt*, etc. Hæc ibi August. Electorum etiam ipsorum, ut et auditorum, meminit Possidonius Calamensis in lib. *De Vita August.*, cap. 16.

(3) *Νόσον αὐτῶν.* Ita Montac. et Morel. In edit. νόσον αὐτοῖς, vertitque Bill.: *Totum morbum ipsi detegentes.*

(4) *Περὶ δὲ τὸν νοῦν κακουργοῦσι* Combef. interpretationem sequimur: verterat Bill.: *Circa mentem dolum struunt.*

(5) *Ἀλλ' οὐχί*, etc. Combef.: *Ac non etiam quæ nostra sunt atque humana eidem contemperata fuerint et copulata.*

Digitized by Google

Οὕτω γοῦν καὶ τὸ, *Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν*, παρεξηγοῦνται κακῶς καὶ λίαν εὐήθως, νοῦν Χριστοῦ τὴν θεότητα λέγοντες, οὐχ, ὅπερ ἡμεῖς, ὑπολαμβάνοντες, ὅτι οἱ τὸν ἑαυτῶν νοῦν καθήραντες μιμήσει τοῦ νοὸς ἐκείνου, ὅνπερ ἡμῶν ὁ Σωτὴρ ἀνεδέξατο, καὶ πρὸς αὐτὸν ῥυθμίζοντες, ὡς ἐφικτὸν, οὗτοι νοῦν Χριστοῦ ἔχειν λέγονται· ὡς καὶ σάρκα Χριστοῦ μαρτυρηθεῖεν ἂν ἔχειν ἐκεῖνοι οἱ τὴν σάρκα (6) παιδαγωγήσαντες, καὶ σύσσωμοι καὶ συμμέτοχοι Χριστοῦ κατὰ τοῦτο γενόμενοι· καὶ, *Ὡς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὕτω*, φησὶ, *φορέσομεν* (7) *καὶ τὴν τοῦ ἐπουρανίου*. Οὕτω δὲ καὶ τέλειος αὐτοῖς ἄνθρωπος, οὐχ ὁ πεπειρασμένος (8) κατὰ πάντα τὰ ἡμέτερα χωρὶς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὸ ἐκ Θεοῦ καὶ σαρκὸς σύγκραμα δογματίζεται (9). Τούτου γὰρ, φασὶ, τί τελειότερον (10);

A Sic quippe illud quoque, *Nos autem mentem Christi habemus* [68], prave ac perquam stolide interpretantur, nimirum per Christi mentem divinitatem significari contendentes; non autem hunc locum more nostro exponentes, nempe quod ii, qui mentem suam ad illius mentis, quam Salvator pro nobis assumpsit, imitationem purgarunt, atque ad eam, quantum fieri potest, composuerunt, mentem Christi habere dicuntur: quemadmodum et illi carnem Christi habere dici possent, qui carnem domuerunt, atque hac ratione concorporei et comparticipes Christi facti sunt [69], et, *Sicut portavimus imaginem terreni, ita*, inquit [70], *portabimus imaginem et cœlestis*. Eodem quoque modo ipsis perfectus homo, non qui omni ex parte res
B nostras, excepto peccato, expertus est, sed illud ex Deo et cârne temperamentum esse statuitur. Hoc enim, aiunt, quid perfectius?

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως κακουργοῦσι φωνὴν (11), τὸ ἐνηνθρώπησεν, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ γέγονεν (12), ὃν ἑαυτῷ περιέπηξεν, ἐξηγούμενοι, κατὰ τὸ εἰρημένον, *Αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ*, ἀλλ' ἀνθρώποις ὡμίλησε, καὶ συνεπολιτεύσατο, λέγοντες καὶ διδάσκοντες, καὶ πρὸς ἐκείνην καταφεύγοντες τὴν φωνὴν, τήν· *Μετὰ τοῦτο* (13) *ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνεστράφη*, λέγουσαν. Καὶ τί ἂν τις ἀγωνίζοιτο ἐπὶ πλεῖον; Οἱ τὸν ἄνθρωπον (14) ἀποσκευαζόμενοι, καὶ τὴν ἐντὸς εἰκόνα, τὸ ἐκτὸς ἡμῶν καθαρίζουσι μόνον διὰ τοῦ καινοῦ (15) προσωπείου, καὶ τοῦ
C ὁρωμένου, τοσοῦτον ἑαυτοῖς μαχόμενοι, ὡς ποτὲ μὲν διὰ τὴν σάρκα καὶ τὰ ἄλλα παχέως καὶ σαρκικῶς ἐξηγεῖσθαι (ἐντεῦθεν γὰρ αὐτοῖς ὁ δεύτερος Ἰουδαϊσμὸς ὥρμηται, καὶ ἡ χιλιοέτης (16) καὶ ληρώδης ἐν τῷ παραδείσῳ τρυφὴ, καὶ σχεδὸν τὸ (17) τὰ αὐτὰ πάλιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀναλαμβάνειν ἡμᾶς), ποτὲ δὲ δόκησιν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν τῆς σαρκὸς εἰσάγειν, ὡς οὐδὲν τῶν ἡμετέρων παθούσης, οὐδὲ ὅσα τῆς ἁμαρτίας ἐστὶν ἐλεύθερα, καὶ κεχρῆσθαι πρὸς τοῦτο τῇ ἀποστολικῇ φωνῇ, οὐκ ἀποστολικῶς νοουμένῃ, ἢ λεγομένῃ, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων τὸν Σωτῆρα ἡμῶν γεγενῆσθαι, καὶ σχήματι εὑρῆσθαι ὡς ἄνθρωπον, ὡς οὐχὶ τοῦ ἀνθρωπίνου εἴδους ἐν τούτοις δηλου-

Idem autem etiam circa ἐνανθρωπήσεως vocem improbe ac versute usurpant, hoc verbum ἐνηνθρώπησεν non ita explicantes, ut idem sit, quod, in homine, quem sibi ipsi affixit, exstitit, juxta id quod ait Scriptura, *Ipse enim sciebat quid esset in homine* [71]; verum idem esse dicentes et docentes, quod, cum hominibus consuetudinem habuit ac versatus est, atque ad hæc verba confugientes: *Post hoc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est* [72]. Quid autem diutius quispiam concertet? Sane dum hominem atque internam imaginem submovent, id duntaxat nostri, quod deforis
C est, per novam hanc larvam, et aspectabilem speciem mundant, adeo secum ipsi pugnantes, ut nunc quidem propter carnem cætera etiam crasso ac carnali modo exponant (hinc enim illis secundus Judaismus manavit, et delira mille annorum in paradiso voluptas, illudque propemodum, **96** nos eadem rursus post eadem resumere): nunc autem opinionem potius quam veritatem carnis inducant, tanquam nihil humani passa fuerit, ne earum quidem rerum, quæ peccato vacant; atque ad hujusmodi dogmatis confirmationem, apostolicam quamdam vocem adhibeant, nec apostolice intellectam, nec pronuntiatam, nimirum [73] in similitu-

[68] I Cor. II, 16. [69] Ephes. III, 6. [70] I Cor. XV, 49. [71] Joan. II, 25. [72] Baruch III, 38. [73] Philipp. II, 7.

(6) *Οἱ τὴν σάρκα.* Ita cod. Reg. B, Colb. 3, 6, 9, a. In edit. οἱ deest.

(7) *Φορέσομεν.* Nec aliter Vulgata Græca, *portabimus*, etsi Latina *portemus*.

(8) *Πεπειρασμένος*, etc. Apostolus, Hebr. IV, 15, πεπειρασμένον κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, quod Vulgata, *tentatum per omnia absque peccato*.

(9) *Δογματίζεται.* Colb. δογματίζοντες.

(10) *Τούτου γὰρ, φασὶ, τί τελειότερον.* Ita codex Regius B, Montac., Morel. et Combefisius, et sic in versione Billius emendavit. In edit. τοῦτο γὰρ, φασὶ, τελειότερον.

(11) *Κακουργοῦσι φωνήν.* Combef.: *Circa vocem cavillantur.*

(12) *Ἐν ἀνθρώπῳ γέγονεν.* Combef.: *Ut idem sit quod in hominem venit*, cœpit esse in homine,
D *quem compactum sibi adhibuit:* hoc nempe, *in ipsum venit*, idem sit ac *compingere*, sibique adhibere, totaque deitatis præsentia impletum suum facere, quo spectat auctoritas inducta: *Ipse sciebat quid esset in homine.*

(13) *Μετὰ τοῦτο.* Colb. 3, μετὰ ταῦτα, et sic habet Vulgata, reddiditque Bill.

(14) *Οἱ τὸν ἄνθρωπον.* Colb. a, ὅτι τὸν ἄνθρωπον. Colb. 3, ὅτι οἱ τὸν ἄνθρωπον.

(15) *Διὰ τοῦ καινοῦ.* Cod. Reg. B διὰ τοῦ κενοῦ, *per inanem hanc*, etc.

(16) *Χιλιοέτης.* Ita Colb. 3, 6, 9, a, et Morel. qui notat mendose legi a Montac. χιλιότης; alios autem auctores scribere χιλιέτης. In edit. χιλιοέτις.

(17) *Καὶ σχεδὸν τό.* In Colb. 3 τό deest.

Digitized by Google

dinem hominum Salvatorem factum esse, et habitu inventum ut hominem: quasi his verbis non humana forma significetur, sed fallax quædam species et opinio.

Quoniam igitur eæ voces, si recte intelligantur, cum pietate conjunctæ sunt; si perperam exponantur, impietate non carent, quid mirum, si Vitalii quoque verba nos quidem, ita suadente voluntate, in pium sensum accepimus, alii autem ad eorum, quæ scripta sunt, mentem exasperantur et inflammantur? Quod etiam in causa fuisse reor, cur ipse quoque Damasus, cum postea rectius edoctus fuisset, simulque in pristinis eos expositionibus perstare audiisset, eos ab Ecclesiæ cœtu abdicarit, fideique libellum cum anathematismo deleverit: tum etiam quod fraudem eam, in quam per simplicitatem inciderat, permoleste ferret.

Harum itaque rerum cum manifeste convicti sunt, non indignatione afficiantur, sed pudore suffundantur; non mendacia nos incessant, sed animos deprimant, ac magnum illud et admirandum orthodoxiæ elogium et præconium ex ædium vestibulis expungant, quo ingressuris statim cum hujusmodi quæstione ac distinctione occurrunt, Adorandum videlicet esse, non hominem Deiferum, sed Deum carniferum. Quo quid stultius fingi possit, magnopere licet hoc nomine glorientur novi illi veritatis præcones? Quamvis enim, ob inversionis celeritatem, sophisticam aliquam gratiam habeat, et velut in calculorum subductione, ludificationem quamdam, imperitorum animos oblectantem: nihil tamen æque ridiculum, nihil æque stultum et stolidum excogitari potest. Nam si quis immutato hoc vocabulo, *homo*, atque item hac voce, *caro*, in Deum (quorum scilicet alterum nobis, alterum ipsis placet), postea eximia ista et divinitus cognita inversione utatur, quid conficietur? nempe adorari debere, non carnem deiferam, sed Deum homiferum. O ingentem absurditatem! absconditam post **97** Christum sapientiam hodie nobis annuntiant: id quod sane lacrymis dignum est. Nam si triginta duntaxat abhinc annis fides initium sumpsit, cum quadringenti jam fere anni fluxerint a quo Christus manifestatus est, inane utique tanto tempore fuit Evangelium, inanis etiam fides nostra, frustraque martyres martyrio perfuncti sunt, frustra tales tantique antistites plebi præfuerunt, versuumque, non autem fidei, est gratia.

μένου, φαντασίας δέ τινος ἀπατηλῆς καὶ δοκήσεως.

Ἐπειδὴ τοίνυν αἱ φωναὶ αὗται (18), καλῶς μὲν νοούμεναι, μετὰ τῆς εὐσεβείας εἰσὶ, κακῶς δὲ ἐξηγούμεναι, τὸ δυσσεβὲς ἔχουσι, τί θαυμαστὸν, εἰ καὶ τοὺς Οὐϊταλίου λόγους, ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον ἐδεξάμεθα, οὕτω τοῦ θέλειν πείθοντος, ἄλλοι δὲ πρὸς τὸν τῶν γεγραμμένων νοῦν ἀγριαίνουσιν; ὅ μοι δοκεῖ, καὶ Δάμασος αὐτὸς μεταδιδαχθεὶς, καὶ ἅμα πυθόμενος ἐπὶ τῶν προτέρων μένειν (19) αὐτοὺς ἐξηγήσεων, ἀποκηρύκτους αὐτοὺς πεποιῆσθαι, καὶ τὸ γραμματεῖον ἀνατετραφέναι (20) τῆς πίστεως σὺν ἀναθεματισμῷ· καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀπάτην αὐτῶν δυσχεράνας, ἣν ἔπαθεν ἐξ ἁπλότητος.

Ταῦτ' οὖν ἐληλεγμένοι σαφῶς, μὴ χαλεπαινέτωσαν, ἀλλ' ἐντρεπέσθωσαν, μηδὲ καταψευδέσθωσαν, ἀλλὰ συστελλέσθωσαν, καὶ τῶν πυλώνων ἐξαλειφέτωσαν τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν αὐτῶν ἐκεῖνο (21) πρόγραμμά τε καὶ κήρυγμα τῆς ὀρθοδοξίας, μετὰ ζητήματος εὐθὺς ἀπαντῶντες τοῖς εἰσιοῦσι καὶ διακρίσεως, τὸ δεῖν προσκυνεῖν μὴ ἄνθρωπον θεοφόρον, ἀλλὰ Θεὸν σαρκοφόρον. Οὔ τί (22) γένοιτ' ἂν ἀλογώτερον, κἂν τῷ ῥήματι τούτῳ μέγα (23) φρονῶσιν οἱ νέοι τῆς ἀληθείας κήρυκες; χάριν μὲν γὰρ ἔχει τινὰ σοφιστικὴν τῷ τάχει τῆς ἀντιστροφῆς, καὶ ψηφολογικὴν τερατείαν, τοὺς ἀπαιδεύτους τέρπουσαν· ἔστι δὲ τῶν γελοίων γελοιότερον, καὶ τῶν ἀσυνέτων ἀσυνετώτερον. Εἰ γάρ τις μεταβαλὼν τὴν, *ἄνθρωτος*, φωνὴν, καὶ τὴν, *σὰρξ*, εἰς Θεὸν (ὧν τὸ μὲν ἡμῖν ἀρέσκει, τὸ δὲ αὐτοῖς), ἔπειτα τῇ ἀντιστροφῇ (24) χρήσαιτο τῇ θαυμασίᾳ ταύτῃ καὶ θεογνώστῳ (25), τί συναχθήσεται; τὸ δεῖν προσκυνεῖν μὴ σάρκα θεοφόρον, ἀλλὰ Θεὸν ἀνθρωποφόρον. Ὦ τῆς ἀτοπίας! τὴν ἀποκεκρυμμένην μετὰ Χριστὸν σοφίαν σήμερον ἡμῖν καταγγέλλουσιν (26), ἐφ' ᾧ καὶ δακρύειν ἄξιον. Εἰ γὰρ πρὸ τριάκοντα τούτων ἐτῶν ἡ πίστις ἤρξατο, τετρακοσίων σχεδὸν ἐτῶν γεγονότων ἀφ' οὗ Χριστὸς πεφανέρωται, κενὸν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ἡμῶν, καὶ μάτην οἱ μὲν μαρτυρήσαντες ἐμαρτύρησαν, μάτην δὲ τοῦ λαοῦ (27) προέστησαν οἱ τοιοῦτοι καὶ τηλικοῦτοι προστάται. καὶ τῶν μέτρων ἡ χάρις, ἀλλ' οὐ τῆς πίστεως.

(18) *Τοίνυν αἱ φωναὶ αὗται.* Ita Colb. 3, 6, 9, a, Montac., Morel. et Combef. In edit. τοίνυν αὐταὶ φωναί.

(19) *Προτέρων μένειν.* Colb. 3 et Combef. προτέρων μένειν σκοπόν, *in pristinarum eos expositionum proposito perstare.*

(20) *Ἀνατετραφέναι.* Colb. 3, et Combef. ἀναγεγραφέναι, *cum anathematismo monimentis tradiderit.*

(21) *Αὐτῶν ἐκεῖνο.* Ita Colb. 3, 6, 9, a. In edit. αὐτῶν οὐκ ἐκεῖνο.

(22) *Οὔ τί.* Cod. Reg. B et Colb. a, τούτου τί.

(23) *Ῥήματι τούτῳ μέγα.* Ita Colb. 3, 6, 9, et Reg. B, Montac., Morel. et Combef. In edit. ῥήματι μέγα τοῦτο.

(24) *Τῇ ἀντιστροφῇ.* Ita Colb. 3, 6, 9, a. In edit. τῇ deest.

(25) *Θεογνώστῳ.* Montac. et Morel. legunt et θεογνώστῳ et θεοπνεύστῳ.

(26) *Σήμερον ἡμῖν καταγγέλλουσιν.* Male vel typis festinantibus, vel calamo, in edit. omissa vox *hodie*: simili præscriptione hæresum novitates sæpius compresserunt Catholici.

(27) *Μάτην δὲ τοῦ λαοῦ.* Montac. et Morel. καὶ τοῦ λαοῦ, sicque legerat Bill. et reddiderat.

Digitized by Google

Τίς δὲ οὐκ ἂν αὐτοὺς ἀγάσαιτο τῆς παιδεύσεως, οἳ σαφῶς αὐτοὶ τὰ Χριστοῦ διαιροῦντες, καὶ τὸ μὲν, ἐγεννήθη, καὶ ἐπειράσθη, καὶ ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησεν, ἐκοπίασέ τε καὶ ὕπνωσε, τῷ ἀνθρωπίνῳ προσνέμοντες, τὸ δὲ, ὑπὸ ἀγγέλων ἐδοξάσθη, καὶ τὸν πειραστὴν ἐνίκησε, καὶ ἔθρεψε (28) λαὸν ἐν ἐρήμῳ, καὶ ἔθρεψεν οὕτω, καὶ ὕπερθεν θαλάσσης ἐπέζευσε, τῇ θεότητι λογιζόμενοι· καὶ τὸ μὲν, *Ποῦ τεθείκατε Λάζαρον*, ἡμέτερον εἶναι λέγοντες, τὸ δὲ, *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω*, βοᾷν, καὶ τὸν τετραήμερον νεκρὸν ἐγεῖρειν (29), ὑπὲρ ἡμᾶς· καὶ τὸ μὲν, ἠγωνίασε, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἐτάφη, τοῦ προκαλύμματος, τὸ δὲ, ἐθάρσησε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέβη, τοῦ θησαυρίσματος· ἔπειτα κατηγοροῦσιν ἡμῶν, ὡς δύο φύσεις εἰσαγόντων ἀπηρτημένας (30), ἢ μαχομένας, καὶ μεριζόντων τὴν ὑπερφυῆ καὶ θαυμασίαν ἕνωσιν. Δέον ἢ μὴ ποιεῖν ὃ κατηγοροῦσιν, ἢ μὴ κατηγορεῖν ὃ πράττουσιν, εἴπερ ἑαυτοῖς γοῦν ἀκολουθεῖν ἐγνώκεισαν, ἀλλὰ μὴ καὶ τὰ ἴδια λέγειν, καὶ τὰ τῶν ἀντιπάλων. Τοιοῦτόν ἐστιν ἡ ἀλογία· καὶ πρὸς ἑαυτὴν, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπομάχεται, ὡς μηδὲ περιπίπτοντας αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἢ νοεῖν, ἢ αἰσχύνεσθαι.

A Jam vero quis non eorum eruditionem admiretur, qui cum perspicue ea, quæ Christi sunt, dividant, atque illa verba, genitus est, tentatus est, esuriit, sitivit, fatigatus est, dormivit, humanæ parti attribuant; quod autem ab angelis glorificatus fuerit, et tentatorem vicerit, et populum in deserto aluerit, atque ita aluerit, et supra mare ambularit, divinitati assignent: itemque illud, *Ubi Lazarum posuistis*[74], nostræ infirmitatis esse dicant; contra, quod, *Lazare, veni foras*[75], clamaverit et quatriduanum mortuum ad vitam revocarit, supra nos ponant; atque illa verba, angore affectus est, et cruci affixus, ac sepultus, externi integumenti esse affirment: hæc autem, confidit, et resurrexit, atque ascendit, interni thesauri: B cum, inquam, ad hunc modum res Christi dividant, nos tamen criminantur, tanquam duas naturas dissociatas, aut inter se pugnantes, invehamus, atque eximiam et admirabilem unionem dividamus. Atqui par erat, ut vel, quod accusant, non facerent, vel quod faciunt, non accusarent; si modo sibi ipsis saltem constare proponerent, ac non et sua, et quæ adversariorum sunt, dicere. Tale quiddam est stoliditas: et secum ipsa, et cum veritate pugnat; ut nec, cum sibi ipsis adversentur, aut intelligant, aut erubescant.

Καὶ εἴ τις οἴεται ταῦτα γράφειν ἡμᾶς ἢ λέγειν ἑκόντας, ἀλλ' οὐ τυραννουμένους, καὶ τὴν ἕνωσιν ἀποσπεύδοντας (31), ἀλλ' οὐχὶ καὶ λίαν σπουδάζοντας, ἴστω κακῶς φρονῶν, καὶ οὐκ ἐστοχασμένως τῆς ἡμετέρας ἐπιθυμίας, οἷς οὐδὲν εἰρήνης ἐστὶν, ἢ γέγονε προτιμότερον, ὡς αὐτὰ πείθει τὰ C πράγματα· κἂν ἃ ποιοῦσί (32) τε καὶ νεανιεύονται καθ' ἡμῶν ἀποκλείῃ παντάπασι τὴν ὁμόνοιαν.

Quod si quis nos hæc sponte ac libenter scribere vel docere arbitratur, non autem coactos, atque unitatem et concordiam amolientes, et non in eam omni studio incumbentes, velim hoc sciat, se male existimare, nec cupiditatis nostræ scopum assequi, quibus pace nec est quidquam, nec fuit unquam antiquius, quemadmodum res ipsæ fidem faciunt; quamvis ea, quæ isti adversum nos faciunt et designant, concordiam prorsus excludant.

ΡΓ'. ΠΑΛΛΑΔΙΩ (33).

98 CIII. PALLADIO.

Quem his litteris Palladio commendat, jam antea commendaverat Gregorius, ut his verbis ostendit: Supplicem tuum Euphemium rursus offero tibi, atque iterum supplico. *Unde colligas quasdam deperditas Gregorii litteras, quibus jam Euphemium commendaverat. Palladius vero, cui commendatur Euphemius, ille ipse est, ut merito colligit Gothofredus ex hac et aliis ad ipsum Gregorii epistolis, qui sub Theodosio Magno sacrarum largitionum primo comes fuit, et ad summam postea dignitatem evectus. Anno* 382 *scripta videtur hæc epistola.*

Εἴ τις ἐρωτήσειέ με, τί τῶν ἐν τῷ βίῳ (34) κάλλιστον; εἴποιμι ἄν, ὅτι φίλοι. Τούτων δὲ τίνας μάλιστα τιμητέον; τοὺς ἀγαθοὺς ἂν εἴποιμι. Τούτων δὲ τίνα πρῶτον ὀνομάζεις (35); οὐκ ἄλλον τινὰ πρὸ τῆς σῆς ἀρετῆς, οἶδ' ὅτι θήσομαι. Καὶ γράφω ταῦτα,

Si quis interrogaverit me, quid eorum quæ in vita sunt, pulcherrimum sit, dicerem utique amicos esse. Ex his vero quinam potissimum honorandi sint? bonos enuntiarem. Ex his porro quem primum nominas? alium certe nullum, probe scio,

[74] Joan. xi, 34. [75] ibid. 43.

(28) *Ἐνίκησε, καὶ ἔθρεψε.* In quibusdam ex codd. nostris legitur ἐνίκησε καὶ ἔτρεψε, *tentationem vicerit et fugaverit.* Οὕτω καὶ ὕπερθεν, *et ita supra mare ambulavit*: sic etiam Combef., cui hæc lectio videtur expeditior. Alii codd. ἐνίκησεν καὶ ἔθρεψεν λαὸν ἐν ἐρήμῳ καὶ ὕπερθεν, in quibus καὶ ἔθρεψεν οὕτω desiderantur. Notant Montac. et Morel. in nonnullis quos viderunt codd. deesse καὶ ἔθρεψε λαὸν ἐν ἐρήμῳ. Attamen Billii lectio non displicet: quod enim Christus in deserto populum aluerit, miraculum est divinæ potentiæ.

(29) *Ἐγεῖρειν.* Ita Montac., Morel. ac Combef. In edit. ἐγείρων.

(30) *Ἀπηρτημένας.* Perperam Bill: *Duas naturas distinctas.*

(31) *Ἀποσπεύδοντας.* Combef.: *Concordiam dissuadentes, ab ea dehortantes et non in eam*, etc. Bill. autem quæ contraria sunt, eadem habet, *Concordiam adurgentes, in eamque omni studio incumbentes.*

(32) *Κἂν ἃ ποιοῦσι.* In cod. Reg., B. et Colb. 3, 6, 9, a, κἂν deest.

(33) Alias CCXXVIII. Anno 382 ineunte scripta.

(34) *Ἐν τῷ βίῳ.* In cod. Pass. τῷ deest.

(35) *Τίνα πρῶτον ὀνομάζεις.* Montac. νομίζεις. Cod. B. 3, et Pass. τίνας πρώτους νομίζεις, *quos primos arbitraris?*

Digitized by Google

virtuti tuæ anteponerem. Atque hæc scribo non principatum colens, sed qui animum moresque colam, quorum parvi quidem nos fortasse præcones sumus, verum quod ex facultate sit non prætermittentes : ac non præcones tantum, sed et concertatores, una cum precibus potestatem conferentes. Huc usque epistolam producere constitueram ; quia vero divinum numen non solum colimus, sed etiam ut beneficio nos afficiat, poscimus : admitte etiam ipse, non ut molestia a nobis ulla afficiaris (non enim nostra tibi molestiæ sunt; hoc ex iis quæ anteverterunt, conjicere habeo) ; verum ut per nos in mentem reducas. Supplicem tuum Euphemium rursus offero tibi ; atque iterum supplico, ut non solum benigne juvenem excipias, sed etiam ut condones tarditati, quando quidem negotiis orborum præfectus, necessario occupatus fuit circa ea quæ tenuem domum ac familiam spectant : quin etiam ulterius eum promovere stude, cum honoris nostri causa, tum ad probitatis tuæ famam. Nam cum multi sint, de quibus bene meritus es, ac bene mereris, hoc tibi promeritum nullo minus ad gloriæ decus cedet, ut coram docui. Et nunc fidem mihi a te adhiberi velim : hic enim tum propter orbitatem miserandus, tum propter mores a nobis dilectus est, ne dicam ob sanguinis propinquitatem.

A οὐ τὴν δυναστείαν θεραπεύων (36), ἀλλὰ τὸν τρόπον τιμῶν, οὗ μικροὶ μὲν κήρυκες ἴσως ἡμεῖς, πλὴν τὸ εἰς δύναμιν (37) οὐκ ἐλλείποντες· καὶ οὐ κήρυκες μόνον, ἀλλὰ καὶ συναγωνισταὶ, ταῖς εὐχαῖς τὸ δύνασθαι συνεισφέροντες. Μέχρι τούτου στῆσαι (38) τὴν ἐπιστολὴν ἐβουλόμην· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ θεῖον οὐ σέβομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐεργετεῖν ἀπαιτοῦμεν· δέξαι καὶ αὐτὸς οὐ διοχλούμενος παρ' ἡμῶν (39) (οὐ γὰρ ὄχλος σοι τὰ ἡμέτερα· τοῖς προλαβοῦσι, τοῦτο εἰκάζειν ἔχω), ἀλλ' ὑπομιμνησκόμενος παρ' ἡμῶν· τὸν σὸν ἱκέτην (40) Εὐφήμιον πάλιν προσάγω σοι, καὶ πάλιν καθικετεύω, μὴ μόνον φιλανθρώπως δέξασθαι τὸν νέον, καὶ συγγνῶναι τῆς βραδυτῆτος, ἐπειδὰν ὀρφανικοῖς πράγμασιν ἐπιστὰς ἀναγκαίως ἠσχολήθη περὶ τὸ οἰκίδιον (41)· ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ B πρόσω ἀγαγεῖν προθυμήθητι, εἰς τιμήν τε ἡμετέραν, καὶ δόξαν τῆς σῆς καλοκαγαθίας. Πολλῶν γὰρ ὄντων οὓς εὖ πεποίηκας καὶ ποιεῖς (42), οὐδενός σοι τοῦτο εἰς φιλοτιμίαν ἔλαττον, ὡς παρὼν ἐδίδαξα. Καὶ νῦν ἀξιῶ πιστευθῆναι· ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ διὰ τὴν ὀρφανίαν ἐλεεινὸς, καὶ διὰ τὸν τρόπον ἀγαπητὸς ἡμῖν, ἵνα μὴ λέγω διὰ τὴν ἀγχιστείαν τοῦ αἵματος.

CIV. OLYMPIO.

ΡΔ'. ΟΛΥΜΠΙΩ (43).

Olympius, ad quem datæ sunt hæ litteræ, anno 382, *secundæ Cappadociæ, in qua situm est Arianzum, præfectus fuit, ut abunde probant epistolæ sequentes, quas, cum initia illius præfecturæ spectent, a cæteris separatas, hoc anno collocamus. Neminem volens accusare Gregorius, Olympii opem implorat pro Philumena, quid passa fuerit, expositura.*

Alia omnia beneficia, quæ consecutus sum, a tua mansuetudine me accepisse 99 scio : ac velim Deus pro his tibi bona sua rependat, atque inter cætera illud, ut principatus curriculum cum splendore atque gloria conficias. Quod autem nunc a te peto, est hujusmodi, ut daturus ipse potius sim, quam accepturus, nisi tamen hoc arrogantius a me dicatur. Miseram Philumenam manu mea tibi offero, ut ad justitiæ tuæ pedes sese provolvat, ac vobis lacrymas eas sistat, quibus animum nostrum conficit. Atque eas quidem injurias, quas accepit, et a quibus, ipsa exponet. Neque enim mihi quemquam accusare tutum est. Hoc unum duntaxat dicere necesse est, quod viduitas et orbitas, cum

C Τὰς μὲν ἄλλας χάριτας, ὅσων ἔτυχον, εἰληφὼς οἶδα παρὰ τῆς σῆς ἡμερότητος (44)· καὶ σὲ ἀντὶ τούτων ἀμείψαιτο τοῖς παρ' ἑαυτοῦ χρηστοῖς ὁ Θεὸς, ἓν δὲ τῶν χρηστῶν εὐδόκιμον καὶ λαμπρὸν διεξελθεῖν τὴν ἀρχήν. Ἦν δὲ νῦν αἰτῶ, δώσων ἔρχομαι μᾶλλον, ἢπερ ληψόμενος (45), εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν. Τὴν ἀθλίαν Φιλουμένην δι' ἐμαυτοῦ (46) προσάγω σοι, καὶ τῇ σῇ δίκῃ προσπεσουμένην, καὶ ὑμῖν τὰ δάκρυα στήσουσαν (47), οἷς συντρίβει τὴν ἡμετέραν ψυχήν. Ἃ μὲν οὖν ἠδίκηται, καὶ παρ' ὧν, αὐτὴ δηλώσει. Οὐ γὰρ ἡμῖν γε κατηγορεῖν οὐδενὸς ἀσφαλές. Αὐτοὺς δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι χηρεία (48) καὶ ὀρφανία, πᾶσι μὲν βοηθητέα τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, μάλιστα δὲ, οἷς γυνὴ καὶ τέκνα ἐν μέσῳ, τὰ μεγάλα

(36) *Δυναστείαν θεραπεύων.* Cod. Reg., B. 3, et Pass. ac Montac. δυναστείαν κολακεύων, *non principatum adulatione demulcens.* Vertit Morel. : *Non principatum colens, sed mores honorans.* Mox in edit. τὸν deerat ante τρόπον, sed habent codd. nostri et Combef.

(37) *Πλὴν τὸ εἰς δύναμιν*, etc. Morel. : *Verum vero virili nostra non deficientes.*

(38) *Μέχρι τούτου στῆσαι*, etc. Morel. : *Huc usque epistolam procedere.* Combef. : *Scribendi finem facere constitueram.*

(39) *Παρ' ἡμῶν.* In cod. B 3, desunt hæc verba.

(40) *Τὸν σὸν ἱκέτην.* Ita cod. et Pass. ac Combef. ; sed cod. Reg. et Montac. τὸν σὸν οἰκέτην, *famulum tuum.* In edit. σόν deest.

(41) *Περὶ τὸ οἰκίδιον.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. περὶ τὸ οἰκίδειον, quod Morel. : *Necessario* D *occupatus fuit in domuncula.*

(42) *Πεποίηκας καὶ ποιεῖς.* Ita cod. Reg. et B. 3, Montac. ac Morel. At Combef. καὶ ποιήσεις, *ac futurum ut bene merearis.* In edit. καὶ ποιεῖς deest.

(43) Alias CLXXIV. Scripta anno 382. — *Ὀλυμπίῳ.* Cod. B. 3. Εὐσεβίῳ φίλῳ. Cod., Montac. et Morel. et Ὀλυμπίῳ et Θεμιστίῳ.

(44) *Παρὰ τῆς σῆς ἡμερότητος.* Montac. et Morel. περὶ τῆς σῆς καθαρότητος.

(45) *Ἢπερ ληψόμενος.* Cod. Reg. et Combef. ἢ παραληψόμενος. Montac. et Morel. ἢ παραληψάμενος.

(46) *Δι' ἐμαυτοῦ.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. δι' ἑαυτοῦ.

(47) *Στήσουσαν.* Cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. συστήσουσαν.

(48) *Ὅτι χηρεία.* Cod. ὅτι χηρεία μέν. Sic et Morel., qui paulo post μέν delet.

Digitized by Google

τοῦ ἐλεεῖν ἐνέχυρα (49)· ἐπειδή γε ἀνθρώποις (50) δικάζομεν, ὄντες ἄνθρωποι. Ἡμῖν δὲ συγγνώμη τοῦ δι' ἐπιστολῶν ταῦτα πρεσβεύειν, ἐπειδή γε τῷ ἀρρωστεῖν ζημιούμεθα ἄρχοντος οὕτω δεξιοῦ, καὶ οὕτω θαυμαστοῦ τὴν ἀρετήν, ὡς καὶ τὰ προοίμια τῆς σῆς ἀρχῆς εἶναι τιμιώτερα τῆς διὰ τέλους ἑτέρων εὐδοκιμήσεως.

A omniam, qui quidem mente præditi sint, ope atque auxilio juvari debeant, tum eorum præsertim, quibus, et uxor, et liberi, in medio sunt, magna, inquam, hæc commiserationis pignora, quando quidem hominibus jus dicimus, cum ipsi quoque homines simus. Nobis autem, quod per epistolam hæc a te petimus, velim ignoscas; siquidem ob adversam valetudinem præside tam dextro atque commodo privamur, tamque admirabili virtute prædito, ut magistratus quoque tui præludia gloriam eam, quam alii toto magistratus sui tempore consequuntur, antecellant.

ΡΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (51).

CV. EIDEM.

Supplex Olympium obsecrat Gregorius ut ne pro Paulo deprecationem suam acerbe rejiciat.

Ὁ μὲν καιρὸς ὀξὺς, ὁ δὲ ἀγὼν πολὺς, ἡ δὲ νόσος βαρεῖα, μικροῦ καὶ ἀκινήτους ἡμᾶς ποιήσασα. Τί λοιπὸν, ἢ Θεοῦ δεηθῆναι, καὶ τὴν σὴν ἱκετεῦσαι φιλανθρωπίαν· τοῦ μὲν, ἐπὶ νοῦν ἀγαγεῖν σοι τὰ χρηστότερα· τὴν δὲ, μὴ τραχέως ἀποπέμψασθαι τὴν ἡμετέραν πρεσβείαν, ἀλλ' ἡμέρως δέξασθαι τὸν ἅθλιον Παῦλον, ὃν ὑπὸ χεῖρας ἤγαγεν ἡ δίκη τὰς σὰς, ἴσως ἵνα σε λαμπρότερον ἐργάσηται τῷ μεγέθει τῆς ἡμερότητος, καὶ τὰς ἡμετέρας εὐχὰς, εἴ τινές εἰσι, τῇ σῇ προξενήσῃ φιλανθρωπίᾳ.

Occasio volucris, discrimen ingens: morbus autem gravis, atque ejusmodi, qui nos pene motus omnis expertes reddiderit. Quid restat, nisi ut Deum orem, tuamque misericordiam supplex obsecrem: illum nimirum, ut tibi benigniora consilia in mentem immittat; hanc autem, ut ne deprecationem nostram dure atque acerbe rejiciat, verum leni ac mansueto animo miserum illum Paulum accipiat, quem Deus justitiæ præses, sub manus tuas duxit, hac fortasse de causa, ut te per lenitatis et clementiæ magnitudinem illustriorem reddat, ac nostras ad Deum preces, si quæ sunt, benignitati tuæ conciliet.

B

ΡϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (52).

100 CVI. EIDEM.

Concessas ab Olympio priores gratias commemorat: per eos honores, quos sibi habet, ad novas petendas Eustratii causa provocatur Gregorius.

Ἰδού σοι (53) καὶ ἄλλη γραμμάτων ὑπόθεσις, ἃς σὺ ποιεῖς (54), εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, τῷ τιμᾷν προκαλούμενος (55). Ἰδού σοι καὶ ἄλλος ἱκέτης φόβου δέσμιος οὗτος, ὁ συγγενὴς ἡμῶν Εὐστράτιος, ὃς μεθ' ἡμῶν, καὶ δι' ἡμῶν προσπίπτει τῇ σῇ ἀγαθότητι, οὔτε διαπαντὸς ἀφηνιάζειν τῆς σῆς ἀρχῆς (56) ἀνεχόμενος, εἰ καὶ φόβος δίκαιος αὐτὸν διεπτόησεν (57), οὔτε δι' ἄλλου σοι προσπεσεῖν ἢ δι' ἡμῶν αἱρούμενος· ἵνα καὶ σεμνοτέραν ἑαυτῷ ποιήσῃ τὴν φιλανθρωπίαν, τοιούτοις πρεσβευταῖς χρώμενος, οἷς, εἰ μή τι ἄλλο, αὐτὸς μεγάλους ποιεῖς, οὕτω τὰς παρακλήσεις δεχόμενος. Ἓν καὶ σύντομον φθέγξομαι. Τὰς μὲν ἄλλας πρώτας χάριτας ἐδίδως (58) ἡμῖν, ταύτην δὲ τῇ σεαυτοῦ (59) κρίσει δώσεις· ἐπειδὴ ἅπαξ ὥρμησας (60) παραμυθεῖσθαι τὸ γῆρας ἡμῶν καὶ τὴν ἀσθένειαν ταῖς τοιαύταις τιμαῖς. Προσθήσω δὲ ὅτι καὶ τὸ θεῖον ἀεὶ σεαυτῷ ποιεῖς (61) εὐμενέστερον.

C

D

En tibi aliud quoque litterarum argumentum, quarum tu, si vere loquendum est, causa es; nimirum per eos honores, quos mihi habes, ad petendum me provocans. En tibi alius quoque supplex, timoris vinculis constrictus, hic, inquam, cognatus noster Eustratius, qui nobiscum, ac per nos, ad bonitatis tuæ pedes sese prosternit, nec perpetuo a tuo imperio per contumaciam sese abstrahere sustinens, etiamsi justus eum metus perterruit, nec per alium, quam me, ad pedes tibi accidere in animum inducens: quo scilicet adhibitis hujusmodi deprecatoribus, quos, si nihil aliud, ipse magnos efficis, dum deprecationes sic excipis, splendidiorem sibi benignitatem tuam conciliet. Unum duntaxat, idque breve, dicam. Cæteras quidem priores gratias nobis concedebas; hanc tuo ipsius judicio dabis, quandoquidem semel nostram

(49) *Ἐνέχυρα.* Ita cod. Reg. B. 3, Montac. et Combef. In edit. ἐνέχειρα.

(50) *Ἀνθρώποις.* Cod. ἀνθρώπους.

(51) Alias CXXXIII. Scripta eodem circiter tempore. — *Τῷ αὐτῷ.* Cod. Reg. ita, sed Θεμιστίῳ. In codd. quos viderunt Montac. ac Morel, inscribitur hæc epistola Themistio, et tamen, ut observant, in fine libri, ubi iterum habetur, Olympium præ se fert.

(52) Alias CLXXVII. Scripta eodem circiter tempore. — *Τῷ αὐτῷ*, id est, Ὀλυμπίῳ. Cod. Reg. Ἀλυπίῳ ἄρχοντι. Cod. B. 3, Εὐσεβίῳ φίλῳ.

(53) *Ἰδού σοι.* Ita cod. Reg., B. 3, ac Combef., legitque Bill. In edit. ὁδοῦ.

(54) *Ἃς σὺ ποιεῖς.* Ita cod. Reg., B. 3, et Combef. In edit. ἃ σὺ ποιεῖς.

(55) *Τῷ τιμᾷν προκαλούμενος.* Cod. ac Combef. τὰ ἡμῶν ἐκκαλούμενος, *nostra provocans.*

(56) *Τῆς σῆς ἀρχῆς.* Cod. Reg. τῆς σῆς ἐξουσίας.

(57) *Διεπτόησεν.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. ἐπτόησεν.

(58) *Ἄλλας πρώτας χάριτας ἐδίδως.* Ita cod In edit. ἄλλας deest. Cod. Reg. ἐδίδους.

(59) *Τῇ σεαυτοῦ.* Ita cod. Reg., B. 3 et Combef. sicque legit Bill. In edit. τῇ σεαυτῷ.

(60) *Ὥρμησας.* Bill. *aggressus es.*

(61) *Σεαυτῷ ποιεῖς.* Ita cod. In edit. σεαυτῷ ποιεῖν. vertitque Bill.: *Placidius reddes.* At Combef.: *Addam vero et divinum tibi numen nunquam non placidius reddere.*

Digitized by Google

senectutem et corporis infirmitatem hujusmodi honoribus consolari in animum induxisti. Addam etiam quod hac ratione placidius tibi divinum numen reddis.

CVII. CLEDONIO. ΡΖ'. ΚΛΗΔΟΝΙΩ (62).

Toto Quadragesimæ tempore anni 382 ad Pascha, quod in diem 17 Aprilis hoc anno incidebat, Gregorius, quem morbus et senium solitis abstinentiæ laboribus operam dare non sinebant, quod invitus hac parte deperdere sibi videbatur, id solitudine et continuo studuit silentio compensare. Varias tamen eo tempore scripsit epistolas, in quibus plerisque silentii quod sibi præscripserat, meminit. Has inter tres ad Cledonium sunt epistolæ et aliæ ad alios.

Quæris, quid silentium nostrum sibi velit? Modum sermonis et taciturnitatis vult. Nam qui totum superavit, idem minore negotio partem quoque superabit; ac præterea concitatum animi motum sedat, dum sermone minime effertur, verum in seipso absumitur.

A Ἐρωτᾷς τί βούλεται ἡμῖν ἡ σιγή; Βούλεται λόγου μέτρα καὶ σιωπῆς. Ὁ γὰρ τοῦ παντὸς κρατήσας, ῥᾷον κρατήσει τοῦ μέρους· πρὸς δὲ καὶ θυμὸν ἡμεροῖ, μὴ λαλούμενον, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ (63) δαπανώμενον.

CVIII. EIDEM. ΡΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (64).

Quibus de causis taceat, Cledonium rursus certiorem facit.

Sermone tacemus, ut quæ loqui opus sit discamus, ac nos ipsos ad turbulentos animi motus in imperio ac potestate tenendos exercemus. Si quis hoc accipit, bene est : sin secus, hoc quoque lucri nobis silentium affert, quod multis nihil respondemus.

Σιωπῶμεν τῷ λόγῳ, τὸ λαλεῖν ἃ χρὴ διδασκόμενοι, καὶ τῶν παθῶν ἐπικρατεῖν γυμναζόμεθα. Εἰ μέντις δέχεται τοῦτο, καλῶς· εἰ δὲ μή, καὶ τοῦτ κέρδος τῆς σιωπῆς, τὸ τοῖς πολλοῖς (65) μηδὲν ἀποκρίνεσθαι.

101 CIX. EIDEM. ΡΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (66).

Cledonium ad congressum suum Gregorius admittit.

Congressum nostrum haud prohibeo. Nam etsi lingua tacet, at aures tamen sermonibus tuis præbebimus, quandoquidem audire quæ oporteat, haud inferius est, quam ea loqui.

B Οὐ κωλύω τὴν συντυχίαν· εἰ γὰρ καὶ ἡ γλῶσσα σιγᾷ, τά γε ὦτα ἡδέως τοῖς σοῖς (67) λόγοις παρέξομεν, ἐπειδὴ τοῦ λαλεῖν ἃ χρὴ, τὸ ἀκούειν οὐκ ἀτιμότερον.

CX. PALLADIO. ΡΙ'. ΠΑΛΛΑΔΙΩ (68).

Adhærens Christi legi, simile simili docet Gregorius, silentium silentio.

Novus admonitionis modus. Nam quia loquens linguas non cohibui, silentium silentio docui, simile simili edocens. Est et Christi ista lex : quoniam dum leges nobis conderet, non purgavit; humana natura hominem mansuefacit, secundum magnam suæ erga nos dispensationis clementiam.

Καινὸς τῆς νουθεσίας ὁ τρόπος· ἐπειδὴ γὰρ λαλῶν οὐκ ἐπεῖχον τὰς γλώσσας, τῇ σιωπῇ τὸ σιγᾷν ἐδίδαξα, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἐκπαιδεύων. Οὗτος καὶ Χριστοῦ νόμος· ἐπειδὴ νομοθετῶν (69) ἡμῖν, οὐκ ἐκάθηρεν· ἡμεροῖ τῷ ἀνθρωπίνῳ (70) τὸν ἄνθρωπον, κατὰ τὴν μεγάλην αὐτοῦ τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας φιλανθρωπίαν (71).

(62) Alias XCIV. Scripta anno 382, tempore Quadragesimæ.

(63) *Ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. αὐτῷ.

(64) Alias XCVIII. Scripta iisdem anno et tempore.

(65) *Τοῖς πολλοῖς.* Ita cod. Reg. In edit. τοῖς ἄλλοις. Mox *μηδὲν ἀποκρίνεσθαι.* Ita cod. ac Combef. In edit. μηδὲν ἀποκρίνασθαι.

(66) Alias XCVII. Scripta iisdem anno et tempore.

(67) *Τοῖς σοῖς.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. In edit. σοῖς deest.

(68) Alias CCXXXI. Scripta eodem tempore.

(69) *Ἐπειδὴ νομοθετῶν*, etc. Cod. Reg. ἐπειδὴ γάρ, etc. Morel. et Combef. ἐπειδὴ γὰρ νομοθετῶν. ἡμᾶς οὐκ ἐκάθηρεν, *nam quia dum leges sanciret, nos non purgavit.* Sic etiam legit Montac., qui tamen proposuit : νουθετεῖ ἵνα ἡμεροῖ.

(70) *Ἡμεροῖ τῷ ἀνθρωπίνῳ.* Ita codd. nostri, Montac., Morel. et Combef. In edit. νομοθετεῖ δὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ, quod Morel. *constitutionibus vero humanis hominem instituit.* At Combef. *humanitatis natura hominem ad mansuetudinem transfert.* Morel. autem in notis *admonitione humana lenit hominem;* sed, ait Combef., peregrine nimis.

(71) *Κατὰ τὴν μεγάλην αὐτοῦ τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας φιλανθρωπίαν.* Ita codd. nostri, Montac. et Combef.; nec ultra juxta illos epistola producitur. Vertit in notis Morel. : *Juxta magnam carnis pro nobis assumptæ benignitatem;* Combef. autem : *Juxta magnam ipsius erga nos dispensationis indultam humanitatem atque gratiam.* In edit. κατὰ τὴν μεγάλην ὁ υἱὸς Εὐφήμιος οὕτω μὲν πάρεστιν· ἐλπίζει δὲ, καὶ οἶμαί σε μὴ πολλοῦ πόνου δεήσειν, εἰ παραγένοιτο : quod Morel. : *Euphemius filius ad magnam hebdomadam nondum accessit, sed sperat se adfuturum : atque opinor tibi magno labore opus non fore, si accesserit* κατὰ τὴν μεγάλην, *ad magnam hebdomadam.* Quid hæc hebdomada ad præfectum? vertendum potius in *magna nondum adest civitate :* sic enim epist. CLXX, Constantinopolim Gregorius designat, ὁρμήσαντι ἐπὶ τὴν μεγάλην, *ad magnam civitatem profectus.* At cum Montac. dicamus : *Ista huc non spectant : videntur fuisse initium alterius epistolæ quæ in nostris manuscriptis non habetur.*

Digitized by Google

ΡΙΑ'. ΕΥΛΑΛΙΩ (72).

CXI. EULALIO.

Gratiam ut inter se communicent, optat Gregorius.

Σὺ φιλοσοφεῖς τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν ἄμετρον οὕτω A νηστείαν, ἐγὼ δὲ τὴν σιωπήν. Μεταδῶμεν ἀλλήλοις τοῦ χαρίσματος· ἐπειδὰν δὲ εἰς ἓν γενώμεθα, κοινῇ τὸν Θεὸν ᾀσόμεθα, καρποφοροῦντες ὥσπερ εὔλογον σιωπὴν (73), οὕτω καὶ λόγον ἔνθεον.

Tu solitudini atque ita immodico jejunio da operam; ego silentio. Gratiam inter nos communicemus. Cum autem una erimus, divinas laudes simul canemus, ut rationi consentaneum silentium, ita etiam divinum sermonem offerentes.

ΡΙΒ'. ΚΕΛΕΥΣΙΩ (74).

CXII. CELEUSIO.

Celeusium reprehendit, quod sacra jejunia non servet, et fœda spectacula proponat.

Εἰσεδεξάμην σε καὶ σιωπῶν (75), ἵνα μάθῃς καὶ σιωπῆς λόγον τῇ γραφίδι λαλούμενον. Λαλήσω δὲ ἃ πρέπει φιλίᾳ καὶ τοιούτῳ καιρῷ. Παρανομεῖς, ὁ δικαστὴς οὐ νηστεύων· καὶ πῶς φυλάξεις τοὺς ἀνθρωπίνους νόμους, τοὺς θείους περιφρονῶν; κάθαρόν σου (76) τὸ δικαστήριον, ἵνα μὴ δυοῖν ἓν, ἢ γίνῃ κακὸς, ἢ νομίζῃ. Τὸ προτιθέναι θέας αἰσχρὰς, ἑαυτὸν ἐστὶ θεατρίζειν. Κεφάλαιον τοῦ λόγου, ἴσθι κρινόμενος, ὁ κριτὴς (77), καὶ ἧττον ἁμαρτήσεις. Τούτων B οὐδὲν εἶχόν σοι παρασχεῖν ἄμεινον.

Excepi te etiam tacens, ut silentii quoque sermonem esse intelligas, per calamum se proferentem. Loquar autem quæ et amicitiæ nostræ et hujusmodi tempori conveniunt. Inique agis, o judex, qui non jejunas. Et quomodo leges humanas servabis, qui divinas contemnis ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum, ne **102** duorum alterum tibi accidat, ut aut malus fias, aut existimeris. Fœda spectacula proponere, seipsum traducere est. In summa, o judex, te judicium subiturum esse scito, et minus peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem.

ΡΙΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (78).

CXIII. EIDEM.

Se tacentem ne judicet damnetque, Celeusium Gregorius admonet.

Μὴ κρῖνε μὲ σιγῶντα, οὐδὲ γὰρ ἐγὼ σὲ φθεγγόμενον, ὃ περὶ τῶν βρωμάτων ὁ Παῦλος (79) ἐνομοθέτησεν. Εἰ δὲ κρίνεις, φοβοῦ τὴν γλῶσσαν, μὴ κατὰ σοῦ κινηθῇ πρῶτον, εἴ σε λάβοι τοῦ σιωπᾷν ἄξιον.

Ne me tacentem judices ac damnes, quemadmodum nec ego te loquentem, quod de cibis Paulus promulgavit [76]. Quod si judicas, time ne lingua mea adversus te primum concitetur, si te silentio dignum nanciscatur.

ΡΙΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (80).

CXIV. EIDEM.

Celeusium loquaciorem hominem taciturnus Gregorius egregie carpit et irridet.

Ἐπειδή μοι τὴν σιωπὴν ἐγκαλεῖς, καὶ τὴν ἀγροικίαν, ὦ καλὲ καὶ ἀστικὲ, φέρε σοι δὴ καὶ μυθολογήσω μῦθον οὐκ ἄμουσον, εἴ πως ἄρα ταύτῃ γε δυναίμην ἐπισχεῖν σε τῆς φλυαρίας. Ἐπέσκωπτον αἱ χελιδόνες τῶν κύκνων, τὸ μὴ ἐθέλειν ὁμιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις, μήτε δημοσιεύειν τὴν μουσικὴν, ἀλλ' ἀμφὶ τοὺς λειμῶνας διάγειν καὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ τὴν ἐρημίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ βραχέα μὲν ᾄδειν· ἃ δὲ καὶ ᾄδοιεν, ᾄδειν ἐν σφίσιν αὐτοῖς (81), ὥσπερ αἰσχυνομένους τὴν μουσικήν. Ἡμῶν δὲ, ἔφασαν, εἰσὶν αἱ πόλεις, καὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ οἱ θάλαμοι, καὶ περιλαλοῦμεν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτοῖς διηγούμεθα, ταῦτα δὴ ταῦτα τὰ ἀρχαῖα καὶ Ἀττικὰ, C

Quoniam silentium et rusticitatem mihi objicis, vir belle et urbane, age fabulam minime inscitam tibi effingam, ut experiar num hac saliem ratione ineptam istam loquacitatem compescere queam. Hirundines quondam cycnos cavillis incessebant, propterea quod nec cum hominibus consuetudinem habere, nec canendi artem in publicum proferre vellent, sed circa prata solum et flumina vitam agerent, ac solitudinem amplecterentur, paucaque canerent, quæ vero canerent, in se ipsis canerent, perinde atque eos musices suppuderet. At nostræ, inquiebant, sunt urbes, nostri homines et thalami : atque apud homines garrimus, resque nostras ipsis exponimus,

[76] Rom. XIV, 3.

(72) Alias CII. Scripta eodem tempore.

(73) *Εὔλογον σιωπήν*. Combef. εὔκαιρον σιωπήν, *opportunum silentium*.

(74) Alias LXXIV. Scripta eodem tempore.— *Κελευσίῳ*. Cod. Reg. et Combef. Κελευσίῳ ἄρχοντι. Putat tamen Tillemont. Celeusium tantummodo urbis Nazianzi fuisse præfectum, nec alium hoc anno præsidem gubernasse Cappadociam, præter Olympium.

(75) *Καὶ σιωπῶν*. cod. Reg. et Combef. καὶ σιγῶν.

(76) *Κάθαρόν σου*. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. καθάρου σου.

(77) *Ὁ κριτής*. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. D ὁ δικαστής. Pro κρινόμενος legendum forte κρινούμενος.

(78) Alias LXXV. Scripta eodem tempore.

(79) *Περὶ τῶν βρωμάτων ὁ Παῦλος*. In cod. τῶν deest. Paulus ad Romanos scribens sic loquitur XIV, 3, seq. : *Is qui manducat non manducantem non spernat, et qui non manducat manducantem non judicet*. Quo loco κρίνειν, non simpliciter *judicare* significat, sed etiam *damnare*, ut sæpe in sacris Litteris : hunc locum ad propositum suum Theologus accommodat. Ita Bill.

(80) Alias I. Scripta eodem tempore.

(81) *Ἄδειν ἐν σφίσιν αὐτοῖς*. In seipsis canere dicuntur, quia modulis suis aures vix feriunt.

Digitized by Google

nimirum vetera illa et Attica, Pandionem, Athenas, Tereum, Thraciam, peregrinationem, affinitatem, contumeliam, linguæ exsectionem, litteras, præterque omnia Itym, et quomodo ex hominibus in aves mutatæ sumus. At cycni, quod earum garrulitatem exosam haberent, vix quidem eas sermone dignas duxerunt; ut autem dignas duxerunt: At, o præclaræ, inquiunt, causa nostra in solitudinem quoque quispiam libens se contulerit, ut musicam audiat, cum zephyro pennas nostras inflandas permittimus, ut suave quiddam et concinnum inspiret. Quare, si non multum, nec apud **103** multos canimus, at illud certe in nobis pulcherrimum est, quod modum in canendo tenemus, nec musicam tumultibus permiscemus. Vos autem et in ædes admissas homines fastidiunt, et canentes aversantur, idque optimo jure, quippe quæ ne excisa quidem lingua silere queatis, verum ipsæ amissam vocem et calamitatem vestram lugentes, quavis alia ave profusa lingua prædita et canora loquaciores sitis. Intellige quid loquar, ait Pindarus, ac si taciturnitatem meam tua loquitandi facilitate præstantiorem esse inveneris, silentium nostrum inepte carpere atque insectari desine. Alioqui proverbium dicam, ut verissimum ita etiam brevissimum: Tum cantabunt cycni, cum graculi tacuerint.

τὸν Πανδίωνα (82), τὰς Ἀθήνας, τὸν Τηρέα, τὴν Θρᾴκην, τὴν ἀποδημίαν, τὸ κῆδος, τὴν ὕβριν, τὴν ἐκτομὴν τῆς γλώττης, τὰ γράμματα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Ἴτυν, καὶ ὡς ἐγενόμεθα ἐξ ἀνθρώπων ὄρνιθες. Οἱ δὲ μόλις μὲν αὐτὰς ἠξίωσαν καὶ λόγου, τῆς ἀδολεσχίας μισήσαντες· ἐπεὶ δὲ ἠξίωσαν, Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἕνεκεν ὧν, ὦ αὗται, κἂν εἰς τὴν ἐρημίαν ἀφίκοιτό τις, ὥστε ἀκοῦσαι τῆς μουσικῆς, ὅταν ἀνῶμεν τῷ Ζεφύρῳ τὰς πτέρυγας, ἐμπνεῖν ἡδύ τι καὶ ἐναρμόνιον· ὥστ' εἰ μὴ πολλὰ καὶ ἐν πολλοῖς ᾄδομεν, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο κάλλιστόν ἐστιν ἡμῶν, ὅτι μέτρῳ φιλοσοφοῦμεν τὸ μέλος, καὶ οὐκ ἀναμίγνυμεν θορύβοις τὴν μουσικήν. Ὑμᾶς δὲ καὶ εἰσοικιζομένας οἱ ἄνθρωποι (83) δυσχεραίνουσι, καὶ ᾀδούσας ἀποστρέφονται· καὶ μάλα ἐν δίκῃ, εἴ γε οὐδὲ ἐκτμηθεῖσαι τὴν γλῶτταν δύνασθε σιωπᾷν, ἀλλ' αὐταὶ τὴν ἀφωνίαν ὑμῶν ὀδυρόμεναι, καὶ τὸ ἐφ' ὑμῖν πάθος, ἔπειτά ἐστε λαλίστεραί τινος οὐχὶ τῶν εὐγλώττων καὶ μουσικῶν. Σύνες ὅτι λέγω, φησὶν ὁ Πίνδαρος· κἂν εὕρῃς τὴν ἐμὴν ἀφωνίαν ἀμείνω τῆς σῆς εὐγλωττίας, παῦσαι καταφλυαρῶν ἡμῶν τῆς σιωπῆς· ἢ σοι παροιμίαν ἐρῶ, μάλιστα μὲν ἀληθῆ, μάλιστα δὲ σύντομον, ὅτι τότε ᾄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν.

CXV. THEODORO.

ΡΙΕ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (84).

Ad Theodorum Tyanensem, paulo ante Pascha anni 382, *scriptæ nobis videntur hæ litteræ quibuscum Philocaliam Origenis ad amicum. muneris loco, perferri curavit, ut aliquid haberet, quod sui et Basilii Magni memoriam refricaret.*

Festum atque litteræ, quodque præstantius est, tempus antevertis, dum alacritate nobis præstas ut festi celebritatem et gaudia anticipemus. Atque hæc quidem a tua pietate. Nos autem quod omnium maximum habemus, hoc est preces, tibi vicissim damus. Ut autem aliquid etiam, quod tibi nostri memoriam refricet, a nobis, atque item a sancto Basilio, habeas, Philocaliæ Origenis librum ad te misimus earum rerum quæ litterarum studiosis utiles sint, collectanea quædam continentem. Hoc munus et accipias velim, et utilitatis ex eo perceptæ argumentum nobis præbeas, nimirum et a studio et a Spiritu adjutus.

Ἑορτὴ καὶ τὰ γράμματα (85), καὶ τὸ κρεῖσσον ὅτι προφθάνεις τὸν καιρὸν, τῇ προθυμίᾳ τὸ προεορτάζειν ἡμῖν χαριζόμενος. Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, τοιαῦτα· ἡμεῖς δὲ, ὧν ἔχομεν τὸ μεῖζον, ἀντιδίδομεν τὰς εὐχάς. Ἵνα δέ τι καὶ ὑπόμνημα παρ' ἡμῶν ἔχῃς, τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου (86), πυκτίον ἀπεστάλκαμέν σοι τῆς Ὠριγένους Φιλοκαλίας, ἐκλογὰς ἔχον τῶν χρησίμων τοῖς φιλολόγοις. Τοῦτο καὶ δέξασθαι καταξίωσον, καὶ ἀπόδειξιν ἡμῖν δοῦναι τῆς ὠφελείας, καὶ σπουδῇ καὶ Πνεύματι βοηθούμενος.

CXVI. EULALIO.

ΡΙϚ'. ΕΥΛΑΛΙΩ (87).

Quo tempore silentium tenebat Gregorius, non solum litteras scripsit, sed etiam monachos in Lamide degentes invisit, inprimis Eulalium; nec tamen silentium rupit, verum tacens, et tanquam adumbratus invisit. Mox soluta jam lingua quas tacens *inviserat, eosdem* loquens *videre cupiebat, et adfuturum pollicebatur. Hæc in litteris sequentibus ad Eulalium significat.*

Mihi et silentii locus, et philosophiæ palæstra

Γέγονε καὶ ἡ Λαμὶς ἐμοὶ τῆς σιωπῆς χωρίον, καὶ

(82) *Τὸν Πανδίωνα*, etc. Tereus, rex Thraciæ, cum Prognen, Pandionis Athenarum regis filiam, uxorem duxisset, ejus etiam sorori Philomelæ, per speciem visendæ uxoris, abductæ vim attulit; ac deinde linguam præcidit. Quod facinus cum illa sorori aliter indicare non posset, telam cruore suo depictam ad eam deferendam curavit. Qua re cognita, Progne, ut sororem ulcisceretur, Itym filium patri epulandum apposuit. Prolato deinde capite, cum pater se uxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, et ad ultionem properaret, Progne, ut poetæ fingunt, mutata est in hirundinem, Philomela in avem sui nominis, Tereus in upupam, Itys in phasianum. Hæc Servius. Vide Ovid. VI *Metamorph.* Bill.

(83) *Ὑμᾶς δὲ καὶ εἰσοικιζομένας οἱ ἄνθρωποι*, etc. « Inde proverbium, ait Bill., hirundinem sub tecto non habendam: hoc est, a garrulorum commercio abstinendum. »

(84) Alias LXXXVII. Circa Pascha anni 382.

(85) *Ἑορτὴ καὶ τὰ γράμματα.* Ita codd. tres Reg., Pass. et Combef. In edit. ἑορτὴ καὶ γράμματα, quod Bill.: *Festum quoque litteræ ipsæ sunt: quodque præstantius est animi studio atque alacritate festum antevertis, illud nobis tribuens.*

(86) *Ἁγίου Βασιλείου.* Cod. Pass. μεγάλου Βασιλείου.

(87) Alias XCIX. Eodem tempore.

Digitized by Google

φιλοσοφίας ἐγγυμναστήριον, ἣν ὡς σιγῶν ἐθεασάμην, ἰδεῖν ἐπιθυμῶ καὶ φθεγγόμενος, ἵνα τοῖς τε ἀδελφοῖς πληρώσω τὸν πόθον, καὶ ὑμᾶς ἀμύνωμαι τῆς μικρολογίας (88), τοὺς κακοὺς τῶν ἐμῶν φθεγμάτων ἐξηγητάς. Αὐτὸς γὰρ ὁ λαλῶν παρέσομαι, οὐκέτ' ἀλληγορούμενος, οὐδὲ εἰκαζόμενος, ἀλλὰ καθαρῶς νοούμενος.

Lamis exstitit; quam ut tacens contemplatus sum, ita etiam loquens videre concupisco, ut et fratrum desiderio satisfaciam, et vos, sermonum meorum malos interpretes, ob verborum parcimoniam ulciscar. Ipse enim, qui loquor, adero, non jam in allegoricum sensum tractus, non conjectura quadam adumbratus, sed pure ac plane intellectus.

ΡΙΖ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (89).

104 CXVII. EIDEM.

Eulalio sermonem impertire et vicissim cupit accipere Gregorius.

Καινόν τι πέπονθα· παρόντι σιγήσας, ἀπόντα τοθῶ, ἵνα καὶ μεταδῶ λόγου καὶ μεταλάβω. Καλὸν γὰρ ὥσπερ ἄλλου παντὸς, οὕτω δὴ καὶ λόγων ἀπαρχὰς ἀνατιθέναι τῷ Λόγῳ πρῶτον, εἶτα τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον.

Mihi novum quiddam accidit. Nam qui te præsente tacui, idem absentem requiro: ut et sermonem impertiam, et vicissim accipiam. Præclarum est enim, ut rerum omnium aliarum, ita etiam sermonum primitias Verbo primum, ac deinde iis, qui Domini metu præditi sunt, consecrare.

ΡΙΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (90).

CXVIII. EIDEM.

Tacuit sibi Gregorius: aliis loquitur, quandoquidem loquendi tempus est.

Καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, φησὶν ὁ Ἐκκλησιαστής· διὰ τοῦτο *Ἐθέμην φυλακὴν τῷ στόματί μου* (91), ἡνίκα καιρὸς, καὶ *Ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω*, ἐπειδὴ τούτου καιρός. *Ἐσιώπησα* γὰρ, φησὶν ἡ Γραφὴ, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι; ἐσιώπησα μὲν ἐμαυτῷ· λαλῶ (92) δὲ τοῖς ἄλλοις. Οἱ δὲ, εἰ μὲν, ἃ χρὴ, φθέγγοιντο, πᾶσα τῷ Θεῷ χάρις· εἰ δὲ μὴ, καὶ τὰ ὦτα φραξόμεθα.

Omnia tempus habent, inquit Ecclesiastes [77], propterea *Posui custodiam ori meo* [78], cum tempus ita postularet; et *Ecce labia mea non prohibebo* [79], quandoquidem hujus rei tempus est. *Tacui* enim, inquit Scriptura [80], num etiam semper tacebo? Tacui, inquam, mihi; aliis loquor. Ipsi autem, si quidem ea, quæ convenit, loquantur, omnis Deo gratia habeatur; sin minus, aures quoque occludemus.

ΡΙΘ'. ΠΑΛΛΑΔΙΩ (93).

CXIX. PALLADIO.

Silentii sui finem Palladio Gregorius annuntiat.

Χριστῷ συνενέκρωσα τὴν γλῶσσαν, ἡνίκα ἐνήστευον· καὶ ἀναστάντι συνήγειρα. Τοῦτό μοι τῆς σιωπῆς τὸ μυστήριον· ἵνα ὥσπερ ἔθυσα νοῦν ἀνεκλάλητον (94), οὕτω θύσω καὶ λόγον κεκαθαρμένον.

Cum Christo linguam mortuam habui, quando jejunabam, et una cum eodem ad vitam revocato, illam excitavi. Hoc mihi silentii arcanum est, ut veluti mentem non garrulam sacrificavi, sic etiam purgatum sermonem sacrificem.

ΡΚ'. ΕΛΛΑΔΙΩ (95).

CXX. HELLADIO.

Pro paschalibus muneribus et litteris Helladio gratias agit Gregorius, simulque eum rogat ut sibi senectutem, ejus beneficio, commode claudere liceat, constituto a vobis, *inquit*, huic Ecclesiæ, *nempe Nazianzenæ Ecclesiæ*, episcopo. *Quæ quidem omnia hanc ad annum* 382 *epistolam pertinere demonstrant. Quisnam vero sit Helladius ad quem scripta est, an Helladius Cæsariensis, an alterius sedis episcopus sit, incertum est. Baronius Cæsariensem esse episcopum existimat. Verum Gregorius tunc non aliud provinciæ caput agnoscebat, præter Tyanensem episcopum, ut epistola* 152, *alias* 88, *patet, hisque ipsis litteris confirmari potest, in quibus Gregorius Helladium, non ut archiepiscopum, sed ut comprovincialem, ut ita loquar, episcopum compellat. Præterea Helladius Cæsariensis electioni Eulalii obstitit.*

Ὁρᾶν τὰ ἐλπιζόμενα (96) πόρρωθεν διδαχθέντες (χρήσομαι γὰρ τῷ σῷ προοιμίῳ), καὶ τοῖς ἤδη παροῦσιν ἐνευφραινόμεθα. Τὴν γὰρ ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν, εἰς ἣν κατηντήκαμεν, τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν οἶδα μυσταγωγίαν, ἑορτὴν οὖσαν διαβατήριον. Ὧν καλῶς ἐποίησας καὶ αὐτὸς ἀναμνήσας ἡμᾶς, οἷς

Res in spe positas procul videre admoniti (utar enim tuo proœmio), rebus quoque jam præsentibus oblectamur. Etenim sanctum Paschæ diem, ad quem pervenimus, mysticum futurorum bonorum symbolum esse scio, ut qui transitus festum sit. Quarum rerum tu quoque commode nos submo-

[77] Eccle. III, 1. [78] Psal. XXXVIII, 2. [79] Psal. XXXIX, 10. [80] Psal. XLIX, 21.

(88) *Ἀμύνωμαι τῆς μικρολογίας.* Combef.: *Angustæ exilisque orationis nomine ulciscar.*

(89) Alias C. Scripta eodem anno, post Pascha.

(90) Alias CI. Scripta eodem tempore. — *Τῷ αὐτῷ*, id est Eulalio. Codex Regius et Combefisius, Εὐγενίῳ. Montac. et Morel. Εὐαγρίῳ.

(91) *Τῷ στόματί μου.* Cod. Reg. et Combef. *χείλεσί μου, labiis meis.*

(92) *Λαλῶ.* Codd. duo Reg. λαλήσω, *loquar.*

(93) Alias CCXXX. Scripta circa idem tempus.

(94) *Νοῦν ἀνεκλάλητον.* Morel.: *Mentem non garrulam.* Combef.: *Sensum sermone tacitum.*

(95) Alias LIV. Scripta eodem anno, post Pascha, sed Aprili mense.

(96) *Τὰ ἐλπιζόμενα.* Hebr. XI: *Juxta fidem hi omnes mortui sunt, cum non accepissent promissiones, sed procul eas vidissent*, et quod Paulus dicit *promissiones*. Theologus dicit τὰ ἐλπιζόμενα, eodem sensu Bill.

Digitized by Google

nuisti, tum per ea quæ misisti, tum per ea quæ scribis. Ego vero multa quidem Paschata jam exegi, atque hunc longioris vitæ fructum cepi. Nunc autem **105** purioris Paschæ desiderio teneor ; nempe ex hac gravi et caliginosa hujus sæculi Ægypto egredi, et luto ac conficiendorum laterum opere [81], cui astringimur, liberari ; atque ad promissionis terram migrare concupisco. Hanc nobis precare, si quid tibi curæ est quam præclarissime de nobis mereri. Tibi vero, rebus fauste feliciterque cedentibus, sæpius contingat simul cum Ecclesia festum celebrare. Quod si mihi senectutem quoque beneficio vestro commode claudere licuerit, constituto nimirum a vobis huic Ecclesiæ episcopo, quem Spiritus sanctus designaverit, bono opere perfuncti fueritis, paternisque, ut sic loquar, benedictionibus digno.

A ἀπέσταλκας καὶ οἷς γράφεις. Ἐγὼ δὲ πολλὰ μὲν ἤδη Πάσχα διῆλθον, καὶ τοῦτο ὠνάμην τῆς μακροτέρας ζωῆς Νῦν δὲ καθαρότερον ἐπιθυμῶ, τὴν Αἴγυπτον ταύτη ἐξελθὼν (97), τοῦ βίου τὴν βαρεῖαν καὶ σκοτεινὴν, κα τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς πλινθείας ἐλευθερώθεις, ᾗ συνδεδέμεθα, πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας μεταναστῆναι Ταύτην ἡμῖν προσεύχου (98), εἴ τί σοι μέλει τοῦ τὰ μέγιστα εὐποιεῖν ἡμᾶς. Σὲ δὲ πολλάκις γένοιτο συνεορτάσαι τῷ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας βιωσίμως ἔχοντα (99). Εἰ δέ μοι δοίητε καὶ τὸ γῆρας ἐν καλῷ καταλῦσαι, τῇ Ἐκκλησίᾳ ταύτῃ δόντες ἐπίσκοπον, ὃν ἀναδείξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔργον ἀγαθὸν ἐργασάμενοι ἔσεσθε, καὶ ἵν' εἶπω (1), πατρικῶν εὐλογιῶν ἄξιον.

CXXI. THEODORO. ΡΚΑ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (2).

Similis pene argumenti est quæ sequitur epistola ad Theodorum ; haud quidem Mopsuestenum, ut facundus Hermaniensis scripsit (3), *sed Tyanensem, qui recens hujus Ecclesiæ episcopus fuerat ordinatus. Hanc esse causam arbitramur, cur illi tanquam juveni scribat Gregorius. Significat, gavisum se esse* symbolis charitatis ; *ita est, muneribus, quæ miserat Theodorus in paschate, pro quibus Theodoro multa bona* spiritualiter apprecando rependit *Theologus, inprimisque ut* talium fiat parens filiorum, *quod de spiritualibus filiis intelligere malumus, quam cum Tillemontio de natis conjugio liberis.* Nos vero, *inquit Gregorius*, omnia spiritualiter rependimus.

Charitatis gaudemus symbolis, ac potissimum tali occasione, et de tali recens coagmentato simul et perfecto ; atque, ut te Scripturæ verbis accipiam, de stabilito in juventute sua [82]. Sic enim vocat eum qui majori quam fert ætas, vi pollet intelligentiæ. Quocirca antiqui patres rorem cœli et pinguedinem terræ [83] inter alia liberis suis precabantur (nisi cui gratum sit etiam hæc sublimius intelligere), nos vero tibi omne spiritualiter rependemus. Impleat Dominus omnes petitiones tuas [84] ; et talium liberorum parens fias (si par est concise tibi et familiariter apprecari), qualem teipsum tuis majoribus subindicas, ut præter alia nos quoque propter te gloria decoremur.

B Ἀγάπης συμβόλοις ἡδόμεθα, καὶ μάλιστα καιροῦ τοιούτου, καὶ περὶ τοιούτου νεοπαγοῦς (4) τε ὁμοῦ καὶ τελείου, καὶ ἵνα σε ἀπὸ τῆς Γραφῆς δεξιώσωμαι (5), ἱδρυμένου ἐν τῇ νεότητι. Οὕτω γὰρ ἐκείνη καλεῖ τὸ πλεῖον ἐν τῇ συνέσει (6) τῆς ἡλικίας. Οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ πατέρες δρόσον οὐρανοῦ καὶ πιότητα γῆς μετὰ τῶν ἄλλων ἐπηύχοντο τοῖς παισὶν (εἰ μή τινι φίλον καὶ ταῦτα νοεῖν ὑψηλότερον), ἡμεῖς δέ σοι τὸ πᾶν πνευματικῶς ἀντιδώσομεν (7). *Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου·* καὶ γένοιο τοιούτων τέκνων πατὴρ (εἰ δεῖ σοι συντόμως καὶ οἰκείως ἐπεύξασθαι), οἷον σεαυτὸν ὑποφαίνεις τοῖς σοῖς πατράσιν, ὡς ἂν τά τε ἄλλα καὶ ἡμεῖς ἐπὶ σοὶ δοξαζοίμεθα.

CXXII. EIDEM. ΡΚΒ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (8).

Ad anniversarium honorem martyrum, qui quotannis Arianzi celebrabatur mense Dathusa, simulque ad negotia ecclesiastica Theodorum invitat Gregorius.

Tu, et nobis, ut adversa valetudine laborantibus, curam atque officium debes, siquidem unum ex præceptorum numero est ægrotantium visitatio : et item sanctis martyribus anniversarium hono-

C Χρεωστεῖς μὲν ἡμῖν καὶ ὡς νοσεροῖς θεραπείαν, εἴπερ μία τῶν ἐντολῶν ἀσθενούντων ἐπίσκεψις· χρεωστεῖς δὲ καὶ τοῖς ἁγίοις (9) μάρτυσι τὴν δι' ἔτους τιμὴν, ἣν ἐν Ἀριανζοῖς τοῖς σοῖς ἑορτάζομεν

[81] Exod. I, 14 sqq. [82] Psal. CXLIII, 12. [83] Gen. XXVII, 28. [84] Psal. XIX, 7

(97) *Αἴγυπτον ταύτην ἐξελθών.* Combef. ἐξελθεῖν, vertitque : *Purius Pascha desidero, nempe ex hac egredi gravi et caliginosa sæculi Ægypto.* Non bene Bill. : *Nunc autem purius est ex hac gravi et caliginosa vitæ Ægypto egredi.*

(98) *Ταύτην ἡμῖν προσεύχου.* Cod. unus ταῦτα. Ita et cod. R. qui addit καὶ ὑπερεύχου.

(99) *Βιωσίμως ἔχοντα.* Combef. : *Vita fausta et incolumi.* Bill. : *Utinam vivo et incolumi.*

(1) *Καὶ ἵν' εἶπω.* Cod. Reg. et Combef. καὶ τί ἂν γὰρ ἦ πατρικῶν, *ac quid aliud quam quod paternis sit conditionibus dignum?*

(2) Alias CCXX Scripta eodem anno. — *Θεοδώρῳ.* Cod. Pass. addit ἐπισκόπῳ Θυάνων.

(3) *Trium Capit. Def.* t. 7, c. 7, pag. 655, apud Sirm. t. II.

(4) *Νεοπαγοῦς τε.* Ita Pass. et tres Reg., quæ lectio melior quam in edit. νεοπαγέντος.

(5) *Ἀπὸ τῆς Γραφῆς δεξιώσωμαι · Ut tibi Scripturæ sacræ verba proferam.*

(6) *Ἐν τῇ συνέσει.* Ita cod. Reg., Par., Pass., Montac. et Morel. In edit. τῇ deest. At, inquit Combef., quam bene Morel. : *Quod plus est in intellectu ætatis.*

(7) *Ἀντιδώσομεν.* Montac. ἀποδώσομεν. Forte ἀνταποδώσομεν, ait Morel.

(8) Alias XC. Scripta eodem anno, post Pascha.

(9) *Καὶ τοῖς ἁγίοις.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. In edit. τοῖς deest. Mox pro Ἀριανζοῖς, cod. 1045, Ναζιανζοῖς.

Digitized by Google

τῇ εἰκάδι δευτέρᾳ (10) τοῦ καθ' ἡμᾶς μηνὸς Δαθοῦσα (11). Καὶ ἅμα οὐκ ὀλίγα ἐκκλησιαστικῶν δεῖται κοινῆς διασκέψεως. Πάντων οὖν ἕνεκεν (12), ἀόκνως παραγενέσθαι καταξίωσον· καὶ γὰρ εἰ πολὺς ὁ κάματος, ἀλλ' ἀντίρροπος ὁ μισθός.

rem debes **106** quem in Arianzis tuis vicesimo secundo mensis Dathusa, ut apud nos appellatur, die celebramus. Ac simul non pauca ecclesiastica negotia sunt, quæ communem considerationem requirant. Iis igitur omnibus de causis a te peto, ut impigre ad nos venias; etsi enim ingens labor est, par tamen est merces.

ΡΚΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (13).

CXXIII. EIDEM.

Vocanti Gregorio præsens adfuit, tumque, vel sane litteris postmodum, ut se inviseret Gregorium rogavit Theodorus. Cui Theologus aeris inclementia et morbi domi se continere coactum significat, seque adfuturum, cum per tempus licuerit, pollicetur.

Ἠδέσθην σου τὴν παρουσίαν, καὶ στέργω τὴν συνουσίαν, καίτοιγε ἄλλως ἐμαυτὸν νουθετήσας οἴκοι μένειν, καὶ καθ' ἡσυχίαν φιλοσοφεῖν· τοῦτο γὰρ εὗρον ἐμαυτῷ ἐκ πάντων λυσιτελέστερον (14). Ἐπεὶ δὲ οἵ τε ἀέρες ἔτι ταραχώδεις (15), καὶ οὐκ ἀνῆκεν ἡ ἀῤῥωστία, παρακαλῶ, μικρὸν μακροθύμησον, συνεύχου δὲ τὴν ὑγίειαν· καὶ ἡνίκα ἂν ᾖ καιρὸς, ἐπιστησόμεθα σαῖς εὐχαῖς.

Præsentiam tuam sum reveritus, et consortium tuum amplector, tametsi alioquin me ipsum commonefecerim domi manere, et per otium philosophari: hoc enim mihi ex omnibus inveni conducibilius. Quia vero et aer adhuc turbulentus est, neque infirmitas destituit me, obsecro te, parumper adhibeto patientiam, et comprecare mihi sanitatem: nos simul atque tempestivum erit, attendemus precibus tuis.

ΡΚΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (16).

CXXIV. EIDEM.

Non ita multo post, redeunte veris amœnitate, Theodoro iterum invitanti rescribit Gregorius venturum se libenter, imo properaturum, *ut solus cum solo congrediatur, sed synodos et concilia procul salutare. Si quis hanc in annos sequentes epistolam velit rejicere, quam hic conjiciendo collocamus, non admodum refragabimur.*

Καλεῖς; ἡμεῖς δὲ σπεύδομεν· σπεύδομεν δὲ μόνῳ πλησιάσαι καὶ μόνοι (17). Συνόδους γὰρ καὶ συλλόγους (18) πόῤῥωθεν ἀσπαζόμεθα, ἐξ οὗ μοχθηρῶν (19) πεπειράμεθα τῶν πολλῶν, οὕτω γὰρ εἰπεῖν μέτριον. Τί οὖν ἔτι λείπεται; πόθῳ δικαίῳ βοήθησον διὰ τῶν εὐχῶν, ἵνα τύχωμεν ὧν σπουδάζομεν.

Vocas? Nos vero properamus. Properamus autem, ut soli cum solo congrediamur. Synodos enim atque conventus procul salutamus, ex quo scilicet tempore multa eorum, ut parce loquar, molesta esse comperi. Quid igitur superest? Justo desiderio per orationes tuas opitulare, ut quod studemus consequamur.

ΡΚΕ'. ΟΛΥΜΠΙΩ (20).

CXXV. OLYMPIO.

Cum hoc anno Xanxaridis thermas petere morbi causa coactus fuisset Gregorius, vix itineri se commiserat, cum ejus absentiæ opportunitatem nacti Apollinaristæ, eo audaciæ proruperunt, ut cuidam nebuloni de impio suo et adulterino grege, episcopi nomen imponerent. Quod ubi rescivit Gregorius, Olympio Cappadociæ præfecto scribit, ut facinus ab Apollinaristis contra imperatorum constitutiones et edicta attentatum ulciscatur. Mitius tamen, quam tanta mereatur audacia, perditi homines puniantur, obsecrat.

Παιδεύεταί τι καὶ πολιὰ, καὶ οὐ πάντη τὸ γῆρας, ὡς ἔοικεν, εἰς σύνεσιν ἀξιόπιστον. Ἐγὼ γοῦν πάντων μὲν μάλιστα τῶν Ἀπολλιναριστῶν εἰδὼς τὴν ἐνθύμησιν καὶ ἀσέβειαν (21), ὁρῶν δὲ οὐκ ἀνεκτὴν αὐτῶν (22) ἀπόνοιαν, ἐνόμιζον τῇ μακροθυμίᾳ πράους αὐτοὺς ποιήσειν, καὶ μαλάξειν κατὰ μικρὸν, ὅπερ οὖν καὶ ταῖς ἐλπίσιν ὑπέτεινον (23). Ἔλαθον

Canities quoque nonnihil eruditur, nec senectus, ut video, talis omnino est, quæ prudentiæ opinionem fidemque mereatur. Ego cum omnium maxime Apollinaristarum cogitationem et impietatem perspectam haberem, nec ferendam eorum audaciam **107** cernerem, existimabam tamen fore, ut lenitate mea mansuetos et placidos eos redde-

(10) *Τῇ εἰκάδι δευτέρᾳ.* Ita tres codd. In edit. compendiario τῇ κβ'.

(11) *Δαθοῦσα.* Mensis ille videtur, ait Combef., qui in veteri Lexico τεκουσία, et in mensibus Cappadocum septimus numeratur Julioque nostro respondet.

(12) *Πάντων οὖν ἕνεκεν.* Ita cod. et Reg. 1405. In edit. πάντων οὖν ἕνεκα. Pro πάντων, Montac., Morel. et Combef. ἕνεκα τούτων.

(13) Alias CCXXI. Scripta circa idem tempus.

(14) *Λυσιτελέστερον.* Cod. Reg. λυσιτέλεσθαι. Cod. Pass. λυσιτελέστατον, et sic legendum proponit Morel.

(15) *Ἔτι ταραχώδεις.* Cod. Reg. ἔτι τραχωδεις, *aer adhuc asper est.* In cod. Pass. ἔτι deest.

(16) Alias LXXXIV. Scripta paulo post superiorem.

(17) *Μόνῳ πλησιάσαι καὶ μόνοι.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. μόνοι πλησιάσαι καὶ μόνῳ.

(18) *Καὶ συλλόγους, atque conventus;* Bill. *atque colloquia.*

(19) *Μοχθηρῶν, molesta,* Bill. *improba et flagitiosa,* quod sane durius et contra Gregorii mentem, qui parce et moderate loqui se testatur: οὕτω γὰρ εἰπεῖν μέτριον.

(20) Alias LXXVII. Scripta anno eodem.— *Ὀλυμπίῳ.* Cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. Ἀλυπίῳ. Cod. Reg. Ἀλυπίῳ ἄρχοντι.

(21) *Τὴν ἐνθύμησιν καὶ ἀσέβειαν.* Cod. et Combef. habent τὴν ἀσέβειαν.

(22) *Αὐτῶν.* Ita cod. et Reg. Deest in edit.

(23) *Ὅπερ οὖν καὶ ταῖς ἐλπίσιν ὑπέτεινον.* Ita cod. Reg. In edit. ὥσπερ οὖν, etc. *Sicut nimirum spe mihi pollicebar.* Montac., Morel. et Combef.

Digitized by Google

rem, ac paulatim emollirem, atque hoc mihi spe fingebam. Verum, ut apparet, illud minime animadverti, me pejores eos effecisse ac per intempestivam hanc philosophiam Ecclesiæ detrimentum attulisse. Nec enim pravos homines lenitas inflectit. Et quidem si nunc per meipsum hæc te docere potuissem, non dubitassem, probe noveris, vel ultra vires iter capessere, atque ad excellentiæ tuæ pedes meipsum advolvere. Quoniam autem longius me morbus perduxit, et Xanxaridis thermis mihi de medicorum consilio uti necesse est, litteras mihi vicarias substituo. Præter alia omnia eo quoque audaciæ proruperunt mali homines et male perdendi, ut episcopos etiam quosdam, quibus dignitas ab universali Orientalium et Occidentalium concilio abrogata fuerat, accersentes, aut transeuntibus abutentes (non enim certo affirmare possum), imperialibus omnibus constitutionibus atque omnibus vestris edictis violatis, cuidam impii et adulterini sui gregis episcopi nomen imposuerint, nulla re, ut opinor, perinde freti, atque summa mea imbecillitate : hoc enim dicendum est. Quæ si levia et ferenda sunt, ferat tua firmitas ; feremus ipsi quoque, quemadmodum et sæpe tulimus. Si vero gravia, et ne ipsis quidem pietatis laude præstantissimis imperatoribus ferenda ea, quæ admissa sunt, mitius tamen quam tanta audacia meretur, ulcisci dignare.

A δὲ, ὡς ἔοικε, κἀκείνους χείρους ποιήσας, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν βλάψας, τῇ ἀκαίρῳ φιλοσοφίᾳ. Οὐ γὰρ δυσωπεῖ τοὺς πονηροὺς ἐπιείκεια. Καὶ νῦν, εἰ μὲν αὐτῷ μοι δυνατὸν ἦν δι' ἐμαυτοῦ ταῦτα διδάξαι (24), οὐκ ἂν ὤκνησα, εὖ ἴσθι (25), καὶ παρὰ δύναμιν κινηθεὶς προσπεσεῖν τῇ σῇ τιμιότητι. Ἐπειδὴ δὲ περαιτέρω προήγαγεν (26) ἡμᾶς ἡ ἀῤῥωστία, καὶ τοῖς Ξανξαρίδος θερμοῖς (27) χρήσασθαι ἀναγκαῖον ἐγένετο, τῶν ἰατρῶν τοῦτο συμβουλευσάντων, ἀντ' ἐμαυτοῦ ποιοῦμαι τὰ γράμματα. Ἐτόλμησαν οἱ κακοὶ καὶ κακῶς ἀπολούμενοι πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις, καὶ καθῃρημένους (28) ἐπισκόπους ὑπὸ πάσης ἀνατολικῆς καὶ δυτικῆς συνόδου καλέσαντες, ἢ παριοῦσι καταχρησάμενοι (οὐ γὰρ ἔχω τοῦτο εἰπεῖν ἀκριβῶς), καὶ πασῶν κατεξαναστάντες βασιλικῶν B διατάξεων, καὶ ὑμετέρων προσταγμάτων, ἐπισκόπου ὄνομα ἐπιθεῖναί (29) τινι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀσεβῶν καὶ κιβδήλων, οὐδενὶ τοσοῦτον, ὡς οἶμαι, ὅσον τῇ ἐμῇ νεκρώσει (τοῦτο γὰρ δεῖ λέγειν[30]) θαῤῥήσαντες. Ταῦτα εἰ μὲν ἀνεκτὰ, ἐνεγκάτω μὲν ἡ σὴ στερῤῥότης· οἰσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ὥσπερ οὖν πολλάκις ἠνέγκαμεν. Εἰ δὲ βαρέα, καὶ οὐδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις (31) βασιλεῦσιν αὐτοῖς φορητὰ, ἐπεξελθεῖν τοῖς γεγενημένοις, εἰ καὶ τῆς ἀπονοίας ἔλαττον, καταξίωσον.

CXXVI. EIDEM.

ΡΚϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (32).

Cum Xanxaride balneorum causa versaretur Gregorius, opportuna videndi Olympium, et quæsita occasio se obtulit. Sed bonum quod jam manibus tenebat, recrudescente morbo, invitus perdidit. Quam id sibi molestum fuerit Olympio sua epistola significat : ab eoque præterea postulat, ut Nicobulum filium *cursus publici seu veredariorum cura liberet. Nicobulum autem filium suum appellat Gregorius, quia Alypianam sororis suæ filiam uxorem duxerat.*

Velut per somnium hilari animo fui. Nam cum usque ad monasterium delatus essem, ut nonnihil solatii ex balneo consequerer, ac deinde congressum tuum spe concepissem, jamque hoc bonum velut manibus tenerem, atque aliquot **108** dies illic exegissem, repente a morbo, qui partim jam mihi negotium facessebat, partim minabatur, submotus sum. Ac si huic rei, quæ mihi accidit, imaginem quamdam et similitudinem invenire

C Ὄναρ ηὐθύμησα. Καὶ γὰρ μέχρι τῆς μονῆς ἐνεχθεὶς, ὥστε τινὸς ἐκ τοῦ λουτροῦ παραμυθίας τυχεῖν, εἶτα τὴν σὴν συντυχίαν ἐλπίσας, καὶ ὥσπερ ἐν χερσὶν ἔχων ἤδη τὸ ἀγαθὸν, καί τινας ἡμέρας ἐνδιατρίψας (33), ἐξαίφνης ἀπήχθην (34) ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, τὰ μὲν ἤδη λυπούσης, τὰ δὲ ἀπειλούσης. Καὶ εἰ δεῖ τινα εἰκασίαν εὑρεῖν (35) τῷ πάθει, ταυτὸν ἔπαθον τοῖς πολύποσιν, οἳ βίᾳ τῶν πετρῶν ἀποσπώμενοι, κινδυνεύουσι καὶ ταῖς κοτύλαις

ὥσπερ οὖν ἐπέτεινον, *majores ejus rei spes concipiebam.*

(24) *Ταῦτα διδάξαι.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ταῦτα δεῖξαι, *hæc ostendere.*

(25) *Εὖ ἴσθι.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. εὖ deest. Reddit Bill., *mihi crede.*

(26) *Περαιτέρω προήγαγεν.* Sic enim legendum, ait Bill., non ut in vulgatis exemplaribus προσήγαγεν, id quod satis indicat adverbium præcedens περαιτέρω. Sic etiam habent cod. et Combef. ; at pro περαιτέρω, cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. ποῤῥωτέρω.

(27) *Ξανξαρίδος θερμοῖς.* Montac. et Morel. Ζανζαρίδος θερμοῖς. Ibi enim pro infirmis balnea calida. At in cod. Ξανξαρίδος. Nam eo loci exstructum erat monasterium, cujus forsan vivendi ratione de medicorum consilio uti sibi necesse putabat Gregorius.

(28) *Καθῃρημένους.* Emendandus est, ait Bill., Hervag. codex ex Frobeniano, et pro κεκαθηρημένους, substituendum est καθῃρημένους.

(29) *Ὄνομα ἐπιθεῖναι.* Cod. et Reg. ac Morel. ὄνομα περιθεῖναι, *quemdam episcopi nomine induerint*, vel *cuidam tribuerint nomen.*

(30) *Τῇ ἐμῇ νεκρώσει.* Quid legerit Bill. incertum omnino, dum reddit, *summa mea imbecillitate viriumque conservatione.* Voluit profecto *viriumque exstinctione.* Combef. : *Exhaustis viribus meis enectoque corpusculo.* Mox in cod. γὰρ deest.

(31) *Εὐλαβεστάτοις.* Duo cod. Reg., Montac., ac Morel., necnon et in edit. quibusdam εὐσεβεστάτοις.

(32) Alias CLXXVIII. Scripta eodem tempore. — *Τῷ αὐτῷ*, id est, Ὀλυμπίῳ. Cod. B. 3, Εὐσεβίῳ φίλῳ.

(33) *Ἐνδιατρίψας.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. In edit. προσδιατρίψας.

(34) *Ἀπήχθην.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. ἀπηνέχθην ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, quod Bill. : *Ob morbum ablatus sum.* Edit. : ἀπηνέχθην.

(35) *Εἰκασίαν εὑρεῖν.* Cod. Morel. et Combef. λαβεῖν.

Digitized by Google

πολλάκις, ὧν τι προσαφιᾶσι ταῖς πέτραις, ἤ τι παρ' αὐτῶν προσλαμβάνουσι. Τὸ μὲν οὖν ἡμέτερον τοιοῦτον. Ἃ δ' ἂν παρὼν ἐδεήθην τῆς σῆς καλοκαγαθίας, ταῦτα καὶ ἀπὼν ἐθάρρησα. Τὸν υἱὸν Νικόβουλον σφόδρα εὗρον τῇ τοῦ δρόμου φροντίδι (36), καὶ τῇ τῆς μονῆς προσεδρείᾳ στενοχωρούμενον, ἄνθρωπον καὶ ἀσθενῆ καὶ τῶν τοιούτων ἀήθη, καὶ τὴν ἐρημίαν οὐ φέροντα. Τούτῳ, πρὸς ἄλλο μὲν πᾶν ὅ τι ἂν ᾖ σοι φίλον, χρήσασθαι θέλησον· καὶ γὰρ πρόθυμος εἰς πάντα ὑπηρετεῖν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ· ταύτης δὲ, εἰ δυνατὸν, ἐλευθέρωσον τῆς φροντίδος· εἰ μή τι ἄλλο, καὶ ὡς ἡμέτερον τιμῶν νοσοκόμον, ἐπειδὴ πολλὰ καὶ περὶ πολλῶν δεηθέντες (37), καὶ τυχόντες, χρῄζομεν καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τῆς σῆς ἡμερότητος.

A oportet, idem mihi, quod polypis, usu venit ; qui cum per vim a rupibus avelluntur, persæpe de acetabulis quoque in periculum veniunt, quippe quorum nonnihil rupibus relinquunt, aut ab illis aliquid assumunt. Atque hujusmodi quiddam nobis contigit. Quæ autem a tua probitate coram petiissem, hæc absens quoque petere non dubitavi. Filium nostrum Nicobulum, tum cursus sollicitudine, tum assidua in monasterio commoratione valde pressum offendi, hominem et infirmis viribus, et rerum hujusmodi insolentem, et solitudinem minime ferentem. Hujus opera ad quamcunque aliam rem tibi cordi fuerit, utaris velim ; siquidem ad omnia prompto atque impigro animo tibi operam navabit. Hac autem cura, si fieri potest, eum libera, si non aliam ullam ob causam, saltem ut hoc honoris ei habeas, qui me ægrotantem curat. Quandoquidem cum multa et pro multis a te petierimus atque obtinuerimus, tua quoque erga nos ipsos mansuetudine opus habemus.

ΡΚΖ'. ΕΛΛΑΔΙΩ (38).

CXXVII. HELLADIO.

Hic commode collocanda se offert 127 *epistola, quæ ejusdem argumenti et eadem de causa scripta est ac superior. Nimirum implorat opem Helladii ut Nicobulus publicæ rei oneribus solvatur, atque otio et quieti, cui assuetus est, reddatur.*

Ἡδὺ μὲν καὶ ἄλλως (39) τὸ προσαγορεύειν τὴν σὴν εὐλάβειαν· ἐμοὶ δὲ ἥδιον οὕτω διακειμένῳ. Τὸ γὰρ καθ' ἑκάστην σχεδὸν τὴν ἡμέραν ἀπογινώσκεσθαι (40), πλέον ἔχεσθαί σου ποιεῖ, ὡς ἂν (41) τὰ τελευταῖα παρακερδαίνοντα. Ἐπειδὴ δὲ τὸ (42) κέρδος ὁμολογῶ, χρεωστῶ τὴν ἀντίδοσιν τῷ αἰδεσιμωτάτῳ υἱῷ Νικοβούλῳ, παρ' οὗ τὸ κέρδος· ὅπερ δὲ ποιοῦσιν οἱ πένητες πρὸς τοὺς εὐπόρους βλέποντες, ἵνα παρ' ἐκείνων εὖ πάθωσι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ποιῶ, διὰ σοῦ τῷ ἀνδρὶ διαλύων τὸ χρέος. Χρῄζει δὲ ἀπραγμοσύνης πάντα τὸν χρόνον ταύτῃ συνειθισμένος· πρὸς ταύτην (43) αὐτῷ συνάρασθαι καταξίωσον.

B Jucundum utique etiam alia de causa reverentiam tuam salutare : sed mihi ita affecto jucundius est. Nam quod singulis ferme diebus animum despondeo, facit ut tibi arctius adhæream, quasi novissima obiter lucrifaciens. Cum autem lucrum fatear, remunerationem debeo reverendo maxime Nicobulo, a quo lucrum accessit. Quod porro faciunt pauperes in opulentos intuentes, ut ab illis beneficium accipiant, idem ipse facio, dum per te viro debitum exsolvo. Eget autem otio et quiete cui perpetuo assuetus est : ut illa fruatur illum ad iuvare digneris.

ΡΚΗ'. ΠΡΟΚΟΠΙΩ (44).

109 CXXVIII. PROCOPIO.

Procopium Constantinopoli præfectum, amicitia sibi conjunctum, datis in agro Arianzo litteris, Gregorius salutat. Quo anno datæ sint certo statuere non possumus.

Διὰ μακροῦ σε προσφθέγγομαι, τὸν ἀντὶ πάντων ἐμοὶ (45) καὶ πρὸ πάντων, ὃν καὶ παρόντα τῶν μεγάλων ἠξίους, καὶ ἀπόντα οἶδ' ὅτι τῶν αὐτῶν ἀξιοῖς. Μισθὸς δὲ γενέσθω τῷ διακόνῳ τῆς ἐπιστολῆς τῷ υἱῷ ἡμῶν Ἀνθίμῳ (46) ὑπὲρ μεγάλων μέγας. Τίς οὗτος; τῆς παρὰ σοῦ προστασίας τυχεῖν, ἐν οἷς ἂν δέηται. Μέγιστον δὲ εἰς τὴν πρεσβείαν ἡμῖν, καὶ ὁ ἀνὴρ οὗτος (47) ἐξ ἐπιφανοῦς στρατείας, ἴσως καὶ

C Longo intervallo te saluto, atque alloquor, qui instar omnium, atque ante omnes mihi es, meque et præsentem magnis honoribus complectebaris, et absentem (sic enim mihi persuadeo) iisdem complecteris. Merces autem filio nostro Anthimo, hujus epistolæ ministro, pro ingentibus rebus ingens rependatur. Quæ tandem hæc? Ut quibus in rebus opus ei fuerit, præsidium tuum

(35) *Τῇ τοῦ δρόμου φροντίδι.* Combef. : *Cursus publici cura.* Ad quid hæc, inquit, cum μονῆς προσεδρείᾳ, nisi ex illa, quæ forte in strata publica erat, sic cursui publico operam dabat. Montac. et Morel. τῇ τοῦ νόμου φροντίδι, quod aliud esset, nec satis notum.

(37) *Δεηθέντες.* Ita cod. Reg. et B. 3. Montac. Morel. et Combef., sicque legit Bill. In edit. δεηθέντα, sed in margine δεηθέντες.

(38) Alias CCXXXIV. Scripta circa idem tempus.

(39) *Καὶ ἄλλως.* Ita cod. Reg. et Morel. in notis. Codd. Pass 1 et 2 γὰρ καὶ ἄλλως. In edit. καὶ ἄλλοις.

(40) *Ἀπογινωσκεσθαι.* Cod. Pass. 2, τὸ γὰρ καθ' ἑκάστην ἐπιγινώσκεται σχεδὸν τὴν ἡμέραν.

(41) *Ὡς ἄν.* Codd. Reg. et R. ὡς ἀεί. Ita et Morel. in notis. Reddit Combef. : τὰ τελευταῖα παρακερδαίνοντα, *ut qui extrema obiter elucrer.*

(42) *Ἐπειδὴ δὲ τό.* Ita codd. Reg. Pass. et R. In edit. ἐπειδὴ δὲ καὶ τό.

(43) *Πρὸς ταύτην.* Ita iidem codd. In edit. : πρὸς αὐτήν. Vertit Morel. : *Hanc ipsi conferre digneris.* Combef. autem : *Ad eam, quæso, illi opitulare.*

D (44) Alias CLVII. Incerto tempore scripta, sed forte an. 382.

(45) *Πάντων ἐμοί.* Ita cod. Reg., Morel. et Combef. In edit. πάντων ἡμῖν.

(46) *Ἀνθίμῳ.* Cod. et Montac. Ἀνθιμίῳ.

(47) *Ἀνὴρ οὗτος.* Combef. ἀνὴρ αὐτός.

Digitized by Google

consequatur. Maximum autem pondus ad deprecationem nobis affert hic quoque ipse vir, ex insigni atque illustri militia, vobis etiam magnis viris fortasse notus, atque corporis calamitas oculis ipsis fidem faciens. Quæ cum per se gravis et acerba sit, tum quia præter meritum, ut verisimile est, plus acerbitatis habet. Quibus rebus adjuncta nostra precatio, non dubito, quin id, de quo laboramus, magis conficiat.

A τοῖς μεγάλοις ὑμῖν (48) γνώριμος, καὶ ἡ συμφορὰ τοῦ σώματος αὐτόθεν τὴν ὄψιν πείθουσα. Βαρεῖα μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν, τῷ παρ' ἀξίαν δὲ, ὡς εἰκὸς, βαρυτέρα. Τούτοις προστεθεῖσα καὶ ἡ παρ' ἡμῶν παράκλησις, οἶδα ὅτι κατορθώσει μᾶλλον τὸ σπουδαζόμενον.

CXXIX. EIDEM. ΡΚΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (49).

De tempore quo scripta est hæc epistola, ut superior, nihil certi habemus. Ex his tantum verbis: Nisi prava corporis valetudine uteremur, convenissemus te, et hanc per nos legationem ipsi obiissemus, *conjicere fas est Gregorium Constantinopolim proficiscendi consilium non omnino abjecisse; siquidem præfectus in ea urbe degebat, vel Procopium alium fuisse. Observandum etiam Gregorium ad nuptias Olympiadis vocatum a Procopio, postea, ut videbimus, nullam aliam, præter morbum, excusationem obtendere; quod argumento est superiores litteras ad Procopium Constantinopolis præfectum scriptas esse, nec Gregorium omnino valedixisse huic civitati.*

Nisi prava corporis valetudine uteremur, atque de ipsa etiam vita malam spem haberemus, primum illud ac maximum lucrum fecissemus, ut tuo congressu ac colloquio frueremur, quod omnino nostri erga te officii ratio postulabat : deinde per nos ipsos hanc legationem obiissemus. Quoniam autem, morbo prorsus, tanquam catenis vincti, jacemus, nec sponte nostra et voluntate hoc detrimentum accepimus, quod supererat, id facimus, teque per litteras adimus, atque amplectimur et exosculamur, eamque fiduciam concipimus, ut pro condiacono nostro Eugenio rogemus, quem a tua mentis magnitudine ac præstantia deposcimus. Ac si quidem nullum crimen est ea familiaritas, quæ ipsi cum Regiano homine **110** conscelerato et nefario intercessit (neque enim eum quidquam aliud sceleris admisisse constat), ob jus ipsum, cujus tu arbiter ac patronus es : si autem id crimen esse censes, certe in Dei gratiam, cui astitit, ac senectutis nostræ causa, quam multis viris Dei metu præditis venerationi esse non igneras, hanc igitur, quæso, gratiam et nobis, et universo clero concede; atque hominem calumnia liberando faustas tibi divinas spes effice. Si hoc feceris, pro iis, quæ tribuis, non minora (nisi hoc dictu nimis magnum est), recipies, hoc est, nostras orationes.

B Εἰ μὲν μὴ πονηρῶς ἡμῖν ἔχρητο τὸ σῶμα, μηδὲ περὶ τοῦ ζῆν αὐτοῦ πονηρὰς εἴχομεν τὰς ἐλπίδας, πρῶτον μὲν (50) ἂν καὶ μέγιστον ἐκερδάναμεν τὴν σὴν συντυχίαν καὶ συνουσίαν (51), ἣ σοι παρ' ἡμῶν πάντως ὠφείλετο· δεύτερον δὲ δι' ἡμῶν αὐτῶν ταύτην ἂν ἐπληρώσαμεν τὴν πρεσβείαν. Ἐπεὶ δὲ κείμεθα παντελῶς τῇ ἀῤῥωστίᾳ πεπεδημένοι, καὶ οὐχ ἑκόντες ἐζημιώμεθα, ὃ δεύτερον ἦν ποιοῦμεν, πρόσιμέν (52) σοι διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ δεξιούμεθα, καὶ κατασπαζόμεθα (53), καὶ θαῤῥοῦμεν δεηθῆναι περὶ τοῦ συνδιακόνου (54) ἡμῶν Εὐγενίου, ὃν ἐξαιτούμεθα παρὰ τῆς σῆς μεγαλονοίας. Εἰ μὲν οὖν οὐδέν ἐστιν ἀδίκημα ἡ πρὸς τὸν ἀνόσιον Ῥηγιανὸν οἰκειότης (οὐ γὰρ ἄλλο γε οὐδὲν ἀδικῶν φαίνεται), δι' αὐτὸ τὸ δίκαιον, οὗ σὺ βραβεύτης (55) καὶ προστάτης· εἰ δὲ ἀδίκημα τοῦτο κρίνεις (56), διά γε τὸν Θεὸν, ᾧ παρέστηκε (57), καὶ τὴν ἡμετέραν πολιὰν, ἣν αἰδέσιμον οἶδας (58) πολλοῖς τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον, δὸς οὖν (59), παρακαλῶ, καὶ ἡμῖν καὶ τῷ κλήρῳ παντὶ ταύτην τὴν χάριν· καὶ δεξιὰς σεαυτῷ ποίησον τὰς κατὰ Θεὸν ἐλπίδας, ἐλευθερώσας τῆς ἐπηρείας τὸν ἄνθρωπον. Ἀντιλήψῃ δὲ, ὧν δίδως, οὐκ ἐλάττονα (εἰ μὴ μέγα τοῦτο εἰπεῖν), τὰς παρ' ἡμῶν εὐχάς.

(48) *Μεγάλοις ὑμῖν.* Ita cod. B. 3, R, et Combef. In edit. ὑμῖν deest. Reddit tamen Billius.

(49) Alias CLVIII. Incerti temporis, sed forte ejusdem anni.

(50) *Πρῶτον μέν*, etc. Hunc locum, cui nihil censet addendum, sic vertit Combef.: *Primum illud ac maximum essemus consecuti, ut tuo congressu ac colloquio potiremur, quippe qui hanc legationem per nos ipsos obiissemus.* Billius, inquit, hæc dividit; sed melius ac simplicius edita Græca quæ lectionem, quam secutus est, non admittunt. Unum agnoscit detrimentum Gregorius, quod præsentia illa exciderit, cui alterum facit, ut per epistolam adeat et interpellet : Ὃ δεύτερον ἦν, πρόσιμέν σοι διὰ τῶν γραμμάτων.

(51) *Καὶ συνουσίαν.* Addimus cum cod. Reg., B. 3 et R, ac Morel.: Ἣ σοι παρ' ἡμῶν πάντως ὠφείλετο· δεύτερον δὲ δι' ἡμῶν αὐτῶν ταύτην ἂν ἐπληρώσαμεν τὴν πρεσβείαν. Legit Montac.: Καὶ συνουσίαν, ἣ σοι παρ' ἡμῶν σπανίως ὠφείλετο· δεύτερον δὲ ὡς δι' ἡμῶν αὐτῶν ταῦτα ἐπληρώσαμεν. In edit. καὶ συνουσίαν, ὅτι παρ' ἡμῶν αὐτῶν ταύτην ἀνεπληρώσαμεν.

(52) *Ὃ δεύτερον ἦν ποιοῦμεν, πρόσιμεν.* Ita cod. Reg., B. 3, et R., Morel. ac Combef., sicque legit. Bill. qui vertit: *Quod deinceps sequebatur, id facimus.* Montac. ὃ δεύτερον ἦν προσίομεν. In edit. ποιοῦμεν deest.

(53) *Κατασπαζόμεθα.* Cod. et Combef. ἀσπαζόμεθα.

(54) *Συνδιακόνου.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. In edit. διακόνου.

(55) *Οὗ σὺ βραβεύτης.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. κρατεύτης.

(56) *Τοῦτο κρίνεις.* Ita cod. Reg. B. 3, Montac., Morel. ac Combef., ipseque Bill. In edit. τοῦτο κρίνει.

(57) *Παρέστηκε.* Montac. et Morel. παρέστηκας.

(58) *Οἶδας.* Morel. et Combef. οἶδα.

(59) *Δὸς οὖν.* Ita cod. Morel. et Combef. In edit. deest οὖν.

Digitized by Google

ΡΛ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (60).

CXXX. EIDEM.

Superiores epistolæ, quamvis incerti temporis, necessario huic præmittendæ erant, quæ sequitur, nempe 130. *quam Procopio scripsit. Constantinopoli habitum est anno* 382 *concilium; ad quod mature, forte veris initio, vel citius etiam a Theodorio Gregorius honoris causa vocatus est. Verum cum adesse nollet, aut accedente morbo non posset, ad Procopium notarium, seu Theodosio a secretis, ut vult Tillemontius, seu præfectum urbis Constantinopolitanæ, ut habet Gothofredus, epistolam* 130, *alias* 55, *dedit, qua se excusat, et Procopium rogat, ut det operam* ne piissimus imperator inertiæ ac ignaviæ se condemnet, sed infirmitati ignoscat, etc. *Ait autem se Gregorius ab omnibus episcoporum conciliis abhorrere, propter rixas et contentiones, quibus inter se conflictantur.*

Ἔχω μὲν οὕτως, εἰ δεῖ τἀληθὲς γράφειν, ὥστε A πάντα σύλλογον φεύγειν ἐπισκόπων, ὅτι μηδεμιᾶς συνόδου τέλος εἶδον χρηστὸν, μηδὲ λύσιν κακῶν μᾶλλον (61) ἐσχηκυῖαν ἢ προσθήκην. Ἀεὶ γὰρ (62) φιλονεικίαι καὶ φιλαρχίαι (ἀλλ' ὅπως μὴ (63) με φορτικὸν ὑπολάβῃς οὕτω γράφοντα), καὶ λόγου κρείττονες (64)· καὶ θᾶττον ἄν τις ἐγκληθείη κακίαν ἑτέροις (65) δικάζων, ἢ τὴν ἐκείνων λύσειε. Διὰ τοῦτο εἰς ἐμαυτὸν συνεστάλην, καὶ μόνην ἀσφάλειαν ψυχῆς (66) τὴν ἡσυχίαν ἐνόμισα. Νῦν δὲ καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν ἔχω προστατοῦσαν τῆς κρίσεως, ἀεὶ σχεδὸν (67) τὰ τελευταῖα πνέων, καὶ εἰς οὐδὲν ἐμαυτῷ χρῆσθαι δυνάμενος. Διὰ τοῦτο συγγινωσκέτω μὲν ἡμῖν (68) ἡ σὴ μεγαλόνοια, πεισθήτω δὲ διὰ σοῦ καὶ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, μὴ ῥαθυμίαν ἡμῶν καταγινώσκειν, ἀλλὰ συγγινώσκειν τῇ ἀσθε- B νείᾳ, δι' ἣν οἶδε καὶ συγχωρήσας (69) ἡμῖν, δεηθεῖσιν ἀντ' ἄλλης εὐεργεσίας, τὴν ἀναχώρησιν.

Ego, si vera scribere oportet, hoc animo sum, ut omnem episcoporum conventum fugiam, quoniam nullius concilii finem lætum et faustum vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem et incrementum habuerit. Semper enim sunt contentiones, et dominandi cupiditates (ac ne me, quæso, gravem et molestum existimes, hæc scribentem), nec ullis quidem verbis explicari queunt; citiusque aliquis improbitatis arguetur, dum aliis se judicem præbet, quam illorum improbitatem comprimat. Propterea memet ipse collegi, animæque securitatem in sola quiete ac solitudine mihi positam judicavi. Nunc vero huic quoque meo judicio patronus morbus accedit, quippe qui quotidie fere extremos efflo spiritus, nec ulla in re meipso uti queo. Atque ob hanc causam ignoscat nobis tua animi magnitudo, detque operam ne piissimus imperator nos inertiæ atque ignaviæ condemnet, **111** sed infirmitati ignoscat, ob quam se quoque nobis, instar alius cujuspiam beneficii hoc postulantibus, secedendi potestatem fecisse novit.

ΡΛΑ'. ΟΛΥΜΠΙΩ (70).

CXXXI. OLYMPIO.

Nihil superioribus litteris perfecit Gregorius. Imo iterata mandata per Icarium et Olympium Cappadociæ præfectum. Utrique respondit. Litteræ ad Icarium periere, quem illustrissimum vocat in epistola ad Olympium, quæ superest. Ea ipsa est quæ sequitur.

Τοῦτό μοι (71) τῆς ἀῤῥωστίας ἐστὶ βαρύτερον, τὸ ἀῤῥωστοῦντα μηδὲ πιστεύεσθαι, ἀλλ' ἐκδημίαν οὕτω μακρὰν ἐπιτάττεσθαι, καὶ εἰς μέσους θορύβους ὠθεῖσθαι, ὧν τὴν ἀναχώρησιν ἠγαπήσαμεν, μικροῦ καὶ χάριν διὰ τοῦτο τῇ τοῦ σώματος κακοπαθείᾳ ἐμολογήσαντες. Ἀπράγμων γὰρ ἡσυχία τῆς ἐν πράγμασι (72) περιφανείας τιμιωτέρα. Τοῦτο ἐπ- C ἔστειλα μὲν καὶ πρώην τῷ θαυμασιωτάτῳ Ἰκα-

Hoc mihi morbo ipso gravius est, quod cum æger sim, ægrotare tamen non credar, verum peregrinationem ita longam inire, in medios tumultus meipsum impellere jubear, a quibus secessisse tam mihi gratum fuit, ut hoc nomine gratiam quoque corporis afflictioni propemodum habeam. Quieta enim et a negotiis semota vitæ ratio actuosæ vitæ splendore præstantior est. Hoc et illustrissimo quo-

(60) Alias LV. Scripta anno 382, vere ineunte. —*Τῷ αὐτῷ.* Procopio. Combef. Ἡρακλιανῷ. Hujus epistolæ auctoritate ad conciliorum oppugnationem Calvinus abutitur, sed neminem piorum movere debet. Nec enim de generalibus, sed de particularibus quibusdam conciliis loquitur. Alioqui secum ipse pugnaret, utpote qui pluribus in locis Nicænum concilium laudibus in cœlum ferat, et magna ipse pars fuerit Constantinopolitanæ synodi, in qua Macedoniani, qui Spiritui sancto bellum indixerant, damnati, atque anathemate percussi sunt. Hæc Bill.

(61) *Λύσιν κακῶν.* Cod. Reg. et Pass. ac Combef. λύσιν κακοῦ.

(62) *Ἀεὶ γάρ.* Ita cod. et Pass. ac Combef. qui reddit, *nunquam enim non contentionem.* In edit. αἱ γάρ.

(63) *Ὅπως μή με.* Ita cod. R. et Pass. ac Combef. In edit. ὅπως μήτε.

(64) *Καὶ λόγου κρείττονες.* Montac., Morel. ac Combef. εἰσὶ λόγου κρείττονες.

(65) *Κακίαν ἑτέροις.* Ita cod. et R., sicque Montac., Morel. ac Combef. In edit. κακίαν ἑτέραν.

(66) *Ἀσφάλειαν ψυχῆς.* Lego enim, ait Bill., ψυχῆς ἀσφάλειαν, non jam ex conjectura duntaxat, ut in priore editione, sed etiam auctoritate librorum italicorum. Sic etiam habent cod. Pass., Montac., Morel. ac Combef. In edit εὐχῆς.

(67) *Ἀεὶ σχεδόν*, etc. Bill.: *Quippe qui ita me distorqueat, ut quotidie fere extremos spiritus efflem, nec ulla re uti meipso queam.*

(68) *Συγγινωσκέτω μὲν ἡμῖν.* Ita cod. et Pass. Montac., Morel. ac Combef.; sicque legit Bill., licet ἡμῖν desit in edit.

(69) *Συγχωρήσας.* Legendum forte: συγχωρῆσαι. Sic Montac. et Morel.

(70) Alias LXXVI. Scripta anno 382. — *Ὀλυμπίῳ.* Montac. et Morel. Θεμιστίῳ. Nihil vetat, inquit Combef., Gregorium pluribus scripsisse de D eodem argumento, vel etiam eadem, per quos iter illud deprecaretur, et ut se apud imperatorem excusarent.

(71) *Τοῦτό μοι.* Delent μοι Montac. et Morel.

(72) *Τῆς ἐν πράγματι.* Cod. ἐν πράγμασι. Hunc locum reddit Combef.: *Negotiis vacans solitudo ac quies claritate quæ in rebus gerendis est charior.*

Digitized by Google

que Icario non ita pridem scripsi, cum idem jussum accepissem : et nunc a tua animi magnitudine peto, ut pro nobis quoque id scribere ne gravetur, quippe quem morbi locupletem testem habemus. Argumento est damnum illud, quod nunc accepimus, cum per corporis infirmitatem nec ad te accurrere, nec te frui, nobis licuerit, præside tam commodo, tamque eximia virtute prædito, ut præludia quoque ipsa magistratus tui excellentiora sint ea gloria, quam alii toto magistratus tempore consequuntur.

A ρίῳ (73), τὸ αὐτὸ δεξάμενος πρόσταγμα· ἐπιστεῖλαι δὲ καὶ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν ἡ σὴ μεγαλόνοια καταξιωσάτω, ὃν ἀξιόπιστον μάρτυρα τῆς ἡμετέρας ἔχομεν ἀῤῥωστίας. Πείθει δὲ καὶ ἡ ζημία, ἣν ἐζημιώθημεν (74) νῦν, μηδὲ προσδραμεῖν καὶ ἀπολαῦσαί σου δυνηθέντες, ἄρχοντος οὕτω δεξιοῦ, καὶ οὕτω θαυμασίου τὴν ἀρετὴν, ὡς καὶ τὰ προοίμια (75) τῆς σῆς ἀρχῆς εἶναι τιμιώτερα τῆς διὰ τέλους ἑτέρων εὐδοκιμήσεως.

CXXXII. SATURNINO.

ΡΛΒ'. ΣΑΤΟΥΡΝΙΝΩ (76).

Ex hac epistola, quæ ejusdem cum præcedentibus argumenti atque ejusdem etiam anni est, liquet quam bene erga Ecclesiam esset animatus Gregorius, quantoque studio pacem et concordiam prosequeretur. Quod ipsum spectat, quamvis gravi morbo laboraret, omnia, *inquit*, apud nos Dei beneficio recte se habent. *Nihil anxius, nihil sollicitus, nisi de Ecclesiis fœde turbatis, vovet ut ne concilium tristi fine claudatur; concilium, inquam, illud quod anno* 382 *proxime consecutum est œcumenicam illam synodum, in qua sede Constantinopolitana cesserat, non autem, ut Baronio visum est, aliud concilium quod anno* 383, *Saturnino consule, Constantinopoli etiam Theodosius convocavit.*

Non est apud me dubium (alioqui temerarium esset scribere), quin amicitiæ officium a me requiras. Externis enim potestatem, nobis autem fiduciam tribuis, ut conservus bonus, iis qui hoc consecuti sunt, ut ad Deum appropinquent. Quocirca te quoque alloquimur, et cupiditati morem gerentes, rerum nostrarum statum tibi exponimus. Omnia apud nos Dei beneficio recte se habent, hoc uno excepto, quod de Ecclesiis anxii et solliciti sumus, tam fœde perturbatis. His quacunque ratione **112** potueris, communem concordiam. et re et sermone, impigre constitue, quandoquidem rursus episcopi coeunt, ac metuendum rursus est, ne nunc quoque pudore suffundamur, si hæc synodus sinistrum finem habuerit, quemadmodum habuit superior. Nam quæ nobis contigerunt, ea Deo omnia scienti et cognoscenda et judicanda relinquemus, etiamsi jucundo animo invidiæ cessimus ac volentibus; non tanquam suavem quamdam rem, ut plerisque videtur, sed admodum periculosam relinquentes, ac velut ex gravi et aspera tempestate ad tranquillum quemdam et tutum portum appellentes.

B Ἀπαιτεῖς, εὖ οἶδα, τὰ φιλικὰ (77) (καὶ εἴη (78) τολμηρὸν ἄλλως τὸ γράφειν). Τοῖς μὲν γὰρ ἔξω τὴν ἐξουσίαν, ἡμῖν δὲ νέμεις τὴν παῤῥησίαν, ὡς ὁμόδουλος ἀγαθὸς τοῖς Θεῷ πλησιάζειν ἠξιωμένοις. Διὰ τοῦτό σε καὶ προσφθεγγόμεθα, καὶ ποθοῦντί σοι (79) παραστήσομεν τὰ ἡμέτερα. Πάντα ἡμῖν σὺν Θεῷ καλῶς ἔχει, πλὴν ἑνὸς, τοῦ μεριμνᾶν περὶ τῶν Ἐκκλησιῶν, οὕτω ταρασσομένων. Ταύταις ὅ τι ἂν εἰσενεγκεῖν δυνηθῇς, μὴ κατοκνίσῃς τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ βραβεῦσαι, ἐπειδὴ πάλιν σύνοδος ἐπισκόπων, καὶ δέος πάλιν μὴ καὶ νῦν αἰσχυνθῶμεν, πικρὸν καὶ ταύτης λαβούσης τέλος, ὥσπερ τῆς πρότερον (80). Τὰ γὰρ ἡμέτερα Θεῷ τῷ τὰ πάντα εἰδότι καὶ γινώσκειν καὶ κρίνειν ἀφήσομεν (81), εἰ καὶ ἡδέως εἴξαμεν τῷ φθόνῳ, καὶ C τοῖς βουλομένοις (82)· οὐ χρηστοῦ τινος πράγματος (83), ὡς δοκεῖ τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπικινδύνου παραχωρήσαντες, καὶ ὥσπερ ἐκ χειμῶνος δεινοῦ καὶ τραχέος, εἰς εὐδιόν τινα ὅρμον καὶ ἀσφαλῆ καταντήσαντες.

CXXXIII. VICTORI.

ΡΛΓ'. ΒΙΚΤΟΡΙ (84).

Eadem occasione, eademque tempestate datæ sunt litteræ ad Victorem, qui ab Juliani tempore magistri militum dignitatem cum laude tenebat. Hunc hortatur ut communi tranquillitati manum porrigat, quandoquidem synodus rursum cogitur, rursumque certamen exsistit, et afflictis Ecclesiæ rebus opem ferat.

Non quia nunc scribimus, audaces sumus; sed,

Οὐχ ὅτι νῦν γράφομεν, τολμηροὶ, ἀλλ' ὅτι μὴ

(73) *Ἰκαρίῳ.* Cod. R. et Combef. Οὐικαρίῳ.

(74) *Ἦν ἐζημιώθημεν.* Montac. et Morel. ἐζημιώμεθα.

(75) *Ὡς καὶ τὰ προοίμια.* Ita supra epist. CIV.

(76) Alias LXXII. Scripta anno 382.

(77) *Ἀπαιτεῖς... τὰ φιλικά.* Comb., *quin amica requiras a me litterarum commercia.*

(78) *Καὶ εἴη.* Sic legendum cum Billio. In edit. καὶ εἰ.

(79) *Προσφθεγγόμεθα, καὶ ποθοῦντί σοι.* Ita cod. In edit. σοι deest. Reddit Bill.: *Te salutamus et cupiditati nostræ morem gerentes.*

(80) *Πικρὸν καὶ ταύτης λαβούσης τέλος, ὥσπερ τῆς πρότερον.* Ita cod. et Combef. In edit. μικρὸν καὶ ταύτης λαβούσης τέλος, ὥσπερ καὶ πρότερον. Si μικρόν, deest vox aliqua quam supplere conatur Bill., dum vertit: *Parum lætum finem habuerit, quemadmodum et prius.* Canterus *Novarum lectionum* lib. III, cap. 29, putat Theologum pro μικρόν scripsisse μιαρόν, atque ideo ita legendum.

(81) *Ἀφήσομεν.* Ita cod. et Combef., sicque legit Bill. In edit. ἀφήσωμεν.

(82) *Φθόνῳ καὶ τοῖς βουλομένοις.* Ita cod. et Combef. In edit. deest καί. Legisse videtur Bill. τῶν βουλομένων. Vertit enim: *Invidiæ eorum, qui id appetebant, cessimus.* Mallet Combef. εἴξαμεν θρόνῳ τοῖς βουλομένοις, *throno cessimus volentibus.*

(83) *Οὐ χρηστοῦ τινος πράγματος.* Quidam fortasse suspicari poterant Gregorium non sine quodam animi dolore Constantinopolitano episcopatu sese abdicasse. Ait igitur nihil sibi jucundius accidere potuisse, quam quod a tam difficili et periculoso munere in suavissimam quietem vindicatus sit, ac velut ex gravissima tempestate in portum delatus. Hæc Bil

(84) Alias CXXXIII. Scripta eodem anno. — *Bi-*

Digitized by Google

τάχιον, ὀκνηροί. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο. Οὐ γὰρ εὐπορούμεν δι' ὧν ἐπιστελοῦμεν. Καί τοί γε (85) πῶς οἴει τοῦτο ποθοῦντες, ἐν ἀγρῷ πόρρω που τῆς μονῆς διατρίβοντες, κἀκεῖ τοῦ σώματος ἡμῶν ἐπιμελούμενοι (86). Νῦν δὲ, ἡνίκα καιρὸς, καὶ προσφθεγγόμεθά σε (87), καὶ ἀξιοῦμεν ἣν παροῦσιν ἡμῖν τιμὴν ἐχαρίζου, ταύτην καὶ ἀποῦσι χαρίζεσθαι, καὶ μὴ διὰ γραμμάτων ὀκνεῖν παραμυθεῖσθαι ἡμᾶς σφόδρα τῷ χωρισμῷ κάμνοντας. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν σύνοδος, ἀγὼν πάλιν, καὶ τοῦτο ἐν μέσοις ἐχθροῖς πάντα τηροῦσιν ἐπιμελῶς τὰ ἡμέτερα, ὃς χεῖρα τῇ κοινῇ καταστάσει, ὡς μέρος ὢν τῆς Ἐκκλησίας οὐ τὸ φαυλότατον, καὶ μὴ περιίδῃς πάντα (88) καταναλωθῆναι τῷ ἐμπρησμῷ τῷ νῦν περιέχοντι τὴν Ἐκκλησίαν. Ἀλλ' ὅ τι ἂν δυνηθῇς (89) τῶν σβεστηρίων ὀργάνων, τοῦτο προσένεγκε, καὶ τοῖς ἄλλοις διακελεύου, ἵνα καὶ τὸ σὸν εὖ ἔχοι (90) τοῦ κοινοῦ πράττοντος ἄμεινον.

Nihil grave carnifices agunt; legibus enim inserviunt. Nec iniquus est gladius, quo de improbis supplicium sumimus. Nec tamen laudatur carnifex, nec cruentus gladius lubenti animo tractatur. Eodem modo ne nos quidem odium nobis conflare sustinemus, dum per manum ac linguam nostram divortium confirmatur. Præstat enim conjunctionis et amicitiæ quam dissidii ac vitæ solutionis arbitrum esse. Quod etiam mihi cumprimis admirandus præses animadvertisse videtur, cum filiæ tuæ interrogandæ munus nobis commisit, ut qui ad matrimonii dissolutionem duro et rigido animo venire minime possemus. Neque enim me, ut censorem, sed ut episcopum proposuit, ac vestræ calamitatis arbitrum constituit. Quamobrem vos rogo, ut nonnihil donetis **123** meæ timiditati, et quidem si ea quæ virtutis sunt prævaleant, nobis utimini ut voluntatis vestræ ministris: ac nobis quidem hujusmodi res imperari lætamur. Sin autem deteriora et crudeliora, et quibus nondum ad hunc usque diem manum adjecimus, ad hæc aptiorem, quam ego sim, quærite. Mihi enim non vacat, ut amicitiæ vestræ morem geram (etiamsi alioqui prorsus vos plurimi faciam), in Dei offensionem incurrere, cui omnis agitationis et cogitationis rationem reddendam habeo. Tuæ autem filiæ tum demum fidem adhibemus (dicam enim quod res est), cum, depulso eo pudore, qui ei a vobis incutitur, verum libere proloqui potuerit. Nam nunc enim verba, marito autem lacrymas tribuit.

Οὐδὲν δεινὸν ποιοῦσιν οἱ δήμιοι· καὶ γὰρ ὑπηρετοῦνται νόμοις· οὐδὲ τὸ ξίφος παράνομον, ᾧ τοὺς πονηροὺς κολάζομεν. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπαινεῖται δήμιος, οὐδὲ ἀσμενίζεται φονικὸν ξίφος. Οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς ἀνεχόμεθα γενέσθαι μισητοὶ, διὰ τῆς ἡμετέρας χειρὸς καὶ γλώσσης τοῦ ἀποστασίου βεβαιουμένου. Κρεῖττον γὰρ ἑνώσεως καὶ φιλίας, ἢ διαστάσεως καὶ βίου λύσεως μέσους γίνεσθαι (99). Τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ ὁ θαυμασιώτατος ἄρχων ἐνθυμηθεὶς, ἡμῖν ἐπιτρέψαι τὴν πεῦσιν τῆς σῆς θυγατρὸς, ὡς οὐκ ἀποτόμως, οὐδὲ ἀπαθῶς ἐλθεῖν δυναμένοις ἐπὶ τὴν λύσιν (1). Οὐ γὰρ ὡς λογιστὴν (2), ἀλλ' ὡς ἐπίσκοπον δηλαδὴ προεβάλετο (3), καὶ μέσον ἐποιήσατο τῆς καθ' ὑμᾶς περιπετείας (4). Παρακαλῶ τοίνυν χαρίσασθαί τι τῇ ἐμῇ δειλίᾳ· καὶ εἰ μὲν τὰ κρείττω νικᾷ, χρήσασθε ἡμῖν ὑπηρέταις τῆς ὑμετέρας βουλήσεως, καὶ χαίρομεν τὰ τοιαῦτα ἐπιτατόμενοι (5)· εἰ δὲ τὰ χείρω τε καὶ σκαιότερα, καὶ οἷς οὐδέπω καὶ τήμερον ἐνεχειρήσαμεν, ἄλλον ἐπιζητεῖτε τὸν πρὸς ταῦτα ἐπιτηδειότερον (6). Ἐμοὶ δὲ οὐ σχολὴ, ἵνα τῇ ὑμετέρᾳ φιλίᾳ χαρίσωμαι (εἰ καὶ τὰ πάντα οἶδα ὑμᾶς ἐμαυτῷ τιμιωτάτους), θεῷ προσκρούειν, ᾧ λόγον ὑπέχω παντὸς κινήματος καὶ διανοήματος. Τῇ δὲ σῇ θυγατρὶ τότε πιστεύσομεν (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς), ὅταν δυνηθῇ τὸ αἰδεῖσθαι ὑμᾶς φυγοῦσα παῤῥησιάζεσθαι (7) τὴν ἀλήθειαν. Ὡς νῦν γε (8) τὸ πάθος ἐλεεινόν. Μερίζει (9) γὰρ ὑμῖν μὲν τὰ ῥήματα, τῷ δὲ ἀνδρὶ τὸ δάκρυον.

quidem miserandum quiddam perpetitur. Vobis

(97) *Κρίνωσι.* Quæ sequuntur desunt in cod. et R., possentque, ait Combef., nullo detrimento abesse, nec refert Morel. qui hanc epistolam iterum edidit.

(98) Alias CLXXXI. Scripta eodem tempore.

(99) *Μέσους γίνεσθαι.* Ita cod. et Combef., at cod. Reg. μέσον. In edit. γενέσθαι.

(1) *Δυναμένοις ἐπὶ τὴν λύσιν.* Ita Montac., at Morel. δυναμένης. In edit. δυναμένους. Cod. Reg. ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν.

(2) *Ὡς λογιστήν.* Tillemont. *ut judicem.* Athenis λογισταὶ dicebantur magistratus; et juxta Suidam λογιστής, censor est, examinator, judex scilicet vel princeps inter magistratus urbis, ait Tillemontius, vel urbis gerens præfecturam.

(3) *Προεβάλετο.* Ita cod. et Combef. In edit. προεβάλλετο.

(4) *Τῆς καθ' ὑμᾶς περιπετείας.* Combef. *Infortunii vestri rerumque eventus, vel subitæ vestræ in contrarium mutationis.*

(5) *Παρακαλῶ τοίνυν χαρίσασθαί τι τῇ ἐμῇ... χαίρομεν τὰ τοιαῦτα ἐπιτατόμενοι.* Ita cod. Reg. ac Combef. At cod. B. 3, Montac. et Morel. χαρίσασθαι τῇ ἐμῇ δειλίᾳ καὶ εἰς τὰ κρείττω καταχρήσασθαι ἡμῖν ὑπηρέταις τῆς ὑπερτέρας βουλήσεως. *Quamobrem vos rogo ut meæ jam formidini donetis, et ac ea quæ potiora sunt nobis superioris voluntatis ministris utamini.* In edit. Παρακαλῶ οὖν χαρίσασθαι ἡμῖν ὑπηρέταις τῆς ὑμετέρας βουλήσεως, καὶ χαίρω μὲν τὰ τοιαῦτα ἐπιτατόμενος, quod Bill. *Quamobrem vos rogo ut nobis voluntatis vestræ ministris obsecundetis; ac mihi quidem hujusmodi res imperari lætor.*

(6) *Ἐπιτηδειότερον.* Ita cod. et Reg. ac B. 3, et R. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. ἐπιδειότερον.

(7) *Παῤῥησιάζεσθαι.* Ita cod. et Reg. ac Combef. In edit. παῤῥησιάσασθαι.

(8) *Ὡς νῦν γε.* Ita cod. et Combe.. in edit. ὡς νῦν γε καί.

(9) *Μερίζει.* Combef. Μερίζεται.

Digitized by Google

ΡΜϚ'. ΟΛΥΜΠΙΩ (10).

CXLVI. OLYMPIO.

Cæteris ad Olympium Gregorii litteris adjungenda est hæc epistola, quæ tamen paulo tardius scribi potuit. Omniam enim supplicum, ut ita dicam, libellorum, quos Olympio Gregorius obtulit, is postremus haberi possit, in quo præfecti benignitatem a se exhaustam et tandem præ saturitate fastidium reformidat.

Τοῦτο ἦν ὅπερ ἔλεγον ὥσπερ ἔκ τινος προφητείας εἰς πάντα δεξιοῦ σου (11) τυγχάνων, καὶ ἀπλήστως τῆς σῆς ἡμερότητος ἐμφορούμενος, ὅτι δέδοικα μὴ κενώσω τὸ φιλάνθρωπον ὑμῶν ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις. Ἰδοὺ γὰρ ἀγὼν ἐμὸς (εἴπερ ἐμὸς (12), ὁ τῶν ἐμῶν), καὶ οὐ μετὰ τῆς ἴσης παῤῥησίας ποιοῦμαι τοὺς λόγους. Πρῶτον μὲν ὅτι ἐμός. Τὸ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεῖσθαι, εἰ καὶ χρησιμώτερον, ἀλλὰ ταπεινότερον. Ἔπειτα ὑφορῶμαι τὸν κόρον ὡς τὸ ἡδὺ λύοντα, καὶ πᾶσιν ἐναντιούμενον τοῖς καλοῖς. Ἔχει μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ εἰκάζω (13) λίαν ὀρθῶς. Ὅμως δὲ τῷ τε Θεῷ θαῤῥῶν, ᾧ παρέστηκα (14), καὶ τῇ σῇ περὶ τὸ εὖ ποιεῖν (15) μεγαλοψυχίᾳ, τὴν ἱκεσίαν ταύτην ἐθάῤῥησα.

A Hoc scilicet erat, quod velut ex vaticinio quodam dicebam, cum te in omnibus rebus commodo et benevolo uterer, ac tua lenitate atque facilitate inexplebili quadam aviditate me ingurgitarem; nempe me vereri, ne benignitatem vestram in alienis rebus exhaurirem. Nam ecce discrimen meum (siquidem meum est, quod meorum est) : nec jam pari cum fiducia verborumque libertate te alloquor. Primum, quia meum est. Nam pro seipso rogare, quanquam utilius atque conducibilius, humilius tamen et abjectius est. Deinde quia saturitatem suspectam habeo, ut quæ suavitatem extinguat, et pulchris omnibus rebus adversetur. Atque hæc quidem ita se habent, ac perquam recte conjicio. Nihilominus tamen Deo, cui asto, tuaque in beneficiis dandis liberalitate fretus, hanc tibi supplicationem offerre minime dubitavi.

Ἔστω κάκιστος πάντων Νικόβουλος, ὃς ἓν ἀδικεῖ μόνον ὅτι δι' ἡμᾶς ἐστιν ἐπίφθονος (16), καὶ τοῦ δέοντος ἐλευθεριώτερος. Ἔστω καὶ δικαιότατος ἀνθρώπων, ὁ νῦν ἡμῖν πολεμῶν. Αἰσχύνομαι γὰρ κατηγορεῖν ἐπὶ τῆς σῆς ὀρθότητος, οὗ πρώην ὑπερεμάχουν· ἀλλ' οὐκ οἶδα εἴ σοι παραστήσεται δίκαιον (17) ὑπὲρ ἄλλων ἁμαρτημάτων, ἐν ἄλλοις ἀπαιτεῖσθαι δίκην, καὶ τούτων ἀλλοτρίων, καὶ οὐδὲ ἑκουσίων· τὸν οὕτω κινήσαντα τοὺς οἰκέτας, καὶ τοσοῦτον ἀγανακτήσαντα, ὥστε ἐνδοῦναι τῷ ἐγκαλοῦντι προθυμότερον, ἢπερ ἐκεῖνος (18) ἐβούλετο; Ἀλλὰ δεῖ δουλεύειν Νικόβουλον, ἢ τοὺς τούτου παῖδας, ὃ δοκεῖ τοῖς ἐπηρεάζουσι (19); αἰσχύνομαι γὰρ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἐπηρείας καὶ τὸν καιρὸν, εἰ σοῦ τε ἄρχοντος, καὶ ἡμῶν παρὰ σοὶ δυναμένων τοῦτο γενήσεται. Νῦν βοηθεῖται τὰ δημόσια; νῦν αὔξεται τὰ βουλευτήρια (20), ὅτε λυπεῖ τὰ ἴδια; Μηδαμῶς, ὦ θαυμάσιε, μὴ τοῦτο παραστήτω τῇ σῇ καθαρότητι. Ἀλλὰ συνεὶς μὲν τῷ πτηνῷ τάχει τῆς διανοίας τὴν ἀφ' ἧς ταῦτα γίνεται κακοήθειαν, αἰδεσθεὶς δὲ ἡμᾶς τοὺς σοὺς ἐπαινέτας, φιλάνθρωπον σεαυτὸν παράσχου τοῖς κινουμένοις κριτὴν (21), ὡς οὐκ ἀνθρώποις μόνον

B Sit sane mortalium omnium sceleratissimus Nicobulus, cujus hoc unum duntaxat scelus est, quod propter nos invidiosus ac liberior est, quam par sit. Sit item rursum omnium justissimus is, qui nunc nos oppugnat. Pudet enim me apud tuam integritatem eum accusare quem nuper defendebam. At haud scio an **124** æquum existimaturus sis, de alienis peccatis pœnas ab aliis expeti, de alienis, inquam, ac ne voluntariis quidem : in crimen vocari hominem, qui usque adeo famulos suos permovit, sicque rem indigne tulit, ut accusatori promptius etiam, quam ille volebat, cesserit? An propterea Nicobulum, aut ejus pueros, in servitutem adduci oportebat, quemadmodum iis qui ipsi infesti sunt, placet? Mihi enim pudorem incutit in-
C juriæ causa tempusque, si, te præside, ac cum apud te ipsi valeamus, illud contingat. Nuncne fisci commodis consulitur? Nuncne augentur tribunalia, dum res privatæ laborant? Ne, quæso, vir admirande, ne hoc, inquam, puritati atque integritati tuæ in mentem veniat. Verum pro volucri ingenii tui celeritate ac perspicacia improbitatem eam,

(10) Alias CLXXIX. Scripta eodem circiter tempore. — *Ὀλυμπίῳ.* Cod. Pass. Ὀλυμπίῳ ἄοχοντι. Cod. B. 3. Εὐσεβίῳ φίλῳ.

(11) *Δεξιοῦ σου.* Montac. et Morel. δεξιός σοι.

(12) *Εἴπερ ἐμός.* In cod. Pass. hæc verba desunt.

(13) *Καὶ εἰκάζω.* Cod. Reg. Montac. Morel. et Combef. καὶ ὡς εἰκάζω, *atque ut conjicio.*

(14) *Παρέστηκα.* Ita cod. et Reg. et Pass. Montac. Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. παρέστησαν.

D (15) *Περὶ τὸ εὖ ποιεῖν.* Ita cod. et R. Verum cod. Reg. περί τι εὖ ποιεῖν. In edit. περὶ τοῦ.

(16) *Ἔστιν ἐπίφθονος.* Combef : *Invidia laborat*, aut *invidiæ habetur*, Bill. *Invidia flagrat*, quod magis activum videtur. Mox, ἐλευθεριώτερος. Combef. *Liberaliori ingenio*, vir scilicet ingenuus, cui opponit, quod addicendus sit servituti.

(17) *Παραστήσεται δίκαιον.* Cod. τὸ δίκαιον, quod Combef : *Num jus tibi persuasurum sit, ut*, etc.

(18) *Οὐδὲ ἑκουσίων· τὸν οὕτω κινήσαντα... ἀγανακτήσαντα, ὥστε ἐνδοῦναι... ἢπερ ἐκεῖνος.* Ita cod. Reg. It. et Pass. Morel. ac Combef. At Montac. τὸν οὔτε κινήσαντα... ἀγανακτήσαντα. In edit. οὐδὲ ἑκουσίων τοὺς οὔτε κινήσαντας... ἀγανακτήσαντας, ὥστε ἐκδοῦναι... εἴπερ ἐκεῖνος, quod Bill. : *De alienis, inquam, ac ne voluntariis quidem pœnam iis irrogari, qui nec famulos suos concitarunt, admissumque facinus adeo indigno et acerbo animo tuleruni, ut eos accusatori promptius etiam quam volebat dediderint.*

(19) *Τοῖς ἐπηρεάζουσι.* Quæ sequuntur desunt in edit.; sed restituunt codd. Reg. R, B. 3, et Pass. Morel. et Combef., ipse etiam Montac., licet vitiose.

(20) *Νῦν αὔξεται τὰ βουλευτήρια.* Ita omnes codd. nostri, Morel. et Combef. In edit. τὰ αὔξει τὰ βουλευτήρια, redditque Bill. *Nuncne tribunalia augebit, cum eum res privatæ discruciant?*

(21) *Τοῖς κινουμένοις κριτήν.* Ita codd. Reg. et Pass. Morel. Combef. et Bill in versione; in

Digitized by Google

unde hæc proficiscuntur, animadvertens, atque honoris etiam nostri causa, qui tuarum laudum præcones sumus, benignum atque humanum te iis, quæ moventur, judicem præbe : tanquam non hominibus duntaxat hodierno die jus dicens, verum etiam virtuti ac vitio. Cujus quidem rei magis, quam singulorum hominum, ratio et cura habenda est, iis qui te virtute referunt, ac præfecti munere probe atque commode funguntur. Pro his autem rebus non preces duntaxat a nobis habiturus es, quas tibi haudquaquam, ut plerisque aliis, contemptui esse scio ; verum illud etiam, ut clarum ac celebre tuum imperium apud eos omnes reddatur, quibus noti sumus.

A δικάζων σήμερον, ἀλλὰ καὶ ἀρετῇ καὶ κακίᾳ· οὗ μᾶλλον, ἢ τοῦ (22) καθ' ἕκαστον, φροντιστέον τοῖς γε κατὰ σὲ τὴν ἀρετὴν, καὶ δεξιοῖς ἄρχουσιν. Ἔσται δέ σοι παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις, οὐ τὸ τῶν εὐχῶν μόνον, ὧν οἶδά σε μὴ περιφρονοῦντα κατὰ τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ περιβόητον καταστῆσαι τὴν σὴν ἀρχὴν (23) πᾶσιν, οἷς γνωριζόμεθα.

CXLVII. ASTERIO.

PMZ'. ΑΣΤΕΡΙΩ (24).

Geminæ quæ sequuntur ad Asterium epistolæ, ejusdem sunt argumenti et temporis, ac superiores. Servi Nicobuli facinus aliquod patrarant, cujus causa accusator quispiam, cujus olim patrocinium susceperat Gregorius, Nicobulum, ac veluti esset auctor delicti, judicio persequebatur, quamvis satisfacere, ipsosque servos tradere non recusaret, imo offerret Nicobulus.

Quid Deo justius ? et tamen, cum omnium creator ac dominus sit, peculiariter sibi populum Israeliticum vindicat, suumque nominat : nec veretur, ne hoc nomine injustus existimetur. Quid igitur mirum, si nos quoque, quamvis omnium, qui sub nostra manu et præfectura sunt, curam geramus, arctius tamen filium Nicobulum **125** complectamur, quem et senectutis nostræ et morbi curatorem agnoscimus, ac velut subsidium et baculum infirmitati nostræ subjecimus. Hunc tibi et per te præsidi commendamus, grave admodum et acerbum esse existimantes, si, cum alios ex gravissimis etiam accusationibus opera nostra liberemus, atque imprimis eos, qui nunc sævos accusatores se præbent, hunc tamen ne a calumnia quidem et iniqua vexatione liberare queamus; et quem in exteris honorem obtinemus, hunc in nostris minime consequamur ; idemque nobis accidat, quod oculis, qui alia cernentes seipsos minime cernunt, aut quod fontibus in imo sitis, qui propinqua loca nequaquam alluentes, remota irrigant. Sint sane atrocia vel plusquam atrocia, quæ a puerulis patrata sunt, quanquam fortasse aut nihil omnino esse, aut parva saltem invenirentur, si modo præscripti ad inquisitionem temporis angustiis premi non contigerit. Quid hoc tamen ad dominos, qui eorum, quæ evenerunt, nulla omnino ex parte participes fuerunt? Aut quæ hæc ratio est, ut pro alienis peccatis ab aliis pœnæ expetantur ac nunc publicarum rerum cura subeunda sit, cum privatæ discruciant?

B Τί Θεοῦ δικαιότερον; ἀλλ' ὅμως πάντων ποιητὴς ὢν καὶ δεσπότης, ἐξαίρετον ἑαυτοῦ λαὸν ποιεῖται καὶ ὀνομάζει τὸν Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ αἰσχύνεται, μὴ ἄδικος παρὰ τοῦτο (25) νομίζηται. Τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς πάντων κηδόμενοι τῶν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν χεῖρα καὶ προστασίαν, πλέον τοῦ υἱοῦ Νικοβούλου περιεχόμεθα, ὃν καὶ γηρωκόμον καὶ νοσοκόμον γινώσκομεν, καὶ οἷον ἔρεισμα (26) καὶ βακτηρίαν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ὑποβεβλήμεθα. Τοῦτον ὑπὸ τὰς σὰς, τίθεμεν (27) χεῖρας, καὶ διὰ τῶν σῶν ταῖς τοῦ ἄρχοντος, πάνυ δεινὸν νομίζοντες, τοὺς μὲν ἄλλους καὶ τῶν μεγίστων ἐγκλημάτων (28) ἐλευθεροῦν δι' ἡμῶν, καὶ πρώτους γε τοὺς νῦν πικροὺς κατηγόρους· τοῦτον δὲ μηδὲ τῆς ἐπηρείας δύνασθαι, καὶ ἧς τυγχάνομεν ἐπὶ τῶν ξένων τιμῆς, ταύτης ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν (29) μὴ τυγχάνειν, ἀλλὰ ταυτὸν πάσχειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἳ τ' ἄλλα ὁρῶντες, ἑαυτοὺς οὐχ ὁρῶσιν, ἢ τῶν πηγῶν ταῖς ἐν βάθει κειμέναις, αἳ τὰ πλησίον οὐχ ὑπορρέουσαι, τὰ πόρρω ποτίζουσιν. Ἔστω δεινὰ τετολμημένα (30) τοῖς παιδαρίοις ἢ ὑπέρδεινα· ὥσπερ οὖν ἴσως οὐδὲν (31), ἢ μικρὸν εὑρεθήσεται, εἰ μὴ τῷ καιρῷ τῆς ἐξετάσεως στενοχωρηθείημεν. Ἀλλὰ τί τοῦτο πρὸς τοὺς δεσπότας (32), οἳ μηδενὸς τῶν γεγενημένων κεκοινωνήκασιν; ἢ τίς ὁ λόγος, ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ἐν ἄλλοις ἀπαιτεῖσθαι δίκην, καὶ νῦν τῶν δημοσίων (33) φροντίζειν, ἡνίκα λυπεῖ τὸ ἴδιον;

C

D

edit. χρητήν. Nec bene Bill. τοῖς κινουμένοις, *iis qui concitati sunt*, sed potius, *in præsenti negotio, in causa quæ movetur*.

(22) *Ἢ τοῦ*. Ita cod. et Pass. Morel. ac Combef. At Reg. et Montac. ἢ τῶν. In edit. ἢ τοῖς.

(23) *Σὴν ἀρχήν*. Ita cod. Reg. et Pass. In edit. σήν deest.

(24) Alias XLVII. Scripta eodem tempore.

(25) *Παρὰ τοῦτο*. Ita codd. Montac. Morel. ac Combef., et sic legendum ait Bill. non παρὰ τοῦτον, ut in edit.

(26) *Καὶ οἷον ἔρεισμα*. Combef. *Ac velut sustentaculum*.

(27) *Τίθεμεν*. Cod. τιθέμεθα. Mox, καὶ διὰ τῶν σῶν ταῖς τοῦ ἄρχοντος. Bill. *Et per te principi*, quod, ait Combef., nimis imperatorem sonat, melius, *præsidi*, vel *judici*. Revera Nicobulum Gregorius Olympio præsidi commendavit.

(28) *Μεγίστων ἐγκλημάτων*. Ita cod. et Reg. In edit. deest ἐγκλημάτων. Supplevit Bill., ut potuit, vertitque, *ex gravissimis periculis*. Pro δι' ἡμῶν, cod. R. Montac. Morel. et Combef. habent δι' ὑμῶν, *opera vestra*.

(29) *Ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν*. Legit Bill. ἐφ' ἡμετέρων, et sensus postulat.

(30) *Δεινὰ τετολμημένα*. Cod. τὰ τετολμημένα. Sic etiam Combef. qui vertit : *Quæ a servis præsumpta sunt, iisque minusculis*, ut inquit, ætas facinus levet. Bill. : *Quæ a pueris*.

(31) *Ὥσπερ οὖν ἴσως οὐδέν*. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ὥσπερ οὐδὲν ἴσως.

(32) *Τί τοῦτο πρὸς τοὺς δεσπότας;* *Quid hoc*, non *ad Romanos*, ait Combef., ut inepte vertit Bill., sed *quid hoc ad heros?*

(33) *Τῶν δημοσίων*. Ita cod. et Reg. In edit. τῶν deest. Mox, pro λυπεῖ, Cod. λυπῇ. Sic epist. præced. circa finem.

Digitized by Google

ΡΜΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (34). — CXLVIII. EIDEM.

Vexato per improbitatem Nicobulo manum ut porrigat, Asterium denuo tentat Gregorius flectere.

Τί τοῦτο (35), ἴσως ἐρεῖς; πάλιν ἡμῖν Γρηγόριος; A πάλιν ἐπιστολαί (36); πάλιν αἰτήσεις; Ὢ τῆς ἀπληστίας, ἣν αὐτοὶ κεκινήκαμεν. Μηδαμῶς, ὦ θαυμάσιε, μὴ τοῦτο πάθῃς. Τίνων γὰρ οἱ λιμένες, ἢ τῶν χειμαζομένων; τίνων δὲ τὰ φάρμακα, ἢ τῶν ἀῤῥωστούντων; ὧνπερ ἡμεῖς μὴ ἀποστερηθείημεν, καὶ τοσούτῳ (37) μᾶλλον, ὅσῳ πιστευόμεθα δύνασθαι παρὰ σοί. Οὐκ ἔτι γὰρ αἰτοῦμεν, ἀλλ' ἀπαιτοῦμεν (38), ἀεὶ χάριτος χάριν προκαλουμένης (39). Νικόβουλος ἐν ἐπηρείαις, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι ἡμεῖς· ἡμῶν γάρ ἐστιν ἀνάπαυσις. Καὶ πῶς οἷόν τε σιωπᾷν, καὶ μὴ φορτικὸν εἶναι (40) καὶ τὸν σφόδρα φιλόσοφον; δὸς χεῖρα πιεζομένοις, ἵνα καὶ αὐτὸς τῆς ἐκ Θεοῦ (41) τύχῃς, χρῄζων ταύτης ὡς ἄνθρωπος. Καὶ χρῆσαι πάσῃ τῇ φιλίᾳ (42), καὶ τῇ συνέσει, καὶ τῷ δύνασθαι σὺν Θεῷ, περὶ τὰ ἡμέτερα πράγματα. Οὔτε B γὰρ σίδηρος ἔμπυρος πολλῶν δεῖται τῶν παρὰ τοῦ λίθου κρουμάτων (43), ἵνα τὸ ἐγκείμενον πῦρ δημοσιωθῇ (44)· ἀλλ' ἐπλήγη τε ὁμοῦ, καὶ τὸ πῦρ ἤστραψεν. Οὔτε αὐτὸς μακροτέρας δεήσῃ παρακλήσεως, καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τοιούτου τοῦ πείθοντος ὄντος, καὶ οὕτω γνησίου κοινωνοῦ τῆς ἀρχῆς. Ἓν καὶ σύντομον φθέγξομαι· τὰς μὲν ἄλλας χάριτας, ἄλλοι δι' ἡμῶν ἐλάμβανον, ταύτης δὲ ἡμεῖς (45) χρῄζομεν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, ὃ καὶ μᾶλλον δυσωπησάτω (46) τὴν σὴν λογιότητα.

Quid hoc, fortasse dicturus es? rursus ad nos Gregorius? rursus epistolæ? rursus postulationes? O inexplebilem cupiditatem, quam ipsi excitavimus! Ne, quæso, vir admirande, tibi hoc accidat! Quorum enim sunt portus? Annon eorum, qui tempestate jactantur? Quorum pharmaca? Annon eorum qui morbo laborant? quibus, quæso, ne privemur; idque eo magis quod gratia et auctoritate apud te valere credimur. Non enim jam poscimus, sed exposcimus, nimirum gratia gratiam semper provocante. Nicobulus **126** per summam improbitatem vexatur, quod perinde est ac si dixissem nos; hic quippe nos recreat et reficit. Et quomodo hic silere, minimeque gravis et importunus esse queat vir etiam admodum sapiens? Oppressis manum porrige, ut tibi Dei quoque manus porrigatur, qua, ut homo, opus habes. Atque omni amicitia, et prudentia, et potentia, Deo auspice, in rebus nostris utere. Nam nec ignitum ferrum multis lapidis pulsibus opus habet, ut insitus ignis in apertum proferatur; verum simul atque percussum est, confestim ignis fulget, atque emicat : nec tibi longiore deprecatione opus erit, idque pro nobis ac tali homine suasoris partes obeunte, tamque fido magistratus consorte. Unum idque breve, dicam : alia quidem beneficia alii per nos accipiebant; hoc autem nos pro nobis indigemus; quod magis etiam eloquentiam tuam doctrinamque flectat.

ΡΜΘ'. ΓΕΩΡΓΙΩ (47). — CXLIX. GEORGIO.

Georgius, ad quem scripta est hæc epistola, diaconus erat Theologo charissimus. His illi litteris præscribit, ut alterum diaconum nomine Euthalium, qui Philadelphium verberibus cæsum, etiam in carcerem conjecerat, ad se adducat rationem redditurum, et pœnas luiturum. Istud Gregorii mandatum argumento est eum tunc episcopi munus obiisse

Τὸ ἀῤῥωστοῦν θεραπεύεται, ἀλλ' οὐ συντρίβεται. C Πῶς οὖν ὁ συνδιάκονος ἡμῶν Εὐθάλιος, οὔτε τὸν βαθμὸν αἰδεσθεὶς, οὔτε τὴν οἰκειότητα τιμήσας, δεσμοῖς καὶ πληγαῖς συνέτριψε τὸν ἄθλιον Φιλαδέλφιον, ὡς δείκνυσι καὶ τῶν πληγῶν (48) τὰ ση-

Quod ægrum est curari debet, non obteri atque confringi. Quonam igitur pacto condiaconus noster Euthalius, nec gradum veritus, nec propinquitatem ac necessitudinem honore prosecutus, miserum Philadelphium vinculis ac plagis obtrivit, quemad-

(34) Alias XLVIII. Scripta paulo post superiorem.

(35) *Τί τοῦτο*. In cod. τί deest.; *hoc fortasse dicturus es*. Mox, in edit. ὁ Γρηγόριος, sed cod. Pass. sequimur.

(36) *Πάλιν ἐπιστολαί*. Ita cod. R. et Pass. ac Combef. In edit. ἐπιστολάς.

(37) *Καὶ τοσούτῳ*. Codd. Pass. καὶ τόσῳ μᾶλλον ὅσον.

(38) *Αἰτοῦμεν, ἀλλ' ἀπαιτοῦμεν*. Cod. αἰτοῦμεν τοῦτο, ἀλλ' ἀπαιτοῦμεν. Casaubonus ad caput Theophrasti περὶ βδελυρίας, pag. 244 : αἰτεῖν est poscere quod gratiæ apponatur acceptum; ἀπαιτεῖν, repetere quod sibi debeatur. Eo sensu dixit Andocides Atheniensis, unus ex decem illis oratoribus qui inter reliquos excellunt : Ταῦτα ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ, εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ, *hæc si vultis, a vobis posco; si autem non vultis, reposco.*

(39) *Χάριτος χάριν προκαλουμένης*. *Gratia gratiam provocante*. Quo enim libentius mihi gratificaris, eo me magis ad novas postulationes afferendas allicis. Hæc Bill.

(40) *Καὶ μὴ φορτικὸν εἶναι*. Cod. Pass. καὶ τὸ μὴ φορτικὸν εἶναι φιλοσοφεῖν. Mox, καὶ τὸν σφόδρα φιλόσοφον. Combef. *Vir summa constantia præditus, malorum tolerantissimus*.

(41) *Ἐκ Θεοῦ*. Cod. ἐκ τοῦ Θεοῦ. Mox, pro χρῄζων ταύτης, Cod. Pass. χρῄζων καὶ αὐτός.

(42) *Καὶ χρῆσαι πάσῃ τῇ φιλίᾳ*, etc. Bill. : *Atque omni amicitia, et prudentiæ et potentiæ genere una cum Deo*. Combef. *Amicitia, prudentia ac qua a Deo fultus potentia es, nostris in rebus utere*.

(43) *Τῶν παρὰ τοῦ λίθου κρουμάτων*. Ita cod. R. et Combef. Cod. Pass. κρουσμάτων. Hanc vocem supplevit Bill.; deest enim in edit. Legendum D nonnulli mallent οὔτε γὰρ λίθος ἔμπυρος πολλῶν δεῖται τῶν παρὰ σιδήρου κρουμάτων. Λίθος ἔμπυρος, id est, silex in quo lateat ignis : silex enim a ferro percutitur, non ferrum a silice.

(44) *Δημοσιωθῇ*. Cod. et Combef. δημοσιεύσῃ.

(45) *Ταύτης δὲ ἡμεῖς*. Cod. ταύτην δ' ἡμεῖς. Ita et Combef. qui vertit : *Hoc nos in rem ipsi nostram rogamus ac petimus*.

(46) *Δυσωπησάτω*. Cod. Pass. δυσωπήσαιτο. Mox, τὴν σὴν λογιότητα. Combef. *Catum animum tuum flectat*.

(47) Alias CLXXXII. Scripta circa idem tempus.

(48) *Καὶ τῶν πληγῶν*. In cod. καί deest.

Digitized by Google

modum ipsæ quoque plagarum notæ indicant ? Hoc sane demiratus sum. Quocirca ne id, quod factum est, susdeque accipias; verum quod accidit, ipsemet ad nos profectus, nobis expone. Adsit quoque diaconus ipse, ut criminis, cujus arcessitur, rationem subeat, ac de hominis obtriti vita judicium excipiat. Neque enim tam turpe atque indecorum facinus in nostris propemodum oculis perpetrari ferre possumus.

A μεῖα, τοῦτο τεθαύμακα. Μὴ τοίνυν παρέργως δέξῃ τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ τὸ συμβὰν, ἐλθὼν διὰ σεαυτοῦ, παράστησον ἡμῖν. Παρέστω δὲ καὶ ὁ διάκονος, καὶ λόγον ὑφέξων τῆς κατηγορίας, καὶ τύπον ληψόμενος (49) περὶ τῆς τοῦ συντριβέντος ζωῆς. Οὐ γὰρ ἀνεχόμεθα τοιαύτην ἀσχημοσύνην τολμᾶσθαι σχεδὸν ἐν ταῖς ἡμετέραις ὄψεσιν

127 CL. ASTERIO. PN'. ΑΣΤΕΡΙΩ (50).

Ex primis hujus epistolæ ad Asterium verbis colligere possumus, plures Gregorii ad eum litteras excidisse. Cum enim frequenter scripserit, et paucissimæ supersint epistolæ, multæ perierint necesse est. Illud scio me sæpe ac de multis rebus litteras ad te dedisse, *inquit Gregorius. His litteris Georgium diaconum, virum eximium, commendat : non alium hunc esse putamus Georgium ab eo cui superior epistola scripta est.*

Lætor me, et scribere, et tamen hoc nomine accusari, quod non scribam, si quando hoc contingat. Nam suaves quoque accusationes tuæ sunt. Quanquam illud scio me sæpe ac de multis rebus litteras ad te dedisse, atque adeo ea quoque, quæ precibus a te petieram, consecutum esse. At si nihil aliud, certe eorum, qui beneficiis a te affecti sunt, multitudo litteris meis testimonio est. Quod si tu quidem amicitia locupletior es, quam ullius vota ferant, ego contra in petendo timidior sum. Ipse sane virtutis principatum habeas; mihi autem ignoscatur, importunitatis notam fugienti; quandoquidem optimum esse modum, Sapientis sermone proditum est. Cæterum Deo gratiæ habeantur, qui tibi illud præbuit, ut de aliis bene mereare, communemque benefactorem, imperiique socium nobis præfecit. Ac propterea nunc quoque per hanc meam epistolam fratrem ac condiaconum nostrum Georgium tibi trado, virum et nobis eximium ac selectum, et Ecclesiæ summe utilem, rogans ut in iis rebus, in quibus cum nonnullis contendit, fiduciam obtineat, nec iniqua et tyrannica potentia abripi sinatur

B Χαίρω καὶ γράφων, καὶ ἐγκαλούμενος ὅτι μὴ γράφω, εἴποτε τοῦτο συμβαίνει (51). Χρηστὰ γάρ σου καὶ τὰ ἐγκλήματα. Καί τοί γε πολλάκις (52) καὶ περὶ πολλῶν ἐπιστείλας οἶδα, καὶ μέν τοι καὶ τυχὼν περὶ ὧν ἐδεήθην σου. Καὶ εἰ μή τι ἄλλο, τό γε πλῆθος τῶν εὖ πεπονθότων μαρτυρεῖ μοι τὰ γράμματα. Εἰ δὲ σὺ μὲν ἀφθονώτερος εἶ τὴν φιλίαν, ἤ τις ἂν εὔξοιτο (53), ἐγὼ δὲ περὶ τὰς αἰτήσεις δειλότερος. Σὺ μὲν ἔχε τὰ πρῶτα τῆς ἀρετῆς· ἐμοὶ δὲ συγγνώμη τὸ φορτικὸν φεύγοντι, ἐπειδὴ πᾶν μέτρον ἄριστον (54) οἶδεν ὁ τοῦ σοφοῦ λόγος. Πλὴν τῷ Θεῷ χάρις, ὅτι σοι τὸ εὖ ποιεῖν ἐνεχείρισεν, οὕτω κοινὸν ἐπιστήσας ἡμῖν εὐεργέτην τε (55) καὶ συνάρχοντα. Ἐπεὶ καὶ νῦν ἐγχειρίζω σοι διὰ ταύτης μου τῆς ἐπιστολῆς, τὸν ἀδελφὸν καὶ συνδιάκονον ἡμῶν Γεώργιον, ἄνδρα τῶν ἐξαιρέτων (56) ἡμῖν, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ χρησιμώτατον, ἀξιῶν θάρσους αὐτὸν τυχεῖν (57) ἐν οἷς πρός τινας διαφέρεται, καὶ μὴ συναρπασθῆναι τῇ τυραννίδι.

C

CLI. NECTARIO. PNA'. ΝΕΚΤΑΡΙΩ (58).

Nectarium rogat ut Georgium variis calamitatibus afflictum domesticorum comiti commendet.

Præclare multi de mente tua conjecturam faciunt; imo potius non conjecturam ducunt, sed nobis glo-

Καλῶς οἱ πολλοὶ στοχάζονται (59) τῆς σῆς διανοίας· μᾶλλον δὲ οὐκ εἰκάζουσιν, ἀλλ' ἡμῖν φιλοτι-

(49) *Τύπον ληψόμενος.* Bill. *Ac de hominis obtriti vita formam atque exemplum accipiat.* Obscura prorsus versio : clarior certe si per vocem τύπος intelligeretur judicium. Τύπος enim judicium erat quo iis interdicebatur foro, qui creditoribus non paria facerent, et quadrarent rationes. Vide Constantini lexicon ad verbum τύπος.

(50) Alias CXXVI. Scripta circa idem tempus.

(51) *Τοῦτο συμβαίνει.* Cod. Pass. τοῦτο συμβῇ νῦν.

(52) *Τοί γε πολλάκις.* Ita cod. et Combef. In edit. τοί γε πολλά.

(53) *Ἀφθονώτερος εἶ τὴν φιλίαν, ἤ τις ἂν εὔξοιτο.* Ita codd. Reg. R. et Pass. ac Combef. qui reddit : *Quod si tu amicitiæ legibus liberalior es quam ullus optaverit.* Montac. et Morel. ἀφθονώτερος εἶ τὴν φιλίαν, τις ἄν. In edit. ἀφθονώτερος ἤ τις ἂν εὔξαιτο. Vertit autem Bill. *Quod si tu quidem omnium vota liberalitate tua superas.*

D (54) *Πᾶν μέτρον ἄριστον.* Combef. : *Quidquid mediocritate optimum est.*

(55) *Εὐεργέτην τε.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. τέ deest. Mox, ἐπεὶ καὶ νῦν. Ita Reg. Pass. Montac. Bill. ac Combef. In edit. ἐπὶ καὶ νῦν.

(56) *Τῶν ἐξαιρέτων.* Cod. Pass. τὸν ἐξαίρετον.

(57) *Ἀξιῶν θάρσους αὐτὸν τυχεῖν.* Bill. *Dignumque qui in iis rebus fiduciam obtineat.*

(58) Alias CCXXVI. Scripta circa idem tempus.

(59) *Καλῶς οἱ πολλοὶ στοχάζονται.* Parœmiacus senarius est, inquit Morel., cui alludit :

Μάντις γ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Qui bene conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum, apud M. Tullium in opere *De divinatione*, lib. II ; unde mox habent codd. nostri Montac. ac Combef. οὐκ εἰκάζουσιν. In edit. autem οὐ στοχάζονται. Vide Erasm. in Adagio : *Vates optimus qui bene conjicit*

Digitized by Google

μουμένοις (60) οὐκ ἀπιστοῦσιν, ὅτι μὴ μικρᾶς (61) ἡμᾶς ἀξιοῖς αἰδοῦς καὶ τιμῆς. Τούτων εἷς ἐστι καὶ ὁ τιμιώτατος υἱὸς ἡμῶν Γεώργιος, ὃς πολλαῖς ζημίαις περιπεσὼν, καὶ κάμνων ἱκανῶς (62) ἐν τοῖς πράγμασιν, ἕνα λιμένα σωτηρίας εὑρίσκει, τὸ προσαχθῆναί σοι δι' ἡμῶν (63), καὶ τυχεῖν τινος φιλανθρωπίας παρὰ τοῦ τιμιωτάτου τῶν οἰκείων Κόμητος. Δὸς οὖν τὴν χάριν, εἰ βούλει μὲν, αὐτῷ καὶ τῇ χρείᾳ· εἰ βούλει δὲ, ἡμῖν, οἷς τὸ πάντα (64) χαρίζεσθαι οἶδ' ὅτι ἐγνωσμένον ἐστί σοι, καὶ αὐτοῖς πείθεις τοῖς πράγμασι (65).

A riantibus fidem non abnuunt, quod nempe non mediocri nos observantia et honore prosequeris. Ex iis unus est etiam honoratissimus Georgius noster, qui cum in magnum damnum incideret, et plurimum insudet negotiis, unum **128** salutis portum invenit, ut ad te per nos accedat, et benignitatem quamdam obtineat ab amplissimo Comite domesticorum. Da igitur hanc gratiam, si quidem velis, ipsi et necessitati; sin malis nobis, quibus omnia gratificari constitutum tibi esse probe novi, quin etiam rebus ipsis persuades.

ΡΝΒ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (66).

CLII. THEODORO.

Regimen Ecclesiæ Nazianzenæ, hortantibus episcopis, maxime Bosporio Coloniensi, et Theodoro Tyanensi, populisque pastore destitutis cogentibus, Gregorius susceperat; haud quidem statim postquam, abdicata Constantinopolitana sede, Nazianzum reversus est; verum post silentium et Pascha, post Xanxaridis balnea. Nisi enim primum hujus Ecclesiæ regimen recusasset, tot precibus, tot instigationibus non opus fuisset, ut ad illud susciperendum Gregorius impelleretur. Nazianzenam autem Ecclesiam cum per æstatem totam, vel etiam paulo amplius administrasset, circa initium autumni datis litteris ad Theodorum Tyanensem significavit, se morbo ab Ecclesiæ gubernaculis abductum fuisse, insique Theodoro hanc curam incumbere; quod si non audiatur, addit se omnibus publice prædicaturum Ecclesiam hanc pastore indigere.

Καιρός μοι τὸ τῆς Γραφῆς εἰπεῖν· *Πρὸς τίνα βοήσομαι ἀδικούμενος; τίς ὀρέξει μοι χεῖρα πιεζομένῳ;* εἰς τίνα τὸ βάρος τῆς Ἐκκλησίας χωρήσει, κακῶς οὕτω διακειμένης, καὶ λελυμένης (67); διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ὅτι μὴ δίκαια πάσχει τὸ τοῦ Θεοῦ ποίμνιον, ἀποίμαντον ὂν καὶ ἀνεπίσκεπτον διὰ τὴν ἡμετέραν νέκρωσιν. Ἐμὲ γὰρ ἡ νόσος κατέχει, καὶ τάχιον ἀπήγαγε τῆς Ἐκκλησίας, καὶ νῦν παντάπασιν ἀχρειοῖ, ἀεὶ τὰ τελευταῖα πνέοντα, καὶ πλέον τοῖς πράγμασι συντριβόμενον. Εἰ μὲν οὖν ἄλλην τινὰ κεφαλὴν εἶχεν ἡ ἐπαρχία, πρὸς ἐκείνην ἔδει βοᾷν καὶ διαμαρτύρασθαι. Τῆς δὲ σῆς εὐλαβείας ὑπερκειμένης (68), πρὸς σὲ βλέπειν ἀναγκαῖον. Φρόντισον τῆς σῆς Ἐκκλησίας ὃν βούλει τρόπον, καὶ μὴ παρίδῃς ἀναξίως ἑαυτῆς πράττουσαν. Ἵνα γὰρ τ' ἄλλα ἐάσω, οἷα νῦν ἐπιστάντες οἱ Ἀπολλιναριανοὶ, τὰ μὲν πεποιήκασι, τὰ δὲ ἀπειλοῦσι, παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν συμπρεσβυτέρων μαθήσῃ, Εὐλαλίου τοῦ χωρεπισκόπου, καὶ Κελευσίου, οὓς ἐξ ἔργου (69) πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀπεστάλκαμεν. Καὶ τὸ ταῦτα ἐπισχεῖν, οὐ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας καὶ ἀσθενείας,

B Tempus mihi est illud Scripturæ usurpandi: *Ad quem vociferabor injuriam perpetiens*[86]? Quis mihi oppresso manum porriget? Ad quem Ecclesiæ, tam male affectæ ac solutæ, pondus devolvetur? Testificor coram Deo et electis angelis, Dei gregem indigna pati, ut qui ob perditam valetudinem meam nec pascatur, nec visitetur. Nam me morbus constrictum tenet, atque ab Ecclesiæ gubernaculis celerius abduxit, nuncque inutilem prorsus reddit, ut qui, et singulis diebus extremum pene spiritum efflem, et negotiorum mole magis opprimar. Ac si quidem hæc provincia caput quoddam aliud haberet, ad illud clamare, ipsiusque opem obtestari oporteret. Cum autem pietas tua superiore loco sita sit, ad te conjectos oculos habere necesse est.

C Ecclesiam tuam, quo pacto tibi videbitur, cura, nec eam in ea calamitate, qua indigna est, versantem despice. Nam, ut cætera missa faciam, qualia Apollinaristæ nunc impetu facto, partim admiserunt, partim minitantur, ex dominis meis compresbyteris Eulalio chorepiscopo, et Celeusio, quos dedita opera ad pietatem tuam misimus, intelliges.

[86] Habac. 1, 2.

(60) *Ἡμῖν φιλοτιμουμένοις.* Combef.: *Nobis officiis gloriantibus, iisque effusis, fidem præstant.* Non apte Morel. *Nobis cupide faventibus.*

(61) *Μικρᾶς.* Ita codd. nostri, Montac. Morel. ac Combef. In edit. μακρᾶς.

(62) *Κάμνων ἱκανῶς.* Cod. Pass., κάμνων περισσῶς. At Combefisio præsens minus congruere videtur. Legit itaque καμὼν ἱκανῶς, ac vertit: *Plurimum negotiis insudarit, satis superque iis sit attritus.*

(63) *Προσαχθῆναί σοι δι' ἡμῶν.* Combef.: *Ut per nos tibi præsentetur.* Morel. *Ut tibi nostra opera ad jungatur.*

(64) *Εἰ βούλει δὲ, ἡμῖν, οἷς τὸ πάντα.* Montac. et Morel. εἰ βούλει δὲ καὶ ἡμῖν. Cod. et Pass οἷς τὰ πάντα.

(65) *Καὶ αὐτοῖς πείθεις τοῖς πράγμασι.* B. 3, καὶ αὐτοῖς πιστοῖς τοῖς πράγμασι, *et utinam rebus ipsis confirmes!* Sic etiam habet Montac., mallet tamen καὶ γὰρ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι πείθεις, *rebus enim ipsis persuades.*

(66) Alias LXXXVIII. Scripta initio autumni anni 382.

(67) *Καὶ λελυμένης.* Hæc verba desunt in cod. Pass.

(68) *Ὑπερκειμένης.* Combef. *Superiori loco præsideat, quæsito jam metropolitano jure.*

69) *Οὓς ἐξ ἔργου.* Combef. οὓς ἐξ ἀγροῦ πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀπεστάλκαμεν, *quos rure ad tuam pietatem misimus,* chorepiscopum Eulalium, et Celeusium, ipsum quoque, ut par est, vicarium presbyterum et χωρικόν, sicque meo periculo emendo. Inaudita enim phrasis, ἐξ ἔργου, ac nihil commoda: trita vero vocis alterius constructio cum particulis, ἐν, ἐξ, εἰς, unaque reddunt dictione poetæ, ἀγρόθι, ἀγρόθεν, ἀγρόνδε. Hæc a Gregorio scripta sunt extrema sua senectute post reditum suum Constantinopoli, cum Nazianzenam Ecclesiam coactus est tantisper regere, donec Eulalium ei præficiendum obtinuit. Quod provinciæ præsidem alium non agnoscit quam Theodorum Tyanensem, argumento est Nazianzum quoque Tyanensis metropolitæ juri cessisse tandem, ipsumque concessisse Gregorium.

Digitized by Google

Hæc porro reprimere, non nostræ ætatis et imbecillitatis est, verum solertiæ tuæ ac potestatis : quandoquidem præter cætera hoc quoque ad commune Ecclesiæ præsidium tibi a Deo donatum est, ut viribus **129** polleas. Quod si hæc dicens ac scribens minime audiar, quod unum superest, hoc faciam, nempe ut publice omnibus prædicem ac perspicuum reddam, quod Ecclesia episcopo indigeat; ne alioqui ex adversa nostra valetudine deinceps sequatur, vos intelligetis.

A ἀλλὰ τῆς σῆς ἀγχινοίας καὶ δυνάμεως, ἐπειδή σοι, μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὸ ἰσχύειν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἐπὶ τῇ κοινῇ τῆς Ἐκκλησίας προστασίᾳ (70). Εἰ δὲ ταῦτα λέγων καὶ γράφων οὐκ ἀκουοίμην, ὃ λείπεται μόνον, τοῦτο γενήσεται, δημοσίᾳ κηρύξαι πᾶσι καὶ καταστῆσαι γνώριμον, ὅτι ἐπισκόπου χρῄζει ἡ Ἐκκλησία, ἵνα μὴ παρὰ τῆς ἡμετέρας ἀῤῥωστίας καταβλάπτηται. Τὸ δὲ ἑξῆς ὑμεῖς εἴσεσθε.

incommodo ac detrimento afficiatur. Quid autem

CLIII. BOSPORIO EPISCOPO COLONIÆ.

ΡΝΓ'. ΒΟΣΠΟΡΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΚΟΛΩΝΙΑΣ (71).

Quod se facturum minabatur superioribus litteris Gregorius, præstitit; gubernacula Ecclesiæ abdicavit, nec cogi ultra potuit ut illa rursus susciperet. Hinc Bosporio, cui primum cesserat, hortanti iterum ut illa capesseret, his Litteris respondet se bis supplantatum et deceptum, ad Deum jam secessurum. *Bis autem se deceptum ait, primo scilicet cum in Constantinopolitanam sedem est collocatus, deinde cum Ecclesiam Nazianzenam, suadente Bosporio, regendam suscepit. Juxta Tillemontium* (72), *Gregorius se queritur supplantatum primo Nazianzi, secundo Constantinopoli. Nobis hæc videntur intelligenda potius de illis, dicamne dolis, an impedimentis, quæ constituendo Nazianzi episcopo ejus provinciæ præsules semel et iterum attulisse queritur Gregorius. Episcopi rogabant ut remaneret tantisper, donec ejus loco episcopum constituissent. Hoc responsum unus ex iis, Gregorii alioqui familiaris, Bosporius habuit. Quare coacti sunt tandem huic Ecclesiæ episcopum præficere, quod anno* 382 *accidisse, electumque Eulalium arbitramur.*

Hoc jam secundo a vobis supplantatus atque deceptus sum (quid dicam nosti) : ac si quidem juste, odoretur a vobis Deus odorem suavitatis [87] ; si autem inique, hanc noxam vobis Dominus condonet. Sic enim me de vobis loqui æquum est, quandoquidem illatas injurias æquo animo ferre jubemur. Cæterum ut penes vos est voluntatis vestræ potestas, sic meæ quoque penes me est. Non ultra vobis gravis erit gravis ille Gregorius. Ad Deum secedam, qui solus purus est, et a fraude alienus. In meipsum colligar. Hæc mihi ipsi consului. Bis enim ad eumdem lapidem impingere dementibus solum tribuit paræmia.

B Δὶς ἤδη τοῦτο ἐπτέρνισμαι παρ' ὑμῶν, καὶ ἠπάτημαι (οἶδας ὃ λέγω)· καὶ εἰ μὲν δικαίως, ὀσφρανθείη Κύριος παρ' ὑμῶν ὀσμὴν (73) εὐωδίας· εἰ δὲ ἀδίκως, συγγνοίη Κύριος. Οὕτω γὰρ ἐμὲ περὶ ὑμῶν λέγειν εὔλογον, ἐπειδὴ φέρειν καὶ ἀδικούμενοι προστετάγμεθα. Πλὴν ὥσπερ ὑμεῖς κύριοι τῆς ὑμετέρας γνώμης, οὕτω κἀγὼ τῆς ἐμῆς. Οὐκ ἔτι βαρὺς ὑμῖν ἔσται Γρηγόριος ὁ βαρύς (74). Ἀναχωρήσω πρὸς Θεὸν τὸν μόνον καθαρόν τε καὶ ἄδολον. Εἰς ἐμαυτὸν συσταλήσομαι. Ταῦτα ἐμαυτὸν ἐνουθέτησα (75). Δὶς γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπταίειν, τοῖς ἀνοήτοις μόνοις ἡ παροιμία δίδωσιν.

CLIV. OLYMPIO.

ΡΝΔ'. ΟΛΥΜΠΙΩ (76).

Scripta est hæc epistola anno, quo Olympius Cappadociæ præfectus, decessit imperio, id est, exeunte anno 382. *Summa æquitate provinciam administraverat Olympius, et ideo magnum sui desiderium apud Cappadocas reliquit; quod quidem his apparet litteris Gregorii, qui eum discedentem flevit, magnisque abeuntem laudibus et faustis ominibus est prosecutus.*

Tu nobis præfectus es, etiam post præfecturam (alio enim modo quam vulgus solet, de rebus judicamus), quoniam virtutes omnes, quæ quidem præfecto dignæ sint, complexu tuo tenes. Plerique enim ex iis, qui sublimibus thronis insident, apud me humi jacent, nimirum quos manus humiles et abjectos efficit, servosque eorum, quibus præsunt.

C Ἡμῖν ἄρχων σὺ καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν (κρίνομεν γὰρ ἑτέρως, ἢ ὡς οἱ πολλοὶ, τὰ πράγματα), ὅτι πᾶσαν ἀρχικὴν ἀρετὴν ἐν σεαυτῷ συλλαβὼν ἔχεις. Πολλοὶ γὰρ τῶν ὑψιθρόνων (77) ἐμοὶ κάτω, ὅσους ἡ χεὶρ ποιεῖ (78) ταπεινοὺς καὶ δούλους τῶν ἀρχομένων. Πολλοὶ δὲ ὑψηλοὶ καὶ μετέωροι, κἂν ἑστήκασι κάτω, ὅσους ἄνω τίθησιν ἀρετὴ, καὶ ποιεῖ μειζόνων ἀρχῶν ἀξίους.

[87] Gen. VIII, 21.

(70) *Ἐπὶ τῇ κοινῇ τῆς Ἐκκλησίας προστασίᾳ.* Ita cod. et Combef. In edit. ἐπὶ κοινῇ προστασίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. Cod. Pass. ἐπὶ κοινῇ σωτηρίᾳ τῆς Ἐκκλησίας.

(71) Alias XV. Scripta paulo post superiorem.

(72) *Vita Greg.* § 40 et 71.

(73) *Ὀσφρανθείη Κύριος παρ' ὑμῶν ὀσμήν.* Ita codd. duo Regg. et sic legit Bill. In edit. Κύριος ὑμῶν. Montac. et Combef. Κύριος ὀσμήν. Alludit ad illud Genes. VIII, 21 : *Ædificavit autem Noe altare Domino, et tollens de cunctis pecoribus ac volucribus mundis obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odorem suavitatis.*

(74) *Γρηγόριος ὁ βαρύς.* Ita, ait Bill. duo exemplaria Græca ; mihi tamen posteriori loco legendum videtur. οὐ βαρύς, ut sic habeat translatio : *Non ultra gravis vobis erit Gregorius, non, inquam, gravis.* At, respondet Combef., vana est Billii conjectura ; hanc nec admittit Tillemont

(75) *Ἐνουθέτησα.* Plures Regg. ac Montac. ἐμαυτῷ νενομοθέτηκα· *Hæc mihi ipsi constitui.*

(76) Alias L. Exeunte anno 382 scripta.

(77) *Πολλοὶ γάρ.* Cod. πολλοὶ μὲν γάρ. Mox, pro τῶν ὑψιθρόνων cod. Pass. habet τῶν ὑψηλῶν θρόνων.

(78) *Ὅσους ἡ χεὶρ ποιεῖ.* Combef. : *Quos munerum accepto efficit humiles et abjectos, vel quos manus imperatoris thronis sublimes facit homines abjectos, eorumque servos quibus imperio præsunt.* Male, inquit, Billius jungit et confundit. Ubique Gregorius factitiam istius modi dignitatem ac nobilitatem exagitat.

Digitized by Google

Ἀλλὰ τί τούτων ἐμοί; οὐκ ἔτι μεθ' ἡμῶν ὁ μέγας Ὀλύμπιος, οὐδὲ φέρει τοὺς ἡμετέρους οἴακας. Οἰχόμεθα (79), προδεδόμεθα, γεγόναμεν αὖθις δευτέρα Καππαδοκία (80), πρώτη παρὰ σοῦ γεγονότες. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων τί χρὴ λέγειν (81); ἀλλὰ τίς γηροκομήσει τὸν σὸν Γρηγόριον, καὶ φαρμακεύσει (82) τὴν ἀσθένειαν ταῖς τιμαῖς, καὶ θήσει τιμιώτερον τὸν παρὰ σοῦ πολλοῖς προξενοῦντα τὸ φιλάνθρωπον; Νῦν μὲν οὖν ἀπίοιτε τὴν ὑμετέραν ὁδὸν, σὺν ὁδηγίᾳ καὶ πομπῇ κρείττονι, πολλὰ μὲν δάκρυα καταλιπόντες ἡμῖν, πολὺν δὲ πλοῦτον ἐπικομιζόμενοι παρ' ὑμῶν, καὶ οἷον οὐ πολλοὶ τῶν ἀρχόντων, τὴν εὐδοξίαν, καὶ τὸ ἀνάγραπτοι τυγχάνειν ταῖς πάντων ψυχαῖς, στήλαις οὐκ εὐκινήτοις. Εἰ δὲ πάλιν ἡμῖν ἐπισταίητε, μετὰ μείζονος καὶ λαμπροτέρας τῆς ἀρχῆς (τοῦτο γὰρ ὁ πόθος ἡμῖν μαντεύεται), τελεώτερα τῷ Θεῷ τὰ χαριστήρια πάντως ἀνοίσομεν.

A Permulti rursus alti et sublimes, quamvis inferiori loco atque ordine sint, nempe quos virtus in alto collocat, ac majoribus præfecturis dignos **130** reddit. Sed quorsum hæc mihi? Non jam nobiscum est magnus Olympius, nec gubernacula nostra gerit. Perimus, proditi sumus, facti sumus rursum secunda Cappadocia, qui primæ dignitatem a te consecuti eramus. Atque ut de aliis taceam, ecquis jam Gregorii tui senectutem curabit, corporisque imbecillitatem honoribus velut incantabit, honoratioremque ex eo reddet, quod multis hominibus benignitatem tuam conciliaret? Ac nunc quidem itinere vestro, cum meliori ductu ac pompa abite, multas nobis lacrymas relinquentes, multas autem vobiscum opes efferentes, quasque non multi præ- B fecti secum asportant, nimirum bonam existimationem, et quod in omnium animis inscripti atque incisi estis, velut columnis, quæ non facile moveri possunt. Quod si ad nos rursus, cum majori et illustriori magistratu vobis venire contigerit (nam hoc nobis desiderium auguratur), pleniores utique Deo gratias persolvemus.

PNE'. ΑΣΤΕΡΙΩ (83).

CLV. ASTERIO.

Eodem tempore quo superiorem epistolam ad Olympium scripsit Gregorius, datis paribus litteris Asterio, qui comes Olympii non minora pietatis et æquitatis argumenta ediderat, quique de Cappadocibus perinde ac Olympius bene meritus fuerat, quantum mœrorem atque detrimentum ejus discessus attulerit, significavit. Qui has epistolas legerit, atque etiam 156, *quæ proxime sequitur, huic tanquam in speculo contemplari licebit, quam suavi, quam tenero amore, quam toto pectore Gregorius diligeret amicos, quamque grati animi sensu accepta beneficia recoleret; denique quam sancte christianam coleret amicitiam.*

Τί τοῦτο πάσχομεν; οἵχεσθε καταλιπόντες ἡμᾶς (84), καὶ ἡμεῖς ἀῤῥωστοῦμεν, οὐδὲ τοσοῦτον παρὰ τοῦ φθόνου (85), συγχωρηθέντες, ὅσον ἐφ' ὑμῖν (86) τὰ προπεμπτήρια φθέγξασθαι. Ὦ τῆς ζημίας (87), καὶ τῆς ἐπηρείας! Κινδυνεύω τι καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν. Τί λαμβάνειν (88) ἔδει τὸ ἀγαθὸν, εἰ μὴ παραμένειν ἐμελλεν; Οὐ γὰρ τοσοῦτον εὐφραίνει παρὸν τῶν τερπνῶν οὐδὲν, ὅσον ἀνιᾷ χωριζόμενον. Τετιμήμεθα παρ' ὑμῶν, δεδοξάσμεθα, τῆς ἀρχῆς ἀπελαύσαμεν, C τῆς φιλανθρωπίας ἐνεφορήθημεν (89). Οὔτε γὰρ ἐπιλελήσμεθα τούτων, οὔτε ἐπιλησόμεθα· πρότερον ἡμῶν αὐτῶν, ἢ ὑμῶν. Τί δὲ παρ' ἡμῶν ἀντὶ τούτων ὑμῖν (90); Τί δ' ἄλλο γε, ἢ ὧν ἔχομεν τὸ κάλλιστον; ἔχομεν δὲ τὰς εὐχὰς αἷς σώζοισθε καὶ εὐδοκιμοίητε. Καὶ πάλιν ἡμῖν ὀφθείητε, ἂν ἄρα τοσαύτης τύχωμεν τοῦ ζῆν προθεσμίας (91).

Quidnam hoc est, quod nobis accidit? Relictis nobis abscessistis, ac nos morbo laboramus. Nec livor tantum nobis spatii concessit, ut discessum vestrum oratione prosequeremur. O grave detrimentum, et vim injustam! Periculum est ne audacius quid proloquar. Quid bonum capere attinebat, si permansurum non erat? Nec enim res ulla jucunda tantum voluptatis affert, cum adest, quantum mœroris, cum abscedit. Honore a vobis gloriaque affecti sumus, fructum ex magistratu vestro cepimus, humanitatis officiis repleti sumus. Nec enim hæc oblivione delevimus, nec delebimus: priusque nostri quam vestri memoria nobis elabetur. Quidnam autem pro his rebus vobis beneficii rependemus? Quid aliud quam quod omnium præclarissimum habemus? preces autem habemus **131** quibus utinam salus vobis et gloria comparetur. Faxitque Deus ut a nobis rursum videamini, si modo nobis tandiu vitæ usura concedatur.

(79) *Οἰχόμεθα.* In cod. deest, nec admittit Combefisius.

(80) *Δευτέρα Καππαδοκία.* Cod. δευτέρα Καππαδόκων. Combef. δεύτεροι Καππαδόκων, πρῶτοι... *secundi rursus Cappadoces, qui a te primi facti eramus.* Nazianzum, inquit Bill., in secunda Cappadociæ provincia situm erat. Hoc igitur vult Gregorius, patriam suam quæ Olympii præfecti virtute supra primam Cappadociam se efferebat, eo decedente jam in ordinem redigi, atque in secundo gradu subsistere.

(81) *Τί χρὴ λέγειν.* Ita cod. et Pass. In edit. τί χρὴ καὶ λέγειν.

(82) *Καὶ φαρμακεύσει,* etc. Combefisius: *Honoribusque ac officiis ceu medicamentis imbecilles vires confovebit.*

(83) Alias CXXV. Scripta eodem tempore.

(84) *Καταλιπόντες ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς,* etc. Legit Combef. καταλιπόντες ἡμᾶς καὶ ὑμεῖς, *vos quoque nobis relictis abscessistis.*

(85) *Παρὰ τοῦ φθόνου.* Montac. et Morel. παρὰ τῆς νόσου. Quæ lectio, ait Combef, simplicior est. D

(86) *Ἐφ' ὑμῖν.* Ita codd. Regg. B. 3, et R. ac Combef. In edit. ἐφ' ἡμῖν.

(87) *Ὦ τῆς ζημίας.* Quæ sequuntur usque ad τί λαμβάνειν deerant in edit. Supplemus ex cod. Reg. B. 3. Ita etiam Montac. Morel. et Combef

(88) *Τί λαμβάνειν.* Cod. B. 3, Montac. et Morel τί λαβεῖν.

(89) *Τῆς φιλανθρωπίας ἐνεφορήθημεν.* Bill. vertit: *Amicitia expleti sumus. Nec enim hæc oblivione hausimus, nec hauriemus.*

(90) *Ἀντὶ τούτων ὑμῖν.* Ita cod. Reg. B. 3, Montac., Morel., Combef., ipseque Bill. In edit. ἡμῖν.

(91) *Προθεσμίας.* Ita codd. Reg. B. 3, Montac., Morel., Combef. ac Bill. In edit. προθυμίας

Digitized by Google

CLVI. EIDEM

PNϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (92).

Laudat Asterium quod præsidis adjutor et socius, publicisque deditus commodis, locum tamen det officiis amicitiæ.

Magnus inter homines Hercules, ut ferunt (libet enim tibi, erudito ac diserto viro, tuorum quoque aliquid in memoriam revocare), at non tantus fuisset, nisi Iolaum certaminum socium habuisset ac præsertim adversus hydram, sævam hanc et multis capitibus præditam belluam; cujus ille capita desecabat, hic autem igni cremabat, quemadmodum scilicet vos improbitatis. Multos et Actoris filii curruli certamine superabant, ut Homero placet, dum illi et corporibus et arte gemini habenas et flagellum inter se partirentur, victoriamque alter alteri conciliaret. Vectores multos servat gubernator : at non proinde servaret, nisi bonus proreta ipsi auxilio esset, qui et ventos observat, et scopulos præmonstrat, navisque velut oculus quidam exsistit. Tales nostro judicio vos estis. Nam cum præses ex seipso clarus sit, tu adjuncta opera tua et auxilio, clariorem eum reddis. Quem cum multis nominibus laudemus, tum hoc potissimum nomine admiramur, quod cum tantam publicis commodis benevolentiam conservetis, tamen locum quoque amicitiæ officiis datis, nimirum non morum asperitate (quod multi eorum faciunt, qui modum tenere nesciunt), juris rigorem ostentantes, verum mansuetudine potius imperii austeritatem mitigantes.

A Μέγας ἐν ἀνθρώποις ὁ Ἡρακλῆς (93), ὡς λόγος (ἵνα σε λόγιον ὄντα καὶ τινος ἀναμνήσω τῶν σῶν)· ἀλλ' οὐκ ἂν τοιοῦτος ἦν, εἰ μὴ τὸν Ἰόλαον εἶχε συναγωνιζόμενον, καὶ κατὰ τῆς Ὕδρας (94) μάλιστα, τοῦ πικροῦ τούτου καὶ πολυκεφάλου θηρίου, ἧς ὁ μὲν ἐξέτεμνε (95) τὰς κεφαλὰς, ὁ δὲ ἐπέκαιεν, ὥσπερ τὰς τῆς κακίας (96) ὑμεῖς. Πολλοὺς παρήλαυνον οἱ Ἀκτορίωνες ἅρμασιν, ὡς Ὁμήρῳ δοκεῖ (97)· δίδυμοι γὰρ ἦσαν καὶ τὰ σώματα καὶ τὴν τέχνην· ὁ μὲν τὰς ἡνίας· ὁ δὲ τὴν μάστιγα μεριζόμενοι, καὶ τὸ νικᾷν ἀλλήλοις συνερανίζοντες (98). Πολλοὺς διασώζει κυβερνήτης πλωτῆρας· ἀλλ' οὐκ ἂν ὁμοίως διέσωζε, μὴ καλῷ πρωρεῖ βοηθούμενος, ὃς καὶ διαθρεῖ (99) τοὺς ἀνέμους, καὶ τὰς ὑφάλους προδείκνυσι, καὶ γίνεται τῆς νηὸς οἷόν τις ὀφθαλμός. Τοιοῦτον ἡμῖν B καὶ τὸ ὑμέτερον. Λαμπρὸν γὰρ ὄντα τὸν ἄρχοντα καὶ παρ' ἑαυτοῦ, λαμπρότερον αὐτὸς ἐργάζῃ τῇ συνεργίᾳ· ὃν πολλὰ (1) ἐπαινοῦντες, τοῦτο θαυμάζομεν μάλιστα, ὅτι τοσαύτην (2) τοῖς δημοσίοις εὔνοιαν σώζοντες, χώραν δίδοτε καὶ τοῖς φιλικοῖς, οὐ τραχύτητι τρόπου τὸ ἀκριβὲς ἐνδεικνύμενοι, κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀμέτρων, ἡμερότητι δὲ μᾶλλον τὸ τῆς ἀρχῆς αὐστηρὸν τιθασσεύοντες.

CLVII. THEODORO.

PNZ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (3).

Anni 382 *finem, vel sequentis initium redolet hæc epistola, cujus exordium belle responaet epistolæ* 153, *quam anno labente mox collocavimus. Quemadmodum enim in epistola* 153 *scribit Busporio his verbis:* Non ultra vobis gravis ero, etc., *sic ad Theodorum:* Non jam vobis molestiam exhibebo. *Itaque cum exeunte tantum anno* 382, *vixque ante annum* 383 *episcopus Nazianzi ordinatus sit Eulalius, in confiniis anni utriusque hæc epistola merito collocatur. Severe canones optat observari, rogatque Theodorum ut Nicobuli vueros paterno velit oculo conspicere.*

Spiritualia finem habent : non jam vobis molestiam exhibebo. Coite, vos ipsos munite, **132** adversum nos consilia inite. Vincant qui nos oderunt : ad unguem observentur canones, a nobis, quibus

C Τὰ μὲν πνευματικὰ (4) πέρας ἔχει· οὐκέτι προσθήσω διοχλεῖν ὑμῖν. Συνίοιτε, φράσσοισθε (5), βουλεύοισθε καθ' ἡμῶν. Νικάτωσαν οἱ μισοῦντες ἡμᾶς· φυλαττέσθωσαν ἀκριβῶς οἱ κανόνες, ἀφ' ἡμῶν ἁρ-

(92) Alias CXXVII. Scripta paulo post superiorem.

(93) *Ὁ Ἡρακλῆς.* Ita codd. Par. Reg. 1405. B. 3, necnon Montac., Morel., Bill. ac Combef. In edit. Ἡρακλεῖς. Mox, ὡς λόγος, sic iidem codd. ac Combef. In edit. ὡς ὁ λόγος.

(94) *Καὶ κατὰ τῆς Ὕδρας.* In cod. et Reg. καὶ deest. Hydra Lernæa serpens erat, ut poetæ fingunt, unicum duntaxat corpus habens et quinquaginta capita. Hæc Hercules secare aggressus, huic rei impar fuisset, uno enim occiso, duo statim repullulabant, nisi Iolaus socius certaminum abscissa capita excussisset. Hinc Ovidius, *Metamorph.* libro IX :

. . . . . *Nec profuit hydræ*
Crescere per damnum, geminasque resumere vires.

(95) *Ὁ μὲν ἐξέτεμνε.* Ita cod. et duo Regg. In edit. ἐξέτεμε. Mox, in edit. ἐπέκαεν, sed cod. se quimur.

(96) *Ὥσπερ τὰς τῆς κακίας.* Ita cod. et Combef. : *Quemadmodum vos capita improbitatis*, etc. In edit. ὥσπερ τὰ τῆς κακίας, quod Bill. : *Quemadmodum vos improbitatem.*

(97) *Ὡς Ὁμήρῳ δοκεῖ.* Homer. *Iliad.* XXIII, 638 et seqq. :

Οἷοισίν μ' ἵπποισι παρήλασαν Ἀκτορίωνε
Ἱλήθει πρόσθε βαλόντες. . . . . .
Οἱ δ' ἄρ ἔσαν δίδυμοι· ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν,
. . . . . ὁ δ' ἄρα μάστιγι κέλευεν.
Solis me equis præverterunt Actoris filii
Multitudine superantes. . . . . .
Hi vero erant gemini : hic quidem firmiter auri-
[gabatur;
. . . . . Ille vero flagello imperitabat.

(98) *Συνερανίζοντες.* Cod. Par. ἀντερανίζοντες.

(99) *Ὃς καὶ διαθρεῖ.* Ita cod Par. et duo Regg. ; sic et Bill. ex conjectura.

D (1) *Ὧν πολλά.* Ita cod. et Combef. in edit. ὧν πολλά.

(2) *Ὅτι τοσαύτην.* Ita codd. duo Regg. et Combef. In edit. ὅτι deest.

(3) Alias LXXXIII. Exeunte anno 382, vel ineunte 383 scripta.

(4) *Τὰ μὲν πνευματικά.* Montac. et Morel. μέν delent. Paulo infra, pro διοχλεῖν ὑμῖν, cod. Pass. διοχλεῖν ὑμᾶς.

(5) *Φράσσοισθε.* Montac., Morel. ac Combef. φράζοισθε, *loquimini*, quod magis cohæret

Digitized by Google

ξάμενοι τῶν ἀμαθεστάτων. Οὐδεὶς ἀκριβείας φθόνος· τὰ φιλικὰ δὲ μὴ κεκωλύσθω. Οἱ τοῦ τιμιωτάτου υἱοῦ Νικοβούλου παῖδες ἦκασιν εἰς τὴν πόλιν ταχυγραφεῖν μαθησόμενοι· τούτους τά τε ἄλλα καὶ οἰκείως (6) ἰδεῖν καὶ πατρικῶς θέλησον (οὐ γὰρ καὶ τοῦτο κωλύουσιν οἱ κανόνες), καὶ ὅπως ἂν γειτονῶσι τῇ ἐκκλησίᾳ φρόντισον (7). Βούλομαι γὰρ αὐτοὺς (8) καὶ τὸ ἦθος τυποῦσθαι πρὸς ἀρετὴν, τῇ σῇ τελειότητι συνεχῶς ἐντυγχάνοντας (9).

Ad calcem superioris epistolæ, Bosporii defensionem suscipit. Variæ huic episcopo illatæ fuerant calumniæ a nefariis hominibus, qui, a pastore suo redargui ægre ferentes, eo usque rem perduxere, ut, orta de juribus Ecclesiæ diœcesisque descriptione controversia, ipsa etiam fides in dubium ab orthodoxis episcopis vocaretur. Cum itaque causa agitari cœpit, Gregorius, atrocitate rei et Bosporii amicitia commotus, datis ad Amphilochium litteris, petiit, ut Parnassum usque profectus illatam cumprimis honorando, Deoque charo episcopo, calumniam refutaret. *Quod cum egregie præstitisset, gratias amplissimas in hac epistola agit Theologus ; simulque Bosporii doctrinæ, quam alias sæpe viva voce, et litteris, aliisve modis ipse dorcuisse profitetur, ipsiusque laudes prosequitur. Quæ omnia de Bosporio, haud quidem Doarensi, qui nullus tunc uspiam legitur, verum de Coloniensi episcopo, viro tum temporis celeberrimo, intelligenda esse probant et Gregorii cum episcopo Coloniensi necessitudo, de hujus epistola cum aliis litteris in quibus Bosporii nomen habetur, ipsaque rerum, quæ ibi tractantur, affinitas ; neque moramur auctoritatem Theodoreti, quem in multis falli constat. Ad Amphilochium quoque, ut habent Græca, non vero ad Eutropium, ut Latina præ se ferunt, scriptam hanc epistolam putamus. Eutropium enim alium non novimus Gregorio familiarem, nisi illum, qui primum Asiæ proconsul, deinde prætorio præfectus fuit. Cui profecto non potuit nec debuit Gregorius scribere,* ut cum cæteris episcopis Bosporii controversiam disceptaret.

Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου (καὶ μὴ ἀπαξιώσῃς (35) πατρὸς εὐχήν)· ἱκανῶς γὰρ τὸ γῆρας ἡμῶν ἀνέπαυσας, καὶ γενόμενος μέχρι Παρνασσοῦ, καθὼς προεκλήθης (36), καὶ τὴν ἐπενεχθεῖσαν τῷ τιμιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ συκοφαντίαν ἐλέγξας. Ἐπειδὴ φιλοῦσιν οἱ πονηροὶ τὰς ἑαυτῶν αἰτίας περιτρέπειν εἰς τοὺς ἐλέγχοντας. Ἰσχυρότερος μὲν γὰρ πάσης κατηγορίας ὁ χρόνος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ὁ βίος, καὶ ἡμεῖς οἱ πολλάκις τὰ αὐτὰ καὶ ἀκούσαντες παρ' αὐτοῦ (37) καὶ διδάξαντες, οἵ τε ἐκ τῆς πλάνης ἐπαναχθέντες, καὶ προστεθέντες τῷ κοινῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας· ἐδεῖτο δὲ ὅμως πονηρὸς ὁ καιρὸς ὤν, καὶ ἀκριβεστέρας ἀποδείξεως, διὰ τοὺς ἐπηρεαστὰς καὶ κακοήθεις, ἣν αὐτὸς ἡμῖν ἐχαρίσω, μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς κουφοτέροις, καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀπατωμένοις. Ταῦτα δὲ εἰ θελήσειας καὶ μακροτέραν ὁδὸν ὑποστὰς διὰ σεαυτοῦ μαρτυρῆσαι, καὶ διαιτήσεις τοῖς ἀμφισβητουμένοις, μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, ἔργον ποιήσεις πνευματικὸν, καὶ τῆς σῆς τελειότητος ἄξιον. Τὴν σὺν σοὶ (38) ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ (39) πάντες προσαγορεύομεν.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas [99] (nec patris votum dedigneris) : abunde quippe senectutem nostram recreasti, dum et Parnassum usque, quemadmodum provocatus eras, profectus es, et illatam cumprimis honorando ac Deo charo episcopo calumniam refutasti. Quandoquidem improbi homines hoc libenter faciunt, ut culpas suas in eos, a quibus arguuntur, convertant. Quanquam enim ipsius ætas et vita omni accusatione valentior est, et nos, qui sæpe res ipsas ab eo audivimus, aliosque docuimus, et ii, qui ex errore revocati sunt, communique Ecclesiæ corpori adjuncti : accuratiori tamen ac certiori argumento propter calumniatores et pravi ingenii homines, tempus hoc, utpote malum, indigebat ; quod quidem tu nobis, vel iis potius, qui animi levitate laborant, atque ab hujusmodi hominibus facile in fraudem inducuntur, præbuisti. Hæc autem si longiore quoque itinere suscepto ipsemet pro testimonio dicere, ac cum cæteris episcopis hanc controversiam disceptare volueris, spirituale opus feceris, tuaque integritate dignum. Fraternitatem, quæ tecum est, ego et omnes, qui mecum sunt, salutamus.

[99] Psal. xix, 7.

(31) *Παρ' ὑμῶν.* Ita tres Regg. Edit. ἡμῶν. Vetus interpres : *Si quidem examinatio apud vos reperit circa fidem (ingratum) malum.*

(32) *Ἐῶ γὰρ τόν.* Ita codd. nostri. Edit. ἐῶ γὰρ λέγειν τόν.

(33) *Εἰ δὲ ἡ τῶν παροικιῶν.* Vetus interpres : *Quod si circummanentium inquisitio malam ei opinionem operatur, et crimen novum est.*

(34) Alias CLXIV. Scripta paulo post superiorem.

(35) *Καὶ μὴ ἀπαξιώσῃς.* Cod. Reg., Montac. et Morel. καὶ μὴ ἀπαξιώσῃ, *et non dedignetur.*

(36) *Προεκλήθης.* Cod. B 3., παρεκλήθης, *quemadmodum precibus a te petitum erat,* ut vertit Bill.

(37) *Τὰ αὐτὰ καὶ ἀκούσαντες παρ' αὐτοῦ.* Ita cod. Reg. 1405. In edit. τὰ αὐτοὺς καὶ ἀκούσαντες καί. Mox, pro οἵ τε cod. Reg. εἴτε. Ita Montac. et Morel.

(38) *Τὴν σὺν σοί.* Sic cod. Reg. 1405, sicque legit Bill. In edit. τὴν σὴν, etc.

(39) *Οἱ σὺν ἐμοί.* Cod. B. 3, οἱ σὺν ἡμῖν,

Digitized by Google

CLXXXV. NECTARIO. ΡΠΕ'. ΝΕΚΤΑΡΙΩ (40).

Bosporii causam cum audisset Gregorius Constantinopolim traducendam, controversiamque hanc apud judices prætorios disceptandam, Nectario protinus scripsit minime ferendum, ut hujusmodi negotium apud tales judices, quamvis Christiani essent, disceptaretur. Quod quidem non solum obtinuit, verum etiam causa forsan fuit, vel occasionem præbuit piissimo imperatori Theodosio condendi legem (41), *quæ, dato ad præfectum Augustalem Optatum pridie Nonas Februarii anni* 385, *vel potius* 384 *rescripto, sancivit ne* nomen episcoporum, vel eorum qui Ecclesiæ serviunt, ad judicia sive ordinariorum, sive extraordinariorum judicum pertraheretur ; et omnia, quantum ad causas ecclesiasticas pertinet, auctoritate episcopali decidi. *In hac autem epistola Gregorius commendando Bosporium, ipsius laudes sic permiscet, ut ad commiserationem nemo non trahatur.*

Quando alius aliud quiddam e tuis laudat, et omnes ut in foro bonam tuam existimationem promovent, ego, quæ mearum virium sunt confero, ac nullo minus ; quia **153** et honorare nos dignaris, velut filius dilectus patris senectam solari. Idcirco etiam nunc hanc tibi precationem ausus sum offerre pro reverendissimo et Dei amantissimo episcopo Bosporio, pudore quidem suffusus, partim quod vir tantus litteris nostris opus habet, cui et vitæ ratio et ætas reverentiam stabiliunt : nec vero minori pudore affectus, quod sileam, et quod nullum de eo sermonem instituam, qui voce præditus sim, et fidem colam, atque maxime virum cognoscam. Controversiam certe de parœciis exortam ipse dissolves juxta Spiritus gratiam, quæ in te est, et canonum tenorem. Illud autem minime ferendum tuæ reverentiæ videatur, quod nostra publicis prætoriis traducantur. Nam tametsi sint Christiani, ut certe Dei benignitate sunt, ejusmodi negotiorum judices, quid commune gladio et Spiritui ? Quod si etiam concesserimus, quomodo aut ubinam justum, disputationem de fide cum aliis controversiis implicari ? Num hodie nobis hæreticus Dei amantissimus episcopus Bosporius ? num hodie canities ejus expendetur, qui tot devios ab errore reduxit, tantum etiam sanæ in recta fide opinionis specimen exhibuit, et omnium nostrum doctor fuit ? Ne, quæso, ne des locum ejusmodi calumniis ; verum, si fieri potest, pace compone quæ dissident, et hoc etiam tuis laudibus addatur. Sin secus, hoc saltem ne admiseris, ut nos omnes dedecoremur hujusmodi calumnia, cum quibus et vitam exegit, et consenuit ; nos, inquam, quos nosti sedulos Deitatis præcones, et cum periculo,

Ὅταν ἄλλος ἄλλο τι τῶν σῶν ἐπαινῇ, καὶ πάντες ὡς ἐν ἀγορᾷ προβάλλωνται (42) τὴν σὴν εὐφημίαν, ἐγὼ τὰ κατ' ἐμαυτὸν συνεισφέρω, καὶ οὐδενὸς ἔλαττον, ὅτι καὶ τιμᾷν ἡμᾶς ἀξιοῖς (43), καὶ ὡς τέκνον ἀγαπητὸν πατρὸς γῆρας παραμυθεῖσθαι (44). Διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἐθάρρησα ταύτην προσαγαγεῖν τὴν παράκλησιν ὑπὲρ τοῦ αἰδεσιμωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου (45) ἐπισκόπου Βοσπορίου, αἰσχυνόμενος μὲν, εἴγε (46) τοσοῦτος ἀνὴρ τῶν ἡμετέρων δεῖται γραμμάτων, ᾧ καὶ πολιτεία καὶ χρόνος βεβαιοῖ τὸ αἰδέσιμον· αἰσχυνόμενος δὲ οὐχ ἧττον τὸ σιωπᾷν (47), καὶ τὸ μή τινα περὶ αὐτοῦ ποιήσασθαι λόγον, φωνὴν ἔχων, καὶ πίστιν τιμῶν, καὶ πάντων μάλιστα τὸν ἄνδρα γινώσκων. Τὴν μὲν οὖν περὶ τῶν παροικιῶν (48) ἀμφισβήτησιν δηλαδὴ αὐτὸς διαλύσεις κατὰ τὴν ἐν σοὶ τοῦ Πνεύματος χάριν, καὶ τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν. Ἐκεῖνο δὲ μὴ ἀνεκτὸν φανήτω τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, τὸ δημοσίοις δικαστηρίοις τὰ ἡμέτερα στηλιτεύεσθαι (49). Κἂν γὰρ ὦσι Χριστιανοὶ, ὥσπερ οὖν εἰσι τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ, οἱ τῶν τοιούτων κριταὶ, τί κοινὸν ξίφει καὶ Πνεύματι ; Ἂν δὲ καὶ τοῦτο συγχωρήσωμεν, πῶς ἢ ποῦ δίκαιον τὸν περὶ πίστεως λόγον συμπλέκεσθαι τοῖς ἄλλοις ἀμφισβητήμασι ; σήμερον ἡμῖν κακόδοξος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Βοσπόριος ; σήμερον πολιὰ ταλαντεύεται τοῦ τοσούτους μὲν ἐκ τῆς πλάνης ἐπαναγαγόντος (50), τοσαύτην δὲ ἀπόδειξιν δεδωκότος ὀρθοδοξίας, διδασκάλου δὲ πάντων ἡμῶν ; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ δῶς χώραν ταῖς τοιαύταις συκοφαντίαις· ἀλλ' εἰ μὲν δυνατὸν, εἰρήνευσον (51) τὰ διεστῶτα, καὶ προστεθήτω τοῦτο τοῖς σοῖς ἐπαίνοις· εἰ δὲ μή, τοῦτό γε μὴ δέξῃ, καθυβρίζεσθαι πάντας ἡμᾶς διὰ τῆς τοιαύτης ἐπηρείας, οἷς καὶ συνεβίωσε καὶ συνεγήρασεν (52)· οὓς οἶδας ἀκριβεῖς τῆς Θεότητος κήρυκας, καὶ μετὰ

(40) Alias CCXXVII. Scripta anno 383.

(41) *Cod. Theod.* in append. ed. a Sirm. 1696, t. I, p. 719, *Constit.* 111.

(42) *Ὡς ἐν ἀγορᾷ προβάλλωνται.* In cod. Pass. ὡς deest. Edit. προβάλλωνται.

(43) *Τιμᾷν ἡμᾶς ἀξιοῖς.* Apud Combef. ἡμᾶς deest.

(44) *Παραμυθεῖσθαι.* Addit Montac. διανοῇ, et recte quidem, ut ipsi videtur; at necessarium minime, cum textus habeat τιμᾷν ἀξιοῖς, καὶ παραμυθεῖσθαι.

(45) *Καὶ θεοφιλεστάτου.* Hæc desunt in edit., sed leguntur in cod. Reg. B. 3, et Pass., necnon apud Montac. ac Morel.

(46) *Μὲν, εἴγε.* Ita codd. nostri, Montac., Morel. ac Combef. In edit. μέν deest. Mox, iidem τῶν ἡμετέρων. Deerat τῶν in editis.

(47) *Τὸ σιωπᾷν*, etc. Nullo sensu, ait Combef., hæc in tertia persona Morel. reddidit, *quod sileat, sermonem instituat*, cum de se omnia dicat Gregorius, ac momenta afferat, unde ad viri commendationem quasi necessario accedit.

(48) *Περὶ τῶν παροικιῶν.* Combef.: *de parœciis vicanisque plebibus*, utri scilicet metropolitæ attineant, in ea Cappadociæ divisione nuper Basilio episcopo facta, de qua et epist. CLXXXIII. Ubique Morel. æque rudis in re ecclesiastica, *circummanentium, circummanentibus.*

(49) *Τὰ ἡμέτερα στηλιτεύεσθαι.* Ita cod. Reg. B. 3, et Pass., Montac., Morel. ac Combef. In ed.t. τὰ ἡμέτερα desunt.

(50) *Ἐπαναγαγόντος.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἐπανάγοντος.

(51) *Εἰρήνευσον.* Ita codd. nostri et Combef. In edit. εἰ δυνατὸν εἰρηνεύειν, quod Morel.: *si fieri potest ut quæ dissita sunt concilientur.*

(52) *Οἷς καὶ συνεβίωσε καὶ συνεγήρασεν.* Montac. et Morel. οἷς καὶ συνεβίωσας καὶ συνεγήρασας, *quibuscum et vitam exegisti et consenuisti.*

Digitized by Google

κινδύνων καὶ ἀκινδύνως, καὶ μηδὲν ὑφαιρεῖν ἀνεχομένους τῆς μιᾶς καὶ ἀπροσίτου (53) Θεότητος. Καὶ ὑπὲρ ἡμῶν προσεύχου, παρακαλῶ, τφόδρα καμνόντων τῇ ἀῤῥωστίᾳ. Τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα (54) ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες προσαγορεύουσι. Ἐῤῥωμένος, εὔθυμος, εὐδόκιμος ἐν Κυρίῳ χαρισθείης ἡμῖν καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὸ κοινὸν στήριγμα (55). A et extra periculum; et qui nihil subtrahi ab una et inaccessa Deitate patiamur. Ora pro nobis, obsecro, valde laborantibus infirmitate. Fratrum cœtum qui tecum est, ego et mei omnes salutant. Valens, lætus et laude præstans nobis et Ecclesiis in Domino tribuaris commune columen.

ΡΠϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (56).

154 CLXXXVI. EIDEM.

Altera ad eumdem Nectarium epistola circa idem tempus scripta, commode subjicietur. Cognatam, seu neptem suam Nectario prolixe commendat.

Τί ἂν ἐποίησας, εἰ παρὼν αὐτὸς εἶχον πράγματα; ἢ δῆλον, ὅτι πᾶσαν ἂν ἔθου σπουδὴν, ἐλευθερῶσαί με τῆς ἐπηρείας, εἴπερ τι δεῖ τοῖς προλαβοῦσι τεκμαίρεσθαι. Τοῦτο καὶ νῦν ἡμῖν χάρισαι διὰ τῆς κοσμιωτάτης ἀνεψιᾶς ἡμῶν, τῆς προσπιπτούσης (57) σοι δι' ἡμῶν, αἰδεσθεὶς μὲν τὴν ἡλικίαν τῆς ἱκέτιδος, αἰδεσθεὶς δὲ καὶ τὸν τρόπον (58) καὶ τὴν εὐλάβειαν, οὐ κατὰ τὰς πολλὰς (59) οὖσαν γυναῖκας· αἰδεσθεὶς δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην τῆς γυναικὸς, καὶ τὸ παρὰ τῶν οἰκείων νῦν ἔχειν πράγματα, πρὸ πάντων δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν (60) παράκλησιν. Ἡ μείζων δὲ χάρις, τὸ τάχος τῆς εὐεργεσίας, ἣν ἀπαιτοῦμεν. Τὸ μὲν γὰρ φιλάνθρωπον τῇ χήρᾳ καὶ ὁ ἄδικος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κριτὴς (61) ἐχαρίσατο, ἀλλὰ μετὰ πολλὴν ἱκεσίαν, καὶ προσεδρείαν. Παρ' ὑμῶν δὲ ὑπαρχέτω τὸ τάχος, ἵνα μὴ κάμνῃ μακρὰ ταῖς φροντίσι, καὶ ταῖς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς κακοπαθείαις· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἶδα σαφῶς, ὅτι οἰκείαν αὐτῇ ποιήσει (62) καὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἡ σὴ θεοσέβεια. B C Quid fecisses, si præsens ipse negotia habuissem? Perspicuum utique est, te nihil omnino studii ac diligentiæ prætermissurum fuisse, quo me ab injuria et fraude liberares, si quid conjecturæ duci potest ex his quæ præcesserunt. Hoc igitur nunc quoque nobis per ornatissimam neptem nostram, pedibus tuis per me advolutam, concede, tum (supplicis ætate permotus, tum) et morum integritate et pietate (longe enim ab aliarum muliercularum moribus aliena est); tum præterea ipsius quiete et negotiorum gerendorum imperitia, tum quia a propinquis nunc ipsi negotium exhibetur, tum denique et maxime, quia id ego a te precibus contendo. Porro eo majorem a nobis gratiam inieris, quo in eo, quod petimus, beneficio celeritatem majorem adhibueris. Nam ille quoque in Evangelio iniquus judex humanum se viduæ clementemque præbuit, sed post diuturnam et importunam supplicationem. A vobis autem celeritatem requirimus, ne diuturnis curis, gravibusque in externa regione afflictionibus et ærumnis conficiatur : tametsi illud maxime novi tuam pietatem effecturam, ut extera tellus illi patria sit.

ΡΠΖ'. ΕΥΔΟΞΙΩ (63).

CLXXXVII. EUDOXIO.

De Eudoxio rhetore, cujus auditor fuit Nicobulus, satis jam supra dictum. Cum autem variis in locis, varios habuerit magistros. Nicobulus, revocare quis posset in dubium, num Eudoxio scripta sit hæc epistola, quæ alii ex his magistris scribi potuit, ut Photio, quem Constantinopoli morantem et docentem audiit Nicobulus, ut ex datis ad ipsum Gregorii litteris certum est. Verum tanta hujus epistolæ cum aliis, quas Eudoxio scriptas esse constat, convenientia, ut qui has legerit, istam quoque ipsi datam esse non sit dubiturus. Quod non scribat, Eudoxium expostulantem Gregorius arguit, monetque non creditum se, nisi documento præbito, quæ de Nicobulo magna scripsit et miranda.

Αἰτιᾷς τὸ μὴ γράφειν, οὐδὲ αὐτὸς ὢν, οἶμαι, τῶν πλεῖστα ἐπεσταλκότων, εἰ μή με (64) ἡ νόσος λῆρον ποιεῖ, καὶ ὧν εὖ πέπονθα ἐπιλήσμονα. Καί τοί γε εἰ μή τι ἄλλο, ὡς ἀποθανοῦσιν ἡμῖν ὁ παρὰ τῶν D Quod non scribam, expostulas, cum ipse, ut puto, non multas litteras miseris, nisi forte me morbus delirum reddit, acceptorumque beneficiorum immemorem. Atqui si nihil aliud, certe nobis,

(53) *Καὶ ἀπροσίτου.* Cod. Reg., Montac. et Morel. καὶ ἀσυγχύτου, *ab una et minime confusa Deitate.*

(54) *Τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα.* Montac. τὴν σὴν ἀδελφότητα, *tuam fraternitatem.*

(55) *Χαρισθείης ἡμῖν καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὸ κοινὸν στήριγμα.* Ita codd. nostri. At Combef. χαρισθείης ἡμῖν καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὸ τῶν Ἐκκλησιῶν κοινὸν στήριγμα. In edit. χαρισθείης ἡμῖν, τῶν Ἐκκλησιῶν τὸ κοινὸν στήριγμα, quod Morel.: *Lætus et probatus nobis in Domino gratificeris, Ecclesiarum commune columen.* Verum, ait Combef., inscitum prorsus *gratificeris.* Morel. sic jam epist. CLXXXIII, idem χαρισθείης active reddiderat, *gratum feceris.*

(56) Alias LII. Scripta eodem circiter tempore.

(57) *Τῆς προσπιπτούσης.* Ita Montac. et Morel. In edit. αὐτῆς προσπιπτούσης.

(58) *Καὶ τὸν τρόπον.* Ita cod. In edit. καί deest.

(59) *Κατὰ τὰς πολλάς.* Deest τάς in cod. Pass.

(60) *Καὶ τὴν ἡμετέραν.* Ita cod. Pass. In edit. καί deest.

(61) *Καὶ ὁ ἄδικος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κριτής.* Cod. 2022 et Combef. καὶ ὁ τῆς ἀδικίας κριτὴς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις.

(62) *Ὅτι οἰκείαν αὐτῇ ποιήσει*, etc. Combef.: *Quin tua pietas, quæ illi externa regio est, faciat propriam*, sic officiis demerendo, ut patriæ commoda et in aliena minime desideratura sit. At quam Billius abscessit, dum vertit : *Quin tua pietas externam quoque mulierem tibi conciliatura sit.*

(63) Alias CXVIII. Scripta anno circiter 384. — *Εὐδοξίῳ.* Ita codd. Pass. B. 3, Montac., Morel. ac Combef. In edit. Φωτίῳ.

(64) *Εἰ μή με.* Ita codd. Reg. B. 3, et Pass., Montac., Morel. ac Combef. In edit. εἰ μή γε.

Digitized by Google

ut morte functis, oratio funebris a te, cujus ars in declamando ac scribendo sita est, debebatur. Atque hic arguendi finis sit : neque enim, cum amice accusemus, id ultra amicitiæ limites facere convenit. Quæ autem de suavissimo filio Nicobulo scribis, magna quidem admodum, et miranda sunt, atque **155** ejusmodi, quæ patris facilitatem iis rebus, quas vult, fidem facile adhibentem, abripere queant. Nos autem tum denique vera esse credemus, cum adolescens documento nobis præbito, nec tuis promissis, nec nostra spe indignum se præbuerit.

σῶν (65) λόγων ὠφείλετο ἐπιτάφιος, ᾧ τέχνῃ τὸ λέγειν καὶ γράφειν. Ὁ μὲν οὖν ἔλεγχος τοσοῦτος (66)· οὐδὲ γὰρ δεῖ φιλικῶς ἐγκαλοῦντας, ἔξω τῶν τῆς φιλίας ὅρων (67) τοῦτο ποιεῖν. Ἃ δὲ περὶ τοῦ γλυκυτάτου υἱοῦ Νικοβούλου γράφεις, μεγάλα μὲν σφόδρα, καὶ θαυμαστὰ, καὶ ἱκανὰ συναρπάσαι (68) πατρὸς εὐκολίαν, ῥᾳδίως οἷς βούλεται καὶ πιστεύουσαν. Τότε δὲ ἀληθῆ εἶναι δεξόμεθα, ὅταν πεῖραν διδοὺς ἡμῖν ὁ νέος, μὴ ἀνάξιος φάνηται (69), ἢ τῶν σῶν ὑποσχέσεων, ἢ τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων.

CLXXXVIII. STAGIRIO.

ΡΠΗ'. ΣΤΑΓΕΙΡΙΩ (70).

Ad audiendum Stagirium Nicobulus suomet ipse consilio se contulit, et patris etiam voluntate, nullatenus vero ex Gregorii sententia, qui tamen his eum litteris Stagirio commendavit.

Eruditione Atticus es? Attici nos quoque. Adolescentibus præes? nos omni ætati. Ad sermonem informas? nos ad mores. Multa nobis inter nos communia sunt. Unum autem pro omnibus, ac præ omnibus, suavissimus noster filius Nicobulus in medio positus; cui tu, ut par est, et doctrinam tuam ostendes, et nostram amicitiam, si modo ea tibi curæ est. Est autem, ni opinione fallor. Nam et veteres athletæ a juvenibus honore habentur, et quidem tantum, quantum etiam victoriæ præmia ipsis offerentes juxta palæstræ leges, grati animi officio fungi existimantur.

Ἀττικὸς σὺ τὴν παίδευσιν; Ἀττικοὶ καὶ ἡμεῖς. Νέων προκαθέζῃ; πάσης ἡλικίας ἡμεῖς. Τυποῖς (71) πρὸς λόγον; ἡμεῖς πρὸς ἦθος. Πολλὰ κοινὰ πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν· ἓν δὲ ἀντὶ πάντων καὶ πρὸ πάντων, ὁ γλυκύτατος υἱὸς ἡμῶν Νικόβουλος ἐν μέσῳ κείμενος. Ὃ σὺ καλῶς ποιῶν, ἐπιδείξῃ καὶ τὴν παίδευσιν, καὶ τὴν ἡμετέραν φιλίαν, εἴπερ σοι μέλει ταύτης. Οἶμαι δέ· καὶ γὰρ ἀθληταὶ παλαιοὶ νέοις τιμῶνται· καὶ τοσοῦτον, ὅσον (72) καὶ τὰ τῆς νίκης ἆθλα προσφέροντες τούτοις, εὐγνώμονες εἶναι νομίζονται περὶ νόμους ἀθλήσεως.

CLXXXIX. EUSTOCHIO SOPHISTÆ.

ΡΠΘ'. ΕΥΣΤΟΧΙΩ ΣΟΦΙΣΤΗ (73).

Huic sophistæ, quem Athenis in litterarum studio socium et amicum videtur nactus esse, præclarum juvenem Pronoium commendat.

Fac Alexandrum imiteris, vir admirande : ac quemadmodum ille, ut Atheniensibus placeret, liberalior erat atque magnificentior, et propterea regni sui theatrum Athenas nunquam non appellabat, eodem modo tu quoque nos aliquid esse arbitratus, quamvis nihil simus, tamen propter idem litterarum studium, et propter ipsas Athenas, ac præterea communes eloquentiæ parentes veritus, da operam ut præclaro Pronoio litterarum ac doctrinæ studium conduplices. Omnino id quod in adolescentem contuleris, in nos conferes, qui et ad accipiendum beneficium idonei sumus, et oratio-

Μίμησαί μοι τὸν Ἀλέξανδρον, ὦ θαυμάσιε· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἵν' Ἀθηναίοις ἁρέσῃ, φιλοτιμότερος ἦν, διὰ ταῦτά τοι (74) καὶ θέατρον ἀεὶ τῆς ἑαυτοῦ (75) βασιλείας τὰς Ἀθήνας ὠνόμαζεν, οὕτω καὶ σὺ τὸ καθ' ἡμᾶς εἶναί (76) τι νομίσας, εἰ καὶ μηδαμῇ, ἀλλ' ἢ τῶν λόγων εἵνεκα καὶ τῶν Ἀθηνῶν αὐτῶν, πρὸς δὲ καὶ τοὺς κοινοὺς πατέρας τῶν λόγων αἰδούμενος, διπλασιάσαι προθυμήθητι τῷ καλῷ Προνοΐῳ τὴν περὶ λόγους σπουδήν. Πάντως ὅ τι ἂν εἰσενέγκῃς τῷ νέῳ, ἡμῖν τοῦτο εἰσοίσεις, οἳ καὶ παθεῖν (77) εὖ ἐπιτήδειοι, καὶ λόγων ἐπαινέται ἴσως οὐ φαῦλοι· εἰ καὶ κατωτέρω σοφιστικῶν θρόνων καθήμεθα, σιωπῇς

(65) *Ὁ παρὰ τῶν σῶν.* Ita codd. Reg. B. 3, ac Combef. In edit. ὁ deest.

(66) *Ἔλεγχος τοσοῦτος.* Ita cod. et Combef. In edit. ἔλεγχος οὗτος

(67) *Τῆς φιλίας ὅρων.* Cod. τῆς φιλοσοφίας ὅρων. Mox τοῦτο deest in cod. Pass.

(68) *Καὶ θαυμαστὰ καὶ ἱκανὰ συναρπάσαι.* Ita Combef. et sic legit Bill. In edit. καὶ ἱκανὰ καὶ θαυμαστὰ συναρπάσαι.

(69) *Ἀνάξιος φάνηται.* Cod. et Combef. φαίνεται. Cod. Reg. ἂν φάνηται. Cod. Pass. ἂν φαίνεται.

(70) Alias CLXXXVIII. Scripta anno circiter 384. — *Σταγειρίῳ.* Cod. Reg. 2022, Στρατηγίῳ.

(71) *Τυποῖς.* Ita cod. 1405 et alter Reg., sicque legit Bill. In edit. τυπεῖς.

(72) *Καὶ τοσοῦτον, ὅσον.* Ita cod. 2022, et R. ἂν Combef. In edit. καὶ τοσοῦτον, ὥστε.

(73) Alias CXI. Scripta eodem forte anno vel etiam superiori.

(74) *Φιλοτιμότερος ἦν, διὰ ταῦτά τοι.* Ita codd. Reg. B. 3, R. et Combef. At Montac. et Morel. φιλοτιμότερος ἦν ταῦτά σοι. In edit. φιλοτιμούμενος ἦν ταύτῃ τοι, quod Bill. : *Atheniensibus placere studens, propterea regni sui theatrum Athenas appellabat.* Melius forte, *magnifice liberalis erat, ac propterea*, etc.

(75) *Τῆς ἑαυτοῦ.* Ita cod. Montac. et Morel. In edit. αὐτοῦ.

(76) *Τὸ καθ' ἡμᾶς εἶναι.* Ita cod. et Combef. qui reddit : *Sic quemadmodum aliquo nos habuisti in numero, quanquam nulla alia ratione quam litterarum, ipsarumque Athenarum causa, ac præterea communium litterarum, parentum reverentia motus* In edit. τό deest.

(77) *Οἳ καὶ παθεῖν.* Montac. et Morel. οἳ καὶ τὸ παθεῖν.

Digitized by Google

ἀκίνδυνον γέρας ἡμῖν αὐτοῖς ἐπιτάξαντες (78). num haud mali fortasse atque contemnendi laudatores ; etiamsi infra sophisticos thronos desideamus, quod videlicet periculo vacuum silentii munus nobis ipsis indixerimus.

ΡΛ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (79). 156 CXC. EIDEM.

Eustochius, iniquo ferens animo Nicobulum, se posthabito, ad audiendum Stagirium accessisse, non tantum Eudoxium artis ejusdem sectatorem et professorem, quæ erat sophistarum invidia et æmulatio, maledica oratione laceravit, verum etiam Gregorium, ex ejus sententia ratus Nicobulum ad audiendum Stagirium accessisse, dicteriis insectatus est, ipsi per litteras Stagirismum *exprobrans. Gregorius hac epistola primum se purgat quod Nicobulum Stagirio commendavit. Deinde graviter admodum in maledicendi sophistarum impotentiam invehitur, remque indignam prorsus viro hujus ætatis publice alium infamare, ac vicissim infamari, asserit, tam pernicioso iis, quos instituunt, adolescentibus exemplo, etc.*

Ὦ Ὀδυσεῦ (80), μάλα πῶς με καθίκεο, Στα- A γειρισμὸν ὀνειδίζων, καὶ κατασοφιστεύων ἡμῶν ἐπιμελέστατα. Καὶ σοῦ τὴν παῤῥησίαν ἐπαινῶ, ἐφ' οἷς γράφεις (81) ἃ γράφεις. Κρεῖσσον γὰρ, ἐκλαλεῖν τὸ λυποῦν, ἢ ἠρεμεῖν, ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας (82). Ἔχω τι καὶ ἐγκαλεῖν. Ὅμως δὲ ἵνα νόμον (83) φυλάξω δικαστικὸν, ἀπολογήσομαι πρότερον, εἶτα κατηγορήσω· καὶ ἀμφότερα μετὰ τῆς ἴσης εὐνοίας. Τῷ καλῷ Σταγειρίῳ προσῆλθεν Νικόβουλος ὁ ἐμὸς, οὔ τι καθ' ἡμέτερόν γε νόον (84), μὴ τοῦθ' ὑπολάβῃς· οὐχ οὕτως ἢ τῶν Ἀθηνῶν ἐπιλήσμων ἐγὼ, ἢ τῆς σῆς φιλίας καὶ ἑταιρείας· ἀλλ' ὥρμησε παρ' ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς οὕτω θελήσαντος· παρ' ἐμοῦ δὲ διὰ τῶν γραμμάτων ἐνεχειρίσθη. Τί τοῦτο ἄφιλον ἢ ἀπάνθρωπον; Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπολογίαν ἔχεις, δέξαι καὶ τὴν κατηγορίαν.

O Ulysses, scite sane me perstrinxisti, Stagirismum exprobrans, sophisticoque artificio studiosissime me versans et exagitans. Atque istam animi libertatem laudo, quod ea scribas, quæ scribis. Præstat enim id eloqui quod animum ægre habet, quam quiescere, perinde atque eloqui nesciamus. Ipse quoque aliquid habeo, quod te accusem. Verumtamen ut fori ac judiciorum legem servem, prius tibi ad ea, quæ objicis, respondebo, postea autem accusabo ; atque utrumque pari cum benevolentia faciam. Ad Stagirium virum optimum Nicobulus meus accessit, haudquaquam de nostra sententia, ne hoc existimes ; non enim ita vel Athenarum, vel amicitiæ tuæ et sodalitatis, immemor sum : verum suomet ipse consilio et de patris voluntate ad eum se contulit, a me autem illi per litteras traditus est et commendatus. Quid hic ab amicitia aut humanitate alienum feci? Quoniam autem purgationem nostram habes, accusationem quoque accipe.

Οὐκ ἐπαινῶ σου τοὺς Κοροπλάθους, καὶ τοὺς B Τελχῖνας (85), οἷς βάλλεις κακῶς τὸν ἀντίτεχνον,

Coroplathos illos tuos, et Telchinas minime laudo, quibus artis æmulum perperam insectaris ;

(78) *Αὐτοῖς ἐπιτάξαντες*. Montac. et Morel. ἐπιτεύξαντες. Ita et Combef. qui vertit : *Qui ipsi vacantis periculo silentii præmium munusque felici faustoque successu simus adepti.*

(79) Alias LXI. Scripta anno 384.

(80) *Ὦ Ὀδυσεῦ*. Verba sunt Menelai ad Ulyssem, cum ab eo ignaviæ nomine verbis acerrimis perstrictus esset. *Iliad.* lib. XIV, 104.

(81) *Ἐφ' οἷς γράφεις*. Legendum nonnulli vellent ἐφ' ἧς γράφεις, *qua scribis, quæ scribis.*

(82) *Ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας*. « Ex tot corruptis codicibus, inquit Bill., minus corruptum hic secutus sum, eum nempe qui Haganoæ typis Joan. Sec. excusus est, anno 1528, ubi habetur ὡς ἐκεῖνον ἀγνοοῦντας, ubi tamen ἐκεῖνο legendum. In duobus aliis exemplaribus ita legitur: Κρεῖσσον ἐκλαλεῖν τὸ λυποῦν, ἢ ἡμερεῖν ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας, hic quid significare possit, ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας, equidem non video, nec quis sensus erui queat. Proinde pro ἐρεῖν, ἐλεῖν, potius legendum censerem, ut sit sensus : *Præstare animi dolorem præ se ferre ac detegere quam premere et occultare, eosque tacite condemnare qui nullius culpæ sibi conscii sint, facile se purgaturi, si doloris causa ipsis aperiretur.* Quam tamen conjecturam non quasi ex tripode prolatam accipi volo, sed ut ab animo studiorum sacrorum pro virili juvandorum cupidissimo profectam. » Lectionem Billii retinendam censuimus, non versionem; reddit autem : *Præstat enim id quod animum male habet, efferre atque expromere, quam quiescere, perinde atque id ignoremus.* Hæc versio nobis non recte Græco respondere videtur. Aliam lectionem exhibent cod. et Reg., quam Combef. cognovit, nobisque non displicet : Κρεῖσσον γὰρ ἐκλαλεῖν τὸ λυποῦν, ἢ ἐρήμην αἱρεῖν ἀγνοοῦντας. *Præstat enim id eloqui quod animum ægre habet, quam ignorantes indicta causa damnare.* Ἡ ἐρήμη subaudito substantivo δίκη, causa indicta, id est altera parte absente : ἐρήμην αἱρεῖν, indicta causa damnare, vulgo *par contumace* et *par défaut.* Ἐρήμη δίκη dicitur de reo, ait Suidas, qui vadimonium deserens, nec in judicio se sistens, a judicibus condemnatur.

(83) *Ἐγκαλεῖν. Ὅμως δὲ ἵνα νόμον*. Ita cod. et Combef. In edit. ἐγκαλεῖν ὅμως. Ἵνα δὲ νόμον.

(84) *Οὔ τι καθ' ἡμέτερόν γε νόον*. Aliud Homeri hemistichium, *Iliad.* IX, 108. Verba sunt Nestoris quibus Agamemnonem hortatur ut cum Achille in gratiam redeat. Hæc Billius.

(85) *Οὐκ ἐπαινῶ σου τοὺς Κοροπλάθους καὶ τοὺς Τελχῖνας*. Illis verbis adversarium suum Eustochius insectabatur. Κοροπλάθος autem, ut Christodulus docet, figulum proprie significat puparum et hujusmodi imaguncularum. Hæc Bill. At Suidas : *Qui effigies puerorum*, inquit, *et quorumvis animalium, quibus pueri vel puellæ decipiuntur, ex cera vel gypso conficiunt, qui ex luto vel alia hujusmodi materia pupas fingunt, Κοροπλάθοι vocantur.* De Telchinibus, ait Bill., varia est opinio. Quidam enim eosdem fuisse credunt Curetas, Cabyros, Telchinas, Corybantes et Idæos Dactylos, qualem Sceptium fuisse scribit Strabo lib. X. Alii cognatos fuisse existimant, nonnihilque differre, omninoque furore quopiam motos. Telchinas porro fascinatores fuisse ferunt et maleficos quod Stygiam aquam animalibus et stirpibus perniciei gratia inspergerent; qua ex re calamitates, fames et pestes consequerentur. Cujus sententiæ est Tzetzes *Hist.* lib. CXIII, qui etiam Telchinas numerat Adæum, Magalesiam, Omenum, Lycum, Myconem, Mimonem. Nonnulli tamen contrarium sentiunt, et arti-

Digitized by Google

quandoquidem usus obtinuit, ut ejusdem artis professores ἀντίτεχνοι, id est, artis æmuli atque adversarii vocentur. **157** Quousque enim ista? Nunquamne sophisticæ huic obtrectationi et maledicentiæ finem statuemus? An exspectabimus, dum mors ab hac improbitate nos abrumpat? Juveni enim fortasse, honoris cupiditate flagranti, opibusque inhianti, qui hæc modo parce faciat, nonnihil veniæ dari possit (libet enim in gratiam tuam Demosthenis verbis aliquantulum uti) : hominem autem id ætatis, atque hoc rerum statu, publice alium infamare ac vicissim infamari, intempestivum prorsus et pertinacis contentionis plenum ; non solum quia hoc omnino inhonestum et sordidum est, sed etiam quia mira est hujus rei facilitas, perinde ac *fluctus reciprocantis*. Etenim ut cum Homero rursus loquar :

Dictum tale feres, quale et jam dixeris ipse.

Radentem porro vicissim radere nequaquam reprehendendum est.

Quæ igitur hæc sapientia est cum virtute vincere liceat, vitio superari, aut etiam superare, quod multo pejus est? At hoc quoque nomine, ut vere loquar, judices accusandos esse censeo, quod, quæ pro tribunali damnant, eadem cum audiunt, laudant. Nec id solum, sed multos etiam habent, qui simul laudent, ac vitium accendant, atque huc usque in partes et studia dissecti sint. Atqui convenit ut, si hæc falsa existimentur, non laudentur : si autem vera esse credantur publice, judicentur ; aut etiam hanc rationem adhibere, ut si falsa objiciuntur, accusatores coarguantur ; sin vera, ii adversus quos oratio habetur ; non autem permittere ut nobilium virorum existimatio, res maximi ponderis, tam facile ludibrio adhibeatur.

Quare, si meo consilio paretis (utrumque enim alloquor), hujusmodi sermones et vituperationes valere sinite, si nihil aliud, canitiei certe reverentia, aut etiam rerum turpissimarum lassitudine. Ipsi vero in animum inducite veteri proverbio obsequi, quod virtutis cultum amplecti jubet, cum satis ad victum amplæ facultates sunt. Nec cum vobis ipsis, tum juvenum spei insidias comparate,

ἐπειδὴ νενίκηκε τοὺς ὁμοτέχνους ἀντιτέχνους καλεῖν. Μέχρι τίνος γὰρ ταῦτα; καὶ ποῦ στησόμεθα τῆς σοφιστικῆς ἐπηρείας; ἕως ἂν τί γένηται; ἕως ἂν θάνατος ἡμᾶς διακόψῃ τῆς πονηρίας; Ταῦτα γὰρ νέον μὲν ὄντα, φιλοτιμίας ἠττώμενον, κέρδους μεταποιούμενον, καὶ τότε μετρίως ποιεῖν, ἔχει τινὰ συγγνώμην (μικρὸν γάρ τι Δημοσθενήσω σὴν χάριν)· ἐν τούτῳ δὲ τῆς ἡλικίας, καὶ οὕτω πράττοντα, κυρίττειν τε καὶ κυρίττεσθαι (86), παντελῶς ἄωρον καὶ φιλόνεικον, οὐ μόνον ὅτι ἀπρεπὲς κ:ὶ παντάπασιν ἀνελεύθερον, ἀλλ' ὅτι καὶ ῥᾳστώνη πολλὴ τοῦ πράγματος,

Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις (87),

καθάπερ *ῥεύματος ἀντιστρέφοντος*· πάλιν γὰρ Ὁμήρῳ συγχρήσομαι·

. . . *Τὸν ξύοντα δὲ ἀντιξυεῖν*

παντελῶς ἀνεπίφθονον.

Τίς οὖν ἡ σοφία, ἐξὸν ἀρετῇ πρωτεύειν, ἡττᾶσθαι κακίᾳ, ἢ καὶ νικᾷν, ὃ πολλῷ χεῖρόν ἐστιν; ἀλλ' ἐγώ γε καὶ τῶν δικαστῶν τοῦτο μέμφομαι, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, ὅτι ἃ κολάζουσι κρίνοντες, ταῦτα ἐπαινοῦσιν ἀκροώμενοι. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔχουσι τοὺς συνεπαινέτας, καὶ τὴν κακίαν ἀνάπτοντας, καὶ ταῖς σπουδαῖς ἄχρι τούτου μεμερισμένους· δέον, εἰ μὲν ἀπιστεῖται, μὴ ἐπαινεῖσθαι· εἰ δὲ πιστεύεται, δημοσίᾳ κρίνεσθαι· ἢ οὕτω, εἰ μὲν ψευδῆ, τοὺς κατηγόρους ἐλέγχεσθαι (88)· εἰ δὲ ἀληθῆ, τοὺς καθ' ὧν ὁ λόγος· καὶ μὴ οὕτω, μέγιστον πρᾶγμα, τὴν τῶν εὖ γεγονότων ὑπόληψιν, οὕτω ῥᾳδίως παίζεσθαι.

Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε (πρὸς γὰρ ἀμφοτέρους ὁ λόγος), τοὺς μὲν τοιούτους λόγους καὶ ψόγους χαίρειν ἐάσατε (89), εἰ μή τι ἄλλο, τὴν πολιὰν αἰδούμενοι, ἢ καὶ ἀποκάμνοντες (90) ἐν τοῖς αἰσχίστοις. Αὐτοὶ δὲ βουλεύσασθε (91) τὴν παλαιὰν τιμῆσαι παραίνεσιν, τὴν, ὅταν ὁ βίος ἱκανὸς ᾖ (92), ἀρετὴν ἀσκεῖσθαι κελεύουσαν. Καὶ οὐκ ἐπιβουλεύσετε μὲν ὑμῖν αὐτοῖς (93), ἐπιβουλεύσετε δὲ ταῖς τῶν νέων ἐλπίσιν,

bus illos præstantes fuisse volunt. De toto hoc maleficiorum genere, vide Gyraldum lib. *De diis gentium*. De Telchinibus autem vide Suidam ad vocem Τελχῖνες, et Erasmum in Adagio, *Novi Simonem, et Simon me*.

(86) *Κυρίττειν τε καὶ κυρίττεσθαι*. Non male Bill. metaphoram reddidit, sed legisse videtur κηρύττειν τε καὶ κηρύττεσθαι. Sic habet cod. Reg. Combef. κυρίττειν τε καὶ κυρίττεσθαι, *cornibus petere ac vicissim peti*, petulcorum arietum more ; quæ grammaticis, inquit, usitata vocis acceptio et auctoribus probata. Hoc fortasse significavit Horatius in *Odis : Parata tollo cornua*.

(87) *Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις. Talia audies, qualia in alios dixeris*. Billius : *Dictum tale feres quale ante interseris ipse*. Verba sunt Æneæ ad Achillem, *Iliad*. lib. xx, vers. 250.

(88) *Κατηγόρους ἐλέγχεσθαι*. Cod. et Reg. κατηγόρους κολάζεσθαι, *accusatores coerceantur*. Sic etiam Montac. et Morel.

(89) *Χαίρειν ἐάσατε*. Forte legendum ἐάσετε, *valere sinetis*.

(90) *Ἀποκάμνοντες*. Ita cod. In edit. ἀποκαμόντες.

(91) *Βουλεύσασθε*. Legendum forte βουλεύσεσθε. Combef. βουλεύσοισθε.

(92) *Ὅταν ὁ βίος ἱκανὸς ᾖ*, etc. Ad hoc proverbium alludit Horatius, *Epist*. I.

..... *O cives, quærenda pecunia primum est,*
Virtus post nummos.....

(93) *Οὐκ ἐπιβουλεύσετε μὲν ὑμῖν αὐτοῖς*. Ita cod. et Reg. At Montac. et Morel. οὐκ ἐπιβουλεύσεται μὲν οὖν ὑμῖν αὐτοῖς. Legisse videtur Bill., aut saltem legendum censuisse μηδὲ ὑμῖν αὐτοῖς. In edit., ἡμῖν αὐτοῖς. Mox, μηδὲ ταῖς τῶν νέων.

Digitized by Google

οἳ πάντως ἂν τὰ δεινότατα πάθοιεν, εἰ λόγους ἀσκούμενοι κακίαν μάθοιεν, καὶ ταύτην οὐκ ἄμισθον, ὥσπερ οὐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ ταύτης ἔχοντες ὑμᾶς διδασκάλους. Εἰ δέ σοι φορτικὸς εἶναι δοκῶ ταῦτα γράφων, ἄμυνέ με (94) τοῖς ἴσοις, καὶ αὐτός τι παραινέσας τῶν χρησίμων, ἵν' ἢ πειθόμενον ὠφελῇς, ἢ ἐγκαλῇς (95) ἀντιτείνοντι.

A qui profecto gravissima injuria afficientur, si litterarum studia colentes, vitium addiscant, et quidem non sine mercede; perinde **158** ac vos, non virtutis, sed vitii magistros habeant. Quod si molestus esse videor, hæc scribens, iisdem rebus me ulciscere, utile quoque aliquod consilium mihi offerens, ut vel præceptis tuis obtemperanti prosis, vel repugnantem accuses.

ΡΛΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (96).

CXCI. EIDEM.

Ut veritas odium parit, Eustochium quasi crabronem *tam sapiens, tamque amica* irritavit *admonitio,* linguamque ad maledicendum paratiorem *facile concitavit Gregorius. Eustochii maledictis hac brevi, sed acutissima epistola, rescripsit Theologus, se* admodum non cruciari, *simulque monet, ut* linguam, si fieri potest, coerceat.

Οἷον ἠγνόησα! ὡς σκαιὸν λίαν καὶ ἀπαίδευτον! ἄνδρα σοφιστὴν ἐνουθέτησα τῆς ἀπονοίας (97), καὶ οὐδὲ ὑπὸ τῆς παροιμίας τῆς ἰδιωτικῆς ἐπαιδεύθην, φαλακρὸς ὢν κατὰ κριοῦ μὴ νυστάζειν ἀντὶ προσώπου (98), μηδὲ σφηκίαν ἐγείρειν κατ' ἐμαυτοῦ (99), γλῶσσαν πρὸς τὸ κακῶς λέγειν ἑτοιμοτέραν. Τούτῳ μὲν οὖν οὐ πάνυ τι (1) δυσχεραίνω (μετὰ πολλῶν γὰρ προσετέθην, ὡς γε πυνθάνομαι, εἰ δὲ ζώοις (2), καὶ πρὸ πολλῶν)· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι μὴ ἐπιστεύθην φιλικῶς τοῦτο ποιεῖν. Πλὴν ὑγιαίνοις καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν, καὶ τὴν γλῶσσαν κατέχοις, εἰ δυνατόν· ἀλλὰ νῦν τό γε ἡμέτερον (3) στέρξομεν.

Quale illud est, quod ignoravi! quam stultum et ineptum! Virum sophistam commonui vecordiæ, ac ne a vulgari quidem proverbio eruditus sum, ut, cum calvus essem, cum ariete obversa fronte ne congrederer, nec crabronem in meipsum irritarem, hoc est, linguam ad maledicendum paratiorem. Quanquam illud quidem non admodum me discruciat (multis enim, ut audio, adjunctus sum: ac si vixeris, multis etiam anteponar). Hoc vero acerbius me angit, quod tibi minime probavi me hoc amico animo facere. Et tamen opto, ut tum corpore, tum animo valeas, ac linguam, si fieri possit, coerceas: nunc autem, quod ad nos attinet, æquo animo feremus.

ΡΛΒ'. ΣΤΑΓΕΙΡΙΩ (4).

CXCII. STAGIRIO.

Eudoxii maledicta non tulit Stagirius; sed cum par esset certare, et respondere paratus, ipse etiam Eustochium lingua dicaciori mutuo incessit. Quos inter medius, pacisque sequester prodiit Gregorius, datis ad Stagirium etiam ea de re litteris. Hæc enim ad eum scripta est epistola, ut manuscriptis constat, non autem ad Timotheum, ut editi libri præ se ferunt, contra codicum auctoritatem; quæ tametsi non adesset, epistolæ tamen argumentum dicere non sineret eam ad Timotheum scriptam. Sophistis ut arma deponant quidvis pollicetur, amicitiam, laudes, suam ipsorum et omnium utilitatem; alioquin et sibi et Nicobulo injuriam fieri, ac eos vitii potius quam virtutis magistros adolescentulis reipsa futuros, spesque eorum qui se illorum fidei commisere, falli contestatur

Παῤῥησιάσομαί τι πρὸς σέ· καὶ γὰρ πέφυκα οὕτω, καὶ βούλομαι. Εἰ δὲ μὴ μεταδοίης ἡμῖν (5) τὸν Νικό-

Liberius aliquanto ad te loquar: sic enim natura comparatus sum, ac volo. Si Nicobulum

(94) *Ἄμυνέ με.* Ita cod. Reg., Montac. et Morel. At Combef. ἄμυναί με. In edit. ἄμυναί μοι. Mox Montac. et Morel. παραινέσων.

(95) *Πειθόμενον ὠφελῇς, ἢ ἐγκαλῇς.* Ita cod. Reg. et R. In edit. πειθόμενον ἐπαινῇς, ἢ ἐγκαλεῖς, quod Bill.: *vel obtemperantem præceptis tuis laudes, vel accuses.*

(96) Alias LXII. Scripta eodem anno.

(97) *Ἐνουθέτησα τῆς ἀπονοίας.* Ita cod. et Reg. In edit. ἐνουθέτητα. Ὦ τῆς ἀπονοίας, quod Bill.: *Virum sophistam castigare institui. O singularem audaciam!*

(98) *Μὴ νυστάζειν ἀντὶ προσώπου.* Ita cod. At cod. Reg. μὴ νευστάζειν. Cod. R. et Pass. κατὰ προσώπου. In edit. νυστάζειν ἀντιπρόσωπος. Suo periculo legendum proponit Combef. κερατίζειν κατὰ προσώπου, sicque reddit Bill.: *Cum calvus sis, cum ariete obversa fronte ne congrediaris;* et, *Crabonem ne provoces;* paræmiæ sunt quibus docemur minime lacessendos esse homines suapte natura irritabiles. A Gregorio adagium hoc mutuatur Erasmus.

(99) *Μηδὲ σφηκίαν ἐγείρειν κατ' ἐμαυτοῦ.* Ita cod. Montac., Morel. ac Combef. At Pass. ἀνεγείρειν. In edit. ἐγείρειν deest. Vide Erasmum in adagio, *Irritare crabrones,*

(1) *Τούτῳ μὲν οὖν οὐ πάνυ τι.* Montac. et Morel., τι omisso, τοῦτο μὲν οὖν οὐ πάνυ.

(2) *Εἰ δὲ ζώοις.* Combef., εἰ δὲ ζώῃς. *Multis adjunctus sum,* id est, ait Bill., multos alios virulenta lingua procidisti; quod si etiam vita longior tibi contigerit, primum inter eos locum tenebo. In me enim stylum potissimum acues, atque impurissimo ore debacchaberis.

(3) *Ἀλλὰ νῦν τό γε ἡμέτερον.* Cod. Pass. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ νῦν τὸ ἡμέτερον. At Combef. τό γε ὑμέτερον, *vestra illa probra feremus.*

(4) Alias CXCI. Scripta eodem circiter tempore. —*Σταγειρίῳ.* Ita cod. Reg., Tillem. ac Combef. At Montac. et Morel. Σταγιρίῳ. In edit. τῷ αὐτῷ, id est, Timotheo.

(5) *Εἰ δὲ μὴ μεταδοίης ἡμῖν.* Addenda Bill. videntur ἐμέ τε καὶ Νικόβουλον ἀδικήσεις. Vertit autem: *Quod si hanc libertatem,* loquendi scilicet, *minime concedas, et mihi, et Nicobulo injuriam facies.* Combef. intricatas esse primas voces, et aliquid desiderari existimat, quod sic possit restitui: Μεταδὸς ἡμῖν τὸν Νικόβουλον, εἰ δὲ μὴ μεταδοίης, ἡμῖν ἀδικήσεις, *cede nobis Nicobulum; quod si non cesseris, injuste feceris.* Contendebant enim sophistæ, uter Nicobulum puerum litteris imbuendis acciperet. Hunc hortatur ut cedat, ne ipse incurrat in

Digitized by Google

m hi minime concesseris, injuste ages. Nam et amici animum offenderimus, et nihil amplius a te habuerimus. **159** Sin autem, quantum speramus dederis, probi candidique viri officio fungeris, atque utrumque nobis præclarissime se habebit. Nam et illi satisfaciemus, et te laudabimus. Quod si etiam hoc nobis concedis, ut te quoque paterne moneamus, ne tu pro tua imperandi consuetudine consilium nostrum asperneris : viri in hujusmodi rebus haud rudis et imperiti sermonem accipe. Tandem aliquando tela deponite, ac fundas, et atrociores hastas, id est, linguas, quibus vos mutuo incessitis et vulneramini, idque applaudentibus ac laudantibus iis, quos vestri studiosos habetis. Et quidem eas hoc magis deponite, quod promptius paratiusque armis telum istud est; ne alioqui vitii potius quam virtutis duces adolescentulis exsistatis, si non verbis, at certe rebus ipsis. Nam quibus rebus, cum fiunt, quisque delectatur, easdem etiam tacens, suadet. Hoc si feceritis, tum vobis ipsis proderitis, tum nos amicos habebitis, nec spes eorum qui fidei vestræ se commiserunt, falletis. Atque hæc tibi, pro laboribus Nicobuli causa susceptis, merces sit. Quod si plenius experimentum sumpserimus, pleniorem etiam his laudem tibi persolvemus.

A

B

CXCIII. PROCOPIO.

ΡΛΓ'. ΠΡΟΚΟΠΙΩ (13).

Exeunte anno 384, *vel potius ineunte* 385, *hæc scripta est epistola. Cum enim Olympiadem, de cujus nuptiis in ea agitur, scribat Palladius* (14), vix viginti menses in matrimonio egisse, cum maritus ejus naturæ debitum solvit; *constet autem Nebridium, cui, eodem auctore, illa nupserat, primum sub Theodosio Magno comitem privatarum rerum, ac deinde urbis Constantinopolitanæ præfectum, vel, ut habet Palladius, expræfectum, in vivis adhuc fuisse tertio Kalendas* (15) *Julii, Honorio et Eudoxio consulibus, hoc est, anno* 386, *quo ad eum de* Edititiis actionibus *lex data est, cui etiam superstes parumper fortasse fuerit; non potuere Olympiadis nuptiæ ante exeuntem annum* 384, *vel potius annum* 385 *ineuntem celebrari; neque adeo Gregorius de* suæ, *ut vocat, imo* filiæ *Olympiadis nuptiis, iisque velut celebratis ante anni* 385 *primordia scribere, ac invitanti Procopio se, quod non adfuisset, excusare. Quis ille sit Procopius jam diximus; hic addere sufficiat, patris loco eum Olympiadi avunculum, patruumve ac tutorem fuisse.*

Sentio, quod crimen mihi objicias, etiamsi id reticeas. Nuptias celebramus, forsan dixeris, idque aureæ tuæque Olympiadis, ac grex episcoporum aderat : tu vero aberas, vir egregie, vel dedignatus, vel gravatus. Neutrum horum, o admirande. Sed fieri non poterat, ut qui tragice se haberet, comice festum diem ageret; ac simul omnino intempestivum est atque a nuptiis alienum, podagricos duos videre, qui inter saltitantes circumferantur, et rideantur. Libet enim tecum nonnihil quoque nuptiali more ludere. Nam alioqui, quantum ad voluntatem attinet, et adsum, et simul festum celebro, juvenilesque dextras in-

C

Αἰσθάνομαί σου (16) τῶν ἐγκλημάτων καὶ σιωπῶντος. Γάμους εἰστιῶμεν, ἴσως ἐρεῖς, καὶ ταῦτα τῆς χρυσῆς Ὀλυμπιάδος καὶ σῆς, καὶ παρῆν ἐπισκόπων ὅμιλος· σὺ δὲ ἀπῆς ἡμῖν, ὁ γεννάδας, ἢ ἀπαξιώσας, ἢ κατοκνήσας. Οὐδέτερον, ὦ θαυμάσιε. Ἀλλ' οὐκ ἦν, οἶμαι, πράττοντα τραγικῶς, πανηγυρίζειν κωμικῶς, καὶ ἅμα παντελῶς ἄωρον (17) καὶ οὐ γαμικὸν, δύο ποδαλγοὶ περιφερόμενοι καὶ γελώμενοι, μέσοι πηδώντων· ἵνα τί σοι καὶ προσπαίζωμεν γαμικῶς. Ἐπεὶ τῷ γε βούλεσθαι, καὶ πάρειμι, καὶ συνεορτάζω, καὶ τῶν νέων τὰς δεξιὰς ἀλλήλαις τε ἐμβάλλω, καὶ ἀμφοτέρας τῇ τοῦ Θεοῦ. Πρέπει γὰρ ὥσπερ ἄλλο σοι πᾶν ἀγαθὸν, οὕτω δὴ καὶ (18) τὴν συζυγίαν ἐπὶ

D

alterius offensam. Verum sine addito cohærent omnia, nec supplendum quidquam nobis offerunt vel codd. nostri, vel quos videre Montac. et Morel.

(6) *Τὴν συμβουλήν.* Ita cod. 1405 ac Combef. In edit. τὴν βουλήν.

(7) *Κατ' ἀλλήλων.* Combef. ἀλλήλους.

(8) *Τοσούτῳ μᾶλλον.* Ita cod. 1405 et Combef. In edit. τοσοῦτον μᾶλλον.

(9) *Ἐξηγῆσθε.* Ita cod. et Combef In edit. ἐξηγεῖσθε.

(10) *Ποιῆτε.* Ita cod. 1405 et Combef. In edit., ποιεῖτε.

(11) *Τῶν πεπιστευκότων.* Combef. : *qui fidei vestræ adolescentes commiserunt.*

(12) *Οὗτός σοι.* Ita cod. 1405, et Combef. In edit. οὗτός μοι.

(13) Alias LVII. Scripta eodem tempore.

(14) *De vita cler.* cap. 17, p. 460.

(15) Gotefred., t. VI, p. 374.

(16) *Αἰσθάνομαί σου.* Ita cod. Reg. In edit. σου deest.

(17) *Ἅμα παντελῶς ἄωρον.* Forte legendum θέαμα παντελῶς ἄωρον, *spectaculum omnino intempestivum.* Mox, pro ποδαλγοί, cod. Reg. ποδαγροί.

(18) *Οὕτω δὴ καί.* Ita cod. et Reg. ac Combef. In edit. οὕτω σοι καί.

Digitized by Google

παντὶ βελτίστῳ γενέσθαι καὶ κατὰ τὰς κοινὰς ἡμῶν A ter se jungo, atque utrasque **160** Dei manui.
εὐχάς. Convenit enim, ut quemadmodum alia tibi omnia bona, ita matrimonium quoque in optimum quemque finem et secundum communia nostra vota fiat.

ΡΛΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (19).

CXCIV. EIDEM.

Aliam fratris sororisve filiam in matrimonium collocavit Procopius, scribendique iterum occasionem Gregorio præbuit. Tardius licet scripta forsitan hæc epistola fuerit, eam hic collocare, quod ejusdem sit argumenti ac superior, visum est. Excusat se iterum quod nuptiis non adfuerit, et gratulatur Procopio Gregorius, eumque ut se totum ad rerum supernarum studium conferat, hortatur.

Ἰδοὺ καὶ δεύτερός σοι γαμβρός· καὶ τὸ γλυκὺ φορτίον ἀποσκευάζῃ (20), καλῶς ποιῶν. Ἀργοὶ δὲ ἡμεῖς, ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις· ὡς δὲ ὁ ἀληθὴς λόγος, ἀσθενεῖς, οὐκ ἀργοί (21). Πλὴν καλῶς ἡμῖν ἔχει τὰ ἐκ Θεοῦ. Τῶν μὲν γὰρ θορύβων ἄλλοις παρεχωρήσαμεν, τῆς φιλοσοφίας δὲ ἡμεῖς ἀπολαύσομεν (22), B ἐπειδὰν Θεῷ συσταλῇς, καὶ ὅλως τῶν ἄνω γένῃ, μηδενὶ δεσμῷ κατεχόμενος. Καὶ νῦν δὲ τοῖς γάμοις συνεισφέρομεν τὰς εὐχάς, ἃς ἔδει δωροφορεῖν ἡμᾶς (23) τὸ κάλλιστον

En alter tibi quoque gener, et dulce onus excutis, rem laudabilem faciens. Nos vero desides, ut ipse fortasse dixeris : ut autem vere dicam, infirmi, non desides. Cæterum quæcunque a Deo, recte nobis eveniunt. Nam tumultus quidem aliis concessimus ; nos autem philosophia fruemur, posteaquam ad Deum collectus fueris, totumque te ad superarum rerum studium contuleris, nullo jam vinculo præpeditus ac detentus. Ac nunc preces, quas, ut donum omnium pulcherrimum, nos offerre oportebat, nuptiis largimur.

ΡΛΕ'. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΑΡΧΟΝΤΙ (24).

CXCV. GREGORIO PRÆSIDI.

Sororem suam, ejusque liberos, qui, mortuo Nicobulo patre, a quibusdam vexabantur, Gregorio præsidi commendat Theologus hac epistola, quæ citius anno 385 scripta non est ; siquidem hoc anno Nicobulus filium suum sophistis erudiendum tradidisse invenitur. Vitam autem cum morte non tardius anno 385 commutasse, cum Tillemontio existimamus.

Οὐκ ἐπαινῶ τὸν Ἡσίοδον, ὅτι τοὺς ὁμοτέχνους ἀντιτέχνους ὠνόμασε,

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ (25) κοτέει, (λέγων,) καὶ [τέκτονι τέκτων.

Hesiodum minime laudo, qui ejusdem artis opifices, vocavit æmulos his verbis :

Et faber est fabro, figulo figulusque molestus.

Οὐ γὰρ φθονεῖ μᾶλλον, ἢ προστρέχει τε καὶ ἀσπάζεται, ὡς ἐμὸς λόγος, καὶ ὡς οἰκείου περιέχεται. Ἀοιδὸς δὲ ἀοιδῷ τοσούτῳ πλέον (26), ὅσῳ καὶ λόγος ἐστὶ τούτοις τὸ σπουδαζόμενον. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς πεπονθὼς πρὸς τὴν σὴν λογιότητα, εἰ μὲν οὕτως εἶχον τοῦ σώματος, ὥστε ταῖς τῆς ψυχῆς ὁρμαῖς ὑπουργεῖν δύνασθαι, οὐκ ἂν μέ τις ἔφθη καὶ προσδραμὼν (27), καὶ περιπτυξάμενος, καὶ τὰ ἐπιβατήρια προσφθεγξάμενος. Ἀλλ' ἡλίῳ μὲν ἐπισκοτεῖ νέφος, ἐμοὶ δὲ καὶ ἡ ἀῤῥωστία, καὶ τὸ φθονερὸν τοῦτο σαρκίον καὶ δεσμωτήριον. Ἆρα δέξῃ μου τὴν ἐπιστολὴν ἀντὶ τῆς παρουσίας; ναὶ δέξῃ, λόγιός τε ὢν (28), καὶ συγγνώμων, εὖ οἶδα τοῦτο, καὶ οὐκ εἰκάζειν ἔχω.

C Neque enim, mea quidem sententia, magis invidet quam accurrit, et exosculatur, ac velut familiarem et necessarium complectitur. Cantor autem eo magis cantori adjungitur, quod eorum opera circa vocem versatur. Quo etiam ipse modo erga eloquentiam tuam affectus, si quidem eo corporis statu essem, ut animæ cupiditatibus observire posset, nemo me prior ad te complectendum accurrisset, ac magistratum ineuntem consalutasset. Verum, ut solem nubes obscurat, ita me morbus, atque invidum hoc corpusculum et ergastulum. Accipiesne igitur **161** præsentiæ vice epistolam meam? Accipies profecto, utpote æquus et ad

(19) Alias LVIII. Scripta incerto tempore.

(20) Ἀποσκευάζῃ. Ita cod. et Reg. Sic Bill. auctoribus libris Italicis. In edit. ἀποσκευάζεις, *dulce* D *onus commode excutis*, id est, filiam tuam aufert tibi ; filia enim est onus patri, sed dulce onus, quo tamen liberatur, alio illud in se recipiente, nimirum genero, filiæ marito. Verum Tillemont. non de marito filiæ Procopii loqui putat Gregorium, sed eo loci ab eo vocem γαμβρός sic usurpatam, quemadmodum in testamento suo, ubi Meletium γαμβρόν, *generum suum*, dicit, quod sororis suæ filiam duxerit uxorem.

(21) Ἀσθενεῖς, οὐκ ἀργοί. Bill. : *infirmi, desides non sumus*. Mox, πλὴν καλῶς ἡμῖν, et Bill. : *Ceterum quantum ad ea quæ ex Deo sunt, bene velle habemus*. At cod., πλὴν καλῶς ἡμῖν ἔχοι, *verum ultinam nobis prospere cedant quæcunque veniant a Deo*.

(22) Ἀπολαύσομεν. Addendum putant nonnulli, sed nulla freti auctoritate, καὶ οὐκ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ σὺ, ἐπειδάν, *et non nos tantum, verum et tu*, etc. Mox, Bill. cum Montac. et Morel. legit συσταλῇς, non συσταλεῖς, ut in antiquis edit.

(23) Ἃς ἔδει δωροφορεῖν ἡμᾶς. Ita cod. et R. Edit. εἰ δεῖ δωροφορεῖν ἡμῖν, etc., *ut donum omnium pulcherrimum vobis offeramus*.

(24) Alias XLIV. Scripta anno 385.

(25) *Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ*. Vide adagium apud Erasmum, *Figulus figulo invidet* : ex quo loci illius illustratio petenda est.

(26) *Τοσούτῳ πλέον*. Sic Montac., Morel. et Combef. In edit. τοσοῦτον πλέον. Mox ὅσῳ καὶ λόγος ἐστί. Vertit Bill. : *Quod circa vocem ac sermonem*. Verum non tam *vocem ac sermonem* sonat hic λόγος, ut arbitror, quam *vocis concentum*.

(27) *Προσδραμών*. Ita Montac., Morel. ac Combef. In edit. προδραμών. Mox καὶ τὰ ἐπιβατήρια προσφθεγξάμενος. Combef. : *ac pro arrepto magistratu consalutamus*.

(28) *Λόγιός τε ὤν*. Combef. : *utpote qui sis vir prudens ac rerum peritus*, melius quam quod vertit Bill., *disertus*.

Digitized by Google

ignoscendum propensus : nec hoc tantum conjicio, sed etiam certo mihi persuadeo. Atque ut intelligas, quantum probitati et benignitati tuæ confidam, en legationem quoque nobis admodum necessariam tibi offero, atque a tua amicitia amicorum officia postulo. Nicobulum meum de manu mea tibi cum fratribus suis trado, non ut pœnas det, sed ut sumat, viduamque citius quam oportebat, eorum matrem et domum quondam illustrem et conspicuam, cum superstes nobis esset, insignis vir Nicobulus ; nunc autem ita miseram, ut ne lugendi quidem potestas ipsi facta sit, tum ob exorta jam mala, tum ob impendentia, nisi tibi ac tuæ justitiæ visum fuerit adversus malum dæmonem in procinctu stare, nosque honore afficere, atque humanarum rerum fragilitate moveri, clarumque et celebrem tibi apud magistratum tuum per beneficentiam erga nos reddere

A Καὶ ἵν' εἰδῇς (29) ὅσον θαῤῥῶ τῇ σῇ καλοκαγαθίᾳ, ἰδοὺ καὶ πρεσβείαν προσάγω σοι, σφόδρα ἡμῖν ἀναγκαίαν, καὶ πρὸς τῆς σῆς φιλίας (30) αἰτῶ τὰ τῶν φίλων. Τὸν ἐμὸν Νικόβουλον ἀπὸ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς ἐγχειρίζω σοι σὺν τοῖς ἀδελφοῖς, οὐ δώσοντα δίκην, ἀλλὰ ληψόμενον, καὶ χήραν ἄωρον (31) τὴν τούτων μητέρα, καὶ οἰκίαν ποτὲ (32) λαμπρὰν οὖσαν καὶ ἀπόβλεπτον, ἕως περιῆν ὁ πολὺς ἡμῖν Νικόβουλος· νῦν δὲ οὐδὲ πενθῆσαι συγχωρηθεῖσαν, ἐκ τῶν ἤδη ἀναφανέντων (33) κακῶν, καὶ προσδοκωμένων, εἰ μή σοί τε παρασταίη καὶ (34) τῇ σῇ δίκῃ στῆναι πρὸς τὸν πονηρὸν δαίμονα, καὶ ἡμᾶς τιμῆσαι (35), καὶ τὸ ἀνθρώπινον αἰδεσθῆναι, καὶ λαμπρὰν σεαυτῷ ποιῆσαι τὴν ἀρχὴν διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐποιΐας.

CXCVI. ECEBOLIO.

ΡΚϚ'. ΕΚΗΒΟΛΙΩ (36).

Ejusdem argumenti et temporis ac superior, est hæc epistola, in qua Nicobuli uxorem, ejusque filios Ecebolio commendat. Morbus quo detineri se ait Gregorius, ille ipse est, quo correptus fuit post electionem Eulalii. De eadem queritur in epist. 107, 160, 178 *et* 234.

Adversus meipsum nonnihil exclamabo, ac dolenti ignoscendum est, ea quæ dolentis sunt, loquenti. O prava et maligna caruncula, quibus me malis afficis ! quænam efficis ! In propinquo vir erat, quem etiam procul remotum persequi cumprimis oportebat, tum ejus virtutis causa, qua præses nitet, tum ob cæteram mansuetudinem et lenitatem. Tu vero male ac propemodum torpide te habes, nec tibi quidquam curæ est, quod aliis hoc bono fruentibus, ipsi careamus. Atque hujusmodi nostra est accusatio. Quoniam autem, quæ patimur, deplorare minime sufficit, verum medicamentum etiam quoddam vulneri adhibendum est, hoc invenimus, nimirum ut hanc epistolam scribere audeamus, ac præsentiam per litteras adumbremus. Quod si de nobis quoque præclare mereri studes et expetis, vir bonitate scatens, fidenti animo calamitosam domum ac misericordia **162** dignam tibi offerimus, viduam ac pupillos lacrymis adhuc calentes, sororem, inquam, meam, ejusque liberos, qui probo patre nati, et qui tum imperatoribus non ignobilem, verum perillustrem operam in armis navaverit, tum etiam vobis præsidibus

B Βοήσομαί τι κατ' ἐμαυτοῦ· καὶ συγγνώμη τῷ ἀλγοῦντι τὰ ἀλγοῦντος φθέγξασθαι (37). Ὦ σαρκίον πονηρὸν καὶ κακόηθες, οἷά με κακα δρᾷς ! οἷα ἐργάζῃ (38) ! Ἐγγὺς ἀνὴρ, ὃν καὶ πόῤῥω τυγχάνοντα μεταδιώκειν τῶν ἀναγκαίων ἦν, τῆς τε ἀρχικῆς ἀρετῆς εἵνεκα (39), καὶ τῆς ἄλλης ἡμερότητος. Σὺ δὲ πονηρῶς ἔχεις, καὶ σχεδὸν ἀκινήτως, καὶ περιορᾷς ἄλλους τοῦ ἀγαθοῦ μεταλαμβάνοντας, ἡμᾶς δὲ ζημιουμένους. Τὰ μὲν οὖν τῆς κατηγορίας τοιαῦτα. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐξαρκεῖ τὸ ἀποδύρασθαι μόνον ἃ πάσχομεν, ἀλλὰ δεῖ καί τινος φαρμάκου (40) πρὸς τὴν πληγὴν, τοῦτο ἐξεύρομεν, τὸ θαῤῥῆσαι πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ταύτην (41), καὶ τοῖς γράμμασι σκιαγραφῆσαι τὴν παρουσίαν. Εἰ δὲ καὶ τὸ εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἐπιζητεῖς, βρύων τὸ ἀγαθὸν (42), προσάγομεν C θαῤῥοῦντες οἰκίαν ἐλεεινὴν καὶ φιλανθρωπίας ἀξίαν, χήραν μετ' ὀρφανῶν ἔτι θερμῶν ἐν τοῖς δάκρυσι, τήν τε ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν λέγω, καὶ τοὺς ταύτης παῖδας, οἳ πατρὸς ἀγαθοῦ γεγονότες, καὶ πολλὰ μὲν βασιλεῦσι καμόντος ἐν ὅπλοις οὐκ ἀνωνύμως, ἀλλὰ καὶ λίαν λαμπρῶς, πολλὰ δὲ τοῖς ἄρχουσιν ὑμῖν ὑπουργήσαντος (εἴ τινα Νικόβουλον ἀκούεις), κινδυνεύουσι νῦν πάσχειν τὰ χαλεπώτατα. Μετὰ γὰρ τὴν τῶν

(29) *Καὶ ἵν' εἰδῇς.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. καὶ deest. Montac. et Morel. ἵν' ἴδῃς.

(30) *Πρὸς τῆς σῆς φιλίας.* Montac. et Morel. πρὸ τῆς σῆς φιλίας, *et coram amicitia tua.*

(31) *Χήραν ἄωρον.* Bill. : *viduam decrepitam;* quam versionem non probat Combef. Reddit enim, inquit Bill., ἄωρον, quasi idem esset ac ἔξωρον· melius sane *ante tempus, vel maturius orbatam conjuge.*

(32) *Οἰκίαν ποτέ.* Ita cod. et Combef. In edit. ἥ, ὅτε.

(33) *Ἐκ τῶν ἤδη ἀναφανέντων.* Cod. 2022, Montac. ac Morel. ἐκ τῶν ἤδη τε ἀναφυέντων, *tum ob jam renascentia mala.*

(34) *Σοί τε παρασταίη καί*, etc. Legunt Montac. ac Morel. παρασταίη. Εἴη οὖν τῇ σῇ δίκῃ.

(35) *Ἡμᾶς τιμῆσαι.* Ita cod., Montac. et Morel.; sicque reddidit Bill. In edit. ὑμᾶς τιμῆσαι.

(36) Alias XLV. Scripta eodem tempore.

(37) *Τὰ ἀλγοῦντος φθέγξασθαι.* Cod. et Pass. τὰ τοῦ ἀλγοῦντος καὶ φθέγξασθαι.

(38) *Οἷα ἐργάζῃ.* Hæc Bill. non reddidit. Putat Combef. legendum οἷα κατεργάζῃ! *quibus me confícis!*

(39) *Ἀρχικῆς ἀρετῆς εἵνεκα.* Bill. : *tum ob principe viro dignam virtutem.* At Combef. : *tum ob viri præsidis, vel judicis virtutem*, justitiam nempe et æquitatem.

(40) *Καί τινος φαρμάκου.* Ita cod. Reg. et Pass. In edit. τίνος καὶ φαρμάκου.

(41) *Πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ταύτην.* Cod., Reg. et Pass. τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ.

(42) *Βρύων τὸ ἀγαθόν. Vir fundens bonitatem*, id est, bonum quod in se est, affatim nobiscum communicans.

Digitized by Google

φίλων ἔκδοσιν (43) καὶ τοὺς ὅρκους ἐκείνους, οὓς A ἐπὶ τῇ ἐξετάσει ὑπέστησαν, νῦν πάλιν ἐπηρεάζειν ἐπιχειροῦσι τοῖς ὀρφανοῖς.

multis modis inservierit (si Nicobuli nomen ad tuas aures pervenit), nunc gravissima quæque pati periclitantur. Etenim post amicorum deditionem et jusjurandum illud, quod ob inquisitionem subierunt, nunc rursus pupillos vexare conantur.

ΡϞΖʹ. ΓΡΗΓΟΡΙῼ Τῼ ΝΥΣΣΗΣ (44).

CXCVII. GREGORIO NYSSENO.

Consolatoria hæc est ad Gregorium Nyssenum de morte Theosebiæ, cujus laudes prosequitur. Quam sororem Nysseni appellat ἱερέως σύζυγον, *quæ verba pluribus errandi ansam præbuerunt, eamque cum Theologo junctam fuisse matrimonio arbitrandi. Quem errorem in nostra de perpetua virginitate Theologi disputatione refellimus. Nihil in epistola apparet quo tempus, quando scripta est, certo statui possit.*

Ὡρμημένον με πρὸς ὑμᾶς κατὰ πᾶσαν σπουδήν, καὶ μέχρις Εὐφημιάδος γενόμενον, ἐπέσχεν ἡ σύνοδος ἣν αὐτοὶ (45) τελεῖτε τοῖς ἁγίοις μάρτυσι, καὶ τὸ μὴ μετασχεῖν ταύτης (46) οἷόν τε εἶναι διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν, καὶ ἄλλως βαρὺν ἂν γενέσθαι τῇ ἀκαι- B ρίᾳ (47). Ὥρμησα δὲ ὁμοῦ μέν, ἐπισκεψόμενος (48) ὑμᾶς οὕτω διὰ μακροῦ, ὁμοῦ δὲ θαυμασόμενός σε τῆς καρτερίας, καὶ τῆς φιλοσοφίας, ἣν φιλοσοφεῖς (49) (πυνθάνομαι γάρ) ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῆς ἁγίας ἀδελφῆς ὑμῶν (50) καὶ μακαρίας, ὡς ἀνὴρ ἀγαθός τε καὶ τέλειος, καὶ Θεῷ παριστάμενος (51), καὶ πάντων μᾶλλον εἰδὼς τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα (52)· καὶ ὃ τοῖς ἄλλοις βαρύτατόν ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις, τοῦτο κουφότατον κρίνων τὸ τοιαύτῃ μὲν συζῆσαι, τοιαύτην δὲ παραπέμψαι, καὶ εἰς τὰς ἀσφαλεῖς ἀποθέσθαι μονάς, ὥσπερ θημωνίαν ἅλωνος κατὰ καιρὸν συγκομισθεῖσαν, ἵν' εἴπω τὸ τῆς θείας Γραφῆς· καὶ τῶν μὲν τερπνῶν τοῦ βίου μετασχοῦσαν, τὰ δὲ λυπηρὰ διαφυγοῦσαν τῷ μέτρῳ τῆς ἡλικίας, καὶ πρὶν ἐπὶ σοὶ πενθῆσαι, παρὰ σοῦ τιμηθεῖσαν τῇ καλῇ κηδείᾳ, C καὶ τοῖς τοιούτοις ὀφειλομένῃ (53). Ποθῶ δέ, καὶ αὐτὸς εὖ ἴσθι, τὴν μετάστασιν, εἰ καὶ μὴ καθ' ὑμᾶς (πολὺ γὰρ τοῦτο εἰπεῖν), ἀλλ' εὐθὺς μεθ' ὑμᾶς. Ἀλλὰ τί χρὴ παθεῖν πρὸς Θεοῦ νόμον πάλαι κεκρατηκότα, ὃς ἔχει Θεοσεβίαν τὴν ἐμὴν (54) (ἐμὴν γὰρ ὀνομάζω τὴν κατὰ Θεὸν ζήσασαν, ἐπειδὴ κρείττων ἡ πνευματικὴ συγγένεια τῆς σωματικῆς)· Θεοσεβίαν τὸ τῆς Ἐκκλησίας καύχημα, τὸ τοῦ Χριστοῦ (55) καλλώπισμα, τὸ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς ὄφελος (56), τὴν γυναικῶν παῤῥησίαν· Θεοσεβίαν, τὴν ἐν τοσού-

Tendentem me ad vos omni studio ac celeritate, jamque ad Euphemiadem usque profectum, conventus ille retinuit, quem ipse in sanctorum martyrum honorem celebratis, tum quod huic ob morbum interesse nequeam, tum ne ob importunitatem gravis ac molestus sim. Porro hac de causa iter susceperam, partim ut te tanto intervallo viserem; partim ut te ob eam tolerantiam ac philosophiam mirificis laudibus efferrem, quam ob sanctæ ac beatæ sororis vestræ discessum ex hac vita præstas (ita enim audio), ut vir probus et perfectus, ac Deo astans, divinaque et humana, magis quam quivis alius, cognita et perspecta habens; quodque in hujusmodi rebus aliis gravissimum et acerbissimum est, hoc levissimum judicans, nempe quod cum tali vixeris, et talem transmiseris, atque in cœlestia domicilia, tanquam areæ acervum, ut Scripturæ verbis utar **, tempestive devectum, recondideris: et quidem ita, ut ipsa jucunditatum quidem vitæ particeps fuerit, molestias autem per ætatis mensuram effugerit, priusque quam propter te luxisset, præclaro funere, atque hujusmodi mortuis debito, a te ornata sit. Cupio, mihi crede, ipse quoque hinc migrare, si non tam vehementer ac vos (magnum enim dictu hoc est), at certe statim post vos. Sed quid faciamus adversus Dei legem jam olim vigentem ac dominantem, quæ Theosebiam meam habet (meam enim eam **163** voco quæ, ut Dei legibus consentaneum erat, vixit; quandoquidem spiritualis cognatio

** Job v, 26.

(43) *Φίλων ἔκδοσιν*. Combef.: *Post editos seu proditos amicos, ne quid favere queant occulte.*

(44) Alias XCV. Scripta forte anno 385.

(45) *Ἐπέσχεν ἡ σύνοδος ἣν αὐτοί*. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἐπέσχεν ἡ σύνοδος ἣν αὐτόθι. Montac. et Morel. ἣν αὐτοῖς τελεῖτε τοῖς.

(46) *Μετασχεῖν ταύτης*. Montac., Morel. ac Combef. κατασχεῖν ταύτης, *eum assequi.*

(47) *Βαρὺν ἂν γενέσθαι τῇ ἀκαιρίᾳ. Ne molestus essem ob temporis inopportunitatem*, quod sic infirmitate gravatus tardius occurrerem. Hæc Combef.

(48) *Ἐπισκεψόμενος*. Ita cod., Montac., Morel. ac Combef. In edit. ἐπισκεψάμενος.

(49) *Ἣν φιλοσοφεῖς*. Combef. ἧς φιλοσοφεῖς.

(50) *Ἀδελφῆς ὑμῶν*. Cod. Reg. et Combef. ἡμῶν.

(51) *Καὶ Θεῷ παριστάμενος*. In cod. hæc desunt.

(52) *Εἰδὼς τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα*. Montac., Morel. ac Combef. εἰδῇς τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, *qui tum divina, tum humana noveris.*

(53) *Τοῖς τοιούτοις ὀφειλομένῃ*. Bill.: *Hujusmodi mulieribus debito.* At τοῖς τοιούτοις neutri D generis est aut masculini; non vertendum igitur *hujusmodi mulieribus*. Cod. et Combef. τοῖς τοιούτοις χρεωστουμένῃ.

(54) *Ὃς ἔχει Θεοσεβίαν τὴν ἐμήν*. E recentioribus nonnulli Theosebiam Theologo nupsisse, alii Gregorio Nysseno junctam voluerunt matrimonio. Vide præmissam tom. I editionis nostræ præfationem, pag. 22 et seq., ubi variis probavimus argumentis Theologum nec cum Theosebia, nec cum ulla alia connubio fuisse copulatum; Theosebiam, non uxorem, sed germanam fuisse sororem Gregorii Nysseni: imo ipsam Theosebiam virginitatem fuisse professam.

(55) *Τοῦ Χριστοῦ*. Ita cod. et Combef. In edit. τοῦ deest.

(56) *Τὸ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς ὄφελος*. Combef. *ætatis nostræ fastigium et culmen.*

Digitized by Google

corpoream antecellit) : Theosebiam, Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, ætatis nostræ utilitatem, feminarum fiduciam : Theosebiam, in sancta fratrum pulchritudine formosissimam et clarissimam : Theosebiam vere sacram, atque sacerdoti comparem, et parem honore, magnisque mysteriis dignam : Theosebiam, quam futurum quoque tempus excepturum est, in immortalibus columnis, hoc est omnium, tam qui eam nunc norunt, quam qui posthac futuri sunt, animis sitam ? Nec vero mirum tibi videatur, quod eam sæpe appellem. Nam etiam beatæ illius feminæ memoriam pro deliciis habeo. Atque hic sermo, brevis quidem ille, amplus tamen et copiosus, tum ad illius funus honestandum, tum ad te consolandum a nobis habitus sit ; tametsi alioqui, pro tua in omnibus virtute animique constantia, ejusmodi cohortationem aliis ipse adhibere possis. Congressum autem (nam nos quoque hoc appetimus), nunc nobis ea, quæ a nobis commemorata est, causa eripuit. Verum demus operam, ut mutuas orationes jungamus, quandiu in hac vita sumus, neque communis nos finis disjungat, ad quem appropinquamus. Ac proinde nobis omnia perferre necesse est, ut qui nec diutius gavisuri, nec in mœrore futuri simus.

A τῳ κάλλει τῶν ἀδελφῶν εὐπρεπεστάτην τε καὶ διαφανεστάτην · Θεοσεβίαν τὴν ὄντως ἱερὰν, καὶ ἱερέως σύζυγον (57), καὶ ὁμότιμον, καὶ τῶν μεγάλων μυστηρίων ἀξίαν · Θεοσεβίαν, ἣν καὶ ὁ μέλλων ὑπολήψεται χρόνος, ἐν στήλαις ἀθανάτοις κειμένην, ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς τῶν τε νῦν ἐγνωκότων, καὶ τῶν ὕστερον ἐσομένων ; Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πολλάκις ταύτην ἀνακαλῶ. Ἐντρυφῶ γὰρ καὶ (58) τῇ μνήμῃ τῆς μακαρίας. Οὗτος ἐκείνῃ (59) τε παρ' ἡμῶν ἐπιτάφιος ἐν βραχεῖ πολὺς καὶ σοὶ παρακλητικὸς λόγος, καίπερ ἄλλους (60) τὰ τοιαῦτα παρακαλεῖν δυναμένῳ διὰ τὴν ἐν πᾶσι φιλοσοφίαν (61). Τὴν δὲ συντυχίαν (ἐπεὶ καὶ ταύτην ποθοῦμεν) νῦν μὲν ἀφῃρήμεθα, δι' ἣν εἶπον αἰτίαν. Συνευχόμεθα δὲ ἡμῖν αὐτοῖς, ἕως ἂν ἔτι (62) ὑπὲρ γῆς ὦμεν, καὶ μὴ τὸ κοινὸν ἡμᾶς B διαζεύξῃ τέλος, ᾧ πλησιάζομεν. Διὸ καὶ πάντα (63) φέρειν ἀναγκαῖον ἡμῖν, ὡς οὔτε ἡσθησομένοις (64), οὔτε ἀνιασομένοις μακρότερα.

CXCVIII. NEMESIO.

CXCVIII. NEMESIO (65).

Nemesius, ad quem hæc epistola aliæque plures scriptæ sunt a Theologo, vir fuit doctrina atque optimarum artium studiis eruditus. Cappadociæ præfectus erat, cum senectute et morbo *maxime gravabatur Nazianzenus, qui eum plurimi fecit, ejusque integritatem commendatam in epistolis reliquit. Quamvis autem gentilis esset Nemesius, nihilominus Gregorium ob litteras, quarum studio et amore uterque tenebatur, cultu et honore dignatus est, ejusque senectutem fovit. Cujus beneficii gratiam referre cupiens Gregorius, carmen contra idolorum vanitatem conditum misit Nemesio, ut eum ab errore abductum ad Christianam religionem perduceret. Nec irritum fuisse Gregorii conatum credibile est, quippe inter catechumenos nomen dedisse a quibusdam creditur ; elegantis etiam libri* De hominis natura *sub nomine Nemesii philosophi Christiani auctor habetur : quod certe nobis affirmare non licet. Illum autem rogat ne Valentiniano mulctam irroget, sed opem ferat ejus calamitati.*

Samium Pythagoram nonnulli hoc nomine laudibus efferunt, quod cum ipse sacrificare cogeretur (quandoquidem alioqui sacrificia minime probabat), bove ex **164** argilla confecto sacrificium exsolvit : quod scilicet negaret mortua mortuis expianda ; nam ita corpora appellabat. Hunc mihi tu quoque, vir eximie, pulchre imitari posse videris. Quoniam autem mulctam irrogare tibi interdictum est, et solus præsidum, aut certe cum perpaucis, iis quibus præes, metum detri-

C Ἐπαινοῦσί τινες τὸν Πυθαγόραν τὸν Σάμιον (66), ὅτι θῦσαι δεῆσαν αὐτῷ (ἐπειδή γε ἄλλως οὐκ ἐπῄνει τὸ θύειν [67]), πηλίνῳ βοῒ τὴν θυσίαν ἀφωσιώσατο· μηδὲ γὰρ χρῆναι νεκρὰ νεκροῖς καθαίρειν, οὕτω λέγων τὰ σώματα. Τοῦτόν μοι καὶ αὐτὸς μιμήσασθαι καλῶς ἔχεις, ὦ θαυμάσιε. Ἐπειδὴ δὲ τὸ προστιμᾶν ἀπηγόρευταί σοι, καὶ μόνος ἀρχόντων ἢ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις, ἀζήμιον ἐνίδρυσας τοῖς ἀρχομένοις (68) τὸν φόβον· μηδὲ Οὐαλεντινιανὸν ζημιῶσαι τὸν σὸν καὶ ἡμέτερον (ὑπὲρ συγγενοῦς γὰρ πρεσβεύομεν), ἀλλ'

(57) *Ὄντως ἱερὰν καὶ ἱερέως σύζυγον.* Montac. ὄντως ἱερέων σύζυγον. Verum cod. Reg., Morel. et Combef. ὄντως ἱερέως σύζυγον, *vere sacerdotis conjugem.* Ita post Bill. reddit Combef. At in supradicta præfatione demonstravimus vocem Græcam σύζυγος, non proprie significare eos quos conjuges vocamus, sed eos generatim qui ejusdem operis socii, idem veluti jugum trahere censentur. Theologus igitur Theosebiam, Nysseni sororem, ejusdem diaconissam his verbis astruit, quibus aptiora non sunt ad designanda diaconissæ merita et munia : *Theosebiam vere sacram, atque adeo sacerdoti comparem, et parem honore, magnisque mysteriis dignam.*

(58) *Ἐντρυφῶ γὰρ καί.* Ita cod. 1405 et Combef. In edit. καί deest.

(59) *Οὗτος ἐκείνῃ.* Ita cod. et Combef. In edit., οὕτως.

(60) *Καίπερ ἄλλους.* Cod. 1405, ὑπὲρ ἄλλους.

(61) *Διὰ τὴν ἐν πᾶσι φιλοσοφίαν.* Combef. : *pro tua in omnibus fortis animi constantia.* Bill. : *pro tua in omni genere sapientia.*

(62) *Ἕως ἂν ἔτι.* Ita Montac. ac Morel. et Combef. In edit. deest ἕως.

(63) *Διὸ καὶ πάντα.* Montac. et Morel. melius D videtur καὶ δι' ὃ πάντα.

(64) *Ἡσθησομένοις.* Cod. B. 3, αἰσθησομένοις, *nec diutius sentiemus.*

(65) Alias CLXXXIII. Scripta forte anno 386.

(66) *Τὸν Πυθαγόραν τὸν Σάμιον.* Pythagoras Samius, philosophus, sacrificiis utebatur inanimis. Cruentas hostias dijs offerri vetuit, at aram incruentam adorari jussit. Tradunt tamen quidam ex animalibus eum solos gallos gallinaceos, hædos et agnos subrumos ad sacrificia adhibuisse. Vide Suidam.

(67) *Τὸ θύειν.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. τὸ θεῖον.

(68) *Τοῖς ἀρχομένοις.* Montac. et Morel., τοῖς ἐρχομένοις,

Digitized by Google

ὅστον φθέγξασθαι πλάσαντα τὴν προστίμησιν, ἐπισχεῖν τὴν ζημίαν. Καὶ γὰρ οὐδὲ οἰκείας ῥᾳθυμίας ὑπέχει δίκην (εἰ δεῖ θαῤῥήσαντας τοῦτο εἰπεῖν). Εἰ μὲν οὖν ὡς δικαστὴν πείθομεν, τοῦτο ἄριστον· εἰ δὲ μή, πρὸς τὸν φίλον καταφευξόμεθα (69), καὶ τοῦτο φθεγξόμεθα πρὸς τὴν σὴν λογιότητα, ὅπερ λέγεται (70) πρὸς ἑαυτοῦ φίλον γεγραφέναι τις· Τὸν δεῖνα (71), εἰ μὲν οὐδὲν ἀδικεῖ, διὰ τὸ δίκαιον ἄφες· εἰ δὲ ἀδικεῖ, ἡμῖν ἄφες (72). Πάντως δὲ ἄφες, ἐκεῖνο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐνθυμηθείς, ὅτι τὸ μὲν κοινὸν, οὐδὲν ἂν μέγα ὀνήσειεν ἵππω δύο προστίμησις (73), ἡμῖν δὲ ἡ χάρις ἀνάγραπτος. Καὶ τοῦτο δὲ προσκείσθω· Τῇ συμφορᾷ τοῦ ἀνδρὸς βοήθησον σφόδρα συντριβέντος ἀπὸ συμπτώματος.

A menti expertem constituisti, ne, quæso, committas ut Valentinianum tuum ac nostrum (pro cognato enim loquor), incommodo afficias, verum sermone tenus efficta mulcta detrimentum reprime. Nam ne propriæ quidem inertiæ ac socordiæ (si verum intrepido animo dicendum est) pœnam suffert. Ac si quidem te, ut judicem, hac oratione permovemus, hoc sane optimum fuerit. Sin minus, ad amicum confugiemus, hisque ad te hominem eruditum verbis utemur, quæ ad amicum suum quidam scripsisse dicitur : Petrum, si nihil sceleris admisit, ob jus ipsum et æquitatem absolve : si admisit, dimitte nobis. Omnino dimitte, illud præter cætera reputans, fisco quidem duorum equorum mulctam haud magnum commodum allaturam esse : at gratiam hanc perpetuo in animis nostris inscriptam fore. Addam illud etiam : Hominis calamitati fer opem, casu quodam vehementer obtriti atque confecti.

ΡΛΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (74).

CXCIX. EIDEM.

Prima sequentis epistolæ verba argumento sunt, plurimas Gregorii ad Nemesium litteras excidisse; cum pauciores supersint, quamvis frequenter scripserit. In ista autem Nemesium rogat ne Theodosius venerabilis, filius noster, *inquit*, patrio solo migrare *cogatur, fortasse muneris alicujus obeundi causa, a quo multorum, qui cum eo periclitabantur,* orphanorum inopia *sublevata erat. Sunt* μεταστάσεως *qui nomine exsilium intelligunt, et in eorum numero est Billius. Verum si de exsilio ageretur, vehementius certe Nemesium urgeret Gregorius.*

Εἴ σοι δοκῶ φορτικὸς συχνὰ ἐπιστέλλων, μὴ θαυμάσῃς (75), ἢ κατερῶ σου πρὸς σὲ τὸν δίκαιον δικαστὴν, καὶ οἶδ' ὅτι ἀφήσεις με τῆς αἰτίας. Αὐτός μοι τοῦ θαῤῥεῖν αἴτιος γέγονας (76), τῷ προθύμως παρέχειν τὸ αἰτεῖν προκαλούμενος· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Πολλὰ γάρ ἐστιν οἷς προθύμως ἂν δοίης τὴν χάριν, τὸ γῆρας, ἡ ἀῤῥωστία, ἡ κοινωνία τῶν λόγων (εἴπερ τι καὶ τὸ ἡμέτερον ἐν λόγοις), αὐτὸ τὸ ποθεῖν με (77) τὴν συντυχίαν, ὑπὸ δὲ τῆς ἀσθενείας κωλύεσθαι, καὶ διαμαρτάνειν τοσούτου πράγματος. Ἀλλὰ τίς ἡ πρεσβεία; καὶ εἰ μὲν ἄδικος, αἰσχυνοίμην ἂν (78) ἄνδρα τοσοῦτον· εἰ δὲ δικαία, προθύμως ἐπίνευσον. Πάλιν ὁ αἰδεσιμώτατος υἱὸς ἡμῶν Θεοδόσιος ἥκει πρὸς τὴν σὴν λογιότητα, ὁ ἐμὸς καὶ σὸς, σκοπῷ μὲν ἐμὸς (79), σὸς δὲ ἱκέτης. Καὶ ἥκει πρεσβεύων ὑπὲρ ἐλεεινοῦ πράγματος· ὀρφανοὶ κινδυνεύουσι (80), καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἐν μέσῳ ἄδηλον (81) εἰς ὃ περιστήσεται· καὶ μετάστασιν αἰδούμεθα πατρὸς (82), πολλοῖς ὀρφανίαν ἐπικουφίσαντος. Μίαν τοῖς πᾶσι κατάθου χάριν.

B Si tibi hoc nomine molestus et importunus esse videor, quod identidem ad te scribam, ne mireris, aut te apud te justum judicem accusabo; nec dubito, quin me culpa liberaturus sis. Ipse mihi fiduciæ hujus causam attulisti, nimirum per id quod prompto animo largiris, ad petendum alliciens; nec mirum id videri debet. Multa enim sunt ob quæ prompte et impigre nobis gratificeris, senectus, morbus, studiorum communitas (si quid tamen nos quoque in litteris sumus), hoc ipsum, quod, cum congressum tuum mirifice exoptem, infirmitate tamen prohibear, nec re tantopere expetita potiri queam. Sed quænam hæc postulatio est? et si quidem iniqua, tanti viri os vultumque erubescerem : si autem æqua, prompto C animo petitioni **165** cede atque annue. Rursus venerabilis filius noster Theodosius ad te proficiscitur, meus, inquam, et tuus, proposito nempe meus, tuus vero supplex. Proficiscitur autem, ut

(69) *Καταφευξόμεθα.* Combef. φευξόμεθα.

(70) *Ὅπερ λέγεται.* Ita cod. 1405, Montac., Morel. et Combef., sicque legit Bill. In edit. ὥσπερ λέγεται.

(71) *Τὸν δεῖνα.* Ita cod. 2022 et alii. Edit. addunt ὅτι.

(72) *Ἡμῖν ἄφες.* Ita id. cod. Montac. et Morel. In edit. ἡμῖν deest, et legendum Bill. proponit διὰ τὴν ἡμετέραν φιλίαν, vel δι' ἡμᾶς, vertitque : *in nostri gratiam absolve, omnino autem absolve.*

(75) *Ὀνήσειεν ἵππῳ δύο προστίμησις.* Ita codd. 1405 et 2022. In edit. ὀνήσαιεν ἵππῳ προστίμησις, et ad marginem *f.* ἵππων.

(74) Alias LXXIX. Scripta forte anno 386.

(75) *Μὴ θαυμάσῃς.* Cod. μηδὲν θαυμάσῃς. Mox, in edit. εἰ κατερῶ σου πρός γε, *si te accusem;* cod. R. secuti sumus.

(76) *Αἴτιος γέγονας.* Cod. et Combef. γεγονώς. Mox, τῷ προθύμως, etc., *per libertatem petendi, quam grato animo concedis, provocans.*

(77) *Ποθεῖν με.* Ita cod. et Combef. In edit. deest με.

(78) *Αἰσχυνοίμην ἄν.* Ita cod. In edit. ἄν deest.

(79) *Σκοπῷ μὲν ἐμός.* Combef. σκοπὸς μὲν ἐμός, *meus quidem inspector;* ac nescio, inquit, quid aliud Gregorius in mente habuit.

(80) *Ὀρφανοὶ κινδυνεύουσι.* Cod. Reg. ὀρφανοῖς, etc.

(81) *Ἄδηλον.* Ita cod. Reg. Addunt editi ὤν, quæ vox videtur superflua, nisi forte legendum ὄν.

(82) *Καὶ μετάστασιν αἰδούμεθα πατρός. Ac veremur ne patrio solo migrandum sit patri.* Hoc loco, ait Billius, μεταστάσεως nomine non tantum exsilium accipi potest, sed etiam patria migrandi necessitas muneris alicujus obeundi causa; sed prior intellectus mihi magis arridet. Melius forsan καὶ μετάστασιν αἰδούμεθα πατρός, verteretur, *ac mortem timemus patris.*

Digitized by Google

pro re tristi et commiserabili deprecetur : orphani periclitantur, et, ut humana incerta sunt, quorsum res interim recidet obscurum est, ac veremur ne patrio solo migrandum sit patri, a quo multorum orphanorum inopia sublevata est. Proinde hoc beneficii gratiæque omnibus tribue. Porrige manum calamitati, quam tu ipse probabis. Nulla quidem gloriæ accessione imperium tuum opus habet, quemadmodum nec Lucifer splendore. Sed tamen si cumulum aliquem quæras, nullus isto, mihi crede, nec major nec præclarior contigerit, ut permulti veritatis studiosi, probitatem tuam docebunt.

A Δὸς (83) χεῖρα τῇ συμφορᾷ, ἣν αὐτὸς δοκιμάσεις (84). Δεῖται μὲν γὰρ οὐδεμιᾶς προσθήκης εἰς εὐδοξίαν ἡ σὴ ἀρχή, οὐδὲ γὰρ λαμπρότητος Ἑωσφόρος· εἰ δέ τινα καὶ προσθήκην ζητεῖς (85), οὐκ ἂν μείζων ταύτης, εὖ ἴσθι, οὐδὲ λαμπροτέρα γένοιτο, ὡς πολλοὶ τἀληθῆ βουλόμενοι λέγειν, τὴν σὴν καλοκαγαθίαν διδάξουσιν.

CC. EIDEM.

Σ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (86).

Si non eodem ac superiore anno data est hæc epistola, at certe proxime sequenti. Etenim his litteris, provincia circa finem anni decedentem Nemesium, laudibus, ut supra de Olympio vidimus, et votis prosequitur, simulque admonet, sibi ab eo ex pollicitatione deberi, quem inchoatum imperfectumque de religione congressum reliquerat.

Tu quidem præturam quoque in philosophiam convertebas, convertesque rursum, hoc scio, si quid res nostræ Deo curæ sunt. Nunc tamen commodissimum esset te convenire, cum, juxta quod optabas, a publicis negotiis feriaris, tuaque prudentia ingeniique acumine tranquille frui licet, cujus cum paulum participes facti fuissemus, ac velut fulgetræ, quæ oculorum acie teneri non potest, majori parte ea frustrati sumus. Verum hoc optare quidem magnum, consequi autem haud facile est, ita videlicet nobis habente corpore, quemadmodum habet. Ac si quidem hoc consequi possimus, nihil non habebimus (nam de nostra religione congressum quoque quemdam ex pollicitatione debes, quem inchoatum quodammodo et imperfectum reliquisti). Sin minus, nos quidem hoc damnum invito animo ferimus. Tu vero hoc tibi persuade, te, quocunque in loco sis, nobiscum esse : atque utinam precibus nostris ducibus prosperum iter habeas. **166** Quin illud quoque tibi item persuadeas, te, quandiu spiritum ducemus, apud nos mansurum esse, in quibus, nulla columna inferioribus aut contemptioribus teipsum, inscripsisti : atque etiam magis inscripturus es, cum ad Deum te adjunxeris, perspicueque noster fueris, aut, si ita loqui suavius est, nos tui.

B Ἐποίεις μὲν ἡμῖν καὶ τὴν ἀρχὴν φιλοσοφίαν, καὶ οἶδ' ὅτι ποιήσεις, εἴ γε τῷ Θεῷ (87) μέλει τῶν ἡμετέρων. Ὅμως δὲ κράτιστον ἦν νῦν συγγίνεσθαί σοι, ἡνίκα σχολὴν ἄγεις, ὅπερ ἐπόθεις (88), ἀπὸ τῶν δημοσίων, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἔξεστι τῆς σῆς ἀπολαύειν συνέσεως, ἧς ὀλίγα μετασχόντες (89), καὶ ὅσα γε ἀστραπῆς τῆς ὄψει (90) μὴ κρατουμένης, τοῦ πλείονος διημάρτομεν. Ἀλλὰ τοῦτο εὔξασθαι μὲν μέγα, λαβεῖν δὲ οὐ ῥᾴστον, οὕτως ἔχοντος ἡμῖν, ὥσπερ ἔχει, τοῦ σώματος. Εἰ μὲν οὖν καὶ τούτου (91) τύχοιμεν, τὸ πᾶν ἔξομεν (καὶ γάρ τινα καὶ χρεωστεῖς ἡμῖν συνουσίαν ἐξ ὑποσχέσεως (92) περὶ τοῦ λόγου τοῦ καθ' ἡμᾶς, ἣν πως ἀτελῆ κατέλιπες [93])· εἰ δὲ μή, αὐτοὶ μὲν τὴν ζημίαν οἴσομεν ἄκοντες. Σὺ δὲ ἴσθι μεθ' ἡμῶν ὢν, ὅπου περ ἂν εἶης (94), καὶ ὁδηγοῦο ταῖς C ἡμετέραις εὐχαῖς. Καὶ αὐτὸς δὲ ἴσθι παρ' ἡμῖν μένων, ἕως ἂν πνέωμεν (95), οἷς σαυτὸν ἐνέγραψας, οὐδεμιᾶς στήλης ἀτιμοτέροις, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐγγράψεις (96), ἐπειδὰν γένῃ Θεοῦ καὶ σαφῶς ἡμέτερος, ἢ σοῦ (97) γε ἡμεῖς, εἰ τοῦτο λέγεσθαι ἥδιον.

CCI. EIDEM.

ΣΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (98).

Discedendo Nemesius, aut alia qualibet occasione, non longe a Gregorii solitudine iter fecit, amicumque non visum præteriit. Quod summopere dolens, hac epistola dolorem suum significavit.

Quiddam hoc est? inscientes nos præteristi, nec magis arripi potuisti, quam echo ab iis, qui eam propinquam se habere existimant, ac per opositas voces decipiuntur. Nam aliocui hac una

D Τί τοῦτο; παρέδραμες ἡμᾶς ἀγνοήσαντας, καὶ λαβέσθαι οὐκ ἦν, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς ἠχοῦς τοὺς πλησίον ἔχειν αὐτὴν νομίζοντας, καὶ ἀπατωμένους ταῖς ἀντιῤῥήσεσιν· ἢ τοῦτο μόνον ἂν τῶν πάντων ἐτυραν-

(83) *Δος*. Cod. Reg. δούς, *porrigens manum*.
(84) *Δοκιμάσεις*. Ita cod. et Montac., sicque legit Bill. In edit. δοκιμάσεις.
(85) *Ζητεῖς*. Ita cod. et Combef. in edit. ζητοίης.
86) Alias CLXXXIV. Scripta circa finem anni 386, aut 387 initium.
(87) *Εἴ γε τῷ Θεῷ*. Ita cod., Morel. et Combef. qui mox legit μέλοι. In edit. εἴ τι τῷ Θεῷ.
(88) *Ἄγεις, ὅπερ ἐπόθεις*. Ita codd. 1405 et 2022. In edit. ὅπερ ἐπόθεις desunt.
(89) *Ὀλίγα μετασχόντες*. Ita cod. Reg., Morel. ac Combef. In edit. ὀλίγα γε μετασχόντες.
(90) *Τῆς ὄψει*. Morel. et Combef. τῇ ὄψει.
(91) *Καὶ τούτου*. Ita cod. Reg. 1405, Morel. et Combef. In edit. καὶ τούτων.
(92) *Συνουσίαν ἐξ ὑποσχέσεως*. Ita cod. Reg. 1405, Morel. et Combef. In edit. καὶ τούτων.
93) *Κατέλιπες*. Ita cod. 2022 et R. Morel. ac Combef. In edit. κατέλειψας.
(94) *Ὅπου περ ἂν εἶης*. Cod. 1405, ὅποι περ. Alt. ἂν ἦς.
(95) *Ἕως ἂν πνέωμεν*. Ita cod. Morel. et Combef. At cod. B. 5, et Montac. ἕως ἂν ἐμπνέωμεν. In edit. συμπνέωμεν.
(96) *Ἐγγράψεις*. Ita cod. 1405. In edit. ἐγγράψας.
(97) *Ἢ σοῦ*. Ita Combef. proponitque Bill. In edit. ἢ σοί.
(98) Alias CXXXV. Scripta eodem tempore.

Digitized by Google

νήσαμεν. Ἀλλ' ἐπιστέλλοις (99) γε ἡμῖν, ὦ θαυμάστε, καὶ τοῦτο ἕξομεν ἀντὶ σοῦ, σκιάν, ὃ δὴ λέγεται, ἀντὶ σώματος. A in re vim tibi adhibuissemus. At saltem ad nos scribe, vir eximie, idque pro te habebimus, hoc est, ut dici consuevit, umbram pro corpore.

ΣΒ'. ΠΡΟΣ ΝΕΚΤΑΡΙΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ (1).

CCII. AD NECTARIUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPUM.

Hæc ad Nectarium epistola tanti visa est pretii, ut inter orationes numerareturr, quemadmodum duæ ad Cledonium, quasi dignitas aut materia, non autem stylus orationem faciat. Hanc Theodoretus (2) *epistolæ nomine, aliique plurimi laudant; hanc pene totam eodem nomine, vel certe partem maximam,* Historiæ *suæ intexuit Sozomenus* (3). *Ingens hæreticorum Constantinopoli incubuerat cohors, et late grassabatur. Imminenti Ecclesiæ periculo Gregorius, pro suo in eam studio, permotus, arripit calamum, ut Nectario torporem excutiat; quo dormitante, ab Arianis, Eunomianis, Macedonianis, maxime vero Apollinaristis, plantata a se vinea, Ecclesia scilicet Constantinopolitana, proculcabatur. Tum ut vehementius Nectarii, quem alloquitur, ipsiusque imperatoris zelum accenderet, ex Apollinarii libello, quem* præ manibus habebat, *blasphemias intolerabiles a se descriptas misit, ut concessam, tacente Nectario, Apollinaristis licentiam, rescindendam esse agnosceret. Quæ omnia ut piissimo imperatori nota faciat Nectarius, obtestatur Gregorius. Ista Nectario epistola videtur Gregorius Theodosio auctor sanciendæ legis, quæ anno* 388 *contra hæreticos lata est; idque præter cætera habet Apollinariorum, quos maxime querelæ Gregorii spectabant, a capite legis designatio. Hinc etiam fas est epistolæ tempus investigare. Eam quidem vel ab anno* 384 *scribere potuit Gregorius, quo Eunomius in Cappadociam relegatus fuerat. Verum cum illo ipso anno* XII *Kal. Septembris contra Eunomianos, Apollinarios, Arianos, Macedonianos, lex ea data fuerit* (4), qua Constantinopoli sine ulla gratiæ interventione *illi pellebantur: vix credibile fit, eosdem illos hæreticos, quos singulos etiam Gregorius appellavit, tantos hoc ipso anno* 384 *progressus in audaciam, imo et gratiam imperatoris subito fecisse* (5), *ut* collectas ibi, perinde ac Catholici, celebrandi facultatem ab eo sibi compararint. *Cohærent aptius quæ Theologus narrat cum lege anni* 388, *quæ iisdem pene verbis, ac iis quibus querebatur Gregorius, sancit ut* Apollinarii colligendarum congregationum, vel in publicis, vel in privatis ecclesiis careant facultate: ut ipsi ac cæteri diversarum hæresum sectatores... instituendorum clericorum potestatem non habeant, nullaque iis episcoporum faciendorum præbeatur auctoritas: ipsi quoque episcopi nomine destituti, appellationis hujus dignitatem amittant. *Quæ singula singulis Gregorii epistolæ capitulis sic respondent, ut eam Constitutionis imperatoriæ exemplar fuisse diceres. Præterea anno* 388 *congruunt longe melius quam anno* 384 *ea quæ Gregorius commemorat annis* 386 *et* 387; *quibus, Demophilo morte sublato, Murinum, moxque Dorotheum sibi episcopum Ariani constituunt. Et certe suum habuisse episcopum per hæc tempora Socrates et Sozomenus testantur.* Quare fit omnino verisimile, *inquit Gothofredus,* languentem quodammodo Theodosii animum, forte ob alteram uxorem Gallam, Arianam, ut prodit Philostorgius, hoc ipso tempore ductam, episcoporum diligentia nunc excitatum, sive Gregorii Nazianzeni, sive Nectarii, sive etiam Ascolii Thessalonicensis episcopi; nam et Thessalonicæ hoc tempore versabatur imperator: *seu potius omnium illorum qua precibus, qua admonitionibus legem condidisse. Ea porro, cum anno* 388 *ineunte data sit lex, a verisimilitudine non abhorret, epistolam ad Nectarium exeunte anno, vel etiam citius esse scriptam.*

Ἔοικε τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐπιλελοιπέναι καθόλου ἡ τοῦ Θεοῦ κηδεμονία, ἡ ἐν τοῖς πρὸ ἡμῶν χρόνοις τὰς Ἐκκλησίας φυλάττουσα. Καί μοι τοσοῦτον βεβάπτισται ὑπὸ συμφορῶν ἡ ψυχή, ὥστε τὰ μὲν ἴδια τῆς ἐμῆς ζωῆς ἀλγεινὰ μηδὲ ἐν κακοῖς εἶναι λογίζεσθαι (τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα (6) ὄντα, ὡς μὴ ἂν ἑτέρῳ τινὶ συμβάντα φορητὰ εἶναι νομισθῆναι), πρὸς μόνα δὲ βλέπειν τὰ κοινὰ τῶν Ἐκκλησιῶν πάθη, ὧν εἰ μὴ γένοιτό τις ἐν τῷ παρόντι καιρῷ σπουδὴ πρὸς διόρθωσιν, εἰς παντελῆ ἀνελπιστίαν κατὰ μικρὸν προελεύσεται. B Dei cura et providentia, quæ ante tempora nostra Ecclesias tueri solebat, vitam hanc deseruisse in universum videtur. Ac mihi calamitatibus ita demersa atque obruta est anima, ut privatas vitæ meæ molestias ne in malorum quidem numero **167** ducam (tot alioqui tamque graves et acerbas, ut si cui alii accidissent, intolerabiles existimarentur), verum solas Ecclesiæ afflictiones aspectem; quibus sanandis nisi hoc tempore cura aliqua adhibeatur, in omnimodam desperationem sensim res provolventur.

Οἱ τοῦ Ἀρείου ἤτοι Εὐδοξίου (7) αἱρέσεως, οὐκ οἶδα τίνος αὐτοὺς παρακινήσαντος εἰς ἀπόνοιαν, ὥσπερ τινὸς παῤῥησίας ἐπειλημμένοι, τῇ νόσῳ ἑαυ- Qui Arii sive Eudoxii hæresim profitentur, haud scio a quo in hanc arrogantiam audaciamque perpulsi atque incitati, velut libertate quadam arrepta,

(99) *Ἀλλ' ἐπιστέλλοις.* Cod. Reg. ἀλλ' ἵν' ἐπιστέλλοις. Sic et Combef. Cod. 1405, ἀλλ' ἵν' ἐπιστέλλῃς. Cod. 2022, ἐπιστέλλεις. C

(1) Alias Oratio XLVI. Scripta anno circiter 387. — *Πρὸς Νεκτάριον.* In Colb. maximo legitur πρὸς Νεκτάριον ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολή, et revera epistola est, licet hucusque inter Orationes locum tenuerit ob materiæ gravitatem. Excitat torpentem Nectarii animum, zelumque movet adversus hæreticos, pro gradus dignitate, quem sustinebat regiæ urbis antistes.

(2) *Dial.* 3, pag. 163.

(3) *Hist.* lib. VI, pag. 675, 676.

(4) *Cod. Theodos.*, Gothofr. tom. VI, pag. 129.

(5) Ibid., pag. 130, tit. 5.

(6) *Τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα.* Cod. Reg. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα. Montac. τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα. Morel. utramque lectionem habet.

(7) *Ἤτοι Εὐδοξίου.* Eudoxius Arianæ hæresis acerrimus propugnator fuit. Eleusius Macedonii errorem arctissime complexus est. Eunomius autem acceptum a magistro Aetio dogma de naturarum inæqualitate tanta animi acrimonia et contentione propagavit, ut tota Anomœorum secta, extincto Aetii nomine, Eunomiana fuerit appellata. De Apollinario, quoniam hic ejus errores recensentur, nihil dico, ne bis crambe, inquit Bill., ut est in proverbio, ne scilicet repetita fastidium generent.

Digitized by Google

morbum suum insolenter ostentant, ecclesias colligentes, quasi ex permissu hoc facientes. Macedoniani autem, factiose contendentes, eo temeritatis proruperunt, ut episcoporum etiam nomen sibi ipsis asciscant, atque in his locis appareant, caputque exserant, Eleusium suis suffragiis celebrantes. At vero intestinum malum nostrum, Eunomius, parum jam habet quoquo numero esse : verum nisi omnes in perniciem suam exitiumque pertraxerit, detrimenti loco ducit. Atque hæc tamen toleranda. Quod autem ex omnibus ecclesiasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinaristarum licentia est, quos haud scio quonam modo pietas tua conventuum, æque ac nos, habendorum auctoritatem sibi arrogasse atque usurpasse, passa fuerit.

Quanquam autem omnino Dei beneficio mysteriis divinis instructus et eruditus, non modo rectæ doctrinæ patrocinium nosti, verum ea etiam omnia, quæ adversus sanam et orthodoxam fidem ab hæreticis excogitata sunt : honorificentiam tamen tuam a tenuitate nostra certiorem fieri haudquaquam intempestivum fuerit, mihi in manus venisse libellum Apollinarii, in quo ea, quæ astruuntur, hæreticam omnem pravitatem excedunt. **168** Affirmat enim nequaquam adventitiam esse carnem illam ob naturæ nostræ instaurationem ab unigenito Filio secundum dispensationem assumptam ; verum carnalem illam naturam in Filio jam inde a principio esse. Atque evangelicum quoddam dictum perperam acceptum ad hujusmodi absurditatis testimonium prætendit, quod ita habet : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis*[1] ; tanquam prius etiam, quam ipse descendisset, filius hominis esset, ac descendens carnem suam secum adduxerit illam, quam in cœlis habebat, quamdam ante sæcula exsistentem, essentiæque suæ insitam. Profert enim rursus apostolicum quoddam dictum, a toto con-

A τῶν ἐκπομπεύουσιν (8), ἐκκλησίας συνάγοντες, ὡς ἐξ ἐπιτροπῆς (9) τοῦτο ποιοῦντες. Οἱ δὲ κατὰ Μακεδόνιον, ἐρίζοντες (10), εἰς τοσοῦτον προεληλύθασιν ἀπονοίας, ὡς καὶ ὄνομα ἐπισκόπων ἑαυτοῖς ἐπιφημίζοντες (11), τοῖς καθ' ἡμᾶς τόποις ἐπιπολάζειν (12), τὸν Ἐλεύσιον ταῖς χειροτονίαις αὐτῶν (13) ἐπιθρυλλοῦντες. Τὸ δὲ ἐγκόλπιον ἡμῶν κακὸν ὁ Εὐνόμιος, οὐκέτι ἀγαπᾷ τὸ ὁπωσοῦν εἶναι· ἀλλ' εἰ μὴ πάντας τῇ ἑαυτοῦ ἀπωλείᾳ συνεφελκύσαιτο (14), ζημίαν κρίνει. Καὶ ταῦτα μὲν φορητά. Τὸ δὲ πάντων χαλεπώτατον ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συμφοραῖς, ἡ τῶν Ἀπολλιναριστῶν ἐστι παῤῥησία, οὓς οὐκ οἶδα πῶς παρεῖδέ (15) σου ἡ ὁσιότης πορισαμένους ἑαυτοῖς τοῦ συνάγειν ὁμοτίμως ἡμῖν ἐξουσίαν (16).

B

Πάντως μὲν οὖν διὰ πάντων κατὰ Θεοῦ χάριν τὰ θεῖα πεπαιδευμένος μυστήρια, οὐ μόνον τὴν τοῦ ὀρθοῦ λόγου συνηγορίαν ἐπίστασαι, ἀλλὰ κἀκεῖνα ὅσα παρὰ τῶν αἱρετικῶν κατὰ τῆς ὑγιαινούσης ἐπινενόηται πίστεως· πλὴν καὶ παρὰ τῆς βραχύτητος ἡμῶν, οὐκ ἄκαιρον ἴσως ἀκοῦσαί σου τὴν σεμνοπρέπειαν, ὅτι μοι πτυκτίον ἦλθεν ἐν χερσὶ (17) τοῦ Ἀπολλιναρίου, ἐν ᾧ τὰ κατασκευαζόμενα πᾶσαν αἱρετικὴν κακίαν παρέρχεται. Διαβεβαιοῦται γὰρ, μὴ ἐπίκτητον εἶναι τὴν σάρκα κατ' οἰκονομίαν ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ προσληφθεῖσαν ἐπὶ μεταστοιχειώσει τῆς φύσεως ἡμῶν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ Υἱῷ τὴν σαρκώδη ἐκείνην φύσιν εἶναι. Καὶ κακῶς ἐκλαβὼν εὐαγγελικήν τινα ῥῆσιν εἰς μαρτυρίαν τῆς τοιαύτης ἀτοπίας C προβάλλεται λέγων, ὅτι *οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*· ὡς καὶ πρὶν τοῦ κατελθεῖν αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατελθεῖν ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα ἐκείνην, ἣν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἔχων ἐτύγχανε, προαιώνιόν τινα (18) καὶ συνουσιωμένην. Λέγει γὰρ πάλιν ἀποστολικήν τινα ῥῆσιν, τοῦ ὅλου σώματος τῆς συμφράσεως ἀποκνίσας· ὅτι *ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ*. Εἶτα κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖ-

[1] Joan. III, 13.

(8) *Ἐκπομπεύουσιν*. Montac. et Morel. ἐμπομπεύουσιν, ita et Combef.

(9) *Ἐξ ἐπιτροπῆς*. *Permissionem*, inquit Bill., hoc loco transtuli a verbo, ἐπιτρέπω· absurdum enim fuisset vertere *ex mandato et delegato*. Neque D enim verisimile est Theodosium insigni pietate præditum, hæreticis mandasse ut errores suos spargerent ac diffunderent; verum illos potius optimi principis clementia abutentes, atque ecclesias congregantes, hoc audaciæ suæ prætexuisse, quod se permissu imperatoris facere dicerent, quæ facerent. Et certe hoc eis Theodosium permisisse testatur noster Gregorius in sua *Vita*, eoque etiam nomine ipsum reprehendit, ut non satis magno zelo præditum; tametsi postea, ut ipsius factum excuset, causam aliquam proferat. Combef. ὡς ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦτο ποιοῦντες, *velut facta rei licentia*, relicto eis per principis facilitatem rei arbitrio.

(10) *Κατὰ Μακεδόνιον, ἐρίζοντες*. Coisl. et Reg. Montac. et Morel. κατὰ Μακεδόνιον αἱρετίζοντες. *Macedonii sectæ adhærentes*.

(11) *Ἑαυτοῖς ἐπιφημίζοντες*. In Orat. 2, et Colb. 6, 9, ἑαυτοῖς deest.

(12) *Ἐπιπολάζειν*. Coisl. 1, Montac., Morel. ac Combef. ἐπιχωριάζειν, *in nostris locis agant et frequentes sint*.

(13) *Ταῖς χειροτονίαις αὐτῶν*. Non recte Bill. : *Eleusium suæ electionis auctorem garrientes*. Melius Combef. : *suarum auctorem ordinationum jactantes*, vel *se ab Eleusio ordinatos esse rumorem spargentes*. At hujusmodi interpretationes Græco respondere non videntur.

(14) *Συνεφελκύσαιτο*. Ita Reg. In edit. συνεφελκύσοιτο.

(15) *Οἶδα πῶς παρεῖδε*. Coisl. 1, οἶδ' ὅπως περιίδεν. Reg. id. οἶδ' ὅπως περιεῖδε. Vertit Combef. : *quonam modo neglexit*, ac quasi non advertit, quæ Nectarii non satis pervigilis ex episcopali munere, insimulatio est.

(16) *Τοῦ συνάγειν... ἐξουσίαν*. Reg. τοῦ συνάγειν παῤῥησίαν.

(17) *Πτυκτίον ἦλθεν ἐν χερσί*. Ita Or. 2, Coisl. 2 et Colb. 3. At Coisl. 1 πτυκτίον γέγονεν ἐν χερσί. Utrumque verbum deerat in edit., utrumque legit Combef.

(18) *Προαιώνιόν τινα*. Bill. : *antesæcularem quamdam videlicet*.

Digitized by Google

νον τὸν ἄνωθεν ἥκοντα τὸν νοῦν μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς τὴν τοῦ νοῦ φύσιν ἀναπληρώσασαν, μέρος γενέσθαι τοῦ ἀνθρωπείου συγκράματος (19) τὸ τριτημόριον, ψυχῆς τε καὶ σώματος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον περὶ αὐτὸν ὄντων, νοῦ δὲ μὴ ὄντος, ἀλλὰ τὸν ἐκείνου τόπον τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀναπληροῦντος. Καὶ οὕπω τοῦτο δεινόν· ἀλλὰ τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν, τὸν κριτὴν τῶν πάντων (20), τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὸν καθαιρέτην τοῦ θανάτου, θνητὸν εἶναι κατασκευάζει, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ θεότητι πάθος δέξασθαι, καὶ ἐν τῇ τριημέρῳ ἐκείνῃ νεκρώσει τοῦ σώματος, καὶ τὴν θεότητα συναπονεκρωθῆναι τῷ σώματι, καὶ οὕτω παρὰ τοῦ Πατρὸς πάλιν ἀπὸ τοῦ θανάτου διαναστῆναι. Τὰ δ' ἄλλα ὅτα προστίθησι ταῖς τοιαύταις ἀτοπίαις μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι.

A textus corpore avulsum : *Secundus homo de cœlo* [1]. Deinde hominem illum cœlitus venientem mente minime præditum esse asserit, verum Unigeniti deitatem mentis naturam supplentem, tertiam humanæ coagmentationis et conjunctionis partem exstitisse : quod nimirum anima et corpus juxta humanitatem in eo sint, mens autem minime ; verum ejus locum Verbi divinitas suppleat. Nec hoc adhuc grave est ; sed, quod omnium indignissimum atque atrocissimum, ipsum unigenitum Deum, omnium judicem, vitæ auctorem, mortis exstinctorem, mortalem esse docet, ac probare nititur, propriaque sua divinitate passum esse, atque in triduana illa corporis morte divinitatem quoque simul cum corpore mortuam fuisse, sicque rursus Patris opera a morte ad vitam revocatam. Alia autem omnia, quæ hujusmodi absurditatibus adjicit, longum fuerit commemorare.

Εἰ τοίνυν οἱ τοιαῦτα φρονοῦντες ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ συνάγειν γίνονται, σκοπείτω σου ἡ ἐν Χριστῷ εὐδόκιμος φρόνησις, ὅτι μὴ συμβαινόντων ἡμῶν οἷς ἐκεῖνοι φρονοῦσι (21), τὸ λαβεῖν αὐτοὺς ἐξουσίαν συνάξεως, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀληθεστέρους τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος νομισθῆναι. Εἰ γὰρ ὡς εὐσεβοῦντες ἐκεῖνοι διδάσκειν ὡς φρονοῦσι, καὶ κηρύττειν ἐν παῤῥησίᾳ τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπονται δόγμα (22), δῆλον ὅτι κατέγνωσται ὁ τῆς Ἐκκλησίας λόγος, ὡς τῆς ἀληθείας παρ' αὐτοῖς οὔσης. Δύο γὰρ ἐναντίους λόγους περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἀληθεῖς εἶναι, φύσις οὐκ ἔχει. Πῶς οὖν ὑπέμεινέ σου ἡ μεγαλοφυὴς καὶ ὑψηλὴ διάνοια, μὴ χρήσασθαι τῇ συνήθει παῤῥησίᾳ εἰς διόρθωσιν τοῦ τοσούτου κακοῦ; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον τοῦτο γέγονε, νῦν γοῦν διαναστήτω ἡ ἀμίμητός (23) σου ἐπ' ἀρετῇ τελειότης, καὶ διδαξάτω τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ὅτι οὐδὲν κέρδος ἔσται τῆς λοιπῆς αὐτοῦ περὶ τὰς Ἐκκλησίας σπουδῆς, εἰ τὸ τοιοῦτο κακὸν ἐπὶ καθαιρέσει τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, διὰ τῆς παῤῥησίας αὐτῶν κατισχύσει (24).

B Proinde si iis, qui talia sentiunt, cœtus habere licet, illud velim cogitet atque expendat tua in Christo illustris prudentia, quod nobis non idem sentientibus ac illi, cœtus habendi potestas illis facta, nihil aliud sit, quam eorum doctrinam nostra veriorem existimari. Nam si illis, ut et pie sentientibus, ea, quæ sentiunt, docere libereque promulgare permittitur, quis non videt Ecclesiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse. Quomodo igitur excelsus et præstans animus tuus ad tanti mali correctionem **169** consueta libertate non uti sustinuit? Verum etiamsi nondum factum est, nunc saltem inimitabilis tua numerisque omnibus absoluta virtus excitetur ac pientissimum imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio rediturum esse utilitatis, si tale malum ad fidei sanæ eversionem per eorum libertatem licentiamque prævaleat.

C

ΣΓ'. ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΩ (25).

CCIII. VALENTINIANO.

Cæteras Gregorii epistolas quæ supersunt, extremis ejus vitæ temporibus scriptas fuisse licet affirmare. Cum autem illæ omni prorsus temporum charactere sint destitutæ, in tanta rerum obscuritate, cum ipsis annum assignare possibile non sit, sat erit hunc inter illas ordinem servare, ut quæ prius datæ videbuntur, priori quoque loco collocentur ; quæ eidem, eodemve de argumento scriptæ, juxta se invicem ponantur, ut mutuam sibi lucem et claritatem præbeant.

[1] I Cor. xv, 47.

(19) *Ἀνθρωπείου συγκράματος.* Reg. et Or. 2, ἀνθρωπίνου συγκρίματος.

(20) *Κριτὴν τῶν πάντων.* Ita Reg. et Or. 2. In edit. τῶν deest. Refert Montac. ex Reg. κριτὴν πάντων, ὄντων ἀρχηγόν. At in Mediceo, inquit Morel., legitur tantum κριτὴν τῶν ἁπάντων. In cod. vero Francisci I, κριτὴν τῶν ὄντων, τὸν ἀρχηγόν.

(21) *Ὅτι μὴ συμβαινόντων ἡμῶν οἷς φρονοῦσι.* Billius : *quod cum nobis cum eorum dogmatibus non conveniat, cœtus habendi potestatem illis factam esse, nihil aliud est quam eorum doctrinam nostra veriorem existimare.*

(22) *Ἐπιτρέπονται δόγμα.* In oratione 2 verbum δόγμα deest, nec legitur etiam in tribus codicibus Colbertinis, nempe in iis quæ signantur 3, 6, 9.

(23) *Ἡ ἀμίμητος.* Ita Coisl. 1, Reg., Montac. et Combef. Quam lectionem secutus est Bill. In edit. ἀμώμητος, *inculpata.*

(24) *Κατισχύσει.* Addunt Coisl. 1, Reg., necnon Montac. et Morel. ἐῤῥωμένον σε καὶ ὑπερευχόμενον ἡμῶν ὁ Χριστὸς χαρίσαιτο ταῖς αὐτοῦ Ἐκκλησίαις τὸν κοινὸν προστάτην τῶν Ἐκκλησιῶν, *incolumem te ac pro nobis orantem Christus Ecclesiis suis largiatur communem Ecclesiarum defensorem.* Similem clausulam nonnullis Gregorius apposuit epistolis, nec rara est apud sanctos Patres ; hanc tamen, inquit Combef., non habet Colb. maximus, nec codd. exhibent meliores.

(25) Alias CXCVI. Scripta eodem anno.

Digitized by Google

Priorem inter eas locum obtineat epistola ad Valentinianum, quæ quidem post illam scripta est quam pro ipso Valentiniano ante scripserat, ut eum præfecto commendaret. In ista vero de eo queritur; quippe qui eum Arianzo per summum scelus exire coegit, sive, ut ait ipse Gregorius, Carbala ejecit. Carbalam *enim et Arianzum eumdem locum esse, non immerito Bollandi volunt continuatores* (26); *sic tamen, ut Arianzus ipsius nomen fuerit vici, intra quem et ecclesiam habebant sancti martyres, et prope ecclesiam prædiolum suum habuerit Gregorius proprio nomine dictum* Carbala, *ut solent etiam domus hortique singuli suum in pagis nomen habere.*

Valentinianus e regione prædioli feminas collocarat, quibus conspectis Gregorius, cui castitatis servandæ summa cura fuit, relictis et manuum suarum laboribus et iis rebus quarum spe ducebatur, *effugit et alio emigravit.* Transiliit ut cervus, *inquit Baronius,* senex infirmis pedibus, etc.

Carbala per summum scelus ejicimur. Atque, ut tragœdiæ verbis nonnihil immutatis utar, ejicimur, non quidem sermone, sed re ipsa summaque cum violentia. Multo enim melius erat, tabula publice proposita nobis secessionem indicere, quam per mulieres, quas e regione nostri collocasti, vitæ gravitatem et sanctitatem intercidere, ac quotidianum dedecus et maledicentiam adjungere, ab illis proficiscentem, qui libenter iis, qui ita sibi vivendum proposuerunt, ut nos vivimus, obtrectant. Ac nisi hoc dictu audax est, nos quoque per Evam e paradiso expulisti. Est quidem facile speciosum aliquem prætextum invenire, teque excusare, atque æqua dicere videri, nempe nos a te minime ejici, verum hinc potius honore a te affici, quod nobis vicinus esse cupias : addes etiam fortasse, quod nos amice, et, ut cognatos decet, complecti velis, atque etiam aliquem ex amicitia nostra fructum capere. Hoc autem merus sermo est, non res. Vos enim, cum ad hunc locum acceditis, et excipimus, et amplectimur. Ad domesticum autem feminarum imperium **170** ita nos proripiemus, ut ad viperinos impetus. Ac nostræ quidem res finem habent. Circumscripti sumus, nos ipsos collegimus, multam nobis imposuimus, relictis et manuum nostrarum laboribus, et iis rebus quarum spe ducebamur, longaque ad sanctos martyres, excusandi nostri causa, oratione habita. Omnino, etsi hæc gravia et acerba sunt, attamen modo consentaneo vitæ nostræ instituto a nobis perferuntur, nec graviora et molestiora sunt, quam (quod ferre jussi sumus) ex urbibus in urbes migrare. Tu vero locum quidem velim diutius incolas, quam ii, qui prius eum incoluerunt; castius

A Ἐξελαυνόμεθα (27) Καρβάλης ἀνοσιώτατα. Συγχρήσομαι γὰρ τῷ τῆς τραγῳδίας (28), μικρὸν ἐναλλάξας. Ἐξελαυνόμεθα δὲ (29) λόγῳ μὲν οὐδαμῶς, ἔργῳ δὲ καὶ πάνυ σφοδρῶς. Πολλῷ γὰρ βέλτιον ἦν προγράμματι κηρύξαι τὴν ὑποχώρησιν, ἢ γυναιξὶν (30), ἃς ἀντιπροσώπους ἡμῶν συνῴκισας, τὸ σεμνὸν τοῦ βίου περικόπτων, καὶ καθημερίην ἀσχημοσύνην καὶ βλασφημίαν παραζευγνὺς, παρὰ τῶν ῥᾳδίως ἐπηρεαζόντων τοῖς οὕτω ζῆν ἑλομένοις, ὥσπερ ἡμεῖς. Εἰ δὲ μὴ τολμηρὸν εἰπεῖν, καὶ ἡμᾶς τοῦ παραδείσου διὰ τῆς Εὔας ἐκβέβληκας. Ῥᾴδιον μὲν γὰρ εὑρεῖν εὐπρεπές τι, καὶ (31) ἀφοσιώσασθαι καὶ δόξαι δίκαια λέγειν, ὡς οὔτε ἐξωθούμεθα παρὰ σοῦ, καὶ τιμώμεθα γειτνιᾷν ἡμῖν θέλοντος (32)· προσθήσεις δὲ ἴσως, ὅτι καὶ δεξιοῦσθαι φιλικῶς τε B καὶ συγγενικῶς, καί τι παραπολαύειν τῆς φιλίας τῆς ἡμετέρας. Τὸ δὲ λόγος, οὐκ ἔργον ἐστίν. Ὑμᾶς μὲν γὰρ (33) ἐπιδημοῦντας τῷ τόπῳ, καὶ δεχόμεθα, καὶ ἀσπαζόμεθα. Οἰκαρχίαις δὲ γυναικῶν οὕτως ὑποχωρήσομεν, ὥσπερ ἐχιδναίοις ἐπιδρομαῖς. Τὸ μὲν οὖν ἡμέτερον ἔχει πέρας. Κατεσοφίσθημεν (34), συνεστάλημεν, ἡμᾶς αὐτοὺς τετιμήκαμεν, ἀφέντες καὶ πόνους χειρῶν ἡμῶν καὶ ἐλπίδας, καὶ πολλὰ τοῖς ἁγίοις ἀπολογησάμενοι μάρτυσι. Πάντως εἰ καὶ βαρέα ταῦτα καὶ δύσφορα, ἀλλὰ καθ' ὁδόν γε τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου (35) φιλοσοφούμενα, καὶ οὔπω (36) τοῦ πόλεις ἐκ πόλεων ἀμείβειν (ὃ φέρειν ἐκελεύσθημεν), φορτικώτερα. Σὺ δὲ τὸν τόπον οἰκοίης (37) μακρότερα μὲν ἢ κατὰ τοὺς προενοικήσαντας (38), σωφρονέστερον δὲ ἢ ἐλπίζομεν, ὡς ἂν μήτε τοὺς ἁγίους C ὑβρίζητε (39) μάρτυρας, μήτε αὐτοὶ πλήσησθε τῇ παροικίᾳ. Ἐκεῖνο δὲ πρὸ πάντων ἀσφαλίσασθε, τῶν καθιερωμένων τοῖς μάρτυσι φείσασθε (40)· ἵνα μὴ κακῶς περί τε ὑμῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ὑμετέρων βου-

(26) 9 *Maii*, pag. 424.

(27) *Ἐξελαυνόμεθα.* Ita cod. Reg. 1405, et alii. In edit. ἐξελαυνόμενα.

(28) *Τῷ τῆς τραγῳδίας.* Ita cod. 2022, et 1405. In edit. τό.

(29) *Ἐξελαυνόμεθα δέ.* Ita codd. duo Regg. In edit. δέ deest. Alludere videtur nobis Gregorius ad illud Euripidis in *Phœniss.* 391, ubi Polynicen interrogat Jocaste : *Esse exsulem, nonne malum magnum est? Maximum*, respondet Polynices, *re vero majus est quam verbis*, ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον, ἢ λόγῳ.

(30) *Γυναιξὶν.* Ita Par. 1405 et alii. Edit. ἐν γυναιξίν. Mox ἡμῶν. Ita cod. 2022 et Combef. In edit. D ἡμῖν.

(31) *Εὐπρεπές τι, καὶ*, etc. Addimus καὶ ex cod. 1405. Montac. et Morel. τὶ ἀπρεπὲς, καί, etc.

(32) *Θέλοντος.* Cod. Reg. ἐθέλοντος.

(33) *Ὑμᾶς μὲν γὰρ.* Ita cod. 1405, etc. In edit. μέν deest.

(34) *Κατεσοφίσθημεν*, etc. Combef. : *Compressi ac coerciti sumus, nos ipsi æstimavimus, multamque nobis indiximus;* quasi qui sponte cedere malimus, quam e vicino feminas habere. Nihil clarius; nec Bill. bene ex trito vocum usu, qui etiam legendum pro τετιμήκαμεν proponit τετιμωρήκαμεν.

(35) *Καθ' ὁδόν γε τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου.* Bill. : *modo superiori nostræ vitæ consentaneo.* Combef. : *ejus quam instituimus, vitæ ratione.*

(36) *Καὶ οὔπω.* Ita cod. Reg., Morel., Combef. ac Bill. In edit. καὶ οὕτω.

(37) *Οἰκοίης.* Ita cod. Edit. οἰκείοις.

(38) *Προενοικήσαντας.* Cod. 1405, πρόσθεν οἰκήσαντας. Ita et Morel., qui etiam legit προενοικίσαντας.

(39) *Ὑβρίζητε.* Ita cod. In edit. ὑβρίζοιτε. Mox πλήσησθε. Ita cod. et Morel. In edit. πλήσοισθε.

(40) *Τῶν καθιερωμένων τοῖς μάρτυσι φείσασθε.* Bill. : *Ne quid durius in eos qui martyribus sese consecrarunt, statuatis.*

Digitized by Google

λεύσησθε, πονηρῷ τῷ ἐπεισοδίῳ τὰ ὄντα φθει- A autem, quam speramus : ut nec martyribus contu-
ροντες. meliam inferatis, nec ipsi hujusmodi incolatu per-
cutiamini. Illud autem ante omnia providete, ut ab iis quæ martyribus sunt consecrata manum abs-
tineatis ; ne alioqui, et vobis, et rebus vestris male consulatis. facultatibus vestris per malam
accessionem, labem et perniciem afferentes.

ΣΔ'. ΑΔΕΛΦΙΩ (41). CCIV. ADELPHIO.

Prima hæc ad Adelphium nobilem juvenem epistola, aliud nihil est quam officiosa salutatio qua virtutis Adelphii primordia, animi simplicitatem, candorem morum atque integritatem laudat. Pollicetur etiam ad eum se venturum, ut iis, quæ præjecit, fundamentis, ac veluti columnis aureis, admirandum quoque in eo juvene palatium Deo superstruat. Bis excusa est in eodem volumine hæc epistola, pag. 859, *ex versione Billii, et iterum pag.* 910, *n.* 223, *Latine reddita a Morello, qui hanc ut novam obtrudit.*

Εἶεν (42)· τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἡμῖν ἔχει καὶ πάνυ καλῶς. Ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν, ἄμφω πρὸς Θεὸν νεύομεν, οὐ δεδέμεθα πρὸς τὰ κάτω, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη (43), τὴν κρείττω καὶ θειοτέραν φιλίαν ἀσπαζόμεθα, χεῖρας ἀλλήλων εἰλήφαμεν, καὶ ἐπιστωσάμεθα (44). Φέρε δὲ ἤδη καὶ περὶ τῆς δευτέρας οἰκειότητος πρεσβεύσωμεν πρὸς ὑμᾶς, Θεὸν προστησάμενοι τοῦ λόγου, καὶ σὺν τούτῳ κινούμενοι, ὅνπερ δὴ παντὸς ποιούμεθα καὶ ἔργου καὶ λόγου προστάτην. Εἰ δὲ γράμμασι πρᾶγμα τοσοῦτον πιστεύομεν, μὴ θαυμάσῃς. Μάλιστα μὲν γὰρ ἡ σὴ δεξιότης, καὶ τὸ τῶν σῶν ἠθῶν ἁπλοῦν τε καὶ ἐλευθέριον (ὅπερ ὀλίγον καὶ παρ' ὀλίγοις (45) εὕροι τις ἄν), ἐπῆρεν ἡμᾶς καὶ ταῦτα (46) θαρρεῖν. Ἔπειτα οὐδὲ γράμμασι τὸ πᾶν ἐπιτρέπομεν (οὐχ οὕτως ἐσμὲν ἀρχαῖοι, καὶ μικρῶς τὰ μεγάλα πράττοντες (47), οὐδὲ τὰ σπουδαῖα παρέργως), ἀλλὰ νῦν μέν, ὡς φησι Πίνδαρος, οἷον χρυσέας ὑφίσταμεν εὐτυχεῖ θαλάμῳ (48) κίονας, μικρὸν ὕστερον δι' ἡμῶν αὐτῶν, ἡνίκα ἂν διδῷ ὁ Θεὸς, καὶ θεητὸν μέγαρον πήξομεν, ἔργον, ὅ φασι, λόγῳ συνάπτοντες. Πολλοὶ πρόσεισι τῶν ἐν ὑμῖν εὐπατρίδαι (49), (καὶ γὰρ πείθομαι προσιέναι πολλούς. Τίς δὲ οὐχ ὑμῶν ἐρᾷ καὶ τῆς συναφείας τῆς ὑμετέρας ;) πολλοὶ τῶν τῆς μεγάλης ὀφρύος, χρήματα, συγγένειαν, φίλους, δυναστείαν ἐν πόλεσι, δυναστείαν ἐν βασιλείοις, πάντα προτείνοντες ὅσα ἐστὶ περιφορᾶς ἀλόγου καὶ καιροῦ παίγνια, νῦν μὲν τοῖς προσπίπτοντα, νῦν δὲ τοῖς, καὶ ὥσπερ ἐν πεττῶν θέσει ἄλλοτε εἰς ἄλλους μεταῤῥιπτούμενα.

Esto : prima quidem nobis perbelle se habent. Virtutem laudamus; ambo ad Deum tendimus ; rebus terrenis, nisi quantum ineluctabilis necessitas cogit, haudquaquam alligati sumus ; præstantiorem ac diviniorem amicitiam amplexamur ; alter alterius manus cepimus, fidem mutuo dedimus. Age jam de secunda propinquitate ac necessitudine legationem ad vos obeamus, Deum orationi prælicientes, atque una cum illo impulsi et agitati ; quippe **171** quem et operis omnis et sermonis patronum atque antistitem nobis proponamus. Quod si rem tantam litteris committo, ne tibi mirum istud videatur. Maxime enim dexteritas et facilitas tua, morumque tuorum simplicitas et integritas (quod quidem raro et apud paucos quispiam reperiat), ad hanc fiduciam nos extulit. Deinde ne litteris quidem rem totam committimus (non enim ita stolidi sumus ac magna demisse agentes, et seria negligenter ac perfunctorie), verum nunc quidem, ut Pindarus loquitur, velut aureas columnas felici thalamo subjicimus : paulo post autem per nos ipsos, cum id Deus concesserit, admirandum quoque palatium exstruemus, opus nimirum, ut dici solet, cum sermone connectentes. Multi inter vos nobili loco nati ad te adeunt, (non enim dubito, quin multi adeant. Quis enim est qui te conjunctionemque tuam non amet ?) multi, inquam, alti supercilii, opes, cognationem, amicos, potentiam in urbibus, potentiam in imperatorum aulis, ac deni-

(41) Alias CXXVIII. Scripta extremis vitæ Gregorii temporibus, annisque forte 387, 388 aut 389.

(42) *Εἶεν.* Τὸ *εἶεν*, ἀντὶ τοῦ Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως. Ἔστι γὰρ ἐπίῤῥημα ἀφοριστικόν· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἤδη εἰρημένοις λεγόμενον, περιορίζει αὐτά· σημαίνει γὰρ τὸ Ἄγε δή, ἔστι καὶ ἀναφάνησις. Ab illis verbis duxit olim exordium hæc epistola. Miror, ait Montac., hæc a Billio versa : non enim illa quæ sequuntur usque ad τὰ μὲν δὴ πρῶτα, sunt τοῦ Θεολόγου, sed cujusdam scholiastæ notatio : ideo nec in Morelli codice erant, qui hanc epistolam inter suas ἀνεκδότους dedit, nec in Bodl. exemplari. Hæc Montac., qui nequaquam, inquit Morel., debet insultare Parisiensibus, quod hanc inter ἀνεκδότους dederint, hoc decepti glossemate, quod ejus initium deformarat, cum in eumdem offenderit ipse lapidem, ut videri potest pag. 138. Illic enim est epistola CLXVII ἰδού σοι, quam velut ἀνέκδοτον nobis obtrusit pag. 122 editionis suæ. Litigent inter se, ac sese dilacerent viri sapientissimi : non mirandum minus, quæ retulimus verba, reddita fuisse a Billio. Scholium enim sunt male assutum, potuitque vir doctus rem sic claram advertere. Vertit tamen Εἶεν, hoc εἶεν *idem est ac si dicam, Atque hæc ad hunc modum se habent. Est enim adverbium distinguens. Etenim cum post ea quæ jam dicta sunt, usurpatur, ea circumscribit. Significat etiam idem quod, Age vero. Vim item declarandi habet.*

(43) *Ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη.* Bill. : *nisi quantum necessitas cogit.* Vim phrasis, ait Combef., non intellexit Morel., nec bene *quia non urgens necessitas est, præstantiorem ac diviniorem.*

(44) *Καὶ ἐπιστωσάμεθα* Morel. sequimur ; at Bill. : *eamque* scilicet amicitiam *confirmavimus.*

(45) *Ὅπερ ὀλίγον καὶ παρ' ὀλίγοις.* Combef. ὅπερ ὀλίγων. Cod. R. et Morel. καὶ παρ' ὀλίγοις. Bill. καὶ παρ' ὀλίγων.

(46) *Καὶ ταῦτα.* Morel. καὶ τὰ τοιαῦτα.

(47) *Πράττοντες.* Morel. πράττομεν.

(48) *Εὐτυχεῖ θαλάμῳ.* Cod. B. 3, εὐτειχεῖ. Morel. εὐτειχεῖ προθύρῳ, *bene structo vestibulo.* Verum, ut notat Combef., Pindarus ad VI *Olymp.*, stroph. 1, εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου, *bene structo vestibulo domus;* τὸ προθύρῳ missum fecit Bill., nec Morel. τὸ θαλάμῳ reddidit. Vide supra epist. IX.

(49) *Πρόσεισι τῶν ἐν ὑμῖν εὐπατρίδαι.* Morel. πρόσεισιν ὑμῖν εὐπατρίδαι, *multi accedunt ad vos patricii.*

Digitized by Google

que omnia ea protendentes, quæ temerariæ jactationis, et temporis ludibria sunt, quæ nunc ad hos, nunc ad illos cadunt, ac velut in talorum situ alias ad alios trajiciuntur atque immutantur. Nos autem unum pro omnibus tibi offerimus, hoc est, nos ipsos : vicissimque unum pro omnibus quærimus, hoc est, vos. Quod si alios meliores ac melioribus natos pro amicis habiturus es (confitemur enim, quandoquidem hoc quoque nostrum efficitur), at una re saltem (quod favente Deo a me dictum velim) nequaquam nobis superiores futuros, nimirum fide ac sinceritate in colenda amicitia. Cujus quidem rei major habenda est ratio, quam omnium aliarum rerum in unum congestarum, iis quidem certe, qui mente præditi sunt. Pluribus verbis ad tuam excellentiam minime opus est, imo etiam plura fortasse diximus, quam epistolæ modus postulet. Superest. ut et mihi ipsi et vobis aliquid optem. Deus, qui, et hæc, et alia iis, quos sui amantes habet, procurat, id vobis in mentem inducat, quod optimum, atque et nobis et vobis æque in rem futurum sit, ac præsertim de tantis rebus consilium sumentibus.

A Ἡμεῖς δὲ ἓν ἀντὶ πάντων (50) προσάγομεν ὑμῖν, ἡμᾶς αὐτούς, καὶ μέντοι καὶ ζητοῦμεν ἓν ἀντὶ πάντων, ὑμᾶς. Εἰ τοίνυν καὶ βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων (ὁμολογοῦμεν γὰρ, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἡμέτερον γίνεται), ἀλλ' ἑνί γε οὐχ ὑπερέξοντας ἡμῶν (ἐν Θεῷ δὲ εἰρήσεται), τῷ πιστῷ καὶ γνησίῳ περὶ τὴν οἰκειότητα· οὗπερ δεῖ μᾶλλον ποιεῖσθαι λόγον, ἢ πάντων ὁμοῦ τῶν ἄλλων, τούς γε νοῦν ἔχοντας. Ἀρκεῖ τοσαῦτα πρὸς τὴν σὴν τελειότητα, καὶ ταῦτα πέρα ἴσως ἢ κατὰ μέτρον ἐπιστολῆς. Λοιπόν τι καὶ ἐμαυτῷ καὶ ὑμῖν ἐπεύξομαι. Θεὸς ἐπὶ νοῦν ὑμῖν ἀγάγοι, παρ' οὗ καὶ ταῦτα καὶ τ' ἄλλα οἰκονομεῖται τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ὅ τι ἂν ᾖ βέλτιστον καὶ σύμφορον ἡμῖν τε καὶ ὑμῖν ἐπίσης, ἄλλως τε καὶ περὶ τηλικούτων βουλευομένοις.

172 CCV. EIDEM.

ΣΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (51).

Navilos ad visendum Adelphium Gregorius se venturum pollicitus fuerat, negotiis autem et morbo impeditus, promissa non perfecit. Excusat se hac epistola, atque iterum spondet se venturum.

Nec filius contemnitur, nec patri diffiditur. Quocirca ne nobis fidem abroges, illud purgandi nostri causa dicentibus, quod occupatio et morbus spiritalis, quóminus Navilos proficisceremur, ac concilio interessemus (præsertim cum tanto studio animique affectu vocati fuissemus), impedimento fuit, non autem pigritia quædam aut contemptio, quemadmodum fortasse suspicatus es. Ac nunc quidem infirmitate adhuc tenemur. Si autem Deus sanitatem nobis dederit, illud etiam adjungemus, ut rebus ipsis tibi satisfaciamus, atque usque ad nobilitatem tuam curramus, plenasque domui nostræ benedictiones persolvamus. Nostra enim esse, quæ tua sunt, volumus et optamus.

B Υἱὸς οὐκ ἀτιμάζεται, ἀλλ' οὐδὲ ἀπιστεῖται πατήρ. Διὰ τοῦτο μὴ ἀπιστήσῃς ἡμῖν ἀπολογουμένοις, ὅτι ἀσχολία καὶ ἀῤῥωστία πνευματικὴ (52) τὸ κωλύσαν ἦν ἡμᾶς (53) γενέσθαι μέχρι Ναυΐλων, καὶ τῆς συνόδου μετασχεῖν, ἄλλως τε καὶ τοσαύτῃ σπουδῇ κεκλημένους, ἀλλ' οὐκ ἄκνος τις, οὐδὲ περιφρόνησις, ὅπερ ἴσως ὑπέλαβες. Νῦν μὲν οὖν ἔτι τῇ ἀσθενείᾳ κρατούμεθα. Εἰ δὲ δοίη τὸ ὑγιαίνειν Θεὸς, καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἀπολογίαν προσθήσομεν, καὶ δραμόντες (54) μέχρι τῆς σῆς εὐγενείας, καὶ πλήρεις τὰς εὐλογίας τῷ οἴκῳ ἡμῶν ἀποδώσοντες (55). Ἡμέτερα γὰρ εἶναι τὰ σὰ καὶ βουλόμεθα καὶ εὐχόμεθα (56).

C

CCVI. EIDEM.

ΣϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (57).

Adelphium turpiter et misere prolapsum amore mulierum, erigere et corrigere conatur Gregorius.

Honorandum te adhuc voco, etiamsi ea quæ honore minime digna sunt, consilia ineas. Ac velim hanc meam loquendi libertatem in bonam partem accipias, qui paternis visceribus inciter, nec propter benevolentiam patientia uti possim. Multo enim melius est brevi atque exiguo mœrore illato maximam utilitatem afferre, quam dum ea, quæ jucunda sint, sequimur, in eo, quod summum ac præcipuum est, detrimentum tibi conflare. Sacer-

Ἔτι σε καλῶ τίμιον, καίπερ οὐ τίμια βουλευομενον. Καί μου δέξαι (58) τὴν παῤῥησίαν σπλάγχνοις πατρικοῖς κινουμένου (59), καὶ καρτερεῖν οὐ δυναμένου διὰ τὴν εὔνοιαν. Πολλῷ γὰρ βέλτιον βραχέα λυπήσαντα, μέγιστα ὠφελῆσαι, ἢ τὰ πρὸς ἡδονὴν (60) διώκοντα ζημιῶσαι τῷ κεφαλαίῳ. Ἱερεὺς ἦν ὁ Ἠλεῖ (61), καὶ τοῖς παισὶν ἀσεβοῦσιν ἐπέπληττε μὲν, *Οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοὴ*, λέγων, *ὦ τέκνα, ἣν ἐγὼ ἀκούω περὶ ὑμῶν*. Ὅτι δὲ μὴ σφοδρῶς ἐπέπληττε,

(50) *Ἐν ἀντὶ πάντων*. Bill. ἐναντίον πάντων.

(51) Alias CXXIX. Scripta eodem circiter tempore.

(52) *Ἀῤῥωστία πνευματική*. Forsan *ἀῤῥωστία πνευμονική, pulmonis ægritudo*, qua et se teneri adhuc mox significat; τῇ ἀσθενείᾳ. Bill. : *corporis imbecillitate.*

(53) *Κωλύσαν ἦν ἡμᾶς*. Ita cod. R. et Combef. In edit. ἡμᾶς deest.

(54) *Καὶ δραμόντες*. Cod. Reg. et Harl. ad marg. καμόντες.

(55) *Ἀποδώσοντες*. Cod. 1405, ἀποδώσομεν.

(56) *Βουλόμεθα καὶ εὐχόμεθα*. Ita cod. et Combef. In edit. εὐχόμεθα καὶ βουλόμεθα.

(57) Alias CXXX. Scripta post superiorem.

(58) *Καί μου δέξαι*. Ita omnes codd. et interpretes. In edit. καί μοι δέξαι.

(59) *Σπλάγχνοις πατρικοῖς κινουμένου*. Bill. : *Hoc est ejus qui paternis visceribus inciteturr, nec patientia uti possit.*

(60) *Ἢ τὰ πρὸς ἡδονήν*. Ita cod. et Combef. In edit. ἢ τὸ πρὸς ἡδονήν.

(61) *Ὁ Ἠλεῖ*. Cod. et Combef. ὁ Ἠλί.

Digitized by Google

σφοδρῶς ἐνεκλήθη, καὶ δίκην ὑπέσχε πατὴρ εὐσεβὴς παιδῶν παρανομίας. Τοῦτο φοβούμενος τὸ ὑπόδειγμα καὶ αὐτὸς, ἐπὶ ταύτην ἦλθον τὴν παραίνεσιν. Τί ἐστιν ὃ πέπονθας, ἀγνοῶ. Τίς ἡ τοσαύτη περὶ σὲ σκοτομήνη; Πῶς αἰσχύνεις μὲν σεαυτοῦ τὸ γένος; αἰσχύνεις δὲ τὴν ἡμετέραν πολιὰν, καὶ τὰς ἐλπίδας ἃς εἴχομεν ἐπὶ σοὶ, ἡνίκα ἐπέστημεν Ναυΐλοις, πᾶν ἀγαθὸν καὶ διαλεχθέντες, καὶ πείσαντες, ὡς ᾠόμεθα; Πῶς οὐκ ἀκούεις λεγούσης τῆς Γραφῆς, Μὴ δὸς γυναιξὶ τὸν σὸν (62) πλοῦτον καὶ τὰ σὰ χρήματα εἰς ὑστεροβουλίαν; Εὖ γὰρ ἴσθι (63), μεταμελήσει σοι τούτων μικρὸν ὕστερον, ἡνίκα ἂν κατατριβῶσι σάρκες σώματός σου (64), κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ δυνηθῇ διασχὼν ὥσπερ ἐκ νέφους ὁ νοῦς πρὸς Θεὸν ἰδεῖν, καὶ λογίσασθαι καθαρῶς (65) τὰ συμφέροντα. Φύλαξαι τὴν παγίδα (66), μὴ ἀγρευθῇς τοῖς ὀφθαλμοῖς· καὶ εἰ ἠγρεύθης, ἔκνηψον (67), μὴ καὶ τὸ θρυλλούμενον βεβαιώσῃς (68), ὅτι φαρμάκοις τὸν νοῦν ἐκλάπης (69)· ἐπειδὴ δεινὸν εἰς κακῶν ἐπίνοιαν ἡ ἀσέλγεια. Ἀλγεινὸν μὲν γὰρ τὸ καὶ οἶκον τοσοῦτον (70), καὶ τοσούτοις πόνοις συνειλεγμένον, οὕτως ἐν βραχεῖ διασπεῖραι, καὶ καταλῦσαι, καὶ μάλιστα ἐν ἀρχαῖς βίου, ἡνίκα, ἢ τὴν καλὴν, ἢ τὴν πονηρὰν δόξαν ἕκαστος ἑαυτῷ καταβάλλεται. Πολλῷ δὲ δεινότερον τὸ καὶ γυναῖκας παρθένους οὔσας, ἃς καὶ οἱ σοῦ (71) γονεῖς, καὶ αὐτὸς, ὡς ἡμᾶς ἔπειθες, καθιέρωσας τῷ Θεῷ, ταύτας ἱεροσυλεῖν καὶ ἁρπάζειν· καὶ τὰς μὲν ἔχειν ἤδη, τὰς δὲ πτοεῖν ὡς τὰ αὐτὰ πεισομένας. Τὸν οὖν Θεὸν φοβηθεὶς, ᾧ λατρεύεις, καὶ ἡμᾶς αἰδεσθεὶς, ἐπίσχες σεαυτὸν τοῦ λοιποῦ πάσης πονηρᾶς προαιρέσεως. Εἰ γὰρ οἷόν τε ἦν παρακύψαντά σε γνῶναι τὴν ἀδοξίαν (72), ἣν πάντων ἡμῶν κατέχεας, τάχα ἂν οὐκ ἐδεήθης ἄλλης παραινέσεως, ἀλλ' αὐτὴν τὴν αἰσχύνην σύμβουλον (73) ἐποιήσω τῶν σῶν πρακτέων. Τούτων ἡδίω (74) μὲν εἶχον γράφειν, λυσιτελέστερα δὲ οὐδαμῶς (75). Καὶ τὰ πλείω παρήσω γράφειν, ἐκεῖνο εἰδὼς, ὡς εἰ μή σε ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος παιδαγωγήσειε, μικρὸν ἢ οὐδὲν οἱ λόγοι δυνήσονται· ἐπεὶ καὶ σιδήρῳ κηρὸς μὲν εὐκόλως χαράσσεται, σίδηρος δὲ ἐργωδέστερον, ἀδάμας δὲ οὐδὲ τῷ στερροτάτῳ, διὰ σκληρότητα φύσεως.

dos erat Heli, atque filios quidem impia crimina patrantes objurgabat. *Non enim bona fama est*, inquiebat, *o filii, quam de vobis audio* [3]. Quoniam autem haud acriter ac vehementer objurgabat, vehementer ipse accusatus est, scelerisque filiorum pius pater pœnas luit. Hoc exemplum ipse quoque reformidans, ad hanc adminitionem veni. Quid tibi acciderit, ignoro. Quæ hæc tanta caligo te circumfundit? Quonam pacto genus tuum dedecoras? Dedecoras etiam canitiem nostram, spesque eas, quas de te conceptas habebamus cum Navilos perrexissemus, atque omne boni genus, et disseruissemus, et, ut quidem nobis videbatur, persuasissemus? Quin tu Scripturam audis, dicentem: Ne dederis mulieribus divitias tuas, et opes **173** tuas in serum consilium [4]? Hujus rei, mihi crede, aliquanto post, te pœnitebit, cum obtritæ corporis tui carnes fuerint [5], ut Scripturæ verbis utar, ac mens, velut diffissa et penetrata nube, Deum prospicere, atque ea quæ commoda et frugifera sunt, pure ac liquido considerare poterit. Cave laqueum, ne oculis tuis capiaris; et, si captus es, expergiscere, ne illud etiam, quod rumore celebratur, confirmes: nempe quod veneficiis quibusdam mens tibi subrepta sit, siquidem ad comminiscenda mala mire solers est lascivia. Atque acerbum quidem est, tantam domum, ac tot laboribus collectam, brevi adeo temporis spatio dissipare et evertere, ac præsertim vitæ initiis, cum vel bonæ, vel malæ famæ et existimationis sibi quisque fundamenta jacit. At longe gravius et acerbius, virgines et feminas, quas et tui parentes, et tu etiam, ut nobis fidem fecisti, Dei cultui consecrasti, sacrilega manu rapere, atque alias quidem jam habere, aliis autem, tanquam idem perpessuris, terrorem injicere. Quamobrem et Dei, quem colis, metu, et nostri reverentia permotus, ab omni improbo et flagitioso animi instituto deinceps te reprime. Nam si fieri posset, ut velut per transennam spectans, ignominiam, qua nos omnes perfudisti, cognitam haberes, fortasse ne alia quidem admonitione opus habuisses, verum ipsam quoque

[3] I Reg. II, 24. [4] Prov. XXXI, 3. [5] Prov. V, 11.

(62) *Μὴ δὸς γυναιξὶ τὸν σόν.* Cod. R. μὴ δῷς. Mox τὰ σὰ χρήματα. Horum loco legitur apud LXX, Prov. XXXI, 3, *Μὴ δῷς γυναιξὶ σὸν πλοῦτον, καὶ σὸν νοῦν, καὶ βίον εἰς ὑστεροβουλίαν. Ne dederis mulieribus divitias tuas et mentem tuam et vitam in pœnitentiam.* Hebr.: *Unde aboleantur consilia regum.* Vulg.: *Ad delendos reges;* nec facile Græca eis conciliare.

(63) *Εὖ γὰρ ἴσθι, μεταμελήσει σοι.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. γὰρ et σοι desunt.

(64) *Κατατριβῶσι σάρκες σώματός σου.* Ita LXX interpretes, *quando conterentur carnes corporis tui;* Vulg.: *Cum consumpseris carnes tuas.* Legendum forte videretur κατατρίβωνται σάρκες, sicque legit Billius.

(65) *Καθαρῶς.* Cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. καλῶς. Melius tamen edit.

(66) *Φύλαξαι τὴν παγίδα.* Bill.: *Sagenam observa.*

(67) *Ἔκνηψον.* Ita cod. Reg., Par., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit ἔκλεψον.

(68) *Βεβαιώσῃς.* Ita cod. Reg. In edit. διαβεβαιώσῃς.

(69) *Φαρμάκοις τὸν νοῦν ἐκλάπης.* Ita cod. Reg. In edit ἐκλάμπης. Pro φαρμάκοις, legit Bill. βλεφάροις.

(70) *Οἶκον τοσοῦτον.* Cod. τοιοῦτον.

(71) *Γυναῖκας παρθένους οὔσας, ἃς καὶ οἱ σοῦ*, etc. Sic cod. 2022. Edit. παρθένους, ἃς καὶ οἱ σοί.

(72) *Τὴν ἀδοξίαν.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. τὴν δόξαν, quod Bill.: *opinionem eam.*

(73) *Σύμβουλον.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. σύμβολον. Notat Combef. alias legi συμβούλην.

(74) *Ἡδίω.* Cod. 1405, ἡδίως.

(75) *Οὐδαμῶς.* Id. cod. οὐδαμοῦ.

Digitized by Google

infamiam in rerum gerendarum consilium adhibuisses. His jucundiora quidem habebam, quæ scriberem, utiliora autem haudquaquam. Ac multo etiam plura scribere prætermittam, quod illud sciam, nisi Dei metus te coerceat, parvam aut nullam omnino vim sermones habituros esse : quandoquidem ferro quoque cera facile imprimitur, ferrum autem difficilius : adamas vero ne firmissima quidem re, propter naturæ duritiem.

174 CCVII. JACOBO. ΣΖ'. ΙΑΚΩΒΩ (76).

Jacobus, ad quem scripta est hæc epistola præfectus fuit Cappadociæ ; Alypius autem, cujus uxorem viduam ipsi commendat Gregorius, idem esse videtur, ac ille qui anno 380 *Cappadociæ præfectus erat, ad quem etiam scriptas a Gregorio litteras vidimus. Porro Simplicia hæc, Alypii vidua, illa sit necne ad quam Basilii et Gregorii exstant epistolæ, divinare non licet. Hæretica quidem ista tum erat ac soluta, sed agnita forsan veritate nupta, imo jam et vidua. Si Muratorio fides* (77), *Alypius, de quo in hac epistola agitur, maritus Gorgoniæ sororis Gregorii fuit,* qui etiam Simpliciæ quondam maritus fuerat. *Quæ quomodo possint conciliari minime intelligo. Precibus contendit, ut Jacobus* Simpliciæ causa rectissime perpensa et explorata, hilariorem eam ad se remittat.

Si corpore ita valerem, ut laboribus ferendis par essem, ipsemet ad vos me contulissem, ut et congressus vestri desiderium explerem, et de quibus vellem, colloquerer. Non enim de levibus rebus nobis sermo est. Quoniam autem adversa valetudine tenecr, ad litteras venire necesse habui. Ornatissimam filiam nostram Simpliciam, probi atque honesti viri Alypii, totius patriæ nostræ ornamenti, quondam uxorem, cum miseris viduitatis, atque orbitatis nominibus tibi offero, ut a te, de his rebus, in quibus ope tua indigebit, jus suum obtineat. Ac calamitatis magnitudinem, quæso, conspice. Nondum luctibus finem imposuit, et de pupillis laborat, ac longas peregrinationes in tam imbecilli corpore ac negotiorum insolentia suscipit, quæ ne quidem ultra domus limen progredi consuevit. Quo quid miserabilius ? nempe ne luctibus quidem locum dari, ac nobilitatis honorem calamitate opprimi. Hæc igitur omnia tecum reputans, atque etiam precibus nostris permotus, ne exspectes, dum alius tibi judex sit, magno, inquam, ac probo Jacobo : neu eam in hanc necessitatem adducas, ut longiorem peregrinationem inire cogatur, cum æquitati causæ suæ magnopere confidat, ut quidem multis, ac nobis item, fidem facit. Verum litteris nostris perlectis, causaque rectissime perpensa et explorata, hilariorem eam ad nos remitte, illud ante omnia cum animo tuo considerans, multa te Dei beneficio consecutum esse, potentiam, opes, famam atque existimationem, quæ ad majorem felicitatem aditum muniant. Hæc tibi per præsentem benignitatem conserva : sicque cogita, ut liberorum pater, partim e periculis extractus, partim ingressus pericula, lætasque ac commodas tibi ipsi per præsentem materiam spes apud Deum effice.

Εἰ μὲν οὕτως εἶχον τοῦ σώματος, ὡς ἐξαρκεῖν πρὸς τοὺς πόνους, αὐτὸς ἂν ἀφικόμενος πρὸς ὑμᾶς, τόν τε τῆς συντυχίας (78) πόθον ἐπλήρωσα, καὶ διελέχθην περὶ ὧν ἐβουλόμην. Οὐ γὰρ περὶ μικρῶν ἡμῖν ὁ λόγος. Ἐπεὶ δὲ τῇ ἀῤῥωστίᾳ κατέχομαι, ἀναγκαίως ἦλθον ἐπὶ τὰ γράμματα. Τὴν κοσμιωτάτην θυγατέρα ἡμῶν (79) Σιμπλικίαν, τὴν τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ Ἀλυπίου ποτὲ γυναῖκα, τοῦ κόσμου πάσης ἡμῶν τῆς πατρίδος, προσάγω τῇ σῇ εὐγενείᾳ, μετὰ τῶν οἰκτρῶν ὀνομάτων χηρείας καὶ ὀρφανείας, τῶν δικαίων παρὰ σοῦ τευξομένην, περὶ ὧν σοῦ δεήσεται (80). Καὶ σκόπει τῆς συμφορᾶς τὸ μέγεθος. Οὔπω τῶν θρήνων πέπαυται, καὶ ἀγωνιᾷ περὶ τῶν ὀρφανῶν, καὶ ὁδοὺς ἐκδημεῖ μακρὰς, ἐν οὕτω ἀσθενεῖ τῷ σώματι καὶ ἀπειρίᾳ πραγμάτων, ἡ μηδὲ προκύπτειν τῆς οἰκίας (81) εἰθισμένη. Τούτου τί ἐλεεινότερον ; μηδὲ θρήνοις γενέσθαι χῶραν, καὶ τὴν τῆς εὐγενείας αἰδῶ (82) λυθῆναι τῷ πάθει. Ταῦτα οὖν πάντα ἐνθυμηθεὶς, καὶ πρός γε τὴν ἡμετέραν παράκλησιν αἰδεσθεὶς, μὴ ἀναμείνῃς ἄλλον γενέσθαι σοι δικαστὴν τῷ μεγάλῳ καὶ χρηστῷ Ἰακώβῳ· μηδὲ εἰς ἀνάγκην αὐτὴν καταστῆσαι (83) μακροτέρας ἀποδημίας, σφόδρα θαῤῥοῦσαν τοῖς ἑαυτῆς δικαίοις, ὡς πείθει πολλοὺς καὶ ἡμᾶς. Ἀλλὰ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐντυχὼν, καὶ μετὰ πάσης ὀρθότητος τὰ δίκαια βασανίσας, εὐθυμωτέραν ἡμῖν ἀπόπεμψον, ἐκεῖνο πρὸ πάντων ἐνθυμηθεὶς, ὅτι ἔστι σοι πολλὰ (84) παρὰ Θεοῦ, δυναστεία, χρήματα, δόξα, μείζονος εὐπραξίας ὁδός. Ταῦτα φύλαξον σεαυτῷ διὰ τῆς παρούσης φιλανθρωπίας, καὶ ὡς τέκνων πατὴρ, καὶ τῶν μὲν ἐξαιρεθεὶς κινδύνων, τοῖς δὲ ἐμβεβηκὼς, οὕτω διανοήθητι, καὶ δεξιὰς σεαυτῷ ποίησον ἐκ τῆς παρούσης ὑποθέσεως τὰς κατὰ Θεὸν ἐλπίδας.

(76) Alias CXLVI. Scripta iisdem circiter temporibus.

(77) *Anecd. Gr.* p. 66.

(78) *Τόν τε τῆς συντυχίας.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. τῆς deest.

(79) *Θυγατέρα ἡμῶν.* Ita cod. Reg., Par. ac Combef. In edit. μητέρα ἡμῶν.

(80) *Δεήσεται.* Cod. et Combef. δεηθήσεται.

(81) *Προκύπτειν τῆς οἰκείας.* Ita emendavimus ex cod. Reg. et Par. In edit. προκεῖπτειν τῆς οἰκείας.

(82) *Τῆς εὐγενείας αἰδῶ.* Bill.: *Nobilitatis pudorem.*

(83) *Καταστῆσαι.* Bill. καταστήσαις. Ita edit. ad marginem.

(84) *Ὅτι ἔστι σοι πολλά.* Ita cod. et Reg. In edit. ὡς ἔστι πολλή σοι, quod Bill. : *Te Dei beneficio ingentem potentiam obtinere opesque et famam... aditum tibi muniat.*

Digitized by Google

ΣΙΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (85).

175 CCVIII. EIDEM.

Quamvis epistola quæ sequitur, eidem inscripta sit, vix adduci possim ut credam geminas hasce epistolas uni scriptas Jacobo, quarum, licet eadem de causa sint scriptæ, neutra tamen ab altera ullatenus pendet, nec ulla sui parte cum altera cohæret. Quapropter libentissime doctissimi Tillemontii conjecturam amplectimur, qui non ad Jacobum, sed ad ejus præfecturæ socium et assessorem hanc alteram datam esse epistolam existimat.

Ἀκοῇ μὲν γινώσκω τὴν σὴν τιμιότητα. Θαυμάζω δὲ εἰς ὅσον ὀλίγοι (86) τῶν ἐπὶ πλεῖστον ὠμιληκότων· τοσοῦτος παρὰ πᾶσι τῆς σῆς καλοκαγαθίας ὁ λόγος (87). Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταύτην ἐθάρρησα τὴν πρεσβείαν. Ἀπέλιπεν ἡμᾶς ὁ θαυμαστὸς (88) Ἀλύπιος, ὁ κοινὸς τῶν φίλων (89) προστάτης, καὶ τῶν ὀρφανῶν κηδεμών. Οὐ μικρὸν τοῦτο ἡμῖν πρὸς συμφοράν (90). Δεύτερον προσεγένετο τὸ καὶ τὴν κοσμιωτάτην ἐλευθέραν (91) αὐτοῦ φροντίζειν ὑπὲρ τῶν ὀρφανῶν. Ταύτην παραμύθησαι τῇ νῦν φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὸ ἀσφαλὲς τοῖς σοῖς τέκνοις χάρισαι διὰ τῆς εἰς τοὺς ὀρφανοὺς εὐποιΐας, καὶ δεῖξον πλέον ἔχουσαν τῶν ξένων τὴν οἰκειότητα. Προσέσται δὲ καὶ τὸ ἡμῖν χαρίσασθαι, οὓς ὅ τι ἂν τιμήσῃς, Θεὸν ἴσῃ τετιμηκώς, οὗπερ ἡμεῖς ἠξιώμεθα εἶναι παραστάται καὶ λειτουργοί, καὶ εἰ τῆς ἀξίας ἐλάττονες. A Auditione quidem ac fama duntaxat excellentiam tuam cognitam habeo. Miror autem quod tam pauci ex iis, qui diuturnam tecum consuetudinem habuerunt, eam cognoscant. Tanto videlicet omnium sermone probitas tua prædicatur. Eam ob causam ipse quoque hoc deprecationis munus fideli animo suscepi. Reliquit nos admirandus Alypius, communis amicorum ille patronus, ac pupillorum curator. Hoc nobis haud parvæ calamitati est. Deinde illud accessit, quod ornatissima illius vidua, pupillorum causa, in cura et sollicitudine versatur. Hanc tu, quæso, per præsentem humanitatem ac misericordiam consolare, tuisque liberis, per tuam erga pupillos benignitatem, securitatem præbe, atque illud ostende, meliori conditione propinB quos, quam alienos esse. Accedet hic quoque cumulus, quod hac ratione gratiam a nobis initurus es, in quos quidquid honoris contuleris, in Deum collaturus es; cujus beneficio id consecuti sumus, ut astemus ac ministremus, etsi tanti muneris dignitate inferiores simus.

ΣΘ'. ΚΑΣΤΟΡΙ (92).

CCIX. CASTORI

Sacerdos re et nomine, vir fuit eximius, Basilio et Gregorio pro pietate charissimus, patientia in ferendis laboribus ac persecutionibus, aliisque virtutibus clarissimus. Pauca jam de eo a nobis prælibata sunt, plura etiam hic adderemus, nisi satis videretur ex ipsis fontibus haurire, id est, ex ipso ore Gregorii audire in epistolis, quas vel ad Sacerdotem, vel Sacerdotis causa scripsit. Quis enim ille Sacerdos, quæ negotia fuerint, quæ calumniæ, quibus ejus constantia probata fuit, epistolæ satis exponent. Ideoque hic eas simul collocare visum est, maxime vero quia extremis vitæ Gregorii temporibus causa Sacerdotis fuit agitata et ipsius morte finita.

Ὡς τυραννικὸς εἶ καὶ βίαιος! Γράμμα σὸν ὤφθη μόνον, καὶ ἡμεῖς ὑπερώφθημεν. Ἀλλ' ἰδού σοι καὶ ὁ πολύτλας (93) Σακερδών, ὁ σὸς μὲν ἀδελφὸς, υἱὸς δὲ ἐμὸς, καὶ τῶν παθῶν κοινωνός. Ἵνα δὲ μὴ παντελῶς (94) ἡττηθῶμεν, τοῦτον τάχιστα ἡμῖν ἀπόδος τὴν τοῦ βίου παραμυθίαν, φιλοσοφεῖν καὶ διδαχθησόμενον, καὶ διδάξοντα. Μέγιστον γὰρ εἰς μὲν ὁμόνοιαν (95) τὸ συμπάσχειν, εἰς δὲ συμβουλὴν ἡ ὁμόνοια. Quam tyrannicus ac violentus es! Litteræ tuæ tantummodo conspectæ sunt, et nos in contemptum venimus. At en tibi vir multa passus Sacerdos, tuus quidem frater, meus autem filius, et calamitatum socius ac particeps. Porro ne prorsus atque omni ex parte superemur, fac quam celerrime hunc nobis, vitæ solatium, reddas, ut philosophari possit, tum edocendus, **176** tum edocturus. Siquidem ut ad concordiam permagni momenti est doloris societas : sic ad consilium animorum consensio et concordia.

(85) Alias CXLVII. Scripta eodem tempore ac præcedens.

(86) *Θαυμάζω δὲ εἰς ὅσον ὀλίγοι.* Ita cod. Reg., Par., Montac. et Morel. θαυμάζω δὲ ὅσον ὀλίγοι. In edit. θαυμάζω δὲ ὅσον ὀλίγος, quod Bill.: *Tantum autem eam suspicio atque admiror, quantum pauci ex iis qui diuturnam tecum consuetudinem habuerunt.*

(87) *Ὁ λόγος.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. ὁ deest.

(88) *Ὁ θαυμαστός.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. θαυμάσιος.

(89) *Τῶν φίλων.* Iid. codd. ita. In edit. τῶν φιλοσόφων, *philosophorum patronus*, scilicet monachorum et asceterum; eos enim nonnunquam philosophorum nomine designat Gregorius.

(90) *Πρὸς συμφοράν.* Ita cod. Reg. In edit. εἰς συμφοράν. Pro συμφοράν, legunt Montac. et Morel. συμφωνίαν.

(91) *Κοσμιωτάτην ἐλευθέραν.* Ita cod. Par., Montac., Morel. ac Combef., ipse etiam Bill. In edit. κοσμικὴν ἐλευθέραν. Vertit Bill.: *ornatissima uxor.* Combef.: *ingenua femina.* Melius forte, *ornatissima vidua.* Dum enim eam Gregorius ἐλευθέραν dicit, ut viduam nominet, attendere videtur ad illud Apost. I Cor. VII, 8, Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου. Ea fuit Tillemontii sententia.

(92) Alias XCIII. Scripta iisdem circiter temporibus.

(93) *Καὶ ὁ πολύτλας.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., hancque lectionem confirmant quæ sequuntur. In edit. ὁ πολύτιμος, quod Bill.: *vir summi pretii.*

(94) *Μὴ παντελῶς.* Combef.: *Ne prorsus forte simus impares.* Mox, τοῦτον τάχιστα. Ita cod. et Combef. In edit. τοῦτον deest. Hunc locum Bill. reddit : *Quam celerrime nobis vitæ solatium reddas, philosophari, tum edocendum, tum edocturum.*

(95) *Εἰς μὲν ὁμόνοιαν.* Ita cod. R. et Combef. In edit. μέν deest.

Digitized by Google

CCX. EIDEM.

ΣΤ. ΤΩ ΑΥΤΩ (96).

Ejusdem ac superior argumenti, et ad eumdem scripta hæc est epistola. Gregorius, ingravescente podagra, lecto affixus, atque, ut ipse loquitur, plane immobilis, *Castorem rogat, ut* dominam communem sororem, quam ocissime *ad se remittat, ut* et piorum omnium et suæ ipsius infirmitatis commune sustentaculum. *Quænam illa sit soror communis, an Thecla, ignoramus.*

Mihi, ut apparet, benigniorem se præbebat extera regio, quam patria. Nam illa hoc mihi dabat, ut amicitia tua fruerer : hæc autem nihil hujusmodi nobis concessit. Atque hoc mihi morbus attulit, qui me velut pedibus devinctum tenet, atque ad multa torpidum, aut etiam, si verius loquendum est, plane immobilem reddit. Sed enim hoc detrimentum, mœsto licet animo, feremus. Quid autem molestiarum est, quod homo non ferat? Tantum valeas ipse, tibique omnia ex sententia cedant, ac res tuæ in manu Dei sint. Erunt autem, si animo sincero eum prehendas. Dominam autem, communem nostram sororem, velim quam ocissime ad nos remittas, ut et piorum et nostræ infirmitatis commune sustentaculum, aut alioqui sacerdotem tuam magnis clamoribus exagitabimus, ob quam hoc detrimento afficimur, ac proprio eam nomine appellabimus. Quodnam autem illud sit, exploratum habebis, si eam interroges.

A Ἐμοὶ τῆς πατρίδος, ὡς ἔοικεν, ἡ ἀλλοδαπὴ χρηστοτέρα. Ἡ μὲν γὰρ ἐδίδου τῆς σῆς ἀπολαύειν φιλίας (97), ἡ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἡμῖν ἐχαρίσατο. Καὶ τοῦτό μοι παρὰ τῆς ἀῤῥωστίας, ἣ με κατέχει πεδήσασα, καὶ πρὸς πολλὰ ποιεῖ δυσκίνητον, ἢ ἀκίνητον, εἰ χρὴ λέγειν τὸ ἀληθέστερον. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ζημίαν λυπούμενοι μὲν (98) οἴσομεν. Τί δὲ οὐ φέρει τῶν ἀνιαρῶν (99) ἄνθρωπος; μόνον ὑγιαίνοις, καὶ πράττοις τὰ κατὰ νοῦν (1), καὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ εἴη τὰ σά. Ἔσται δὲ, εἰ γνησίως αὐτοῦ λαμβάνοιο. Τὴν δὲ κυρίαν, τὴν κοινὴν ἡμῶν ἀδελφὴν (2), τάχιστα ἡμῖν ἀποπέμψασθαι θέλησον, ὡς κοινὸν ἔρεισμα καὶ τῶν εὐλαβῶν, καὶ τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας· ἢ πολλά σου τῆς σακερδώτιδος καταδοησόμεθα, δι' ἣν ζημιούμεθα (3), καὶ καλέσομεν αὐτὴν τῇ οἰκείᾳ B προσηγορίᾳ. Γνώσῃ δὲ ἥ τις, παρ' αὐτῆς πυθόμενος.

CCXI. CYRIACO.

ΣΙΑ'. ΚΥΡΙΑΚΩ (4).

Cyriacum rogat Gregorius, ut pauperum hospitalem domum, cui præerat Sacerdos, cui Castor duo prædia largitus fuerat, ab omni liberet insultu atque injuria (*quod de vectigalibus interpretatur Tillemontius*), eorumque in posterum provideat securitati. *Hic incerti temporis epistola erat collocanda, eo quod Sacerdotis et Castoris in ea mentio fiat.*

Religiosos honoras, probe novi, et pauperibus benigne facis : utriusque virtutis tibi nunc se offert occasio ; sic enim res se habet. Charissimus et Deo acceptissimus filius noster Sacerdos compresbyter, præfectus est pauperum mendicorumve domui, insigni et hominibus refertæ, ob pietatem et diligentiam quæ in hac re desideratur. Inter ea autem, quæ domui hospitali suppeditantur, Liriandus et Caberina prædia his locis vicina ad utilitatem domus liberalitate honoratissimi Castoris conferunt. Hæc si omni injuria et insultu liberaveris, non minimam conferes partem, et pauperibus curationis, ac tibi **177** ipsi remunerationis, quam piis deberi nosti. Perspicuum est autem, cum semel animum induxeris ad benefaciendum, etiam te securitati in posterum provisurum, ut ne volenti quidem ulli damnum liceat inferre iis locis, eo modo quem sagacitas tua excogitaverit.

C Τιμᾷς τοὺς εὐλαβεῖς, εὖ οἶδα, καὶ πτωχοὺς εὖ ποιεῖς (5). Τούτων ἀμφοτέρων σοι νῦν καιρός· ἔχει γὰρ οὕτως. Ὁ τιμιώτατος καὶ θεοφιλέστατος υἱὸς ἡμῶν Σακερδὼς, ὁ συμπρεσβύτερος, πτωχείου προέστηκε τῶν ἐπισήμων πολυανθρώπου, εὐσεβείας τε ἕνεκα καὶ τῆς εἰς τὸ πρᾶγμα σπουδῆς. Ἔστι δὲ τῶν ὑπηρετουμένων τῷ πτωχείῳ κτήματα Λιριάνδος καὶ Καβερίνα (6) ὁμοροῦντα τόποις τοῖς τῆς οἰκίας, ἐξ ἐπιδόσεως τοῦ τιμιωτάτου Κάστορος, τῷ πτωχείῳ τι συνεισφέροντα (7). Ταῦτα πάσης ἐπηρείας ἐλευθερώσας, μέρος οὐκ ἐλάχιστον συνεισοίσεις, καὶ τοῖς πτωχοῖς τῆς θεραπείας, καὶ σεαυτῷ τῆς ἀντιδόσεως, ἣν οἶδας ὀφειλομένην τοῖς εὐσεβέσι. Δῆλον δὲ, ὅτι ἅπαξ ὁρμήσας εἰς τὴν εὐεργεσίαν, καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας ποιήσεις (8) πρόνοιαν, ὡς μηδὲ βουλομένῳ τινὶ ἐξεῖναι κακὸν γενέσθαι (9) περὶ τοὺς τόπους, τρόπον ὃν ἐπινοήσειεν ἡ σὴ σύνεσις

(96) Alias XCIV. Scripta circiter eodem tempore.

(97) *Ἀπολαύειν φιλίας.* Coc. Reg., Montac. Morel. ac Combef. *ὠφελείας, ut utilitate quæ ex te est fruerer.* Combef. : *ut ex te commodum reportarem.*

(98) *Λυπούμενοι μέν.* Ita cod. et Combef. In edit. μέν deest. Mox, pro τί δέ, Combef. τί γάρ, *quid enim.*

(99) *Τῶν ἀνιαρῶν.* Ita cod. Pass. et Combef. In edit. τῶν deest.

(1) *Τὰ κατὰ νοῦν.* Ita cod. Pass. et Combef. In edit. τά deest.

(2) *Τὴν κοινὴν ἡμῶν ἀδελφήν.* Cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. τὴν γνησίαν ἡμῶν ἀδελφήν, *veram sororem nostram.* Mox in edit. τάχιστα ἡμῖν D ὡς. Verum cum Combef. ὡς expungendum putavimus.

(3) *Δι' ἣν ζημιούμεθα.* Ita cod. In edit. δι' ἣν καί.

(4) Alias CCXXXIII. Scripta tempore incerto.

(5) *Εὖ οἶδα, καὶ πτωχοὺς εὖ ποιεῖς.* In cod. 2022 εὖ deest.

(6) *Καβερίνα.* Id. cod. Καβαρίνα. Mox, τοῖς τῆς οἰκείας τόποις.

(7) *Συνεισφέροντα.* Id. cod. συνεισφέροντος.

(8) *Ποιήσεις.* Cod. 2022, ποιήσῃ.

(9) *Κακὸν γενέσθαι.* Reddit Morel. : *Ut ne volenti quidem ulli integrum sit maligno esse circa hæc loca.*

Digitized by Google

ΣΙΒ'. ΣΑΚΕΡΔΩΤΙ (10).

CCXII. SACERDOTI.

Commode etiam hic se offert ad ipsum Sacerdotem epistola. Nihil in ea de mox futura persecutione, sed officiosa tantum salutatio est et generalis adhortatio. Ideoque iis præire debet litteris in quibus de persecutione sermo est.

Προσαγορεύω σε τὴν νέαν ἡμῶν ἐλπίδα, τὸν πολιὸν (11) ἐν νεότητι· καὶ πᾶν ὅτι σοι κάλλιστον βούλομαί τε καὶ εὔχομαι (12). Τῶν δὲ καλῶν τὸ πρῶτον οὐκ ἀγνοεῖς· ὅπερ ἐστὶν ἀεὶ Θεὸν κτᾶσθαι, καὶ γενέσθαι κτῆμα Θεοῦ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεώς (13) τε καὶ ἀναβάσεως· ὃ καὶ σαυτὸν οἶδ' ὅτι νουθετήσεις (14). A

Saluto te novam spem nostram, qui canus es in juventute; et omnia tibi præclarissima volo, atque precor. Eorum vero quæ pulchra et honesta sunt, quid primum sit, non ignoras; videlicet semper Deum possidere, et in rem possessionemque Dei ex necessitudine cum eo et ascensu transire: de quo teipsum etiam, certo scio, submonebis.

ΣΙΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (15).

CCXIII. EIDEM.

Adhortatio quoque est hæc epistola, sed ita tamen ut imminens tentationis tempus aesignare merito videre possit. Habetur in Criticis sacris, *ad caput* xxxi *Ecclesiastici.*

Εἴ σοι μηδὲν ἠλπίζετο δυσχερὲς, ἡνίκα φιλοσοφίᾳ προσέβαινες (16), ἀφιλόσοφος ἡ ἀρχὴ (17), καὶ τοὺς πλάστας μέμφομαι. Εἰ δὲ ἠλπίζετο, εἰ μὲν οὐκ ἀπήντησε (18), τῷ Θεῷ χάρις· εἰ δὲ ἀπήντησεν, ἢ καρτέρει πάσχων, ἢ ἴσθι ψευδόμενος τὴν ὑπόσχεσιν (19). B

Si nihil a te asperum ac difficile sperabatur, cum philosophiæ animum adjungeres, alienum a philosophia initium, et fictores reprehendo. Quod si exspectabatur, si quidem non occurrit, Deo sit gratia; quod si occurrit, aut patiens constanter tolera, aut scito te votum fallere ac pollicitationem.

ΣΙΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (20).

CCXIV. EIDEM.

Sacerdotem ut de accepta injuria Deo gratias agat, *tum suo ipsius exemplo, tum gravibus momentis hortatur, nullum solitæ humanitatis condimentum admiscens; quippe qui Sacerdotem virum fortem norat, adeoque non lacte, sed solidioris veritatis cibo concoquendo exercitatum.*

Οὐ δόκιμον τὸ ἀπείραστον· τὸ δὲ βασανισθὲν ἐν τοῖς πράγμασι, δοκιμώτερον (21)· ὡς ἐν καμίνῳ χρυσός. Καὶ εἰ μὲν ἱκανῶς σοι τοῦτο πεφιλοσόφηται (22), τῷ Θεῷ χάρις. Εἰ δὲ οὔπω τελέως, ἐμαυτὸν προστίθημί σοι καὶ τὰ ἐμά. Ὑβρίσμεθα, μεμισήμεθα· τί γὰρ οὐ πεπόνθαμεν τῶν δεινῶν, ὅσον ἐπὶ τοῖς βουληθεῖσι; Εἶτα τῶν λυπούντων (23) ἡμᾶς ἀπηλλάγμεθα. Τούτων τί ἂν μεῖζον εὐεργετηθείημεν (24); Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν καὶ αὐτὸς χάριν ὁμολόγει τῷ Θεῷ τῆς ἐπηρείας, εἰ καὶ μὴ τοῖς δράσασιν. C

Non probatum quod tentationis expers est: sed quod exploratum est in negotiis, hoc probatum magis, ut in camino aurum. Ac si quidem satis hoc tibi perceptum et meditatum est, Deo sit gratia. Sin minus **178** adhuc perfecte, meipsum et mea adjungo. Affecti sumus injuria, in odium incurrimus; quid enim gravium non pertulimus, quantum in iis fuit, qui animo destinarant? Postea ab iis qui nos afficiebant injuria, liberati sumus. Ecquod majus beneficium isto accipere potuissemus? Hoc igitur ipse cogitans Deo gratiam habeto acceptæ injuriæ, licet non habeas iis qui intulerunt.

10) Alias CCXII. Scripta incerto tempore.

(11) *Τὸν πολιόν*. Montac. et Morel. τὴν πολιάν.

(12) *Καὶ εὔχομαι*. Combef.: *et votis a Deo exposco*. Int. *voveo*.

(13) *Καὶ γενέσθαι κτῆμα Θεοῦ διὰ... οἰκειώσεως*. Ita cod. 1405, Montac. ac Combef. In edit. οἰκειότητος. Vertit Morel.: *et Dei mancipium esse factum per familiarem cum eo conjunctionem*. Combef. vero: *in rem peculiumque Dei ex necessitudine cum eo transire*.

(14) *Νουθετήσεις*. Id. cod. et Montac. addunt καὶ νενουθέτηκας, *et jam submonuisti*. D

(15) Alias CCXIV. Scripta circa eadem tempora.

(16) *Προσέβαινες*. Ita cod. 1405, Pass., Par., Montac. et Combef. In edit. προσέβαλλες, quod Morel.: *Quando ad philosophiam accedebas; philosophiam*, id est, ut Tillemont. intelligit, *vitam monasticam*.

(17) *Ἀφιλόσοφος ἡ ἀρχή*. Edit.: *a philosophia alienum imperium*. Combef.: *abhorrens a philosophia auspicatio*. Mox, τοὺς πλάστας. Vertit Morel., *sculptores*. At, inquit Montac., non sculptores, sed *fictores* reprehensi, tales de quibus Cicero: *Irascor jam magistris tuis qui te tanta mercede nihil sapere docuerunt*. Rursum iratus Montacutio Morel. πλάστας interpretatur, *fabros ingeniorum*; et ut suam firmet opinionem, illud Gregorii ipsius in Epitaphio Basilii refert: Διαπλάττεται πλάσιν τὴν ἀρίστην, quod tamen Bill. reddidit: *Optimo illo figmento effingitur*.

(18) *Ἀπήντησε*. Cod. Pass. ἀπήντηκε, et sic paulo inferius.

(19) *Ψευδόμενος τὴν ὑπόσχεσιν*. Combef.: *falsum esse quod profiteris*, hoc est, philosophum falso præferre. Morel.: *sic habeto te mentitum in promissis*.

(20) Alias CCXV. Scripta circa eadem tempora.

(21) *Δοκιμώτερον*. Ita cod. Pass., Par., Montac., Combef. ac ipse Morel. In edit. δοκιμώτατον, *probatissimum*.

(22) *Πεφιλοσόφηται*. Combef.: *satis animo tibi constitutum est*.

(23) *Εἶτα τῶν λυπούντων*. Cod. Pass. et Montac. cum interrogatione, εἶτα τί; τῶν λυπούντων. *Quid postea? Ab iis qui malis nos afficiebant*.

(24) *Εὐεργετηθείημεν*. Cod. Pass. et Montac εὐηργετήθημεν.

Digitized by Google

CCXV. EIDEM.

ΣΙΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (25).

Amotum tandem ab administratione ptochotrophii Sacerdotem, præclara hac epistola ad cœlum usque provehit Gregorius. In illa siquidem diaboli lucta (*sic motam adversus Sacerdotem appellat persecutionem*), *prævaluit livor.*

Quid grave nobis? Nihil præterquam a Deo et divinis deerrare. Cætera ut Deus tulerit, ita se habeant, sive per arma justitiæ dextra et leniora dispenset et regat nos, sive per sinistra et incommodiora[a]. Novit horum rationes vitæ nostræ dispensator. Unum tantum formidemus, ne quid philosopho indignum patiamur. Pauperes aluimus, fraterno invicem nos amore prosecuti sumus, psalmodiis incumbentes oblectati sumus, quandiu integrum fuit. Non hoc nobis conceditur : aliud quiddam philosophemur; non pusilla gratia est. Privatam vitam degamus, contemplemur, mentem expurgemus divinis visis; quod fortasse etiam prædictis sublimius est. At non ita nos affecti sumus : sed quia ab uno aberravimus, a toto excidisse existimamus : absit! Verum bonam adhuc spem retineamus, si quid nobis reliquum viderimus : neque eadem patiamur quæ equulei, qui, quod assuefacti non sint terroribus, ad strepitus exasperati, ascensores suos deturbant, atque excutiunt.

A Τί δεινὸν ἡμῖν; Οὐδὲν, ὅτι μὴ Θεοῦ (26) καὶ τῶν θείων διαμαρτάνειν. Τἆλλα δὲ, ὡς ἂν φέρῃ Θεος, οὕτως ἐχέτω, εἴτε διὰ τῶν δεξιῶν ὅπλων (27) καὶ χρηστοτέρων οἰκονομεῖ τῆς δικαιοσύνης ἡμᾶς, εἴτε διὰ τῶν ἀριστερῶν τε καὶ σκαιοτέρων. Οἶδε τοὺς λόγους (28) τούτων ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν οἰκονόμος (29). Ἓν φοβηθῶμεν μόνον, τὸ μήτι παθεῖν ἀφιλόσοφον. Ἐπτωχοτροφήσαμεν, ἐφιλαδελφήσαμεν, ψαλμῳδίαις ἐνετρυφήσαμεν, ἕως ἐξῆν. Οὐ συγχωρούμεθα (30) τοῦτο· ἄλλο τι φιλοσοφήσωμεν· οὐ πενιχρὰ ἡ χάρις. Ἰδιάσωμεν, θεωρήσωμεν, τὸν νοῦν καθάρωμεν ταῖς θείαις ἐμφάσεσιν (31), ὃ τάχα καὶ τῶν προειρημένων (32) ὑψηλότερον. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἔχομεν· ἀλλ' ὅτι τοῦ ἑνὸς διημάρτομεν, τοῦ παντὸς ἐκπεπτωκέναι (33) νομίζομεν. Μὴ οὕτως· ἀλλ' ἔτι κρα-
B τῶμεν τῆς χρηστῆς ἐλπίδος, εἴ τι ἡμῖν ὑπολειπόμενον ἴδωμεν (34)· καὶ μὴ ταυτὰ πάσχωμεν τοῖς πώλοις, οἳ τῷ μὴ συνειθίσθαι ταῖς πτόαις, πρὸς τοὺς ψόφους (35) ἐξαγριαίνοντες, τοὺς ἐπιβάτας ἑαυτῶν καταβάλλουσιν.

179 CCXVI. EUDOCIO.

ΣΙϚ'. ΕΥΔΟΚΙΩ (36).

Is Eudocius in miserrima illa tragœdia, sive in Sacerdotis persecutione actor primarius atque pars maxima fuit. Primum quidem amicitia cum Sacerdote conjunctus fuerat, observantia eum ut patrem coluerat, ejusque monasterii, ut videtur, monachus erat. Deinde ab ejus amicitia turpi dissidio sponte discessit: altis etiam, ut credibile est, instigantibus, litem movit Sacerdoti et apud Helladium accusavit, sive calumniatus est. Helladius vero, Sacerdotis occultus forte adversarius et instigator Eudocii, venerabili illi presbytero curam pauperum, sollicitudinemque sacrarum ædium *et fratrum, uno verbo,* membris indigne ferentibus, *corpori caput abstulit, ægrique in Sacerdotem animi dolorem et dictis et scriptis patefacere non dubitavit. Quæ tamen Sacerdoti objecta fuerint crimina, adhuc ignoratur. Gregorius, qui Sacerdotis pietatem norat et innocentiam, Eudocio et Helladio, a quibus tam indigna perpessus fuerat Sacerdos, scripsit in hac ad Eudocium epistola, mirum est quam blande, quam amice delinquentem admoneat; quam paterne juvenem senex alliciat, ut se* litis et dissidii cum Sacerdote velit mediatore uti, *et ideo convenire. Nam ipse aderat Sacerdos, qui ad Gregorium confugerat.*

Qui concors est, idem condolet : et quod condolet, sincerum est : quod autem sincerum est, dignum est cui fides in consilio adhibeatur. Cum

C Ὁ σύμπνους, καὶ συμπαθής· τὸ δὲ συμπαθὲς, καὶ γνήσιον· τὸ γνήσιον δὲ, καὶ εἰς συμβουλὴν ἀξιόπιστον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡμεῖς μὲν ἀρχαιότεροι τὴν

[a] II Cor. VI, 7.

(25) Alias CCXIII. Scripta circa eadem tempora.

(26) *Ὅτι μὴ Θεοῦ.* Ita Montac. et Combef. In edit. ὅτι μὴ καὶ Θεοῦ.

(27) *Διὰ τῶν δεξιῶν ὅπλων.* Ad illud respicit Apost. II Cor. VI, 7 : Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, quod Vulgata : *Per arma justitiæ a dextris et a sinistris.*

(28) *Οἶδε τοὺς λόγους.* Combef. : *Novit horum causas.* Morel.: *Novit horum sermones.* Sed illa profecto parum contentus interpretatione, aliam in notis tacite proponit, dum illud refert August. *De civitate Dei,* lib. V, cap. 21 : *Hæc plane Deus unus et verus regit et gubernat, ut placet, et si occultis causis, nunquid injustis?* Montac. : *Novit horum rationes.* Siquidem Gregorius ipse orat. I *in Julian.* tom. I, pag. 90, ait : *Deus impietatem non repressit... ob eas causas quas ipse pro ineffabili sua potentia gubernandique ratione cognitas et exploratas habet,* οἷς αὐτὸς ἠπίστατο λόγοις.

(29) *Ἡμῶν οἰκονόμος.* In cod. Pass. ἡμῶν deest.

(30) *Οὐ συγχωρούμεθα.* Ita cod. 1405, Pass. ac Combef. In edit. οὐ συγχωροῦμαι.

(31) *Θείαις ἐμφάσεσιν.* Combef. : *divinis cogitationibus et sensis.*

(32) *Προειρημένων.* Ita cod. Pass., Par. ac Montac. In edit. εἰρημένων.

(33) *Ἐκπεπτωκέναι.* Male edit. ἐκπεπτωμέναι.

(34) *Ἀλλ' ἔτι κρατῶμεν τῆς... εἴ τι ἡμῖν ὑπολειπόμενον ἴδωμεν.* Ita cod. Pass., Par., Montac. ac Combef. Hanc tamen lectionem depravatam contendit Morel. Ac si cui displicet edita, ἀλλ' εἴ τι τῆς χρηστῆς ἐλπίδος ἴδωμεν ἡμῖν ὑπολειπόμενον, *verum si quid adhuc bonæ spei nobis relictum videamus,* aliam ad oram libri quam potiorem castigationemque prædicat, adnotavit, nempe : εἴ τι κρατῶμεν τῆς χρηστῆς ἐλπίδος, εἴ τι ἡμῖν ὑπολειπόμενον ἴδωμεν, *imo si quid adhuc bonæ spei habemus, videamus nunquid residuum sit nobis.* Mox cod. Pass. ac Combef. καὶ μὴ ταυτόν.

(35) *Πρὸς τοὺς ψόφους.* Ita cod. Reg. et Par. In edit. καὶ τοὺς ψόφους.

(36) Alias CCXXXV. Scripta eodem tempore. *Εὐδοκίῳ.* Cod. Reg. Εὐδοκίμῳ.

Digitized by Google

εὐσέβειαν, καὶ πολλῶν καὶ ἀνδρῶν (37) καὶ ἠθῶν ἐν πείρᾳ γεγόναμεν (πεῖρα δὲ μήτηρ συνέσεως), ὑμεῖς δὲ οἷον πῶλοι νεοζυγεῖς, καὶ ἄρτι τῶν κατὰ Θεὸν ἀγώνων (38) ἀρχόμενοι (τὸ δὲ ἀρχόμενον ἅπαν θερμότερον, καὶ δυνάμενον (39) τῇ ζέσει τοῦ πνεύματος πολλὰ μὲν κατορθῶσαι τῶν δεόντων (40), πολλὰ δὲ διαμαρτεῖν ἐξ ἀγνοίας), θέλησον, γενόμενος μέχρις ἡμῶν, καὶ ὡς γέροντας τιμῆσαι, καὶ ὡς πατέρας αἰδεσθῆναι, καὶ μεσίταις (41) χρήσασθαι τῆς πρὸς τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν καὶ συμπρεσβύτερον ἡμῶν Σακερδῶτα διαφορᾶς, πάρεστι γὰρ αὐτός· ἵνα τὰ πρὸς ἀλλήλους εὖ θέμενοι (42), καὶ τὸν ἐπίσκοπον θεραπεύσητε, καὶ τὸ σκάνδαλον τῶν πολλῶν λύσητε, καὶ, τὸ μέγιστον ἁπάντων, τὸν Θεὸν ἱλεώσησθε, μὴ πρᾶγμα τοσοῦτον καὶ οὕτως ἔνδοξον (λέγω δὲ τὴν σύμπνοιαν ὑμῶν, καὶ τὰς κατὰ Θεὸν τοῦ βίου (43) συνθήκας) οὕτως ἐν βραχεῖ καταλύσητε.

A igitur nos antiquiorès pietate simus, et multorum tum virorum, tum morum experimentum fecerimus (experientia autem mater prudentiæ), vos vero tanquam equulei nuper jugo subditi, et recens religiosa adorsi (omne autem quod incipit fervidius est, et fervore spiritus multa præstare potest eorum quæ officii sunt, sed et in multis deerrare ignorantia), velis nos convenire, et ut senes honorare, et ut patres revereri, et nobis uti mediatoribus litis et dissidii cum venerando fratre et collega nostro Sacerdote exorti, nam ipsemet adest : ut rebus inter vos rite compositis, et episcopum obsequio foveatis, et multorum offendiculum tollatis, et quod omnium maximum est, Deum propitium reddatis, ne tantum negotium, et tam B gloriosum (concordiam vestram dico et vitæ pacta ex Dei præscripto), sic parvo momento diruatis.

ΣΙΖ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (44).

CCXVII. EIDEM.

Deliberaturum se, et quid facto opus esset consulturum, rescripsisse videtur Eudocius, siquidem hæc satis ostendunt Gregorii verba, quibus sequentem orditur epistolam : Post bellum auxilium... post factum consulimus *Tum mediam inter assentationem et objurgationem viam carpens, sic in alios culpam rejicit, ut eu minime liberet Eudocium. Imo magis ad delictum curandum, obducendamque cicatricem, quam ut suam deplorat, hortatur ; eique demum offert colloquium, si ejus desiderio teneatur.*

Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία· μετὰ τὴν ζάλην ὁ κυβερνήτης (45)· καὶ δέον βουλεύσασθαι πρότερον, εἶτα πρᾶξαι, τὴν τάξιν ἀντεστρέψαμεν (46)· μετὰ τὴν πρᾶξιν, βουλευόμεθα. Εἰ μὲν οὖν κολακεύειν ἔδει, καὶ χείρω ποιεῖν (47), πολλὰς ἂν εὗρον κολακείας ὁδοὺς, ὅσῳ καὶ ῥᾷον τὸ πρᾶγμα, καὶ πολλοῖς νῦν κατορθούμενον. Ἐπειδὴ δὲ (48) τὸ βλάπτειν οὐ πρὸς ἡμῶν, καὶ μάλιστα ψυχὴν ἔτι νεοτελῆ, καὶ ἄρτι τῷ καλῷ προσβαίνουσαν, ἄκουε τἀληθῆ. Ἀφιλόσοφος ἡ ἀρχή· καὶ κακῶς ἠγάπησάν σε οἱ θεραπεύσαντες, καὶ ὑπ' ἄλλῳ προσωπείῳ τὰ ἑαυτῶν παίξαντες (49). Εἰ μὲν οὖν ἀλλὰ νῦν μεταβάλοις (50), καὶ θεραπεύσοις τὴν ἁμαρτίαν, τάχα ἄν τις (51) ὑμῖν ἔλθοι συνούλωσις, εἰ καὶ μόγις (52). Εἰ δ' ἐπὶ

Post bellum auxilium : post tempestatem gubernator : et cum prius deliberandum sit, deinde agendum ; ordinem invertimus : post factum consulimus. Quare si adulari oporteret, et pejora facere, multas certe adulationis vias invenissem; C **180** quanto et facilius est negotium, et a multis nunc præstatur. Quoniam vero lædere minime ad nos pertinet, ac præsertim animum recens initiatum, et recens honesto se applicantem, audi, quæ vera sunt. Initium a philosophia alienum : et male te cultores tui dilexerunt, etiam cum sub aliena persona res suas lusere. Si igitur saltem nunc mutatus fueris, et delictum curaveris, forte quædam vobis cicatricis obductio eveniet, etiamsi ægre.

(37) *Πολλῶν καὶ ἀνδρῶν.* In cod. 1405 *καὶ* deest.

(38) *Κατὰ Θεὸν ἀγώνων.* Morel. : *recens certamina a Deo proposita subeuntes.* Cod. Pass. : ἄρτι τὸν κατὰ Θεὸν βίον ἀρχόμενοι, *recens acceptam Deo vitam degentes.*

(39) *Θερμότερον, καὶ δυνάμενον.* Cod. 2022, Θερμότερον καὶ δυνατώτερον, δυναμούμενον.

(40) *Πολλὰ μὲν κατορθῶσαι τῶν δεόντων.* Morel. : *Multa emendare eorum quæ dirigenda sunt.* Combef. : *Multa felici implere exitu eorum quæ officii sunt.*

(41) *Καὶ μεσίταις.* Ita cod. Pass. et R. In edit. καὶ ὡς μεσίταις.

(42) *Πρὸς ἀλλήλους εὖ θέμενοι.* Cod. Pass., εὖ διαθέμενοι. Vertit Morel. : *Ut bene affecti et animati invicem et episcopum curetis.*

(43) *Κατὰ Θεὸν τοῦ βίου.* In cod. τοῦ βίου desunt.

44) Alias CCXXIV. Scripta eodem tempore.

(45) *Μετὰ τὴν ζάλην ὁ κυβερνήτης.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. Hæc in edit. desunt.

(46) *Ἀντεστρέψαμεν.* Morel. : *evertimus.* At cod. Reg. ἀπεστρέψαμεν.

(47) *Χείρω ποιεῖν.* Cod. Pass. χαροποιειν, *ma-*

lia afficere. Mox id. cod. Montac. et Combef. πολλὰς ἂν εὗρον. In edit. πολλὰς μὲν εὗρον, vertitque non bene Morel. : *Si adulari oportet, multas certe assentationis vias inveni.* Nec melius paulo post, πολλοῖς νῦν κατορθούμενον, *multis nunc recte ac feliciter institutum.* Quid enim opus, *recte ac feliciter*, ubi spurcissimi vitii tabes notatur ?

(48) *Ἐπειδὴ δέ.* Ita Montac. In edit. ἐπεὶ δέ. At, inquit Morel., ἐπεὶ δέ ferri potest, ut ἐπεί τοι· usitatius tamen ἐπειδὴ δέ.

(49) *Καὶ ὑπ' ἄλλῳ προσωπείῳ τὰ ἑαυτῶν παίξαντες.* Combef. : *et sub aliena persona scenam suam egere.* Morel. : *Etiam cum sub aliena persona sua ipsorum ludibrio habuerint.* Perperam Montac. pro παίξαντες proponit πράξαντες.

(50) *Μεταβάλοις.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. μεταβάλλοις. Mox, cod. Pass. θεραπεύσοις. Montac. et Morel., θεραπεύοις. In edit. θεραπεύσεις.

(51) *Τάχα ἄν τις ὑμῖν.* Post Montac. recte inquit Morel., τάχα ἄν τις ἡμῖν, *quædam nobis cicatricis obductio*, quia sequitur ποιοῦμαι ἑαυτοῦ τὰ ὑμέτερα.

(52) *Εἰ καὶ μόγις.* Ita cod. Reg., Pass. ac Combef. In edit. μόλις.

Digitized by Google

Quod si in iisdem cunctaris, et de mala victoria magnos animos gesseris: *Acerba mea plaga est*, inquit divina Scriptura, *unde sanabor*[7]? Nam res vestras, meas esse reputo : et quamvis ita sim affectus, si colloquii tenet te desiderium, non denegabo.

A τῶν αὐτῶν μένοις (53), καὶ τῇ κακῇ νίκῃ μεγαφρονοίης (54), Ἀληρὰ ἡ πληγή μου, φησὶν ἡ θεία Γραφὴ (55), *πόθεν ἰαθήσομαι;* ποιοῦμαι γὰρ ἐμαυτοῦ τὰ ὑμέτερα· καίπερ δὲ οὕτως ἔχων καὶ γράφων, εἰ τὴν συντυχίαν ποθεῖς, οὐκ ἀρνήσομαι.

CCXVIII. EIDEM.

ΣΙΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (56).

Eudocius acceptis superioribus litteris offensus respondit Gregorio, eique Sacerdotis amicitiam objecit, colloquium tamen a se desiderari significavit. Rescribens iterum Gregorius, amicum se Sacerdotis fatetur; qui quidem in iis quæ expostulavit, vim charitatis non deseruit, et fraternam magis instituit reprehensionem, quam odii plenam æmulationem. Addit se non adeo inscitum ac temerarium esse, ut litem, priusquam utrumque audierit, disceptare atque judicare velit. Denique si colloquium hiems impediat, Eudocium hortatur, ut in concordiam et amicitiam cum Sacerdote quantocius redeat.

327 *Ῥεύματι.* Ita habet codex Coislinianus longe melius quam alii codices necnon et editi, qui habent πνεύματι. Interpres Coislinianus et Reg. 992, sup. lin. πυρετῷ.

METRICA VERSIO.

Depulsa, ulceribusque meis adhibere medelam,
Ter miserum, lucis cupidum post tempora noctis
Postremæ, cum jam nemo succurrere possit
Flentibus. Hic etenim nobis est prompta medela:
Post autem clausa est omnis medicina salutis.
Jam mihi jam canum caput est, rugosaque membra
Tristis ad occasum vitæ jam prona feruntur.
Sed nondum talem subii tantumque laborem:
Non quando sævis agitatum flatibus æquor
Sulcabam, ex Pharia littus tellure Pelasgum
Nave petens fragili, Tauri brumalis in ortu,
Tauri, qui tanto nautarum corda pavore
Afficit, ut rarus retinacula solvere nauta
Audeat, infidoque ratem committere ponto.
Noctibus hic denis ego bis, totidemque diebus,
Supplice voce rogans Numen cœleste, jacebam
Ad puppim exanimis. Latus autem in utrumque carinæ
Æquorei fluctus spumam rabiemque vomebant,
Montibus aut scopulis similes, ingensque cadebat
Vis undarum in eam, sed et omnia vela moveri
Conspiceres, vento in duros stridente rudentes.
Jam vero nebulæ tetra caligine cœlum
Fuscabant, crebrisque etiam fulgoribus æther
Splendebat, validis clamoribus undique ruptus:
Tum me donavi Christo, pelagique periclum
Vitavi, sanctis precibus votisque repulsum.
Non cum lata gravi quateretur Græcia motu,
Ulla nec auxilii jam spes alicunde pateret;
At tremor horribilis gelidos invaserat artus.
Nondum etenim sacro baptismate pectus habebam
Tinctum, in quo trahitur lustrali gratia lympha,
Mirusque excipitur splendor, quem Spiritus affert.
Nec mihi cum fauces quondam vis aspera morbi
Implesset valido fluxu, sævoque dolore

Digitized by Google

Καὶ πνοιῆς στείνωσε πόρους, ζωῆς τε κελεύθους.
Οὐδ' ὁπότ' ἀφραίνοντι νόῳ λυγὸν ἀμφὶς ἑλίξας,
Οὔτι ἑκὼν βλεφάρου περιηγέα κανθὸν ἄμυξα,
Αἱματόεντα δ' ἔθηκα. Φάος δ' ἐμὸν, οἷα φονῆος,
Ὤλετο, ἀμπλακίην δὲ πικρὴν μέγα πένθος ἔτεμεν.
Οὐδὲ Θεῷ παλάμῃσιν ἐμαῖς ἀνέπεμψα θυηλὴν
Πνεύματος, οὔτι πάρος γε, πρὶν ἔκλυσα δάκρυσι πῆμα.
Ψαύειν μὴ καθαρῷ γὰρ ἀγνοῦ κακὸν, ὡς πυ-
[ρόεντος
Ἀδρανὲς δμμα φέρειν κατεναντίον ἠελίοιο.
Ἄλλα τε πόλλ' ἐμόγησα· τίς ἂν τάδε μυθήσαιτο,
Οἷς με Θεὸς τείρων τε καὶ εὐμενέων ἐκάλεσσεν;
Ἀλλ' οὕπω τοιοῖσδε κακοῖς πάρος ἀντεβόλησα,
Οἵοισι πυμάτοισιν ἐμὴ ἐνέκυρσε τάλαινα
Ψυχή· καὶ ποθέει ποτ ἐλεύθερον ἦμαρ ἰδέσθαι
Πάντ' ἀποδυσαμένη, γυμνὴ φλόγας ὥς κε φύγῃσι,

A Καὶ κόσμου κρατεροῖο λαβὰς, καὶ χάσμα πέλωρον
Ἀμφιχανεῖν μεμαῶτος ἑαῖς γενύεσσι δράκοντος,
Ὃν κε λάβῃ. Βελίῃ γὰρ ἐμὸς νόος ἐστὶν ἐδητύς.
Τίς δώσει κεφαλῇ πηγῆς ῥόον ἢ βλεφάροισιν,
Ὡς δακρύων ὀχετοῖσι μολύσματα πάντα καθήρω,
Κλαύσας ὡς ἐπέοικεν ἁμαρτάδας (ἦ γὰρ ἄριστον
Δάκρυόν ἐστι βροτοῖσιν ἄκος, ψυχαῖς τε μελαίναις,
Καὶ κόνις αἰθαλόεσσα, καὶ ἐν χθονὶ σάκκος
[ἐρυμνός);
Ὅς τις ἔμ' εἰσορόων τρομέῃ, καὶ φέρτερος εἴη,
Φεύγων Αἰγύπτοιο μέλαν πέδον, ἔργα τε πικρὰ,
Καὶ Φαραὼ βασιλῆα, πάτρην δ' ἐπὶ θείαν ὁδεύῃ,
Μηδὲ μένῃ Βαβυλῶνος ἐπὶ κραναῆς πεδίοισι
Δουριαλὴς, ὄχθῃσι παρεζόμενος ποταμοῖο,
ὨΙδῆς ὄργανα πάντα παρακλίνας ἀτίνακτα
Δακρυόεις, σπεύδῃ δ' ἱερῆς ἐπὶ τέρματα γαίης,

Et spirationis meatus, ac vitæ vias arctavit.
Nec cum insipiente animo vimen huc et illuc torquens,
330 Imprudens palpebræ rotundum angulum punxi,
Ac cruentum reddidi. Tunc lumen meum, ut homicidæ,
Evanuit, et errorem amarum luctus ingens consecutus est.
Nec manibus meis Deo obtuli victimam
Spiritus, non prius profecto, quam lacrymis labem eluissem.
335 Ei enim, qui purus non est, nefas sanctum tangere, ut
Infirmum oculum in ardentem solem intendere.
Multa alia pertuli : quis ea edisserat
Quibus me Deus et conterens et favens vocavit?
Sed nondum hactenus in tanta incidi mala.
340 Quanta postremo misera mea experta est
Anima, quæ liberum aliquando diem intueri cupit,
Omnibus sese exuens, ut nuda flammas effugiat,
Et mundi potentis laqueos et os immane
Draconis, qui maxillis suis vorare gestit
345 Quemcunque ceperit. Beliæ enim edulium est anima mea.
Quis det capiti fontis fluentum, et palpebris,
Ut lacrymarum rivis sordes omnes eluam,
Lugens, ut decet, peccata (sunt enim optimum
Lacrymæ hominibus remedium, animabusque infuscatis,
350 Et cinis fuliginosus, et humi saccus asperrimus)?
650-651 Ut qui me viderit, contremiscat, et melior fiat,
Fugiens Ægypti nigrum solum, et acerba opera,
Et regem Pharaonem, et divinam in patriam proficiscatur,
Nec maneat Babylonis duræ in campis
355 Captivus, ripisque assidens fluminis,
Ac cantus instrumenta omnia suspendens intacta
Lacrymetur, sed in fines properet sacræ terræ,

333 *Ἐμαῖς*. Sic melioris notæ codices, Chig., Coisl. Reg. 39. Edit. ἐμῆς.
335 *Καθαρῷ*. Chi°. Coisl. καθαρῶς.
343 *Λαβίς*. Coisl. int. παγίδας.
354 *Κραναῆς*. Sic mss. Edit. κραναοῖς.

METRICA VERSIO.

Opprimeret vitæque vias auræque meatus.
Non etiam tunc cum malesana vimina mente
Intorquens, oculi punxi temerarius hircum :
Ac subitus fluxit sanguis, luxque occidit omnis ;
Non secus atque illi, qui cædis crimine dextram
Polluit; erratum luctusque excepit acerbus :
Nec prius aggredior manibus transmittere sacrum
Spirituale Deo, lacrymis quam noxa soluta est.
Non etenim impuro tutum est contingere purum,
Non magis atque hebetes oculos obvertere soli.
Plurima præterea subii. Quis carmine cuncta
Commemorare queat, queis me vexansque favensque
Ad se divinum Numen persæpe vocavit?
Sed nondum tales incursavere procellæ,
Quam quas infelix animus tulit haud ita dudum,
Et quibus exsolvi misere expetit, omnia prompte
Abjiciens, nudus queat ut vitare minacis
Vim flammæ, mundique manus, faucesque draco-
[nis,

B In nos qui rabidum gestit defigere dentem :
Pabula nam Beliæ mea mens dulcissima præbet.
Quis capiti latices tribuet, quis flumina nostro,
Ut maculas omnes lacrymarum fonte repurgem?
Luctibus assiduis, ut convenit, horrida plangens
Crimina (namque animæ vitiorum sordibus atræ
Munere nulla Dei melior concessa medela est,
Quam fletus, tristisque cinis, saccique prementis
Asperitas), ut si quisquam sua fixerit in me
Lumina, confestim gelido terrore tremiscat,
Et rapidum studiis melioribus exigat ævum,
Ægyptum nigram fugiens, durosque labores,
Et trucis imperium regis, gressusque beatam
Conferat ad patriam, nec bello captus et armis
Exsulet hostili miserabilis exsul in ora,
Et sedeat riguæ lacrymans in margine ripæ,
Organa de manibus ponens, salicique propinquæ
Appendens, fidibus nec mollia carmina jungens.
Quin potius servile jugum, quod colla premebat,

Digitized by Google

Δούλιον Ἀσσυρίηθε φυγὼν ζύγον, ὃς πρὶν ἔτειρε,
Καὶ νηοῦ μεγάλοιο θεμείλια χερσὶ βάληται.
Τὴν μὲν ἐγὼ πανάποτμος ἐπεὶ λίπον, οὔποτ' [ἔληξα
Ἰμείρων. Χαλεπὸν δὲ πάθος κατὰ γῆρας ἔχευε,
Καὶ κύπτω ποτὶ γαῖαν, ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἀέξων,
Ἀζόμενος θνητούς τε καὶ ἀθάνατον Βασιλῆα,
Εἵμασί τε κραδίῃ τε κατηφιόων, καὶ ἄναυδος,
Ἕλκων οἶκτον Ἄνακτος ὀϊζύϊ, ὃς χθαμαλοῖσιν
Εὐμενέων πάντεσσιν ὑπερφιάλους ἀθερίζει·
Οἷον δ' ἐξ ἱερῆς Σολύμων κατιόντα πόληος
Ἱεριχοῦς πτολίεθρον ἐπὶ κλυτὸν, ὡς ἐνέπουσι,
Φῶρες ἀδηλήσαντο κακοὶ λοχόωντες ὁδίτην,
Οἳ μὲν τὸν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι τεμόντε,,
Εἵματά τ' ἐκδύσαντες ἃ μιν σκέπε, νηλεῖ θυμῷ

A Λεῖψαν ἀποψύχοντα· θοῶς δ' ἐνέκυρσαν ὁδῖται
Λευΐτης ἱερεύς τε, λίπον τέ ἑ νηλέϊ θυμῷ.
Καί που Σαμαρέων τις ἐπήλυθεν, ὃς σφ' ἐλέηρε.
Καί μιν ἄγων κατέδησε, καὶ ἕλκεσι φάρμακ' [ἔλειπε,
Καὶ μισθὸν κομέοντι· τέρας μέγα, πῶς Σαμαρείτης
Τόνδ' ἐσιδὼν ἐλέηρεν, ὃν οὐκ ἐλέηραν ἄριστοι!
Οὐ γὰρ ἐγὼ σάφα οἶδα τί κεύθεται εἰκόνι τῇδε,
Οἷα Θεὸς σοφίῃ μυστήρια ἀμφικαλύπτει.
Καὶ τὰ μὲν ἱλήκοι. Τοιοῖς δ' ἐγὼ ἀντεβόλησα
Πήμασι· καί μ' ἐδάΐξεν ὁμῶς ψυχῇσι μεγαίρων
Ληϊστῆς βιότου κεδνῆς καταβάντα πόληος,
Καὶ Χριστοῦ μ' ἀπέδυσε χάριν, καὶ γυμνὸν ἔθηκεν,
Ὥσπερ Ἀδὰμ τοπρόσθε χοὸς καὶ πτώσιος ἀρχήν,
Ὃν γεῦσις καθέηκεν ἐπὶ χθόνα, τῆς γένος ἦεν.

Servile ex Assyria fugiens jugum, quo prius conterebatur,
Et magni templi fundamenta manibus jaciat.
Hanc ego miserrimus postquam reliqui, nondum
Cessavi desiderare. Vehemens autem affectio senium mihi infudit,
Et in terram vergo, luctum in præcordiis alens,
Reveritus mortales, et immortalem Regem,
Veste et corde demissus, et voce carens,
Miserationem Regis infelici statu trahens, qui omnibus
Humi jacentibus favens, superbos respuit;
Qualem ex sacra Solymorum urbe descendentem
In inclytum, ut ferunt, Jerichuntis oppidum
Improbi latrones læserunt in insidiis viatorem,
Eumque plagis indignis conscissum,
Et vestibus quæ illum tegebant exutum, crudeliter
Deficientem reliquerunt: mox occurrerunt viatores
Levita et sacerdos, qui eum inhumaniter præterierunt.
At Samaritanus quidam supervenit, qui illius misertus est,
Eumque assumens ligavit, et vulneribus remedia reliquit,
Et mercedem curanti; magnum prodigium, quomodo Samarita
Hunc ut vidit, miseratus est, quem optimi non sunt miserati!
Non enim perspicue novi quid hac imagine occultetur,
Qualia Deus in sua sapientia recondat mysteria.
Ac de his quidem, Deus mihi propitius sit. Tales autem sunt in quas incurro
Calamitates: ac me similiter discerpsit invidens animabus
Latro, sæculi ex inclyta descendentem urbe,
Meque Christi gratia exuit, et nudum reliquit,
Ut olim Adamum pulveris et casus initium,
Quem gustus depressit in terram, ex qua ortus erat.

358 *Δούλιον*. Unus e Regiis δούριον.
360 *Οὔποτ'*. Sic Regg. 992. Male edit. οὔπω τ'.
373 *Λίπον τέ ἑ*. Habet Regius 992 λίπον καί μιν, sed deficit metrum.
374 *Ἐλέηρε*. Duo ex Regiis ἐλέησε.
380 *Καὶ τὰ μὲν ἱλήκοι*. Reg. 991 ἱλήκῃ, et sup. lin. ἐν εὐμενείᾳ ἔστω. Interp. quoque Cois., καὶ ταῦτα μὲν ἐν εὐμενείᾳ ἔστω. Schol. καὶ τὰ μὲν συγνωμονοίη.
384 *Χοὸς καὶ πτώσιος ἀρχήν. Adamum humani generis et ruinæ principium: ex quo scilicet omnes homines originem et peccatum trahunt.*

METRICA VERSIO.

Effugiens sacras properet contingere sedes,
Rursus et excisi jaciat fundamina templi.
Quam semel ut terram fato graviore reliqui,
Nulla dies abiit, qua non ardentibus ipsam
Votis expeterem: canosque hæc tanta cupido
Infudit capiti, præmaturamque senectam
Invexit: vultumque solo demitto, gravique
Conficior luctu, vercorque hominesque Deumque,
Squalidus et fletu madidus, vocemque coercens,
Ut lacrymis placidum reddam mihi Numen olympi.
Namque humiles oculis genitor sanctissimus æquis
Aspicit, elatos spernit fastuque tumentes.
Ac velut e Solymis, ut sacra oracula pandunt,
Dum nimis incautus tendit Jerichunta viator,
Incidit in sævos adversa sorte latrones,
Quem toto innumeris confossum corpore telis
Prostravit scelerata manus, vestemque jacenti,
Abstulit, et dira nudum feritate reliquit.
Mox iter hac fecit levites, atque sacerdos:

B Est tamen (o duros animos!) ab utroque relictus.
Ast ut Samaricæ pertransiit accola terræ,
Illius extemplo casum miseratus acerbum,
Vulnera sæva ligat facilis, propereque caballo
Impositum in villam duxit, fuditque medelam
Ulceribus, curamque ægri pretiumque reliquit
Discedens famulo. Quid tam mirabile, quam quod
Flexit Samaricum, qui non virtutis alumnos
Flexerat? Haud etenim, quidnam ista recondat [imago
Assequor, externo siquidem velamine multa
Numinis abscondit sapientia magna superni.
Haud mihi disparibus misero procumbere fatis
Contigit, ac sacra venienti nuper ab urbe
Invidus ille latro, cœlum vitamque perennem
Claudere qui nobis ardet, sævissima fecit
Vulnera, quæque Deus dederat, crudelis ademit:
Non secus atque Adamo, lutei qui corporis auctor
Exstitit et casus, vetita qui ex arbore poma

Digitized by Google

Ἀλλά μ', Ἄναξ, ἐλέαιρε, καὶ ἐκ θανάτοιο σάωσον,
Ὃν λεῖψαν ἱερῆες, ἐπεὶ μογέοντ' ἐνόησαν.
Ἕλκεά τ' εὖ κατάδησον, ἄγων ἐπὶ πάνδοκον οἶκον,
Αὖθις δ' εἰς ἱερὴν πέμποις πόλιν ἀρτεμέοντα,
Ἔμπεδον ἔνθα μένοιμι, κακοὺς δ' ἀπὸ φῶρας ἐρύκοις,
Καὶ τρίβον ἀργαλέην, καὶ τραύματα, καὶ παροδίτας
Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' εὐσεβίῃ κομόωντας.
Πυνθάνομ' ὡς δύο φῶτε, μέγα πνείων Φαρισαῖος,
Ὃς γε θεῷ πάντων προφερέστατος, ἠδὲ τελώνης
Κέρδεσιν οὐχ ὁσίοισι τετρυμένος ἔνδοθεν ἦτορ,
Εἰς ἱερὸν ἀναβάντες· ὁ μὲν τὰ ἕκαστ' ἀγόρευε
Νηστείας δεκάτας τε νόμου, παρεμέτρεε δ' αὐτὸν
Ἀνδράσι γε προτέροισι, λόγοις δ' ἀθέριζε τελώνην·
Αὐτὰρ ὁ δακρυχέων καὶ στήθεα χερσὶ πατάσσων,
Οὐδ' ἄντην μεγάλοιο θεοῦ θρόνον οὐρανὸν εὐρὺν
Εἰσορόων, λεύσσων δὲ κατ' οὔδεος δμμασι δούλοις,
Τηλόθεν ἑστηκὼς δὲ λιτάζετο· « Λαος εἷης,
Ἵλαθι σῷ θεράποντι, βροτῶν, βρίθοντι κακοῖσιν.
Οὐ νόμος, οὐ δεκάται με, καὶ ἔργματα καλὰ σαώσει.
Οὐδ' ὅγ' ἐπεσβολέων ψεύστης. Καὶ νηὸν ἔγωγε
Αἰδέομ' οὔτι πόδεσσιν ἐπιψαύων ὁσίοισι.
Σὴ δὲ χάρις, σὸς δ' οἶκτος ἐμοὶ στάξειε βεβήλῳ,
Ἣν μούνην δειλοῖσιν, Ἄναξ, πόρες ἐλπίδ' ἀλιτροῖς. »
Ὣς φάσαν· ἀμφοτέρων δὲ θεὸς κλύε, καί ῥ' ἐλέηρεν
Ὃν μογέοντ' ἐνόησεν, ὑπερμενέοντα δ' ἄτισεν.
Ὡς ἴδες, ὡς ἐδίκασας, ἐμοὶ, θεὲ, θάρσος ὀπάζων.
Οὗτος ἐγώ σοι κεῖνος ὁ πάγκακός εἰμι τελώνης·

Sed mei, Rex, miserere, et ex morte salvum me fac,
Quem reliquerunt sacerdotes, cum laborantem viderent,
652-653 Vulnera apte alliga, deducens in domum hospitalem,
Rursusque incolumem in sacram mittas civitatem,
Ubi firmiter maneam, et improbos fures arceas,
Ac viam scelestam, et vulnera, et viatores
Crudelem animam habentes, dum de pietate gloriantur.
Didici duos homines : magna spirantem Pharisæum,
Quasi omnium esset apud Deum præstantissimus, et publicanum
Ob lucra non sancta intus corde contritum,
In templum ascendisse; atque ille quidem singula enumerabat,
Legis jejunia et decimas, seque adæquabat
Viris antiquis, et verbis publicanum spernebat.
Hic rursus lacrymas fundens et pectus manibus percutiens,
Nec adversum magni Dei sedem latum cœlum
Aspiciens, sed serviles oculos defigens in pavimentum,
Procul stans precabatur : « Propitius sis,
Propitiare famulo tuo, inclamans, malis oppresso;
Non lex, non me decimæ, non præclare facta salvum facient.
Nec iste fuligine aspergens me, mendax est. Atque equidem templum
Verecundor pedibus non sanctis tangere.
Sed tua gratia, tua in me profanum stillet miseratio,
Quam solam spem, Rex, miseris peccatoribus præbes. »
Sic locuti sunt, ac utrumque Deus audivit, ac eum miseratus est
Quem vidit afflictum, superbum autem despexit.
Sic vidisti, sic judicasti, Deus, fiduciam mihi largiens.
Ego tibi sum scelestus ille publicanus;

394 *Ὡς γε θεῷ*. Sic Schol. et e Regiis unus, accuratius quam edit. *ὃς γε, qui*, etc. Neque enim Pharisæus ille, ut ait Billius, primas pietatis partes apud Deum tenebat, a quo rejectus est ob superbiam; sed ita cristas attollebat quasi nemo ad ipsius virtutem animique præstantiam accederet.

396 *Εἰς ἱερὸν ἀναβάντες*. Sic mss. Edit. ἱερὸν εἰσαναβάντες. Reg. 992, ἀναβάντε.

398 *Ἀνδράσι γε*. Chig. ἀνδράσι τε. Mox λόγοις. Chig. et unus e Regiis λόγῳ.

402 *Ἑστηκὼς δὲ λιτάζετο*. Sic codices antiqui nonnulli. Edit. ἑστηὼς δ' ἐλιτάζετο. — Forte melius, cum servetur augmentum. (Caillau.)

404 *Καί*. Ita Reg. 992. Edit. οὐκ.

411 *Ὀπάζων*. Schol. θαῤῥεῖν παρεσκεύασας, *fiduciam mihi præbuisti*.

METRICA VERSIO.

Dum legit, in terram cecidit, qua traxerat ortum.
At nunc, summe Parens, animæ miserere precantis.
Eripe me nigræ morti, quem mole dolorum
Oppressum nimia gravium sacer ordo reliquit.
Vulnera rite liga festinus, ad hospita ducens
Tecta : sacram redeam teque auspice rursus ad urbem
Viribus incolumis, maneamque ibi fixus in ævum.
Submoveasque malos fures, callemque molestum,
Vulneraque, et fictos homines, subque ordine sacro
Et recti specie crudelia corda gerentes.
Ascendisse duos sacrata volumina quondam
In templum narrant homines : quorum alter inani
Turgebat fastu, tanquam ipso charior esset
Nemo Deo, nemo melior nec sanctior usquam;
Hic pharisæus erat : lucra ast ob iniqua dolore
Saucia corda gerens alter luctuque jacebat.
Ille quidem inflatus meritorum ex ordine summam
Subducens, legis decimas, jejunia crebra
Jactabat, priscisque viris de laude movebat
Certamen, tumido calcans sermone telonen.
Hic autem lacrymans feriebat pectora palmis.
Nec vero in cœlum, sedem Patris altitonantis,
Spectabat, verum in terram servilia figens
Lumina, stansque procul fundebat pectore vocem
« Parce tuo famulo, Deus optime, parce roganti.
Aspice me facilis, noxarum mole gravatum.
Non lex, non decimæ, non me benefacta tueri,
Ac dulcem misero poterunt afferre salutem.
Ficta nec in nostrum caput hic convicia torsit.
Quin etiam impuris pedibus contingere templum
Hoc vereor. Sed me ipse, Pater lenissime, serva,
Inque hominem stillet tua gratia sancta profanum,
Quæ spes una malis a te donata refulget. »
Talia dicentes audit Deus, ac miseratur
Quem videt afflictum luctu, spernitque superbum.
Hos, Pater, aspiciens confestim tale tulisti
Judicium : hinc mihi læta est fiducia nata.

Digitized by Google

Ὡς δὲ βαρυστενάχω, ποιὴν δ' ἐπιέλπομ' ἀρωγήν.
Λίσσομαι, εἴ ποτε δή σε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ
Δάκρυσι, καὶ στοναχῇσι, καὶ εὐχωλῇσιν ἔτισαν,
Ἤ τινά τοι κτεάνων τυτθὴν ἀπὸ μοῖραν ἔνειμαν,
Ἤ θυσίαις καθαρῇσι καὶ εὐαγέεσσι γέρηραν
(Οὐ γὰρ ἐγώ ποτε σεῖο ἐπάξιον οὐδὲ ἔρεξα),
Τῶν μνῆσαι, καὶ ἄλαλκε· κακὰς δ' ἀπόπεμπε μερίμνας·
Μηδέ με συμπνίξειαν ἑοῖς πτόρθοισιν ἄκανθαι,
Μηδ' ἄρ' ἐπειγόμενον θείην ὁδὸν ἂψ ἐρύσειαν,
Ἄλκαρ ἐμὸν, πέμποις δέ μ' ἀπήμονα. Σὸς γὰρ ἔγωγε
Λάτρις, σὸν δὲ λάχος. Σὺ δέ μοι Θεὸς οἷος ἄνωθεν.
Σοὶ δέ μ' ἀπὸ σπλάγχνων μήτηρ ἀνέθηκε φέρουσα,
Ἤματι τῷ, ὅτε κοῦρον ἑοῖς ἐπὶ γούνασι θεῖναι
Παῖδα ποθεῦσ' ἱερῆς Ἄννης ἐμιμήσατο φωνήν·

A « Κοῦρον ἐγὼ μὲν ἴδοιμι, σὺ δ' ἔρκεος ἐντὸς ἐέργοις,
Χριστὲ ἄναξ, ὠδῖνος ἐμῆς ἐριθηλέα καρπόν. »
Εἶπε· Θεὸς δ' ἐπένευσας, ὁ δ' ἔσπετο θεῖος ὄνειρος
Οὔνομα μητρὶ φέρων, μετέπειτα δὲ κοῦρον ἔδωκας.
Ἤ δέ με σοῖς ἱεροῖσι νέον ἀνέθηκε Σαμουὴλ,
Εἴ ποτ' ἔην. Νῦν δ' αὖτ' ἐναρίθμιός εἰμι βεβήλοις
Ἡλεὶ σοῦ θεράποντος ἀγακλέος υἱέσι μάργοις,
Οἳ θυσίαις καθαρῇσιν ἐπέχραον ἄφρονι θυμῷ,
Χερσὶν ἐφαπτόμενοι θείων λίχνῃσι λεβήτων·
Τοὔνεκα καὶ χαλεπῆς κύρσαν βιότοιο τελευτῆς.
Ἀλλ' ἦγ' ἐλπωρῇσιν ἀμείνοσι μοῖραν ἔνειμε
Σοὶ τεκέων, Βίβλοισι δ' ἐμὰς χέρας ἅγνισε θείαις,
Καί μ' ἀγαπαζομένη, τοίῳ προσεφώνεε μύθῳ·
« Ἤδη τις φίλον υἷα θεόσδοτον ἤγαγε βωμῷ,

Ac, quam graviter ingemisco, par spero auxilium.
Precor, si quando te pater, et veneranda mater,
Lacrymis, et gemitibus, et precibus coluerunt,
Aut parvam bonorum partem obtulerunt,
Aut victimis puris et sanctis munerati sunt
(Nondum enim quidquam egi, quod te dignum sit),
Horum recordare, et auxilium fer; malas autem pelle sollicitudines:
Nec me una cum suis surculis suffocent spinæ,
Nec properantem in via divina inhibeant,
Sed me, robur meum, illæsum dimitte. Tuus enim sum
Cultor, tua hæreditas. Tu mihi solus Deus ab initio.
Tibi me ab utero mater offerens consecravit,
654-655 Quo die masculam prolem genibus imponere
Cupiens, sanctæ Annæ vocem imitata est.
« Filium quidem ego habeam: tu vero intra septum tuum retineas,
Rex Christe, partus mei florentem fructum. »
Dixit illa: tu vero, Deus, annuisti, secutumque est somnium divinum,
Quo nomen meum matri ferebatur, ac deinde filium dedisti.
Illa autem tuis me sacris novum consecravit Samuelem,
Si quando Samuel fui. Nunc autem profanis annumeror
Heli illustris famuli tui protervis filiis,
Qui insipiente animo puras victimas contaminarunt,
Avidas manus sacris lebetibus injicientes;
Quapropter funestum vitæ finem experti sunt.
At illa meliori spe fulta partem tibi obtulit
Filiorum, sacris libris meas consecravit manus
Meque amanter complectens tali allocuta est sermone:
« Jam charum filium aliquis divinitus datum, bonum optimus,

421 *Ἐρύσειαν*. Ita antiqui codices, Reg. 39. Chig., Coisl. Edit. ἐρύκοιεν.
429 *Ἐπέρευσας*. Chig. et duo Regg. ἐπένευσεν. Cum editis consentiunt Coisl. et Int. et Schol.
433 *Θεράποντος*. Reg. 992 θεραπευτοῦ.
434 *Ἐπέχραον*. Int. Coisl. ἐπέβαινον. Schol. ἐπεπήδων.

METRICA VERSIO.

Sum miser, hoc fateor, sum pessimus ille telones;
Consimiles edo gemitus, similemque medelam
Exspecto, numenque tuum, Pater optime, supplex
Obtestor, si te quondam materque paterque
Supplicibus votis sancte coluere piisque
Fletibus, aut quadam donarunt parte bonorum,
Aut etiam pura et sancta tibi mente litarunt
(Nunquam etenim quidquam te dignum fecimus ipsi),
Sis memor, ac fer opem, curasque averte nocentes,
Nec mea mortiferæ constringant guttura sentes,
Aut iter ad superum tendentem forte morentur;
Quin potius, mea certa, Deus, tutela salusque,
Illæsum me mitte, precor: siquidem ipse tuus sum,
Te colo, te veneror, mihi tu, Deus, unus ab ipsis
Liminibus vitæ. Nam me tibi vovit ab alvo
Chara parens, tunc cum succensa cupidine prolis,
Annam imitans tales emisit pectore voces:
« Da mihi tu, quæso, Dominator maxime, natum:

B Ædibus inque tuis omnes tibi serviet annos. »
Dixerat, et precibus flexus de nocte parenti
Designas nomen pueri: prolesque secuta est.
At vero illa tuis me protinus, ut Samuelem,
Addixit templis, Samuelem si tamen unquam
Moribus expressi: nam nunc ego dispare sorte
Conferri Helidis videor mihi posse profanis,
Qui nimium fœda ingluvie sanctissima sacra,
Et stolido oblatas temerabant pectore carnes:
Divinosque avidis manibus tractare lebetes
Ausi, luctifica clauserunt lumina morte.
At mea spem genitrix meliorem corde fovebat,
Cum te natorum donavit parte suorum.
Namque manus nostras divinis sedula libris
Lustrabat, corpusque etiam complexa tenellum
Talia verba dabat: « Jam vir clarissimus olim
Exstitit, intrepidus qui sanctam duxit ad aram
(Res mira!) acceptum divino munere natum

Digitized by Google

Σπεύδοντ' ἐς θυσίην ἱερήϊον, ἐσθλὸν ἄριστος,
Σάρρας ὀψιτόκοιο γόνον, ῥίζαν τε γενέθλης,
Ἣν ἐλπὶς ἐχάρασσεν, ὑποσχεσίη τε Θεοῖο.
Ἀβρὰμ ἦν ἱερεὺς, ἀμνὸς δέ τε κύδιμος Ἰσαάκ
Αὐτάρ ἐγὼ ζωόν σε Θεῷ γέρας, ὥσπερ ὑπέστην,
Δωροῦμαι. Σὺ δέ μοι μητρὸς τελέσειας ἐέλδωρ,
Ἣ τέκον εὐξαμένη σε, καὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστον.
Τοῦτον ἐγώ σοι πλοῦτον, ἐμὸν τέκος, ἐσθλὸν ὀπάζω
Ἐνθάδε καὶ μετέπειτα. Τὰ ὕστατα πολλὸν ἀρείω. »
Μητρὸς μὲν πόθος οὗτος. Ἐγὼ δ' ὑπόειξα πό-
[θοισι
Παῖς ἔτ' ἐὼν, ἁπαλὴ δὲ νέην ὑπεδέξατο μορφὴν
Εὐσεβίης ψυχή· σφρηγὶς δ' ἐφυλάσσετο Χριστοῦ

A Νεύμασιν, ὅς ῥ' ἀναφανδὸν ὁμίλεεν ᾧ θεράποντι,
Σωφροσύνῃ δέ μ' ἔδησε φίλῃ, καὶ σάρκα πέδησε,
Καὶ θερμὸν σοφίης θείης ἐπέπνευσεν ἔρωτα,
Καὶ μοναχοῦ βιότοιο, βίου μέλλοντος ἀπαρχὴν,
Πλευρᾶς οὐ χατέοντος ἐὸν δέμας ἁμφαγαπώσης,
Ῥήμασί θ' αἱμυλίοισι πικρὴν ἐπὶ γεῦσιν ἀγούσης,
Ἀλλὰ Θεῷ πέμποντος ἀγνὸν πόθον, οὐδὲ γυναικὶ
Καὶ Χριστῷ τέμνοντος ὅλον Θεοῦ ἐκγεγαῶτα.
Ὅς με διὰ στεινῆς τε καὶ ἀργαλέης ἐπὶ λεπτὴν
Τεύνων ἀτραπίτοιο πύλην σὺν ἀρείονι πομπῇ,
Οὔτι βατὴν πολλοῖσι, Θεῷ θεὸν ἦγ' ἀπὸ γαίης
Τυκτὸν οὐ γεγαῶτι, καὶ ἄφθιτον ἐκ θανάτοιο.
Εἰκόνι σὺν μεγάλοιο Θεοῦ, καὶ σῶμ' ἐπαρωγὸν

Properantem, ut sacra victima fieret, ad aram adduxit,
Saræ tardiparæ prolem, radicemque generis,
Quam spes sculpsit, et Dei promissio.
Sacerdos erat Abraham, victima inclytus Isaac :
Nunc te ego vivum Deo munus, ut promisi,
Offero. Tu vero matris spem adimple,
Quæ te precibus peperi, et, ut optimus sis, precor.
Has tibi divitias, fili mi, præclaras trado
Nunc et in posterum. Quæ autem postrema, longe meliora. »
Matris meæ tale desiderium fuit. Ego autem illius desiderio obtemperavi
Adhuc puer, ac tenera novam suscepit formam
Pietatis anima : sigillum autem reservabatur Christi
Nutibus, qui manifeste cum servo suo loquebatur,
Ac me castitati amicæ alligavit et carnem frenavit,
Flagrantemque inspiravit sapientiæ divinæ amorem,
Et vitæ cælibis, quæ vitæ futuræ præludium est,
Nec costa indiget corpus suum adamante,
Blandisque verbis ad acerbum gustum perducente,
Sed Deo emittit castum desiderium, neque uxorem inter
Et Christum dividit eum qui totus ex Deo genitus est.
656-657 Hæc me vita per angustam et difficilem viam
Trahens meliore ductu tenuem ad portam
Non multis perviam, Deo deum adducit a terra
Factum non facto, et ex morte immortalem.
Quin etiam socium corpus, simul cum magni Dei imagine

441 *Σπεύδοντ' ἐς θυσίην.* Reg. 992, σπευδοντα θυσίαν.

452 *Σφρηγίς.* Ita Coisl. aliique veteres plerique codices. Edit. σφραγίς. Scholiastes eo loco non intelligit baptismum, sed impressam mentique insculptam Gregorii pietatis formam. Τὴν ἐνσημανθεῖσαν ἐφύλαξε σφραγῖδα Χριστοῦ νεύμασι. Mirum in puero sic instituto et a talibus parentibus tandiu baptisma dilatum.

456 *Καὶ μοναχοῦ βίοτοιο. Vitæ monasticæ, Christianæ* scilicet *philosophiæ.* Nec satis Billius, *vitæ quæ conjugii expers ducitur.* Non enim hæc tota est vita monastica, quam semper Gregorius in animo habuit, quam laudat frequenter, et quam professum esse, tum ex eo loco, tum ex aliis pluribus constat.

460 *Καὶ Χριστῷ τέμνοντος.* Id est, quæ animum hominis dividit ita ut partim Christo, partim uxori serviat. Alludit ad Apost. verba, I Cor. VII, 33 : *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est.*

462 *Τείνων.* Int. Coisl. ἔλκων. Schol. διαβιβάζων. Non male legeretur τείνοντ'. Mox σὺν ἀρείονι πομπῇ, κρείττονι ὁδηγίᾳ. Videtur Gregorius respicere ad periculum paulo ante memoratum, quod in conjugio ex mulieris blanditiis nascitur. Hinc tutiores apponit ductores quorum consiliis in cœnobio uti licet.

463 *Ἦγ'.* Sup. lin. Reg. 991 ἤγαγε.

464 *Γεγαῶτι.* Ita Reg. 991, Coisl., Chig. et alii codices. Male edit. γεγαῶτα.

METRICA VERSIO.

Currentem ad cædem, sacrum laudabile, charam
Tardiparæ sobolem Sarræ, generisque potentis
Radicem, quam spes sculpsit, promissaque magni
Numinis. Abrahamus porro grave munus obibat
Sacrificii, pecudisque vicem præstabat Isachus.
Ast ego te vivum Christo, charissime, munus
Offero, nate, fidem servans, promissaque reddens.
Tu facito ut charæ solvas pia vota parentis :
Quæ te concepi precibus, quæque optimus ut sis,
Moribus utque tuis nil sit purgatius, opto.
Hos tibi præclaros, et nunc et postea, census
Porrigo ; sunt autem multo meliora futura. »
Hoc genitricis erat votum. Cui protinus ipse
Cedendum, in tenera quamvis ætate, putavi
Ac nova mollem animum pietatis forma notavit.
Munere quin etiam Christi me lympha manebat

B Purifica, alloquio famulum dignantis aperto :
Meque pudicitiæ adjunxit, carnique catenam
Injecit, sophiæque ardenti afflavit amore
Cœlestis, vitæque hujus, quæ conjugis expers
Ducitur, æterni referens præludia sæcli,
Nec costam quærit, proprium quæ blandula corpus
Lactat, et illecebris damnosam ducit ad escam,
Sed superi Regis casto exardescit amore,
Nec totum Christi dextra omnipotente creatum
Partitur Christo, thalami sociæque jugalis.
Qui me per strictum callem plenumque laboris
Ducit ad angustam salebroso tramite portam,
Quam non multi adeunt humano sanguine creti :
Atque adeo præcelsa deum me duxit ad astra,
Factum non factus, nigraque ex morte perennem,
Cum supera effigie, socium quoque corpus, ut atrum

Digitized by Google

Ἕλκων, οἷα μάγνησσα λίθος αἰθωνα σίδηρον.
Ὦ μοι ἐγών! Ὦ λυγρὰ καὶ ἄντιτα ἔργα παθοῦσα
Ψυχή! Ὦ θνητοὶ κενεαυχέες! ὡς ἐτεόν γε
Λεπταλέαις αὔρῃσιν ἐοικότες, οἳ γενόμεσθα,
Ἠὲ καὶ Εὐρίποιο παλιμπλάγκτοισιν ἐρωαῖς
Στρωφώμεσθ' ἐπὶ γαῖαν ἐτώσια φυσιόωντες.
Κοὐδὲν ἐν ἀνθρώποισιν ὁμοίϊον ἐς τέλος ἐστὶν,
Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλόν. Ὁδοὶ δ' ἄγχιστα ἔασιν.
Οὐδ' ὁ κακὸς τό γε οἶδεν ἐς ὕστατον, ὁππότε λήξει,
Οὔτ' ἐσθλοῖς ἀοσητὴ μένει ἔμπεδον, ἀλλὰ κο-
[λούει,
Ὡς τάρβος κακίην, ἀρετὴν φθόνος. Ἀμφοτέροις δὲ
Κάμπτεσθ' ἡμερίων Χριστός γ' ἐκέλευσε γενέθλην,
Ὡς κεν ἄνω νεύοιμεν ἐὸν σθένος εἰσορόωντες.
Κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος ὃς ἰθείην ὁδὸν ἕλκει,

A 480 Οὐδὲ μεταστρέφεται Σοδόμων ἐπὶ τέφραν ἐρή-
[μην,
Ἥν διὰ μαργοσύνην ξεινῳ πυρὶ δηωθέντων.
Φεύγει δ' ἐσσυμένως ἐς ὄρος, πάτρης δὲ λέληται,
Μὴ μῦθος καὶ λᾶας ἁλὸς μετόπισθε λίπηται.
Μάρτυς ἐγὼ παθέεσσιν ἐμοῖς βροτέης κακότητος.
485 Παῖς μὲν ἐὼν, ὅτε τυτθὸν ἐνὶ στήθεσσι νόημα,
Οἵῳ δὴ σκιόεντι λόγῳ, καὶ ἤθεσι κεδνοῖς
Ἑσπόμενος, προσέβαινον ἄνω λάμποντι θοώκῳ,
Ἴχνεσιν ἀπλανέεσσιν ἰὼν βασιλήϊον οἶμον.
Νῦν δ' ὅτε μῦθον ἄγειρα, βίου δ' ἐπὶ τέρμαθ' ἱκανω,
490 Οἷα μεθυπλανέεσσι τάλας ποσὶ δόχμια βαίνω.
Καί με ταλαντεύει σκολιοῦ μόθος ἑρπηστῆρος,
Λάθρα καὶ ἀμφαδίην κλέπτων φρένας ἐσθλὰ νοεύσας.
Ἄλλοτε μέν τε Θεῷ τείνω νόον, ἄλλοτε δ' αὖτε

Trahit, velut a lapide magnete candens ferrum trahitur.
Heu miser! heu læsa tristibus et puniendis operibus
Anima! o vani mortales! quam vere
Tenuibus auris similes, qui geniti sumus,
470 Aut alternantibus Euripi motibus,
Volutamur in terra inanibus rebus inflati.
Nihil apud homines stabile usque in finem est,
Non bonum, non malum. Sunt autem vicinæ hæ viæ:
Nec malus novit quem supremum finem habiturus sit,
475 Nec bonis virtus immobilis manet, sed imminuit,
Ut metus vitium, ita virtutem invidia. Utraque
Incurvari hominum vitam Christus voluit,
Ut rursum erigamur ipsius potentiam intuentes.
Ille autem optimus, qui rectam carpit viam,
480 Nec convertitur ad desertum Sodomorum cinerem,
Quæ ob suam libidinem novo igne combustæ sunt,
Fugitque citissime in montem, et patriæ obliviscitur,
Ne fabula et lapis salis posteris fiat.
Testis ego ex his, quæ passus sum, humanæ malitiæ.
485 Puer eram, quo tempore exiguus in pectore sensus,
Sed tamen cum umbratilem solum rationem et prudentes mores
Sequerer, progrediebar ad sedem in cœlo resplendentem,
Vestigiis non errantibus regiam viam carpens.
Nunc autem postquam doctrinam collegi, et ad vitæ finem accedo,
490 Veluti pedibus vino titubantibus oblique gradior miser,
Meque deprimit tortuosi pugna serpentis,
Clam et aperte mentes bonis cogitationibus intentas subripiens;
Interdum autem Deo mentem intendo. Rursus alias

466 *Αἰθωνα.* Int. λαμπρὸν, πεπυρωμένον.
467 *Ἄντιτα.* Int. ἀντίποινα, τιμωρίας ἄξια. Schol. προτέροις ἀντίθετα.
469 *Οἱ γενόμεσθα.* Int. οἱ εγενήθημεν.
472 *Κοὐδὲν ἐν.* Deerat in editis ἐν
474 *Ἐς ὕστατον.* Sic duo Regg. Edit. ὕστερον. Mox Chig. et alii, ὁππότε pro ὁππόθι quod habent editi
486 *Οἵῳ.* Schol. μόνῳ.
489 *Μῦθον.* Int. et Schol. *doctrinam* intelligunt
491 *Ταλαντεύει* Reg. 991 sup. lin. μεταστρέφει.
492 *Κλέπτων.* Chig. et Reg. unus κάμπτω

METRICA VERSIO.

Magneti ferrum vis indita, tollit in altum.
Heu miser! heu quam pestiferis, graviterque
[luendis
Mens mea criminibus læsa est! heu gloria inani
Perfusum mortale genus fastuque protervo!
Quam vere levibus conferri possumus auris,
Quam sumus Euripo similes! namque illius instar
Volvimur in terra vano splendore tumentes.
Nec res ulla manet stabilis mortalibus usquam;
Non virtus, non improbitas: callesque propinqui
Inter se exsistunt, ut nec qui crimine mentem
Polluit, hoc certo norit, quisnam exitus ipsum
Exspectet, nec qui studium amplexantur honesti,
Virtutem fixam teneant certamque futuri.
Utque metus vitium pellit, sic livor iniquus
Virtutem exagitat. Voluit nam Christus utroque
Incurvari homines: ut non superabile robur
Ipsius aspiciens, sursum tua lumina tollas.

B Optimus is vero est, graditur qui tramite recto,
Nec caput ad Sodomæ fumantia tecta retorquet,
Quam scelerata novo populata est igne libido:
Sed propere fugit in montem, patriosque penates
Ejicit ex animo, ne posthac fabula vulgi
Linquatur, fiatque salis non mobile saxum.
Ac per me casusque meos dignoscere promptum est,
Quam nostrum genus in vitium proclive feratur.
Nam qui jucundæ primævo in flore juventæ,
Cum levis in molli versatur pectore sensus
Umbrosa solum ratione, et moribus utens
Egregiis ducibus, sublimia tecta petebam,
Certa in regali figens vestigia calle;
Nunc cum collecta est ratio, jamque ipse senectæ
Ad metam accessi, miser heu, velut ebrius erro,
Ac sæva obliquus pugna me deprimit anguis,
Et recte consulta rapit furtimque palamque.
Interdum mea mens ad Regem fertur olympi:

Digitized by Google

Ἕλκομαι ἐς κόσμοιο κακὴν χύσιν, οὐκ ὀλίγην δὲ
Μοῖραν ἐμῆς ψυχῆς λωβήσατο κόσμος ἀπείρων.
Αὐτὰρ ἐγὼν, εἰ καί με κάκη ἐκάλυψε μέλαινα,
Καὶ δνοφερὸν προπάροιθεν ἰὸν χέεν ἐχθρὸς ἐμεῖο,
Σηπίη ὡς ἐμόωσα καθ' ὕδατος, ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Τόσσον ἔτ' εἰσορόω καὶ δέρκομαι, ὅσσον ἄριστα
Ἶδμεναι, ὅστις ἐὼν, καὶ οἷ ποθέων ἀνοροῦσαι,
Οἷ κεῖμαι δύστηνος, ὅσον τ' ἐπὶ γαῖαν ὄλισθον
Ἠὲ καὶ γῆς ὑπένερθεν ἐς εὐρυόεντα βέρεθρα.
Οὔτε παραιφασίῃσιν ἰαίνομαι, οὔτε λόγοισι
Κλέπτομαι, οἳ παθέεσσιν ἀρηγόνες, οὔτε μέτροισιν
Ἀλλοτρίης κακίης ἐπιτέρπομαι, ὥς τις ἄριστος.
Τίς γὰρ τεμνομένοισι χάρις, μογέουσι σιδήρῳ
Ἄλλων τεμνομένων ὁράαν χαλεπώτερον ἄλγος;
Ἢ τί κακοῖσιν ὄνειαρ ἀτασθαλίῃσι χερείων;

Ἐσθλοῦ μὲν γάρ κέν τις ἀρείονος ἐσθλὸς ἐπαύροι·
Ὣς δὲ κακός. Καὶ γάρ τις ὁρῶν τυφλοῖσιν ὄνειαρ.
Τέρπεσθαι δέ κακοῖσι, τελειοτέρης κακότητος.
Εἰ δέ τις ὄντα κάκιστον ὀΐεται ἔμμεν ἄριστον,
Ἄχθος ἐμοὶ, καὶ κρυπτὸς ἐνὶ στήθεσσιν ὀδυρμός.
Κρεῖσσον ἄριστον ἐόντα δοκεῖν κακὸν, ἢὲ κάκιστον
Κῦδος ἔχοντ' ἀγαθοῖο, τάφον ψεύστην μερόπεσσιν
Ἔμμεναι, ὃς μυδόωσι νεκροῖς ἔντοσθεν ὀδωδὼς,
Ἔκτοθεν ἀστράπτει κονίῃ καὶ χρώμασι τερπνοῖς.
Ὄμμα μέγα τρομέωμεν, ὃ καὶ γαίης ὑπένερθε
Λεύσσει, καὶ πόντοιο μέγαν βυθὸν, ὅσσα τε κεύθει
Νοῦς μερόπων. Τέμνει δ' οὐδὲν χρόνος, ἀλλὰ πάρεστι
Πάντα θεῷ. Πῶς κέν τις ἐὸν κακὸν ἀμφικαλύπτοι;

A

Trahor in mundi malam confusionem, nec parvam
Mentis meæ partem læsit mundus immensus.
Rursus ego, etsi me nigra cooperuit nequitia,
Ac in me atrum venenum hostis antea effudit,
Instar sepiæ in aquam vomentis, sed tamen
Tantum adhuc video et perspicio, quantum ut optime
Sciam quis sim, et quo cupiens assilire,
Ubi miser jaceam, et quomodo in terram delapsus sim,
Vel etiam in lata infra terram barathra.
Nec solatiis foveor, nec verbis
Subripior vitiorum adjutoribus, nec mensuris
Alienæ improbitatis delector, quasi optimus quidam sim.
Quæ enim ægris, dum ferro cæduntur, oblectatio,
Aliorum, qui incisionem patiuntur, molestiorem cernere dolorem?
Aut quæ malis utilitas ex scelcribus deteriorum?
Nam probus vir ex alio meliore utilitatem percipiat,
Sic etiam et improbus. Nam qui vident, cæcis auxiliantur.
Malis autem delectari est perfectioris malitiæ.
Quod si quis, cum pessimus sim, optimum me esse putat,
Onus id mihi est, et occultus in pectore dolor.
Satius est, cum optimus sis, ut malus videaris, quam ut pessimus
Laudem habens viri boni, sepulcrum sis hominibus
Mendax, quod intus mortuis putridis fetens,
Extrinsecus renidet calce et jucundis coloribus.
Magnum oculum tremamus, qui et subter terram
Intuetur, et magnum ponti abyssum, et quæcunque abscondit
Mens hominum. Nihil autem incidit tempus, sed adsunt
Deo omnia. Quomodo suum quis malum occultet?

495 Ἀπείρων. Schol. μέγας. Edit. male ἀποίρων.
496 Κάκη. Int. Reg. cod. 991, καχία.
503 Παραιφασίῃσιν. Ita ex Reg. 991, 39, et Coisl. Emendatum quod erat in editis παρφασίῃσιν.
519 Μέγαν βυθόν. Coisl. μέγα βυθόν.
520 Τέμνει δ' οὐδὲν χρόνος. *Tempus apud Deum nihil secat, nec futurum a præterito dirimit. Apud eum enim omnia sunt præsentia.* Bill.

METRICA VERSIO.

Interdum in mundum devexo pondere vergit,
A quo animæ graviter læsa est pars maxima nostræ.
Sed licet improbitas me totum obtexerit atra,
Atque in me nigrum virus diffuderit hostis,
Sepia cæruleas vomitu velut inficit undas:
Hactenus incolumis tamen est mihi visus, ut istud
Cognoscam, unde satus, quonamque ascendere tentans,
Infelix ubinam jaceam, tellure profunda,
Aut etiam subter terras in faucibus orci.
Nec vero illa meam recreant solatia mentem,
Verbaque deficiunt, quæ turpes subdola motus
Auxilio vitiumque juvant, pravoque favore.
Grandia nec cernens aliorum crimina lætor,
Excelsa tanquam ipse sedens virtutis in arce.
Quid juvat ægrotum ferro dum membra secantur,
Cernere quos gravius cruciet vis aspera ferri?

B

Quid juvat obstrictum vitiis sceleratior alter?
Nam bonus ex meliore queat decerpere fructum,
Non secus atque malus. Siquidem qui cernit aperte
Utilis esse potest oculorum lumine capto.
At gaudere malis scelus est immane ferumque,
Quod si cum fœdis vitiis tamen optimus esse
Nonnullis videor, doleo, tacitusque gemisco.
Malim, cum recto studeam, vitiosus haberi,
Quam vitio addictus, justi clarescere fama,
Mendaxque ignaris mortalibus esse sepulcrum,
Quod licet interno fetentia corpora claudat,
Calce tamen nitet externa, gratoque colore.
Ille oculus nostras gelida formidine mentes
Concutiat, radiis qui pallida tartara lustrat,
Qui fundum pelagi mentisque arcana tuetur,
Nilque secat tempus, verum præsentia summo

Digitized by Google

Ἤματι δ' ὑστατίῳ ποῦ κεύσομεν ἡμέας αὐτούς;
Ἢ τίς ἀλεξήσει; πῶς λήσομεν ὄμμα Θεοῖο,
Ἠνίκα πῦρ κρίνῃσι καθάρσιον ἔργματα πάντων,
Βοσκόμενον κακίης κούφην φύσιν αὐαλέην τε.
Τὴν μὲν ἐγὼ τρομέω καὶ δείδια νύκτα καὶ ἦμαρ,
Εἰσορόων ψυχὴν θεόθεν πίπτουσαν ἕραζε,
Καὶ χοὸς ἄσσον ἰοῦσαν, ὃν ἐκφυγέειν μενέαινον.
Ὡς δ' ὅτε χειμερίοιο παρ' ὄχθῃσιν ποταμοῖο,
Ἢ πίτυν ἢ πλατάνιστον ἐπηετανὸν κομόωσαν,
Ῥηγνύμενος ῥίζῃσι ῥόος δηλήσατο γείτων·
Τῆς δή τοι πρῶτον μὲν ὑπέχματα πάντα τίναξε,
Καὶ κρημνῷ μιν ἔθηκεν ἐπήορον, αὐτὰρ ἔπειτα
Βαιῇσι ῥίζῃσιν ἐρυκομένην προθέλυμνον,
Κρημνοῦ ἀπορρήξας μεσάταις ἐνὶ κάββαλε δίναις,

Καί μιν ἄγων μεγάλῳ πατάγῳ πέτρῃσιν ἔδωκεν·
Ἔνθα δέ μιν ὄμβρος καὶ ἀφυσγετὸς αἰὲν ἐρείδων
Σῆψαν, ἀτιμότατον δὲ τρύφος παρὰ χείλεσι κεῖται.
Ὡς καὶ ἐμὴν ψυχὴν Χριστῷ θαλέθουσαν ἄνακτι,
Λάβρος ἐπαΐσσων χαμάδις βάλεν ἐχθρὸς ἀτειρὴς,
Ἧς πλεῖστον μὲν ὄλεσσε, μικρὸν δέ τι λείψανον αὖτως
Πλάζεται ἔνθα καὶ ἔνθα. Θεοῦ γέ μιν αὖθις ἐγεῖραι,
Ὅς ῥα καὶ οὐδὲν ἐόντας ἐπήξατο, καὶ μετέπειτα
Ἀυομένους πήξει τε καὶ ἐς βίον ἄλλον ἐρύσσει,
Ἢ πυρὸς, ἢ Θεοῖο φαεσφόρου ἀντιάσοντας.
Εἰ δὲ Θεοῦ, καὶ ἅπαντας ἐσύστερον; ἄλλοθι κείσθω.
Χριστὲ ἄναξ, εἰ καί με νεκρὸν καὶ ἀνάλκιδα φῶτες

Supremo autem in die, ubi nosmetipsos abscondemus?
Aut quis auxiliabitur? Quomodo latebimus oculum Dei,
Cum ignis purgatorius omnium opera dijudicabit,
Depascens malitiæ levem et aridam naturam?
Hanc ego diem horresco, et die ac nocte metuo,
Cernens animam a Deo delapsam in terram,
Et prope a pulvere euntem, quem fugere avebam.
Velut cum hiberni ad ripas fluminis,
Aut pinum, aut platanum perenni coma ornatam
Vicina erumpens unda radicitus lædit;
Ac primum quidem omnia illius retinacula quatit,
Illamque in præcipitium vergentem tenet, ac rursus
Levibus hærentem radicibus funditus
660-661 Abruptam in medios præcipitii vortices detrudit,
Eamque magno strepitu trahens in cautes impingit;
Ubi illam imber et colluvies semper incumbens
Putrefaciunt, ac inhonestus in littore truncus jacet.
Sic et meam animam Christo regi florentem
Violenter irruens humi stravit hostis indomitus,
Cujus maxima quidem pars periit, leves autem adhuc illius reliquiæ
Huc et illuc errant. Dei autem est illam rursus erigere,
Qui nos, cum nihil essemus, compegit, ac postea
Dissolutos compinget, et in aliam vitam restituet,
Aut ignem, aut Deum lucis auctorem sortitos
Quod si Deum, an omnes aliquando? id alio servetur.
Christe rex, etsi mortuum me et infirmum homines

523 *Λήσομεν*. Duo Regg. λήσομαι.
525 *Κούφην*. Reg. unus κοῦφον.
526 *Τήν*. Suppl. ἡμέραν.
530 *Ἐπηετανόν*. Int. Coisl. πάνυ κοσμοῦσαν. Schol. θάλλουσαν ἱκανῶς.
532 *Ὑπέχματα*. Unus e Regg. ὑπέργματα.
537 *Ἀφυσγετός*. Ita Reg. 39, 991, et Coisl. Mendose edit. ἀσφυγετός. Cod. 993, βόρβορος. Mox αἰὲν ἐρείδων. Sup. lin. 991, συνεχῶς προσπίπτων. Cod. 993, διηνεκῶς.
540 *Ἀτειρής*. Int. 992 et 993 ἀκαταπόνητος. Schol. ἀπηνής.
541 *Πλεῖστον*. Regii plures et Coisl. πλεῖον. Mox αὖτως. Forte αὐτῆς. Coisl. ἁπλῶς. Schol. μάτην.
542 *Θεοῦ*. Sic Coisl. ejusque interpres, necnon schol. Reg. 991. Hæc lectio præferenda nobis visa est editis, in quibus legitur Θεός.
546 *Εἰ δὲ Θεοῦ, καὶ ἅπαντας ἐσύστερον; An vero etiam omnes Deo postmodum potituri sint?* Quibus Origenianum errorem perstringit Gregorius. Origenes namque sibi finxerat damnatos aliquando ad vitam revocandos.

METRICA VERSIO.

Cuncta Deo. Quanam porro sua crimina quisquam
Contegere arte queat? quisnam locus ille patebit,
Quo nos extrema trepidantes luce tegamur?
Quis feret auxilium? quis magni lumina Regis
Fallet, cum rerum purgatrix flamma datura est
Judicium, turpis vitii siccamque levemque
Naturam absumens, et fœdas crimine mentes?
Me lux illa gravi noctesque diesque tremore
Afficit, æthereo cum mentem a Patre fluentem
In terram video, et nigro cum pulvere jungi,
Quem fugere intentis conatibus ipse parabam.
Ac velut hibernis fluviis cum flumina crescunt,
Aut pinum, aut platanum vernantem fronde perenni,
Vicinis illisa terit radicibus unda:
Ac primum illius retinacula cuncta revellit,
Cogitque in præceps pendentem inflectere ramos,
Mox etiam nimis exigua radice retentam
B Funditus abrumpit, medioque in vertice fusam
Protinus in cautes impellit et aspera saxa.
Hic illam tum colluvies, tum plurimus imber
Inficit, ad ripamque jacet sine nomine truncus.
Sic quoque nostram animam, quæ Christo læta virebat,
Impete pestifero vesanus percutit hostis.
Et miseræ, jam nunc majori ex parte peremptæ,
Reliquiæ tenues errant, passimque vagantur.
Quas utinam clari suminus Regnator olympi
Excitet, ex nihilo qui nos effinxit, et idem
Exstinctos rursus fingat, vitæque secundæ
Asseret, aut flammis ardentibus excruciandos,
Aut percepturos æternæ gaudia vitæ.
Sintne omnes autem cœlesti luce beandi?
Affirmare meum non est; tibi, Christe, relinquo.
Magne Deus, quanquam me gens inimica lacessens

Digitized by Google

Δυσμενέες καλέουσι, λάθρη δ' ἐπιμυχθίζουσι,
Κινυμέναις κεφαλῇσιν ἐμὴν γελόωντες ὀϊζὺν,
Μή με λίπῃς χείρεσσιν ὑπ' ἀντιβίῃσι δαμῆναι·
Πρῶτα μὲν οὐρανίῃσιν ἐν ἐλπίσιν αὔθις ἐρείδοις,
Καί μοι σβεννυμένῳ τυτθὴν στάξειας ἐλαίου
Ἰκμάδα, διψαλέῳ λύχνῳ φωστῆρος ἀρωγὸν,
Ὡς κεν ἐγειρομένοιο πυρὸς, παλινάγρετον ἔλθῃ
Φῶς ἀναθηλῆσαν, ζωῆς δὲ τύχοιμι φαεινῆς.
Δεύτερον ἄχθεα πάντα δίδοις ἀνέμοιο θυέλλαις,
Ῥίψας ἐξ ἐμέθεν (πνοὴν δ' ὀπάσειας ἐλαφρὴν),
Οἷσιν ἄδην ἐδάμασσας ἐμὸν κέαρ· εἴτε με πικρῆς
Τινύμενος κακίης, εἴτ' ἄλγεσιν, οἷά τε πῶλον
Παντοίοισι δρόμοισι καὶ ἠλιβάτοισι δαμάζων·

A Εἴτε τιν' ὄγκον ἐμῆς ἴσχων φρενὸς, ὅς ῥα τάχιστα
Φύεται εὐσεβέεσσιν, ὅσοι νόον εἰσὶν ἐλαφροὶ,
Οἱ κακὸν ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ τύφον ἁρπάζουσιν·
Εἴτε κακοῖς ἐθέλων, σῶτερ Λόγε, ἡμετέροισι
Παιδεῦσαι θνητοὺς, βιότου στυγέειν κακότητα
Ὡς οὐχ ἱσταμένου, πᾶσιν δ' ἐπὶ πήματ' ἄγοντος,
Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσι, βίον δ' ἐπὶ ἄλλον ἐπείγειν,
Ἔμπεδον, ἀστυφέλικτον, ἀρείονά τ' εὐσεβέεσσιν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν σοφίης μεγάλοις ἐνὶ βένθεσι κεῖται,
Ὅσσα φέρει στρεπτοῖο βίου παιδεύματα θνη-
[τοῖς,
Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια· Λόγῳ δέ τε πάντα φέριστα,
Κῆν πλείω φεύγῃσι νόου πάχος ἡμετέροιο.

Inimici vocant, et clam naso suo suspendunt,
Capitis motu meam irridentes ærumnam,
Ne sinas me sub manibus hostilibus domari:
Sed primum quidem cœlesti spe animum fulcias,
Ac mihi qui exstinguor, pusillam stilles olei
Guttam, quæ sitienti lampadi ad lumen auxilietur,
Ut igne excitato, revocata redeat
Lux reflorescens, ac lucidam vitam nanciscar.
Deinde vero onera omnia tradas venti procellis,
Et arceas a me (spiritum autem præbeas levem),
Quibus cor meum abunde exercitasti: sive me ob acerbam
Puniens malitiam, sive doloribus, veluti pullum
Variis et arduis cursibus domans,
Sive mentis meæ fastum aliquem cohibens, qui facile
Innascitur piis, quotquot sunt levi animo,
Qui malam ex bono Deo superbiam arripiunt:
Sive meis volens, Verbum servator, malis
Erudire mortales, ut vitæ oderint pravitatem,
Ut minime stantis, ac omnibus incommoda inferentis,
Bonis ac malis, atque ad aliam vitam properent,
Quæ stabilis est et immobilis, et probis melior.
Atque hæc quidem in magnis sapientiæ thesauris sunt posita,
Quæcunque vitæ instabilis admonitiones mortalibus ferunt,
662-663 Sive bona sint, sive mala: quod autem ad Verbum spectat, præstantissima
Quamvis pleraque mentis nostræ crassitiem fugiant. [omnia

550 Ἀντιβίῃσι. Sic codices Regg. 39, 992, necnon et Coislinianus, quorum ope erratum editorum emendavimus in quibus legitur ἀντιβίοισι.
553 Φωστῆρος. Reg. 991 sup. lin. φωτός.
558 Ἄδην. Int. Coisl. ἀθρόως. Schol. ἄγαν.
559 Τινύμενος. Coisl. τινυμένος. Ibid. οἷά τε πωλου. Ita Coisl. Edit. ὡς ὅτε.
560 Ἠλιβάτοισι. Int. ὑψηλοῖς τόποις. Schol. χωρίοις ἀνάντεσιν.
563 Ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ. Nempe, *qui ex benignitate et patientia Dei*, peccandi et superbiendi ansam arripiunt, ut schol. οἱ τινες ἐξ ἀγαθοῦ Θεοῦ χρηστευομένου, καὶ μακροθυμοῦντος, τύφον κακὸν ὑφαρπάζουσι.
569 Μεγάλοις. Coisl. et Int., μεγάλης.
571 Λόγῳ δέ τε πάντα φέριστα. *Quod autem ad Verbum spectat, præstantissima.* Varie a variis hic locus intelligitur. Nobis vero, ut sic interpretaremur, interpres et schol. codicis Coisl. præbuere. Combef. λόγῳ accipit pro *summa ratione*, seu *ordine divinæ sapientiæ, quo omnia proveniunt ac disponuntur.* Λόγον hic pro *Filio Dei* accipio, inquit Billius, ut sit sensus: *Quamvis nos rebus prosperis bonorum nomen tribuamus, adversis contra malorum, tamen apud Deum utraque optima sunt, quippe quæ optima ratione mortalibus a Deo immittantur.*
572 Πάχος. Unus e Regg. τάχος. Sic supra, lib. , sect. II, carm. 1, *In laudem virginitatis*, vers. 16, legitur de Deo, quod sit φάος φεῦγον νόου τάχος ἐγγὺς ἰόντος.

METRICA VERSIO.

Infirmum exanimemque vocat, motoque latenter
Vertice prosequitur sævo mala nostra cachinno:
Ne sinito hostili victum procumbere dextra,
Sed spe cœlesti primum mea pectora fulci.
Ac, ne deficiat mea lux, alimenta ministra,
Humentisque olei nonnullum infunde liquorem.
Qui lychno auxilium sitienti præbeat, ut lux
Accenso igne mihi jamjam rediviva recurrat,
Et fruar æternæ præclaro lumine vitæ.
Tum vero ærumnas a nobis discute tristes,
Ventisque in latum pelagus committe ferendas:
Atque auras concede leves. Sat namque malorum
Pectoris ipse mei domuisti mole tumorem,
Seu vindex meritis multans mea crimina pœnis,
Seu velut indomitum variis durisque caballum

B Cursibus, ingentique dolorum examine frangens;
Seu fastum reprimens, homines pietatis amicos
Qui facile invadit, mentis gravitate carentes,
Queis bonitas divina mali est occasio fastus:
Seu documenta volens per tot mala prodere nostra,
Ut cuncti vitam vitæque adversa perosi,
Et dubios casus atque infortunia justis
Injustisque simul venientia, præpete cursu,
Æternum meliusque piis properemus ad ævum.
Verum hæc divinæ sophiæ sunt abdita fundo,
Quæ fluxi documenta ferunt mortalibus ævi,
Tam bona quam mala. Sunt Verbo tamen optima
[cuncta,
Quamlibet effugiant mentis quamplurima nostræ
Crassitiem. Nam tu clavum scitissimus orbis

Digitized by Google

Νωμᾷς δ' ἔνθα καὶ ἔνθα σοφῶς οἰήϊα κόσμου,
Οἷσιν ἐλαυνόμενοι τρηχὺ σπιλάδεσσι κακῇσι
Λαῖτμα μέγ' ἐκπερόωμεν ἀπιστοτάτου βιότοιο.
Αὐτὰρ ἐγὼ μογέων, καὶ πήμασι παντοδαποῖσι
Τειρόμενος, κάμπτω σοι γούνατα. Πέμψον ἔμοιγε
Δακτύλῳ ἱκμαλέῳ ξηρὴν φλογὶ Λάζαρον ὧκα
Γλῶσσαν ἀναψύξοντα, χάος δέ με μηκέτ' ἐρύκοι,
Μηδ' Ἀβραὰμ μεγάλων κόλπων ἀποτηλόθι [βάλλοι
Πλούσιον ἐν παθέεσσι. Τεὴν δ' ἐπὶ χεῖρα κραταιὴν
Πέμψειας, ἀχέων δὲ πόροις ἄκος, εἰς δέ με πάντα
Θαύματα καὶ τεράων δείξαις σθένος, ὡς τοπάροιθεν.
Εἰπὲ, καὶ αἱματόεσσα ῥύσις λήξειε τάχιστα.
Εἰπὲ, καὶ ἐκμήνειε συῶν ἀγέλην λεγεῶνος
Πνεῦμα, καὶ ἐν πελάγεσσι πέσοι, χάζοιτο δ' ἐμοῖο.
Καὶ λέπρην ἐλάσειας ἀτερπέα· καὶ φάος ἔλθοι

A Ὄμμασιν οὐχ ὁρόωσι, καὶ οὔατα φθόγγον ἀκούει·
Καὶ ξηρὴν τανύσειας ἐμὴν χέρα, δεσμά τε γλώσσης
Ῥήξειας, στήσαις δὲ ποδῶν βάσιν ἀδρανέουσαν.
Ἐκ δ' ἄρτου κορέσαις ὀλίγου· στορέσαις δὲ θάλασσαν
Δειμαλέην· στράψαις δὲ φαάντερον ἠελίοιο.
Πήξειας δὲ μέλη βεβαρηότα, ἐκ νεκύων δὲ
Αὖθις ἀναστήσειας ὀδωδότα· μηδέ μ' ἄκαρπον,
Οἷα συκῆν τοπάροιθεν, ἰδὼν, ξηρὸν τελέσειας.
Ἄλλος μέν τ' ἄλλοισιν ἀρηγόσι, Χριστὲ, πέποιθεν,
Αἵματι, καὶ τέφρῃ, καὶ ὀφρύϊ σήμερον οὔσῃ.
Οἵ τ' ἄλλου χατέουσιν ἀρηγόνος οὐτιδανοῖο·
Σοὶ δ' ἄρ' ἐγὼ μούνῳ, Βασιλεύτατε, μοῦνος ἐλείφθην,
Ὅς πάντων κρατέεις, καί μοι σθένος ἐσσὶ [μέγιστον.
Οὔ μ' ἄλοχος κομέουσα δυσαλθέα κήδεα λύσει.
Ἥ τε καὶ ἀσχαλόωντα παρηγορίῃσιν ἰαίνει·

Moves autem sapienter hinc et illinc mundi gubernacula
Quibus abacti a malis scopulis, asperum
Vitæ incertissimæ magnum mare trajicimus.
Rursus ego laborans et omnibus ærumnis
Contritus, tibi flecto genua. Mitte mihi
Lazarum, qui digito humenti aridam flamma cito
Linguam refrigeret, nec me chaos cohibeat,
Nec Abraham longe a magno sinu projiciat
Divitem patientem. Sed fortem tuam manum
Mitte, et dolorum fer remedium, ac in me omnia
Miracula, et prodigiorum virtutem, ut olim, ostende.
Dic, et celerrime fluxus sanguineus desinat.
Dic, et porcorum gregem in furorem agat legionis
Spiritus, et in mare cadat, et a me recedat.
Lepram tristem remove; lumen accedat
Oculis cæcis, et aures sonum audiant:
Aridam manum meam extende, et vincula linguæ
Rumpe, et pedum firma gressum debilem.
Ex modico pane satia; sterne mare
Terribile; splendidius sole corusca
Fige membra ingravescentia, et ex mortuis
Rursus suscita fetentem; nec me infructuosum,
Postquam, veluti ficum, videris, arefacias.
Alius quidem aliis adjutoribus, Christe, confidit,
Sanguine, et cinere, et supercilio in diem permanente.
Alii alio indigent adjutorio infirmo.
Tibi vero soli, Rex omnium, solus relictus sum,
Qui omnium dominaris, mihique maximum robur es.
Non me uxor fovens molestis sollicitudinibus solvet.
Aut afflictum dulcibus alloquiis deliniet:

578 *Φλογὶ Λάζαρον*. Sic emendavimus ex schol. cod. Coisl. vitiosam lectionem codicum aliorum et editorum qui habent φλόγα.

579 *Μηκέτ' ἐρύκοι*. Coisl, μὴ κατερύκοι.

581 *Πλούσιον ἐν παθέεσσι, ærumnis locupletem.* Mox ἐπὶ χεῖρα. Reg. sup. lin. ἐπ' ἐμέ.

583 *Δείξαις*. Unus e Regg. δείξεις.

586 *Δ' ἐμοῖο*. Ita Reg. 991. Edit. δ' ἐμεῖο.

590 *Ἀδρανέουσαν*. Reg. sup. lin. ἀσθενοῦσαν. Edit. male ἀδανέουσαν.

597 *Ὀφρύϊ σήμερον οὔσῃ*. Id est, *fastui brevissime duraturo.*

METRICA VERSIO.

Hinc illincque regis, quo gens mortalis abacta
A scopulis, vitæ malesidas trajicit undas.
Ast ego jam gravium confectus mole dolorum,
Te genibus flexis supplex obtestor, ut ad me
Laxatum extemplo veniat, flammasque calentes
Leniat humenti digito, nec chasmate vasto
Ulterius tenear, sinibusque excludar amœnis
Abrahami, ærumnis locuples pœnaque perenni.
Quin potius mihi mitte manum, tristesque dolores
Ipse salutifera quamprimum pelle medela,
Priscaque nunc in me facilis miracula profer.
Dic, et sistatur profluxio fœda cruoris:
Et grege porcorum stimulis furialibus acto
Proruat in pelagus legio, procul atque facessat.
Excute deformem lepram, cæcisque recurrat
Lux oculis, rursusque meas vox intret in aures.

B Arentesque extende manus, et vincula linguæ
Solve, pedumque malos firma, Rex maxime, gressus;
Pane perexiguo satia, compesce tremendos
Æquoris irati fluctus, et sole nitente
Tu mihi splendidius radia, corpusque recurvum
Erige, fetentemque reduc ad lumina vitæ.
Nec veluti sterilem jubeas arescere ficum.
Præsidiis aliis alii, Deus optime, fidunt,
Et genere et cinere exiguo, fastuque fugaci,
Aut alias quasdam spes amplectuntur inanes.
At soli tibi solus ego sum, Christe, relictus,
Imperio qui cuncta tenes: in te mihi robur
Omne situm est, in te fiducia tota salutis.
Non animi curas depellet sedula conjux,
Quæ vel mœrentem dulci sermone maritum
Oblectare potest: nec chara gestio prole,

Digitized by Google

Οὐδὲ φίλοις παίδεσσιν ἀγάλλομαι, οἷς ὑπὸ γῆρας
Ὀρθοῦται, νεαροῖσιν ὑπ' ἴχνεσιν αὖθις ὁδεῦον·
Οὐδὲ κασιγνήτοις ἐπιτέρπομαι, οὐδ' ἑτάροισι.
Τοὺς μὲν γὰρ στυγερὸς μόρος ἥρπασεν· οἱ δὲ φιλεῦντες
Νηνεμίην, ἑτάρων ὀλίγην φρῖκα τρομέουσι
458 *Τομὴ τῆς πατρίδος*. Nimirum Cappadociæ in duas provincias divisio. Urbes duæ præfectæ minoribus erant, Cæsarea et Thyana. Huic Anthymus, illi Basilius præerat.

460 *Ψυχαί*. Comb. legit in cod. Reg. ψυχρά, *frigida* occasio, atque prætextus, provinciæ illa sæculari jure dissectio, qua nihil necesse convelli ecclesiarum jura.

465 *Βάλλεσθ' ἀωρί*. Combef. vertit *intempestive, male quæsita occasione, peti telis.*

472 *Ἀπανθίζων*. Ita Reg. unus et Coisl. Edit. male ἀκανθίζων, *spinosas reddens*: quibus verbis significat Gregorius mala tantum nullis permista bonis sibi exspectanda Sasimis.

479 *Δεξιαί*. Reg. unus sup. lin. ὑποσχέσεις *promissiones*.

METRICA VERSIO.

Erat hoc duorum: pugnaque haud certe levis,
Sectura patriæ quam meæ secum attulit,
Urbes minorum dum duas matres facit.
Prætexebatur mentium salus: tamen
Erat ambitio, ne dicam opes et copias,
Quibus agitatur mundus hic tristem in modum.
Quid facere, quæso per Deum, par hic erat?
Retinere sedem? Tam graves ferre impetus?
Telis feriri? Sordido immergi luto?
Cum nec ubi senium ponerem locus foret,
Tectis subinde sed meis extruderer:
Nec panem haberem, quem ministrarem hospiti,
Ut rector ipse pauperis pauper gregis;
Nec, quid labore consequi possem meo,
Viderem, abundans urbicis tamen malis,
Metensque sentes, non rosas dulces legens,
Et nuda cunctis commodis carpens mala?
Exposce, si vis, roboris genus alterum
A me: offer istud præditis sapientia
Majore. Athenæ talia, et communia
Studia, domusque, mensaque ac tantum unica
Mens in duobus, quæ stupebat Græcia,
Datæque dextræ de relinquendo fuga
Mundo, ut superno viveremus Numini,
Verbo dicantes quas opes facundia
Nobis parasset. Lapsa sunt hæc omnia,
Veteresque nostras spes leves auræ ferunt.
Quo pergat aliquis? An truces ad belluas?
Major, ut opinor, in quibus lucet fides.
Sic res habebat ista se, ut dicam brevi.

Digitized by Google

Ἐπεὶ δ' ἐκάμφθην, οὐ φρόνημ', ἀλλ' αὐχένα,
Τί φῶ; Πόθεν δὲ τὴν ἐμὴν ὠδῖνά σοι
Πᾶσαν παραστήσαιμι; Κέντρα μοι πάλιν,
Πάλιν φυγάς τις καὶ δρομαῖος εἰς ὄρος,
Κλέπτων φίλην δίαιταν, ἐντρύφημ' ἐμόν.
Τί μοι τὸ κέρδος; Οὐ γὰρ εὔτονος φυγὰς
Ἦν, ὡς ἔοικε. Πάντα δ' εἰδὼς καρτερεῖν,
Ἔν τοῦτ' ἀγεννὴς, πατρὸς οὐ φέρω χόλον.
Πρῶτον μὲν οὖν ἀγῶνα ποιεῖται πατὴρ,
Ἐνιδρύσαι με Σασίμοις· ὡς δ' ἠσθένει,
Ὁ δεύτερος πλοῦς, ἀλλὰ μὴ κάτω μένειν,
Αὐτῷ δὲ συμπονοῦντα (καὶ γὰρ ἦν βαρὺς
Ταῖς σαρξὶν ἤδη), συνελαφρίζειν τοὺς πόνους,
Χεῖρας προτείνων, τῆσδε τῆς γενειάδος

A Ἁπτόμενος, οἷοις πρὸς μὲ χρώμενος λόγοις;
« Πατήρ σε λίσσεθ', υἱέων ὦ φίλτατε,
— Πατὴρ ὁ πρέσβυς τὸν νέον, τὸν οἰκέτην
Ὁ δεσπότης φύσει τε καὶ διπλῷ νόμῳ.
Οὐ χρυσὸν αἰτῶ σ', οὐ λίθους, οὐδ' ἄργυρον,
Οὐ γῆς ἀρούρας, τέκνον, οὐδ' ὅσα τρυφῆς.
Ζητῶ σ' Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ πλησίον
Θεῖναι, Θεῷ τε τίμιον παραστάτην.
Ὁ δοὺς ἔχει σε· τέκνον, μή μ' ἀτιμάσῃς,
Ὡς πλεώ γε τοῦ μόνου τύχῃς Πατρός.
Καλὸν τὸ αἴτημ', εἰ δὲ μή γε, πατρικόν.
Οὕπω τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος.
Δός τὴν χάριν, δός· ἢ τάφῳ μ' ἄλλος δότω·

Postquam autem incurvatus sum, non mente, sed cervice,
Quid dicam, aut unde dolorem meum tibi
Omnem aperiam? Stimuli rursus mihi.
490 Rursus fugitivus quidam et cursor in montem,
Surripiens amicum vitæ genus, delicias meas.
Sed quid sum lucratus? Non enim constans fugitivus
Eram, ut apparet. Sed cum omnia perferre sciam,
In hoc uno ignavus sum: patris iram non fero.
495 Primam quidem hanc dimicationem aggreditur pater,
Ut me Sasimis stabiliat; sed cum minus valeret,
Secunda navigatio, ut non infra maneam,
Sed cum eo laborans (erat enim jam gravis
Corpore), labores illius allevem,
500 Manus tendens, atque hanc barbam
Tangens, qualibus me compellat verbis?
« Pater te precatur, filiorum charissime,
Juvenem pater senex, famulum
Dominus natura et lege duplici.
505 Non aurum a te peto, non lapides, non argentum,
Non arva, fili, nec quicquid ad delicias attinet.
Quæro Aaroni te et Samueli proximum
Ponere, Deoque pretiosum astantem famulum.
Qui dedit, habet te; fili, ne me dedecore afficias,
510 Ut propitius sit tibi solus Pater;
Præclara petitio: sin minus, certe paterna.
Nondum tantam emensus es vitam,
Quantum mihi effluxit sacrificiorum tempus.
Concede mihi hanc gratiam, concede; aut me alius sepulcro mandet:

494 *Ἀγεννὴς*. Ita Coisl. male edit. ἀγεννές.

501 *Οἷοις. Proh! qualibus utitur verbis!* Schol. δηλονότι μεγάλοις.

510 *Τύχῃς*. Coisl. τύχοις, *ut propitius sit tibi solus Pater.*

512 *Οὔπω τοσοῦτον*. Versus iste, et qui proxime sequitur, difficiles habent explicatus, quos tamen sic possis expedire. Theologus vitæ tranquillæ et solitudinis amore abreptus, sacerdotii labores et sollicitudines refugiebat. Gregorius vero pater a filio citius hos labores recusari objicit, cum ipse nondum illos subire detrectet, qui tot annos in iis vitam egerat: adeoque otia immerito filium quærere, quæ patri potiori jure repetere liceret. Hinc ipsum sic alloquitur: Nondum tot annos sacerdotii laboribus impendisti, quot ego offerendis sacrificiis impendi, ut jam in otia tuta velis recedere. Sic dissolvitur gravissima difficultas circa annum quo natus est Gregorius, nec absurda Bollandistarum opinio admittitur. Vide, tom. I, *Vitam sancti Gregorii*, n. 19 et 20.

METRICA VERSIO.

Cervix ut autem est flexa, non animus mihi,
Quid dicam, et omnem quo tibi pacto meum
Pandam dolorem? Pungor hic rursus, fugam
Conscisco rursus, ac celer montem peto,
Dulcisque furtim persequor vitæ genus.
Quid juvit hoc me? Non enim constans eram
Profugus; in aliis rebus at firmus licet,
Ignavus hic sum: patris haud iram fero.
Ac primo tentat Sasimis me figere.
Quod cum negarem pertinax, cursum alterum
Tenet, rogatque, sede ne maneam infima,
Sed collaborem (namque erat gravis admodum
Ætate), pondus et levem promptus suum:
Manusque tendit, ac meam barbam simul

B Capessit, ad me vocibusque his utitur:
« O chare fili, te pater supplex rogat,
Senex vigentem, dominus et famulum suum.
Natura nam te, et lex duplex subdit mihi.
Non posco nummos, non lapides fulgidos,
Agrosve, mollis quidquid et luxus jubet.
Cupio te Aroni jungere, atque Anna sato,
Ut præpotenti semper assistas Deo.
Te, qui dedit, habet; nate, ne spernas patrem.
Sic solus ille sit tibi facilis Pater;
Honesta posco: sin minus, pater petit.
Nondum tot anni sunt tui, quot jam in sacris
Mihi sunt peracti victimis; da quod peto,
Da, quæso, corpus alter aut inhumet meum.

Digitized by Google

515 Ταύτην ὁρίζω τῆς ἀπειθείας δίκην.
Δὸς τὰς βραχείας ἡμέρας τῷ λειψάνῳ.
Τὰ δ' εἰσέπειτα σοὶ φίλως βουλευτέα. »
Ἐπεὶ δ' ἤκουσα ταῦτα, καὶ ψυχὴ βάρους
Μικρὸν διέσχεν, ὥσπερ ἥλιος νέφους,
520 Τί γίγνεται; ποῖ τἀμὰ καταστρέφει πάθη·
Ἐνουθέτησ' ἐμαυτὸν, ὡς οὐδὲν βλάβος,
Ἕως καθέδρας, πατρὸς ἐκπλῆσαι πόθον.
Οὐ γὰρ καθέξει τοῦτ', ἔφην, ἄκοντά με,
Ὃν οὔτε κήρυγμ', οὔθ' ὑπόσχεσις κρατεῖ.
525 Οὕτως ἀνήγαγέν με νικήσας φόβος.
Ἐπεὶ δ' ὑπεξῆλθον μὲν οἱ γονεῖς βίου,
Κλῆρον λαχόντες, εἰς ὃν ἔσπευδον πάλαι,
Ἐγὼ δ' ἐλείφθην, οὐ καλῶς ἐλεύθερος,
Τῆς μὲν δοθείσης οὐδ' ὅλως Ἐκκλησίας

A 530 Προστῳάμην, οὐδ' ὅσσον λατρείαν μίαν
Θεῷ προσενεγκεῖν, ἢ συνεύξασθαι λαῷ,
Ἢ χεῖρα θεῖναι κληρικῶν ἑνί γέ τῳ·
Τῆς πατρικῆς δὲ (καὶ γὰρ οὐκ ἀνίεσαν,
Ὀρκοῦντες, ἐμπίπτοντες εὐλαβῶν τινες,
535 Πολλῶν ἀνάγνων μηνύοντες ἐξόδους),
Χρόνον βραχὺν μὲν, ὡς ξένος ἀλλοτρίας,
Ἔσχον τιν' ἐμμέλειαν, οὐκ ἀρνήσομαι·
Τοῦτ' αὐτὸ φάσκων τοῖς ἐπισκόποις ἀεὶ,
Αἰτῶν τε δῶρον ἐκ βάθους τῆς καρδίας,
540 Στῆσαί τιν' ἄνδρα τῷ πτολίσματι σκοπὸν,
Λέγων ἀληθῶς, ἓν μὲν, ὡς οὔπω τινὰ
Εἰληφὼς εἴην γνωρίμῳ κηρύγματι·
Τὸ δεύτερον δ' αὖ, ὡς πάλαι δεδογμένον
Εἴη, φυγεῖν με καὶ φίλους καὶ πράγματα.

515 Hanc statuo negati obsequii pœnam.
Da paucos dies reliquiis meis.
Postea, ut lubebit, tibi consules. »
Postquam hæc audivi, ac mens mea molestiæ pondus
Paulatim depulit, ut sol nubem:
520 Quid fit? et quem mea mala exitum habent?
702-703 Mihi ipse persuasi nihil damni futurum mihi,
Si patris desiderium, cathedræ tenus explerem.
Non enim id me, aiebam, detinebit invitum,
Quem nec promulgatio, nec promissio astringit.
525 Sic me provexit victrix formido.
Postquam autem e vita excesserunt parentes,
Hæreditatem sortiti ad quam dudum properabant,
Ac ego relictus sum, non commode liber,
Datam quidem mihi ecclesiam nullo prorsus modo
530 Tetigi, ne ita quidem ut vel unum sacrificium
Deo offerrem, vel precarer cum populo,
Vel manum clericorum uni alicui imponerem.
Quod autem ad paternam (neque enim dimiserunt me,
Adjurantes, urgentes piorum nonnulli,
535 Multorum etiam improborum molitiones indicantes),
Brevi tempore illius, ut hospes alienæ,
Curam aliquam gessi, non negabo;
Idque ipsum semper episcopis declarabam,
Atque hoc beneficium petebam ex intimo corde,
540 Ut aliquem oppido episcopum præponerent,
Duo vere asseverans: unum quidem, nondum me ullam
Ecclesiam accepisse publica prædicatione:
Alterum autem, jamdudum mihi statutum
Esse, et amicos et negotia fugere.

525 *Ἀνήγαγεν.* Billius male vertit, *reduxit;* aderat enim Theologus, quem alloquebatur pater, *barbam ipsius tenens.* Edit. ἀνήγαγε.

530 *Μίαν.* Coisl. μόνην, *solam.* Significare vult se nunquam ritu solemniori, qualem expetit dignitas episcopalis, divinis mysteriis functum fuisse neque enim verisimile est, virum tam pium a cele brando Missæ sacrificio abstinuisse.

532 *Κληρικῶν.* Vat. κληρικῷ, *clerico.*

537 *Ἐμμέλειαν.* Vat. et Coisl. ἐπιμέλειαν.

METRICA VERSIO.

Hac ipse culpam pervicax pœna luas.
Parvum hocce tempus da mihi, cujus breve est
Quod restat: ac post, ut lubet, tibi consule. »
Hæc cum audiissem, jamque, sol nubem velut,
Mens depulisset nonnihil pondus grave,
Quid fit? Meorum et quæ malorum clausula?
Sic cogitavi, nil mihi hinc damni fore,
Adusque solium vota si explerem patris.
Nec enim, inquiebam, me reluctantem ista res
Stringet, liget me nulla cum promissio.
Sic me reduxit obtinens palmam timor.
Ast ut parentes, ultimo functi die,
Tenuere sedes expetitas perdiu,
Liber relictus sumque plane incommode,
Datam quidem mihi Sasimensem Ecclesiam

B Non attigi, sic ut sacrum nec unicum
Illic obirem, jungerem aut preces meas
Cum plebe, cuiquam vel manus imponerem:
Paternæ at ædis (quod pii quidam viri
Nullum obsecrandi me sibi statuerent modum,
Turbæ et profanæ nuntiarent exitus),
Ut hospitem alienæ, brevi me tempore
Gessisse curam non nego. Quin hoc sacro
Non desinebam dicere gregi præsulum,
Magni hoc ab ipsis muneris poscens loco,
Episcopum quemdam oppido ut præponerent·
Illudque vere dictitans, nullam mihi
Datam esse sedem publico præconio;
Ac rursus istud, pectori jam olim meo
Sedisse, amicos linquere et negotia.

Digitized by Google

Ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, τοὺς μὲν ἐκ πολλοῦ πόθου
Κρατεῖν θέλοντας, τοὺς δ' ἴσως ὑπέρφρονας,
Πρῶτον μὲν ἦλθον εἰς Σελεύκειαν φυγάς,
Τὸν παρθενῶνα τῆς ἀοιδίμου κόρης
Θέκλας. Τάχ' ἂν πεισθεῖεν ἀλλ' οὕτω, λέγων,
Χρόνῳ καμόντες ἡνίας δοῦναί τινι·
Καί μοι διῆλθεν οὐ βραχὺς τῇδε χρόνος.
Ἐπεὶ δ' ἐπιστὰς τοῖς ἐμοῖς αὖθις κακοῖς,
Ὧν μὲν ἐνόμιζον εὕρον οὐδὲ ἓν καλῶν,
Ὧν δ' ἐκπεφεύγειν πραγμάτων, πολὺ στίφος,
Ὑπερφανέντων ὥσπερ ἐκ προθεσμίας.
Ἐνταῦθα δή μοι τοῦ λόγου τὸ σύντονον
Ἐρῶ δ', ἃ λέξω, καίπερ εὖ ἐγνωκόσιν,
Ἵν' ἡμᾶς οὐκ ἔχοντες, ἀλλὰ τὸν λόγον
Ἔχητε τοῦτον, τῆς ἀνίας φάρμακον,

545 Sed cum non persuaderem, eo quod aliqui magno studio moti
Tenere me vellent, alii forte fastidiosi essent,
Primum quidem Seleuciam veni fugitivus,
In monasterium inclytæ virginis
Theclæ. Sic forsan, aiebam, ab eis impetrabitur
550 Tempore lassatis, ut gubernacula alicui tradant.
Atque illic non parum traduxi temporis.
Sed postquam in mea rursus incurri mala,
Bonorum, quæ speraveram, nullum prorsus inveni,
Negotiorum autem, quæ effugeram, agmen ingens,
555 Velut ex composito supervenit.
Erit hic mihi contentior oratio.
Dicam autem, quæ dicturus sum, etsi probe scientibus,
Ut, qui me non habetis, saltem hoc carmen
Habeatis molestiæ remedium,
560 Inimicis opprobrium, amicis testimonium
704-705 Injuriarum, quas passus sum, quamvis nullam fecerim.
Duos quidem natura non dedit soles,
Duas at Romas, totius terrarum orbis
Lumina, antiquam potestatem et novam,
565 Tantum inter sese differentes, quantum
Illa quidem Orienti prælucet, hæc autem Occidenti.
At pulchritudo pulchritudinem paribus ponderibus æquat.
Quod spectat ad illorum fidem, vetus quidem jamdudum,
Atque etiam nunc recte currit, Occidentem
570 Totum devinciens salutari doctrina,
Quemadmodum par est, ut quæ universis præsidet,
Totam colat Dei concordiam:
Nova autem antea stabat rectis pedibus, non vero nequaquam
(Illam dico meam, quæ nunc non mea),

Ἔχθροῖς ὄνειδος, μαρτυρίαν δὲ τοῖς φίλοις
Ὧν ἠδικήμεθ' οὐδὲν ἠδικηκότες.
Δύω μὲν οὐ δέδωκεν ἡλίους φύσις,
Δισσὰς δὲ Ῥώμας, τῆς ὅλης οἰκουμένης
Λαμπτῆρας, ἀρχαῖόν τε καὶ νέον κράτος,
Τόσον διαφέροντας ἀλλήλων, ὅσον
Τὴν μὲν προλάμπειν ἡλίου, τὴν δ' ἑσπέρας
Κάλλει δὲ κάλλος ἀντανίσχειν συζύγως.
Τούτων δὲ πίστις, ἡ μὲν ἦν ἐκ πλείονος,
Καὶ νῦν ἔτ' ἔστιν εὔδρομος, τὴν ἑσπέραν
Πᾶσαν δέουσα τῷ σωτηρίῳ λόγῳ,
Καθὼς δίκαιον τὴν πρόεδρον τῶν ὅλων,
Ὅλην σέβουσαν τὴν Θεοῦ συμφωνίαν·
Ἡ δ' ἦν τοπρόσθεν ὀρθόπους, νῦν δ' οὐκέτι
(Ταύτην λέγω δὴ τὴν ἐμὴν, εἴτ' οὐκ ἐμὴν),

553 *Οὐδὲ ἕν.* Ita edit., et quidem ita legendum metri causa. Benedictini male οὐδ' ἕν. (CAILLAU).

572 *Συμφωνίαν.* Vult Gregorius Occidentales propterea quod integram Trinitatis fidem servarent, ac tres personas pari honore ac cultu prosequerentur, idcirco divino beneficio hoc quoque consecutos, ut summa pace ac concordia fruerentur. Sic enim contrario modo in orat. ad Arianos de barbaris Thraciam vastantibus, Deo ita injurias Trinitati illatas ulciscente, loquens ait: οὓς ἡ Τριὰς λυομένη συνέστησεν, *quos Trinitas soluta conjunxit.* Vide tom. I, pag. 604, n. 2.

METRICA VERSIO.

Cum non moverent hæc eos, vel quod mei
Amor hos teneret, vel quod hos fastus gravis,
Primum fuga me confero Seleuciam,
Ubi virgo Thecla fanum habet celebre admodum:
Sic forte, dicens, temporis fessi mora,
Tradent habenas cuipiam. Hoc sperans fore,
Illic peregi tempus haud sane breve.
Reversus ast ut rursus ad clades meas,
Nil repperi horum, finxerat quæ mens mihi,
Fugisse sed quæ me putabam, hæc agmine
Oborta magno comperi negotia.
Hic sermo noster nunc erit contentior:
Atque ad scientes proferam hæc, ut qui modo
Nobis caretis, hoc tamen carmen meum
Habeatis ipsi, quod levet molestias,

Infamet hostes, prædicet charis mihi
Sim quanta passus, neminem cum læserim.
Natura binos haud quidem soles dedit:
Dedit ipsa binas attamen, mundi faces,
Romas, vetustam scilicet Romam, ac novam:
Hoc discrepantes invicem, quod, qua cadit
Sol, illa fulget, fulget hæc qua se exserit.
Par utriusque pulchritudo, par decus.
Fides vetustæ recta erat jam antiquitus,
Et recta perstat nunc item, nexu pio,
Quodcunque labens sol videt, devinciens:
Ut universi præsidem mundi decet,
Totam colit quæ Numinis concordiam;
Nova vero quondam (de mea, jam non mea,
Nunc sermo nobis) rectipes erat in fide,

Digitized by Google

575 Ἀλλ' ἐν βυθοῖς ἔκειτο τῆς ἀπωλείας.
Ἐξ οὗ τὸ κοῦφον ἄστυ καὶ πλῆρες κακῶν
Πάντων Ἀλεξάνδρεια, θερμότης ἄνους,
Ἔπεμψ' Ἄρειον τὸ βδέλυγμ' ἐρημίας,
Ὃς πρῶτος εἶπεν· « Ἡ Τριὰς οὐ σεπτέα, »
580 Ὅρους δ' ἔθηκεν ἀξίας φύσει μιᾷ,
Τεμὼν ἀνίσως τὴν ἀμέριστον οὐσίαν,
Ἕως κατετμήθημεν εἰς πολλὰς ὁδούς.
Ὅμως δὲ καίπερ ἀθλιωτάτη πόλις
Οὕτως ἔχουσα, καὶ τὸν ἐκ χρόνου νόμον
585 (Ἔθος γὰρ ἐγχρονίζον εἰς νόμον τελεῖ),
Θανοῦσά τ' οἰκτρὸν ἐξ ἀπιστίας μόρον,
Εἶχέ τι μικρὸν ζωτικῆς σπέρμα πνοῆς,
Ψυχὰς τελείας τῷ λόγῳ τῆς πίστεως,
Λαὸν βραχὺν μὲν, τῷ Θεῷ δὲ πλείονα,

A 590 Ὃς οὐκ ἀριθμεῖ πλῆθος, ἀλλὰ καρδίας,
Πιστὸν φύτευμα, κλῆμα τιμιώτατον·
Τούτοις (ἐδόξαμεν γὰρ ἐν Θεῷ τινες
Εἶναι βίῳ τε καὶ λόγῳ τῶν γνωρίμων,
Καίπερ ἀεὶ ζήσαντες ἄγροικον βίον)
595 Ἔπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος,
Πολλῶν καλούντων ποιμένων καὶ θρεμμάτων
Λαοῦ βοηθοὺς καὶ λόγου συλλήπτορας,
Ὡς ἂν καταψύξαιμεν εὐσεβεῖ ῥοῇ
Ψυχὰς ἀνύδρους καὶ χλοαζούσας ἔτι,
600 Τροφῇ τ' ἐλαίου συγκραθῇ λύχνῳ τὸ φῶς·
Γλῶσσαι δὲ λάβροι καὶ πολύστροφοι πλοκαὶ,
Ἐξ ὧν τό γ' ἁπλοῦν οἴχεται τῆς πίστεως,
Ἱστοί τ' ἀράχνης, σαθρὰ δεσμωτήρια,
Τὰ κοῦφα συνδέοντες, ἰσχυροῖς γέλως,

575 Sed in profundo jacebat perditionis,
Ex quo levis civitas, et malis referta
Omnibus Alexandria, fervor insanus,
Emisit Arium abominationem desolationis,
Qui primus dixit : « Trinitas non colenda. »
580 Gradusque dignitatis posuit naturæ uni,
Secans inæqualiter essentiam quæ scindi non potest,
Unde discissi in plures vias sumus.
Sed tamen quamvis miserrima civitas
Ita se haberet, longi temporis lege
585 (Mos enim inveteratus pro lege censetur),
In luctuosam ex incredulitate mortem lapsa,
Habebat exiguum aliquid vitalis spirationis semen,
Animas doctrina fidei integras,
Populum pusillum quidem, sed majore apud Deum numero,
590 Qui non numerat multitudinem, sed corda,
Fidelem plantationem, palmitem maximi pretii.
Ad hos (videbamur enim in Deo
Et vita et doctrina conspicui,
Quamvis semper vitam agrestem duxissemus),
595 Ad hos, inquam, gratia Spiritus, multis advocantibus
Et pastoribus, et ovibus, nos misit
Populi adjutores et doctrinæ defensores,
Ut refrigeraremus pio fluento
706-707 Animas siti arentes, et aliquid adhuc habentes viriditatis,
600 Ac olei nutrimento lumen in lucerna coalesceret;
Atque ut linguæ procaces et tortuosæ tricæ,
Ex quibus fidei simplicitas evanescit,
Telæ aranearum, carceres putridi,
Levibus vinculum, fortibus risus,

577 *Θερμότης ἄνους. Dementi furore fervida.*
580 *Ὅρους δ' ἔθηκεν ἀξίας.* Fœdissimo errore labitur Leuvenclaius qui versum hunc sic reddit : *Eam unius naturæ inclusit finibus;* non errasset certe Arius si docuisset Trinitatem unius esse naturæ.

583 *Ὅμως δέ.* Ita Vat. Edit. ὅμως γε.
586 *Μόρον.* Mendose edit. μόρκον.
591 *Κλῆμα.* Ita Coisl. Edit. minus bene λεῖμμα, *reliquias.*
594 *Καίπερ.* Ita habet Vaticanus codex. Editi autem male καί πως.

METRICA VERSIO.

At non item post, mersa sed letho gravi :
Ex quo laborans urbs Alexandri nota
Levitatis, omni criminum genere obruta.
Sine mente fervens, Arium infandum tulit.
Primus colendam Trinitatem qui negans,
Gradus honoris ausus est præscribere
Substantiæ uni, simplicem haud æque secans,
Donec vias in plurimas secti sumus.
Sed misera quamvis civitas ob hunc statum,
Habensque legem temporis beneficio
(Nam mos vetustus obtinet legis locum),
Per hæresimque mortua infeliciter,
Adhuc habebat seminis quiddam tamen
Vitalis, hoc est integras mentes fide,
Paucas quidem illas numero, at ingentes Deo,

B Mentes recenset qui pias, non agmina,
Plantas fideles, reliquias summi pretii.
Ad hos (quod esse crederemur in Deo,
Sermone, vita et, nobiles, quamvis fere
Semper secuti rusticum vitæ genus)
Me misit almus Spiritus vocantibus
De plebe multis, atque item pastoribus :
Plebem ut juvarem, pro fide arma sumerem,
Piis fluentis aridas mentes siti,
Adhucque virides primulum, perfunderem,
Oleique pastu lychnus ut lumen suum
Servaret, atque perfidæ linguæ, vafri
Nexusque, per quos disperit simplex fides,
Araneæque fila, carcer flaccidus,
Quæ levia stringunt, fortibus risum movent,

Digitized by Google

605 Ῥαγεῖεν ἢ λυθεῖεν ἐν στερρροῖς λόγοις,
Οἵ τ' ἐμπεσόντες ἐκφύγοιεν τοὺς βρόχους.
Οὕτω μὲν ἦλθον οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' ἀνδράσι
Κλαπεὶς βιαίοις, ὡς λόγου συνήγορος.
Καὶ γάρ τις ἐθρυλλεῖτο καὶ συνήλυσις
610 Ἐπισκόπων, νέηλυν αἵρεσιν, λόγον
Ἐπεισαγόντων ταῖς φίλαις Ἐκκλησίαις,
Ὃς τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου κράσιν,
Ἣν οὐ τραπεὶς ἐδέξατ', ἄνθρωπον λαβὼν
Ἔμψυχον, ἔννουν, ἐμπαθῆ τὰ σώματος,
615 Ἀδὰμ ὅλον τὸν πρόσθε, πλὴν ἁμαρτίας,
Ταύτην τεμὼν, ἄνουν τιν' εἰσάγει Θεὸν,
Ὥσπερ δεδοικὼς μὴ Θεῷ μάχηθ' ὁ νοῦς
(Οὕτω γὰρ ἂν δείσαιμι καὶ σαρκὸς φύσιν,

A Μᾶλλον γὰρ αὕτη καὶ Θεοῦ πορρωτάτω)·
620 Ἡ τῶν μὲν ἄλλων δεομένων σωτηρίας,
Τὸν νοῦν δ' ὁλέσθαι παντελῶς δεδογμένου,
Ὃς δὴ μάλιστα τῷ Θεῷ μου σωστέος,
Ὃς καὶ μάλιστ' ὤλισθεν ἐν πρώτου πλάσει·
Νῷ γὰρ δέδεκτο καὶ παρεῖδε τὸν νόμον.
625 Ὃ δ' ἦν τὸ παριδὸν, τοῦτο καὶ προσλήψιμον.
Μὴ τοίνυν ἡμισύν με σωζέτω Λόγος,
Ὅλον παθόντα, μηδ' ἀτιμάσθω Θεὸς,
Ὡς οὐχ ὅλον λαβών με, πλὴν πηλὸν μόνον,
Ψυχὴν ἄνουν τε καὶ ἀλόγου ζώου τινὸς,
630 Ὃ καὶ σέσωσται δηλαδὴ τῷ σῷ λόγῳ.
Καὶ ληξάτω τοιαῦτα πᾶς τις εὐσεβῶν·
Ἴσον τι γὰρ πταίουσιν ἐξ ἐναντίας

605 Disrumperentur, aut solverentur solidis sermonibus,
Et qui in laqueos inciderant, evaderent.
Sic veni, non libens, sed ab hominibus
Vim inferentibus subductus, ut fidem defenderem.
Nam et rumores spargebantur de conventu quodam
610 Episcoporum, novam hæresim
Inducentium in amicas Ecclesias, nempe doctrinam
Quæ hanc nobiscum Dei Verbi permistionem,
Quam minime mutatum suscepit, hominem assumens
Animatum, mente præditum, patientem ea quæ sunt corp.
615 Totum priorem Adam, excepto peccato,
Hanc secans, Deum quemdam mente carentem inducit,
Quasi metuat, ne mens cum Deo pugnet
(Sic etiam carnis natura metum mihi offerret,
Nam ipsa magis a Deo et longissime remota est);
620 Aut quasi cæteris indigentibus salute,
Statutum sit mentem omnino perire,
Quam præcipue a Deo meo par est servari,
Ut quæ præcipue in primi hominis natura lapsa sit;
Mente enim accepit et contempsit legem.
625 Quod autem contempsit, id et assumi debuit.
Ne me igitur dimidium servet Deus,
Qui totus læsus sum, nec dedecore afficiatur Deus,
Quasi non totum me assumpserit, sed lutum tantummodo
Animam rationis expertem, animam bruti cujusdam animans,
630 Quod quidem ex tua doctrina ipsum quoque servatum est.
Talia desinat, quisquis pietatem colit:
Idem enim contrario errore peccant,

607 *Ἀνδράσι.* Hos homines quos sibi vim attulisse scribit, non alios esse arbitramur, quam Basilium, Eustathium, etc.

610 *Λόγον.* Ita legimus, et hic locus qui valde obscurus erat, planus fit. Edit. λόγων.

618 *Οὕτω γάρ.* Quasi vero hoc non sit metuendum magis in carne, quæ a Deo longissime distat: vel quasi salute cæteris indigentibus, mentem funditus perire decretum sit. Idem argumentum tractat epist. CI et seq. ad Cledonium, pag. 83 et 95, alias orat, LI et LII.

620 *Δεομένων.* Ita Coisl. Edit. male δευομένων. Nam deficit metrum, nisi duæ primæ vocis hujus syllabæ breves sint ad conficiendum cum præcedenti dactylum. Male Benedictini supponunt duas primas syllabas in diphthongum esse coagmentandas, cum dactylus admittatur legitime in tertio pede. (CAILLAU).

621 *Νοῦν.* Ita legimus. Edit. male νῦν, *nunc.*

624 *Νῷ γάρ.* Vat. et Coisl. ᾧ γάρ, *hac enim.*

625 *Ὃ δ' ἦν τὸ παριδόν.* Ita legendum, si metro et generi consulatur.

626 *Ἥμισυν.* Sic Coisl. Edit. ἡμίση.

628 *Πλὴν πηλόν.* Coisl. πηλὸν δέ.

630 *Ὃ. Quod*, nempe ἄλογον ζῶον.

631 *Πᾶς τις εὐσεβῶν.* Coisl. εὐσεβῶν ἅπας.

METRICA VERSIO.

Dirumperentur vocibus firmissimis,
Lapsisque liber exitus sese daret.
Sic sum profectus, sponte non certe mea,
Verum coactus, ut fidem defenderem.
Nam rumor etiam sparserat, synodum fore
Episcoporum, qui novum introducerent
Falsumque dogma, cujus auctor pestilens,
Cum carne nostra copulam Verbi Dei
(Quam cepit, idem permanens, cum factus est
Homo, mente constans, et animo, atque corpore
Patibilis, Adamus, crimine excepto, integer),
Secans, carentem mente confingit Deum,
Velut extimescens, cum Deo ne mens gerat
Rixas (timenda sed pari fuerit modo

B Caro. Namque distat a Deo multo magis);
Aut quasi statutum sit Deo, ut cum cæteræ
Egeant salute, funditus pereat tamen
Mens, quæ salutis indiget præ cæteris.
Primus parens nam lapsus est hac maxime,
Temnendo legem, mente quam susceperat.
Assumi at istud debuit, quod tempserat.
Non inchoate servet ergo me Deus,
Omnino læsum: dedecus ne contrahat,
Ut qui integrum haud me, sed lutum modo sumpserit
(Animam carentem mente, brutis et parem)
Quod et salute dogma si verum est tuum,
Donarit. Absint a piis isthæc procul:
Errore quippe labitur non dispari,

Digitized by Google

Τοῖς εἰσάγουσιν ἀσκόπως υἱοὺς δύο,
Τὸν ἐκ Θεοῦ τε καὶ τὸν ἐκ τῆς Παρθένου·
635 Οἳ τὴν κάτω τέμνοντες εὐαρμοστίαν,
Οἱ μὲν ξέοντες, οἱ δὲ διπλοῦντες κακῶς.
Εἰ γὰρ δύω, δέδοικα μὴ ἓν τῶν δύω,
Ἢ προσκυνῶμεν ἄνθ' ἑνὸς δύω θεοὺς,
Ἢ τοῦτο μὴ πάθωμεν εὐλαβούμενοι,
640 Πέμπωμεν ἔξω τοῦ Θεοῦ τὸ σύνθετον.
Ὧν μὲν γὰρ ἡ σὰρξ, οὐδὲν ἂν πάθοι Θεός.
Θεοῦ δ' ὅλου μετέσχεν ἀνθρώπου φύσις,
Οὐχ ὡς προφήτης, ἤ τις ἄλλος ἐνθέων,
Ὃς οὐ Θεοῦ μετέσχε, τῶν Θεοῦ δέ γε·
645 Ἀλλ' οὐσιωθεὶς, ὥσπερ αὐγαῖς ἥλιος.
Οὗτοι μὲν οὖν ἔρροιεν ἐκ μέσου λόγου,
Εἰ μὴ σέβοιεν, ὡς ἓν, ἄνθρωπον Θεὸν,

A Τὸν προσλαβόντα σύν γε τῷ προσλήμματι,
Τὸν ἄχρονόν τε καὶ τὸ συμμιγὲς χρόνῳ,
650 Τὸν ἐκ μόνου Πατρός τε καὶ μητρὸς μόνης
Δύω φύσεις εἰς Χριστὸν ἐλθούσας ἕνα.
Τὰ δ' ἡμέτερα πῶς τιν' ἔσχε τὸν τρόπον;
Πολλοῖς συνηνέχθημεν ἐλθόντες κακοῖς.
Πρῶτον μὲν ἐξέζεσε καθ' ἡμῶν ἡ πόλις,
655 Ὡς εἰσαγόντων ἀνθ' ἑνὸς πλείους θεούς.
Θαυμαστὸν οὐδέν· ἦσαν οὕτως ἠγμένοι,
Ὥστ' ἀγνοεῖν παντάπασιν εὐσεβῆ λόγον,
Πῶς ἡ Μονὰς τριάζεθ', ἡ Τριὰς πάλιν
Ἑνίζετ', ἀμφοῖν ἐνθέως νοουμένη.
660 Καὶ πρός γε τοῖς πάσχουσι δῆμος ἕλκεται,
Ὡς τῷ τότε σφῶν προστάτῃ καὶ ποιμένι
Οἴκτον λαβόντι, τοῦ πάθους ὑπέρμαχον,

Ac qui duos inconsiderate filios inducunt,
Alterum ex Deo, alterum ex Virgine:
635 Utrique peractam in terris præclaram conjunctionem secant,
Hi quidem detrahentes, isti autem prave duplicantes.
708-709 Nam si duo, vereor ex duobus alterutrum,
Ne duos pro uno adoremus deos,
Aut si cavemus ne in hoc erratum incidamus,
640 Removeamus a Deo id quod compositum est.
Nam quæ carni accidunt, nihil eorum patitur Deus.
Dei autem totius particeps facta hominis natura,
Non ut vir propheta, aut aliquis alius a Deo afflatus,
Qui non Dei, sed eorum quæ Dei sunt, particeps fuit,
645 Sed (deitate) substantialiter imbuta est, ut sol radiis.
Hi igitur facessant e medio sermone,
Si non, ut unum, colant hominem Deum,
Eum qui assumpsit, et quod assumptum est,
Eum qui tempore caret, et quod cum tempore commistum est,
650 Eum, qui ex solo Patre et ex sola matre,
Duas naturas in unum Christum coeuntes.
Meæ autem res quomodo se habuerunt?
Postquam adveni, in multa incidi mala.
Primum quidem efferbuit contra me civitas,
655 Quasi inducerem pro uno, multos deos.
Nihil mirum: sic enim edocti erant,
Ut ignorarent omnino piam doctrinam,
Quomodo Unitas trina sit, et Trinitas rursum
Una: in utroque, ut Deo convenit, intellecta.
660 Ac iis quidem, quibus male est, populus favet,
Ut tunc suo præsidi et pastori
Misericordiam experienti ultricem eorum, quæ patiebatur,

635 *Τὴν κάτω τέμνοντες εὐαρμοστίαν. Subjectæ qui naturæ et inferioris concinnitatem secant.*
637 *Εἰ γάρ.* Coisl. ἢ γάρ.
640 *Σύνθετον.* Quod est *compositum*, nempe Christum, *qui Deus et homo est.* Ipse quippe est, qui a Divinitate non est arcendus, *in quo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.* Coloss. II, 9. Non bene Billius vertit, *partibus quod non caret:* neque enim in Christo deitas partis habet rationem, quæ sonat quid imperfectum.
652 *Ἡμέτερα.* Ita Coisl. Edit. minus bene, ἡμεδαπά.
662 *Λαβόντι.* Ita Coisl. Edit. male λαβόντες.

METRICA VERSIO.

Concinnitatem hanc inferam quisquis secat,
Inducit ut qui filios stulte duos,
Quorum Dei sit unus, alter Virginis;
Abradit ille, duplicat contra hic male.
Nam si duo sunt, vereor ex his alterum,
Ne vel colamus unius Numen loco
Duplex: vel, istud dum fugimus, ipsi a Deo
Procul arceamus partibus quod non caret.
Quæ namque carni, non Deo summo accidunt.
Humana porro particeps facta est Dei
Natura prorsus, non velut vir quispiam
Sanctus, Dei non particeps, rerum at Dei:
Imbuta verum, sol velut radiis suis.
Abeant at isti protinus pestem in malam,
Hominem Deum ni sic colant, ut rem unicam,

B Numenque sumens, quodque sumptum a Numin
Ni sempiternum, tempori et quod subjacet:
Ni Patre solo, Virgine et sola satum.
Natura quippe coit in Christo duplex.
At qui mearum tunc fuit rerum status?
Ingressus urbem plurimis jactor malis.
Exarsit in me tota primum civitas,
Multos perinde ac si deos inducerem.
Mirum nec est hoc; instituti sic erant,
Ignota prorsus ut quibus fides pia
Esset, modoque trina quonam est Unitas,
Atque una rursum Trinitas: si quidem pie
Intelligantur hæc duo; plebsque insuper
Læsis favere suevit, ut tum præsuli
Suo, vicem ejus graviter infaustam ferens:

Digitized by Google

Δῆμος τοσοῦτος καὶ φρονήματος πλέως,
Ὃ μὴ νικᾷν πάντ' ἔσχατος προσῆν ψόγος.
Λίθους παρήσω τὴν ἐμὴν πανδαισίαν,
Ὧν ἔν τι μέμφοιμ'· οὐ γὰρ ἦσαν εὔστοχοι,
Τούτων τυχόντες, ὧν τυχεῖν κενὸς φόνος.
Ἔπειθ' ὑπάρχοις, ὡς φονεὺς, εἰσηγόμην,
Βλέπουσιν ὑψηλόν τι καὶ μετάρσιον,
Οἷς εἷς νόμος τὸν δῆμον ἵλεων ἔχειν,
Ὁ δεινὸν οὐδὲν πώποτ' οὐδ' εἰργασμένος,
Οὐδ' ἐννοήσας, ὡς μαθητὴς τοῦ λόγου.
Καί μοι παρέστη τοῦ λόγου συνήγορος
Χριστὸς βοηθῶν τῷ συνηγόρῳ λόγῳ,
Ὃς καὶ λεόντων οἶδεν ἐκσώζειν ξένους,
Καὶ πῦρ δροσίζειν εἰς ἀναψυχὴν νέων,

A Κἦτος δὲ ποιεῖν εὐσεβῶν εὐκτήριον.
Οὗτός μ' ἐδόξασ' ἐν ξένῳ κριτηρίῳ.
Ἔπειτα δεινὸς τῶν ἐμῶν οἰδεῖ φθόνος,
Εἰς Παῦλον ἑλκόντων με κ' Ἀπολλώ τινα,
Τοὺς μήτε σαρκωθέντας ἡμῖν πώποτε,
Μήτ' ἐκχέαντας αἷμα τιμίου πάθους.
Ἀφ' ὧν καλούμεθ', οὐχὶ τοῦ σεσωκότος;
Οἷς συνδονεῖται πάντα καὶ συσσείεται,
Ὡς εὐδρομούσης τἄλλα τῆς Ἐκκλησίας.
Πῶς δ' ἂν ποτ' ἦ ναῦς, ἦ πόλις, πῶς δ' ἂν στρατὸς,
Ἢ καὶ χοροῦ πλήρωμα, πῶς οἶκος φίλος
Σταίη, πλέον τὸ βλάπτον, ἢ κρατοῦν ἔχων;
Τοῦτ' οὖν ἔπασχε τηνίχ' ὁ Χριστοῦ λεώς.
Πρὶν γὰρ παγῆναι καὶ τυχεῖν παῤῥησίας,

Populus tantus et animi plenus,
Cui non omnia vincere extremum foret dedecus.
Lapides omittam delicias meas,
De quibus id unum queror, quod non recte collimaverint,
Ea ferientes, quæ ferire inanis est cædes.
Tandem præfectis sistor, ut homicida,
Alto et sublato supercilio intuentibus,
Quibus una lex est populum habere propitium:
His sistor, qui nihil unquam noxii feceram,
Nec cogitaveram, utpote Evangelii discipulus.
At mihi astitit doctrinæ defensor
Christus, opem ferens sermoni illius causam agenti,
Qui novit etiam a leonibus salvos facere peregrinos,
Et ignem in rorem vertere ad refrigerationem juvenum,
710-711 Ac cete efficere sanctorum oratorium.
Is mihi decus addidit in judicio extraneo.
Deinde vehemens meorum intumescit livor,
Ad Paulum trahentium me et ad quemdam Apollo,
Qui nec carnem unquam pro nobis susceperunt,
Nec sanguinem fuderunt pretiosæ passionis.
Ab his nomen nobis adhæret, non ab eo qui salvos facit?
Ab his exagitantur et concutiuntur omnia,
Quasi Ecclesia in aliis rebus prosperum cursum teneret.
Quomodo autem, aut navis, aut urbs, aut exercitus,
Aut chori cœtus, aut domus amica
Consistat, si quod lædit, uberius sit quam quod conservat?
Hoc igitur tunc patiebatur Christi populus.
Nam antequam firmaretur et libertatem assequeretur,

675 *Ξένους*. Ita Coisl. Edit. male ξένως.

679 *Τῶν ἐμῶν*. Quos hic suos appellat Gregorius, hi profecto secernendi sunt ab Arianis, a quibus et lapidibus petitus et ad tribunal fuerat raptatus. Horum alii videntur fervidi fuisse Catholici, alii ambigui, rerumque suarum, quam fidei studiosiores. Primi Paulino vel Meletio addicti erant, ac eo nomine extra suspicionem Arianæ perfidiæ. Non enim hoc loco *Paulus* et *Apollo* significant, ut opinatus est Billius, *sectarum antesignanos, a quibus ii qui ipsorum erroribus favebant, nomen ducere malebant quam a Christo*. Nunquam *suos* Gregorius

B *Arianos* appellasset, ac indecora prorsus et Gregorio indigna eorum, quæ de se Paulus, de Petro et de Apollo dixit, ad hæreticos detestabilis accommodatio. Nullum autem hac ætate dissidium novimus præter Antiochenum, quo tota Ecclesia perturbata fuerit. Catholice autem sentiebant utrique, sive qui Meletio, sive qui Paulino favebant, nec modo ab Arianis sunt distinguendi, sed etiam ab iis, quorum hic Gregorius pingit vitia.

685 *Ὡς εὐδρομούσης*. *Quasi alias secundæ res Ecclesiæ forent, quasi non essent res multo majoris momenti.*

METRICA VERSIO.

Plebs tanta, et animis plena, non in omnibus
Superare rebus quæ probrum ingens duceret.
Imbres tacebo saxeos, epulas meas,
Vanos fuisse quod queror tantummodo,
Hæc assecutos, assequi quæ nihil juvat,
Necem nec infert. Post, velut sicarius,
Vultu superbo præditos ad præsides,
Queisque una studio lex erat plebi obsequi,
Trahor ipse, sceleris qui nihil patraveram,
Nec cogitaram, discipulum Christi ut decet.
Ac tum patronus astitit Christus mihi,
Ferens patroni non piger dictis opem:
Rabidam leonum qui potest vim frangere,
Juvenum in favorem reddere ignem roscidum,
Cetum, piorum vertere in sacram domum.
Hic me ad tribunal insolens clarum facit.
Post at meorum me premit livor gravis,
Ad quemdam Apollo me manu trahentium,
Paulumque, queis nec sumpta sit pro me caro,
Nec fusus unquam sanguis, a quibus tamen
Vocamur, ac non a salutis vindice:
Qui cuncta turbant, cuncta convellunt, quasi
Alias secundæ res forent Ecclesiæ.
Qui porro navis, civitas, exercitus,
Chorusve possit aut domus consistere,
In qua quod obsit plus inest, quam quod juvet?
Hoc accidebat tum pio Christi gregi.
Nam nondum adeptus liberam fiduciam,

Digitized by Google

Πρὶν ἐκλυθῆναι σπαργάνων τῶν παιδικῶν,
Οὕπω τελείως τὴν βάσιν ἐρηρεισμένος,
Ἐκόπτετ', ἐρριπτεῖτο, ἐσπαράσσετο
Ἐν ὄψεσι τεκόντων εὐγενὴς τόκος,
695 Ἀτεχνίαν πεινῶσι τὴν ἐμὴν λύκοις·
Οὐ γὰρ φορητὸν ἄνδρα τὸν πενέστατον,
Ῥικνὸν, κάτω νεύοντα, καὶ δυσείμονα,
Γαστρὸς χαλινοῖς, δάκρυσι τετηκότα,
Φόβῳ τε τοῦ μέλλοντος, ὡς δ' ἄλλων κακοῖς,
700 Οὐδ' εὐφυῶς ἔχοντα τῆς προσόψεως,
Ξένον, πλανήτην, γῆς σκότῳ κεκρυμμένον,
Τῶν εὐσθενούντων καὶ καλῶν πλέον φέρειν.
Σχεδὸν γὰρ αὐτῶν ταῦτά γ' ἐξηκούετο·
« Θωπεύομεν, σὺ δ' οὐχί· τιμῶμεν θρόνους,

A 705 Σὺ δ' εὐλάβειαν· ἀρτύσεις ἡμῖν φίλαι,
Σοὶ δ' εὐτέλεια, καὶ τρυφῆς ἔσθων ἄλας,
Τῆς ὀφρυώδους ἀλμυρὸν καταπτύεις.
Δουλεύομεν καιροῖς τε καὶ λαῶν πόθοις,
Ἀεὶ διδόντες τῷ πνέοντι τὸ σκάφος,
710 Χαμαιλεόντων καὶ τρόπον πολυπόδων
Πολλὰς τιθέντες τοῖς λόγοις ἀεὶ χρόας.
Ἄκμων σὺ δ' ἦς ἀνήλατος, τῆς ὀφρύος!
Ὥσπερ μιᾶς γε πίστεως οὔσης ἀεὶ,
Στενοῖς τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας σφόδρα,
715 Σκαιὰν βαδίζων πάντοτε Λόγου τρίβον.
Πόθεν δέ σοι, βέλτιστε, καὶ γλώσσῃ λάλῳ
Τὸν λαὸν ἕλκειν, τοὺς δὲ βάλλειν εὐστόχως
Κακῶς φρονοῦντας ἐν πολυσχιδεῖ πλάνῃ,

Antequam solveretur infantiæ fasciis,
Nondum perfecte gressibus innixus,
Tundebatur, raptabatur, discerpebatur,
In oculis parentum generosa proles,
695 Ab esurientibus in meam orbitatem lupis;
Neque enim tolerabile esse putabant hominem pauperrimum,
Rugosum, ad terram vergentem, veste vili,
Ventris frenis, lacrymis tabescentem,
Metuque futuri, ut et aliorum malis,
700 Ac ne eleganti quidem vultu præditum,
Hospitem, errabundum, terræ tenebris abditum,
Plus honorari quam fortes et pulchros.
Propemodum enim ex eis hæc audiebam :
« Adulamur, tu vero nequaquam : thronos colimus,
705 Tu vero pietatem : nobis grata sunt condimenta,
Tibi vero frugalitas : et dum delicato sale victitas,
Superbarum deliciarum salsuginem despuis.
Servimus temporibus et populorum desideriis,
Semper ratem objicientes vento afflanti,
710 Chamæleonum instar et polypodum,
Varios illinentes sermonibus semper colores.
Tu vero incus nobis es indomita, o supercilium!
712-713 Quasi una sit semper fides.
Valde in arctum cogis veritatis doctrinam,
715 Stolida Scripturæ semper incedens via.
Unde autem et nunc tibi, vir optime, ut lingua procaci
Populum trahas, et eos recta ferias
Qui prave sentiunt in sectis disparibus,

695 *Ἀτεχνίαν πεινῶσι. A cupidis nostræ orbitatis lupis.*
699 *Ἄλλων.* Ita Coisl. Edit. male ἄλλοις.
700 *Εὐφυῶς.* Ita Coisl. Male edit. ἐμφυῶς.
701 *Γῆς σκότῳ κεκρυμμένον. Obscura ortum patria.*
706 *Καὶ τρυφῆς ἔσθων ἅλας.* Toll. legendum putat, καὶ τρυφὴ ἐσθίειν ἅλας. Vide *Carm.* seq., not. in vers. 56.
709 *Ἀεὶ διδόντες. Ut quisque ventus flat, ad eum fidei nostræ navim obvertimus. Si Ariani rerum potiuntur, Ariani sumus : si Macedoniani, ad eorum partes nos ipsi confugimus.*
712 *Ἄκμων σὺ δ' ἦς ἀνήλατος.* Edit. ad marg. σὺ δ' ἡμῖν ἄκμων ἀνήλατος, sed male, quia metrum deficeret.
715 *Πάντοτε.* Ita Coisl. Edit. male πάντα τοῦ. Omnia ad Scripturæ sacræ auctoritatem exigi volebat Gregorius. Concionatores autem, qui populo adulabantur, præcipuas humanæ rationi partes dabant.
718 *Ἐν πολυσχιδεῖ πλάνῃ. Errore multiplici.*

METRICA VERSIO.

Nondum solutus fasciis puerilibus,
Firmisque terram gressibus nondum premens,
Raptatur, atque tunditur, discerpitur
Parentum ob ora nobilis partus lupis,
Meæ orbitatis fervida exustis siti.
Nec enim ferebant pauperem plane virum,
Rugis aratum, visibus fixis humi,
Vilique veste, tabidum fletu et fame,
Metu et futuri, cæterisque etiam malis,
Nec eleganti præditum vultu, hospitem,
Vagumque, tenebris horridis terræ abditum,
Plus, quam decoros, ferre, quam fortes viros.
Ab his fluebat sermo nam talis fere :
« Blandimur, haud tu; nos thronos colimus, pium

B Tu sanctitatem. Nos juvant dulces cibi :
Te victus asper. Victitas et dum sale,
Luxus superbi despicis salsuginem.
Servimus ipsi tempori et cupidini
Plebis, ratemque prospero vento damus,
Chamæleonis instar ac polypodis,
Varios colores indimus sermonibus.
Tu fortis incus, o gravem fastum tuum!
Tanquam una tantum debeat semper fides
Vigere, fidei regulas stricte premis,
Stolide per omnes semitas verbi ambulans.
Quid quod loquacis pertrahis linguæ sono
Plebem? quod illos, impie qui sentiunt,
Varieque aberrant, impetis tam dextere,

Digitized by Google

Διπλοῦν τιν' ὄντα τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς ξένοις,
Τοῖς μὲν λίθον μάγνητα, τοῖς δὲ σφενδόνην; »
Ταῦτ' εἰ μὲν οὐκ ἔσθ', ὥσπερ οὐκ ἔστι, κακά,
Τί δυσχεραίνεις, ὡς τι πάσχων ἔκτοπον;
Εἰ δ' ἔστι, καί σοι τοῦτο φαίνεται μόνῳ,
Κρίνον δικαίως, ὡς Θεοῦ παραστάτης,
Ξαίνει με τὸν πταίοντα· τὸν λαὸν δ' ἔα,
Ὃς οὐδὲν ἠδίκηκεν ἢ στέργων ἐμὲ,
Ἠττημένος τε τῶν ἐμῶν διδαγμάτων.
Τὰ πρῶτα μὲν δὴ καὶ φέρειν οἷός τε ἦν·
Εἰ γάρ με καὶ τὸ καινὸν ἐπτόει βραχύ,
Ὡς ἀθρόως τις ὠσὶν ἐμπεσὼν ψόφος,
Ἢ τοῖς ἀπείροις ἀστραπῆς αὐγῆς τάχος·
Ἀλλ' ἦν ἔτ' ἀπλῆξ, καὶ φέρειν πάντα σθένων,
Ἥ τ' ἐλπὶς οὖσα πραγμάτων ἐλευθέρων,
Τοῦ μὴ πάλιν μοι ταυτὸ συμπεσεῖν πάθος,
Ἔπειθε ῥᾴον διαφέρειν τὴν συμφοράν.
Ἃ δ' ἦλθεν ἡμῖν αὖθις ἐκ τούτων κακά,
Ὧ πῶς ἂν ἐκφράσαιμι τοὺς ἐμοὺς πόνους;
Ὦ τῶν κακῶν ποριστὰ, δαῖμον βάσκανε,
Πῶς ἴσχυσας τοσοῦτον ἐκπλῆσαι κακόν;
Οὐχ αἱμά μ', οὐδὲ βάτραχος, οὐ σκνιπῶν νέφος,
Οὐδὲ κυνόμυια, οὔτε τις κτηνῶν φθορά,
Οὐ φλυκτὶς, οὐ χάλαζ', οὐκ ἀκρὶς, οὐ σκότος,
Οὐ πρωτοτόκων ὄλεθρος, ἔσχατον κακῶν,
Ἔκαμψαν ἡμᾶς (ταῦτα γὰρ τῶν ἀγρίων
Αἰγυπτίων μάστιγες ἐκβοώμεναι),
Καὶ πρός γ' ἐρυθρᾶς κῦμα συγκλεῖσαν λεών.
Τίς δ' ὧσεν ἡμᾶς; κουφότης Αἰγυπτίων.
Ὡς δ' ὧσεν, εἰπεῖν ἄξιον· στήλη γὰρ ἂν

Ita ut duplex sis quodam modo amicis et extraneis,
Illis lapis magnes, istis autem funda? »
Atque hæc quidem si non sunt, ut profecto non sunt, mala,
Quid moleste fers, quasi absurdi aliquid patiaris?
Sin mala sunt, idque tibi videtur soli,
Juste judica, ut minister adstans Deo;
Me cæde, qui deliqui, populum autem dimitte
Qui nihil peccavit, nisi quod me diligit,
Et documentis meis convictus est.
Ac prima quidem ferre poteram;
Etsi rei novitas me paululum turbaret,
Veluti subito incidens auribus strepitus,
Aut inexpertis celeritas fulguris coruscantis:
Adhuc tamen eram expers vulneris, et ferre omnia valebam,
Ac spes me liberatum iri, nec unquam
Fore, ut idem in malum incurrerem,
Suadebat ut facilius molestiam perferrem;
Quæ vero rursus mihi ex his orta sunt mala,
Labores meos quomodo enarrem?
O malorum inventor, dæmon invide,
Quomodo valuisti tantum adimplere malum?
Non me sanguis, non ranæ, non culicum nubes,
Non cynomyia, non pecorum lues,
Non pustulæ, non grando, non locusta, non tenebræ,
Non primogenitorum interitus, ultimum malorum,
Flexerunt me (hæc enim crudelium
Decantata Ægyptiorum exstiterunt flagella),
Non tandem maris Rubri fluctus, quo populus intercludebatur.
Quid nos igitur in fraudem impulit? Levitas Ægyptiorum.
Quomodo autem impulerit, operæ pretium dicere: columna enim

... λλας'. Ita Vat. et Coisl. Edit. male χάλαξ', sed ad marg. χάλαζ'. Ibid. οὐ σκότος. Ita legimus; male edit. οὔτε, quia metrum deficit. — Sic Benedictini; sed metri defectus non legitime resarcitur, cum spondæum quartum pedem, iambi loco, occupet. (CAILLAU).

743 *Κακῶν*. Ita Coisl. Edit. minus bene κακόν.

746 *Συγκλεῖσαν λεών*. Hæc verba non ad Ægyptios, sed ad Israelitas referenda sunt, qui, ut putabat Pharao, hinc deserto, hinc mari Rubro ita conclusi erant, ut ex ipsius manibus eripi nullo modo possent. Innuunt tamen Ægyptios fuisse maris ejusdem aquis obrutos.

METRICA VERSIO.

Præbens amicis disparem te atque exteris?
Tu quippe funda es hostibus, magnes tuis. »
Hæc prorsus omni pura sunt si crimine
Ut sunt, quid inde ringeris, læsus velut?
Sin improbanda, solus et censes, probus
Sis, quæso, judex, astitem ut par est Dei.
Me plebe missa cæde; nam populus nihil
Peccavit aliud, maximo quam quod mei
Amore flagrat, et docentem amplectitur.
Atque ista prima ferre poteram; nam licet
Turbaret animum nonnihil novitas rei,
Tanquam repente verberans aures sonus,
Vel subitus oculos fulguris splendor rudes:
At læsus haud dum cuncta tolerabam tamen:
Posthacque jam me tale passurum nihil
Rebus secundis, læta spes mihi pollicens,
Hanc ferre suasit æquius molem mali.
At quos deinceps pertuli casus miser,
Et quos labores, qui queam digne eloqui?
Auctor malorum dæmon, ah! tantum nefas
Perficere quinam pravitas quivit tua?
Non sanguis, aut ranæ, vel agmen culicum,
Muscæ aut caninæ, dira vel pecudum lues,
Non pustulæ, grando, locustæ, nox nigra,
Non prima soboles cæsa, postremum malum,
Nos perculerunt (hæc erant crudelium
Ægyptiorum flagra, quæ cuncti canunt),
Rubrum nec æquor, clausa quo plebs est pio.
Quid ergo? Levitas Pharia me in fraudem impulit
Qui porro, dicam: dedecus, ut hinc improbis,

Digitized by Google

Αὕτη γένοιτο τῶν κακῶν αἰωνία.
Ἦν τίς ποθ' ἡμῖν ἐν πόλει θηλυδρίας,
Αἰγύπτιον φάντασμα, λυσσῶδες κακὸν,
Κύων, κυνίσκος, ἀμφόδων ὑπηρέτης,
Ἄρτις, ἄφωνον πῆμα, κητῶδες τέρας,
Ξανθὸς, μελάνθριξ, οὖλος, ἁπλοῦς τὴν τρίχα·
Τὰ μὲν παλαιὰ, τὰ δ' ἀρτίως εὑρημένα·
Τέχνη γάρ ἐστι δημιουργὸς δευτέρα.
Πλεῖστον γυναικῶν ἔργον, εἴτ' οὖν ἀῤῥένων,
Χρυσοῦν ἑλίσσειν τὴν φιλόσοφον σισόην.
Τὰ τῶν γυναικῶν ἐν προσώποις φάρμακα
Σοφοὶ φερόντων· εἰς τί γὰρ μόναι σοφαὶ
Τὴν ἀπρεπῆ τε καὶ κακὴν εὐμορφίαν,
Ἡ πρόγραμμ' ἐστὶ καὶ σιωπῶν τοῦ τρόπου,

Ὡς οὐκ ἐχόντων Μαξίμους καὶ ἀῤῥένων;
Ἡ κουρὰ τοῦτ' ἔδειξε λανθάνον τέως
Τοιαῦτα θαύματ' ἡμῖν ἐκ τῶν νῦν σοφῶν,
Διπλοῦν τιν' εἶναι τὴν φύσιν, τὸ σχῆμά τε, —
Ἀμφοῖν μερίζειν τοῖν γενοῖν τρισαθλίως,
Κόμην γυναιξὶν, ἀνδράσι βακτηρίαν.
Ἐξ ὧν ἐκόμπαζ', ὥς τι τῇ πόλει δοκῶν,
Ὤμους σκιάζων βοστρύχοις ἀεὶ φίλοις,
Πέμπων λογισμοὺς σφενδονωμένους κόμαις,
Πᾶσαν φέρων παίδευσιν ἐν τῷ σώματι.
Πολλὰς διελθὼν οὗτος, ὡς ἀκούομεν,
Ὁδοὺς πονηρὰς (ἃς τινας δ' ἄλλοις μέλοι,
Οὐ γὰρ τὰ πάντ' ἐμοιγε δὴ ζητεῖν σχολή·
Βίβλοι δ' ὅμως φέρουσιν ἀρχόντων ὅσοι),

Hæc erit malorum nostrorum quæ semper stabit.
Fuit nobis aliquando in urbe effeminatus,
714-715 Ægyptium spectrum, rabidum malum,
Canis, cynicus, triviorum famulus,
Mars, muta pernicies, cetosum monstrum,
Flavos simul et nigros habens capillos, crispatus et simplex coma;
Atque hæc quidem partim antiqua, partim recens inventa:
Est enim ars opifex altera.
Maximum opus est mulierum, sive etiam marium,
Auream volvere philosophicam sisoen.
Muliebria in vultu pigmenta
Ferant sapientes: cur enim solarum fit sapientium
Indecora et improba formæ venustas,
Quæ tabula est, vel tacendo, mores indicans,
Quasi mares ipsi non habeant Maximos?
Monstravit id tonsio, quod hactenus latuerat.
Hæc mira didicimus ab hodiernis sapientibus:
Duplicem quemdam esse natura et specie;
Et utriusque generis misere participem esse,
Mulierum quoad comam, virorum quoad baculum.
His se jactabat, quasi aliquid esse in urbe videretur,
Humeros inumbrans caris semper cincinnis,
Cogitationes suas tradens contortis crinibus,
Scientiam omnem in corpore gerens.
Is cum multas percurrisset, ut audimus,
Vias perversas (quæ autem et quales sint, alii investigent,
Non enim mihi omnia inquirere vacat:
Sed tamen multis magistratuum libris consignatæ sunt);

754 *Μελάνθριξ. Flavos et nigros habens capillos, flava nigraque mistim cæsarie.*

755 *Εὑρημένα.* Coisl. ηὑρημένα. Hos colores partim antiquitus habebat, partim artificio quodam sibi recens comparaverat. Bill.

758 *Σισόην.* Sisoe est quædam tonsuræ species, qua utuntur Phaselitæ in Cilicia: Casaub. *in Sueton.*, p. 108. Exstat eadem vox apud septuaginta Interpretes, Levit. XIX, 27.

763 *Καὶ ἀῤῥένων.* Ita Coisl. Edit. minus bene τῶν ἀῤῥένων. Exstat infra aliud *Carm.* XLI, adversus eumdem Maximum vel alium ejusdem nominis.

764 *Ἡ κουρά.* Ridet Gregorius Maximum qui primum muliebrem ornatum adhibendo, comamque nutriendo, mulierem potius quam philosophum præ se tulerat, postea autem ut virum se exhiberet, sedemque Constantinopolitanam invaderet, comam deposuerat. Igitur minus recte Billius caroit Germanum interpretem, quod vocem κουρὰ *detonsam comam* reddiderit. Vide infra, v. 915.

765 *Θαύματ' ἡμῖν.* Vat. et alii codd., etiam edit. ad marg. θαύματ' εἴδον.

774 *Δ' ἄλλοις μέλοι.* Edit. δ' ἄλλους, forsan amanuensis incuria.

775 *Σχολή.* Coisl. θέμις, *licet*. Innuere videtur actiones quibus pœnæ a legibus infligebantur.

METRICA VERSIO.

Delebit unquam quod dies nulla, imprimam.
Effeminatus nos apud quidam fuit,
Ægyptium spectrum, malum rabidum, canis,
Cynicus, viarum servulus, Mars horridus,
Ac muta labes, cetus immanissimus,
Flavus, nigerque, crispus ac simplex coma.
Vetus illa nempe, rursus ast ipsi hæc recens
Inventa; quippe ars est creatrix altera:
Qua distinentur feminæ multum ac mares,
Philosophicam dum atque auream volvunt comam.
Cur namque facie non sophi quoque, ut sophæ,
Gestare possint pharmaca muliebria,
Decus invenustum atque improbum, quod vel silens,
Cujusque mores prodit, et clare indicat.

Sic esse maribus perditum jam Maximum,
Coma, licet haud dum cognitum, tunc prodidit.
Hæc philosophi nunc exhibent miracula,
Natura ut idem sit duplex, gestu quoque,
Misere et utrique dividat se sexui,
Viros bacillo, feminas referens coma.
Jactabat his se, clarus ut cives apud,
Humeros inumbrans usque cincinnis suos,
Solum comendis cogitans de crinibus,
Doctrinam et omnem corpore in solo gerens.
Grassatus iste per vias multas malas,
Ut fama jactat (quærat has quisquis volet.
Nam cuncta nobis non vacat perquirere:
Libris feruntur præsidum multis tamen)·

Digitized by Google

Ταύτῃ τελευτῶν ἐγκαθέζεται πόλει.
Οὐδὲν γὰρ εἶχε βρῶμα τῶν εἰωθότων·
Ὀξὺ βλέπων δὲ, καὶ σοφῶς ὀσφρώμενος
780 (Σοφὸν γὰρ ἔστω καὶ τὸ πικρῶς συντεθὲν,
Τὸ δ' ἔστιν ἡμᾶς τῆς καθέδρας ἐκβαλεῖν,
Τοὺς οὔτ' ἔχοντας, οὔθ' ὅλως τιμωμένους,
Πλὴν τοῦ φυλάξαι καὶ καταρτίσαι λεών),
Σοφώτερον δέ. Καὶ γὰρ οὐ διὰ ξένων,
785 Αὐτῶν δ' ἀφ' ἡμῶν συμπλέκει τὸ δρᾶμ' ὅλον,
Ὡς ἂν σοφιστὴς τῶν κακῶν καὶ συνθέτης,
Τῶν ταῦτ' ἀήθων καὶ πλοκῆς πάντη ξένων,
Ἄλλην δὲ τιμᾷν δεινότητ' εἰθισμένων.
Εἰπεῖν σοφόν τι, καὶ λέγοντα θαυμάσαι,
790 Βίβλων τε θείων ἐκλέγειν τὴν καρδίαν.
Καινόν τιν' εἰπεῖν ἐν κακοῖς λόγον θέλω.

A Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν πᾶσιν εἶναι δῆ τρόπον,
Ἢ τὸν κακῶν ἄπειρον, ἢ τὸν ποικίλον.
Ἧττον γὰρ ἐβλάπτοντ' ἂν ἐκ τινῶν τινες,
795 Ἀντιζυγούντων ἢ συνεστώτων τρόπων.
Νῦν δ' εἰσὶ θήρα τῶν κακῶν οἱ βελτίους.
Τίς ἡ τοσαύτη σύγχυσις τοῦ πλάσματος!
Ὡς σφόδρ' ἀνίσως ἐζύγημεν ἐκ Θεοῦ!
Τίς τὸν κάκιστον ὄψεται τῶν μετρίων
800 Δολοῦντα, συμπλέκοντα, μηχανώμενον,
Κλέπτοντθ' ἑαυτὸν μυρίαις ἀεὶ στροφαῖς;
Τὸ μὲν γὰρ εὐκίνητον εἰς μοχθηρίαν
Τηρεῖ τὰ πάντα, καὶ βλέπει τὰ καίρια·
Τὸ δ' εἰς καλὸν πρόχειρον, εἰς ὑποψίαν
805 Τῶν χειρόνων ἀργόν τε καὶ νωθὲς φύ-
Οὕτως ἁλίσκετ' εὐχερῶς ἡ χρηστότης.

Tandem in hac urbe considet.
Nihil enim ei suppetebat ex solitis cibariis :
Sed acute cernens et sapienter olfaciens
780 (Sapiens enim dicatur etiam quod improbe conflatum est,
Nempe ut me ex cathedra depelleret,
Qui nec illam tenebam, nec alio honore auctus fueram,
Nisi ut custodirem et renovarem populum),
In hoc autem sapientior. Nam nequaquam per extraneos,
785 Sed per memetipsum totam struxit fabulam,
Ut malorum inventor et compositor,
Per eum qui horum insolitus erat, et a fraude omnino alienus,
Atque aliud solertiæ genus colere solebat,
716-717 Nempe sapienter aliquid dicere, aut dicentem admirari,
790 Divinarum Scripturarum cor edisserere.
Novum aliquod in malis eloqui libet.
Oportebat ut eadem in omnibus esset indoles,
Aut vitiorum expers, aut versuta.
Minus enim læderentur alii ab aliis,
795 Si dissentirent aut consentirent mores.
Nunc autem malorum præda sunt boni :
O quæ confusio naturæ nostræ!
O quam inæqualiter a Deo conjuncti sumus!
Quis bonus pessimum hominem persentiat,
800 Dum dolos versat, fraudes struit, machinatur,
Seque ipsum surripit innumeris semper artibus?
Quod enim facile ad improbitatem movetur,
Observat omnia, perspicit opportunitates :
Quod autem ad virtutem propendet, ad suspicionem
805 Deteriorum natura pigrum et tardum est.
Sic capitur nullo negotio probitas.

779 *Σοφῶς*. Edit. ad marg. καλῶς, *bene*.
790 *Τὴν καρδίαν*. *Arcana*.
792 *Αὐτόν*. Ita Vat. et Coisl. Edit. male αὐτῶν.
793 *Ἢ τόν*. Ita Vat. et Coisl. Edit. male ἢ τῶν.
796 *Θήρα*. Vat. θῆραι.
801 *Κλέπτοντθ' ἑαυτόν*. *Qui miris modis id agit, ut probitatis cujusdam fuco improbitatem suam tegat*. Bill.
804 *Καλόν*. Coisl. sup. lin. ἀρετήν, *virtutem*.

METRICA VERSIO.

Hac urbe tandem considet, quod jam cibos
Hos non haberet, quos prius consueverat.
Acutus autem cum esset, ac mire sagax
(Sic nam vocetur, improbe quod struxerat
Sæveque, solio scilicet me ut pelleret,
Cui nec thronus erat, ulla nec alia dignitas,
Instructor essem quam quod et custos gregis),
Sagacior in hoc exstitit, per exteros
Quod non, sed utens memet, hunc struxit dolum,
Scelerum ut peritus artifex, harum rudi
Rerum, atque fraudis prorsus omnis nescio,
Solertiæque qui genus di-par colo,
Sapienter aliquid dicere, loquentem alterum
Suspicere, mentem legere sacri codicis.
Libet profari quid novum in tantis malis,

B Debebat esse tota gens mortalium,
Aut sceleris exspers, multiplex aut et vafra.
Sic læderentur nam minus justi a malis,
Si dissiderent aut coirent moribus.
At præda nunc sunt improbis recti viri.
Quæ tanta nostri generis est confusio?
Proh! quam Deus nos dispari junxit modo!
Quis deprehendet pessimum vir optimus,
Fraudes dolosque dum struit, dumque artibus
Se mille, mores ac suos vafre occulit.
Nam quisquis omne facilis in crimen ruit,
Observat ille sedulus cuncta, et notat
Graviora quæque : promptus est at qui ad bonum
Ad suspicandum segnis est aliquid mali.
Sic sæpe fraudi noxiæ bonitas patet.

Digitized by Google

Πῶς τοῦτο ποιεῖ, καὶ σκοπεῖθ', ὡς ποικίλως.
Αἰγύπτιόν τιν' ἄλλον ὄψει Πρωτέα.
Τῶν εὐνοούντων γίνεται καὶ τῶν σφόδρα
Πιστῶν. Τίς οὕτως ὡς ἔμοιγε Μάξιμος,
Στέγης, τραπέζης, δογμάτων, βουλευμάτων
Κοινωνός; Οὐδὲν μέγα· καὶ γάρ τις ἦν μέγα,
Κύων ὑλακτῶν δῆθεν τοὺς κακόφρονας,
Καὶ τῶν ἐμῶν πρόθυμος αἰνέτης λόγων.
Ὁμοῦ δὲ ταῦτα, καί τι τῶν ἐν βήματι
Λαβὼν νόσημα, λεῖμμα τῆς πρώτης νόσου.
Τόδ' ἦν ἄπαυστος ζῆλος, ἔμφυτον κακόν.
Οὐ ῥᾳδίως γὰρ κάμπτεται πονηρία.
1773 *Πρός τί μ'*. Ita Coisl. Prave edit. una voce πρόστιμ'. Sic locum emendandum conjiciebat Billius, ex unica voce tres efficiendo. Leuv. vertit ἄξει πρόστιμ', *vincet*. Schol. exponit πρόστιμ', τὸ ἐπίχειρον, τὸν μισθόν. *Quisnam adeo deliberavit, ut ei in mentem venire posset me, ulla in re, vulgi potius gratiam et favorem, quam Dei nutum ac voluntatem secuturum.*
1778 *Ἀντηλλαξάμην*. Scholiastes exponit, εἰς ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων.
1780 *Προσκείμενοι*. Schol. προσοικειούμενοι.
1785 *Τοῦ πάθους*. Schol. ὦ τοῦ πάθους, ὦ τῶν δακρύων, ὡς εὐαλούμεθα.
1792 *Προήσῃ*. Vat. προήσεις.

METRICA VERSIO.

Utrumque premeret ne gravis moles opum.
Quid me necesse est dicere, quibus vocibus
Ab his amicis nostra canities fuit
Tentata? Cum illi cederent primas mihi,
Aliquid petentes proh! fide summa viri
A fido amico, sed fide summa in malis:
Nempe ut juvarem rebus hoc in omnibus.
In omnibusne? Finxit hoc quisnam sibi,
Turbam quod ipse sequerer, haud Gnatum Dei?
Natura sursum fontium tendet prius,
Partèsque ad imas flamma labetur vorax,
Quam quid salutis perfidus prodam meæ.
Eximere cœpi hinc ipse de medio pedem;
Domoque migro de mea in domum alteram,

B Ecclesiæ me turgido ponto extrahens,
Malisque verbis et malis conventibus:
Quanquam, favebant qui mihi, gemitus darent.
Potissimum de plebe, taceam ut cæteros.
Orabat illa clamitans, summum ad Deum
Manusque tollens, ac meam obtestans fidem,
Ut mortuum jam flebat. O lacrymas graves!
Cujus fuisset mentis hæc ferre omnia?
« Segetemne nunc tu (sic vocabamur) tuam
Linques: prius quæ parva erat, florens modo,
Proselytosque, qui tuas stant ad fores,
Pandatur utque janua exspectant, quibus
Vel intus esse jam datum est, vel qui exteros
Captant. Quibusnam deseres? fetum tuum

Digitized by Google

Τοὺς σοὺς πόνους τίμησον, οἷς προσερρύης·
Δὸς τῆς πνοῆς τὸ λεῖπον ἡμῖν καὶ Θεῷ.
Ναὸς γενέσθω σοῦ βίου πεμπτήριος.
Ταῦτ' ἦν κλάσις μὲν, ἀλλ' ὅμως ἐκαρτέρουν.
Μικρόν τι καὶ δίδωσι τὴν λύσιν Θεός.
Ἦλθον γὰρ, ἦλθον ἐξαπίνης κεκλημένοι,
Ὡς δή τι συνοίσοντες εἰρήνης σκοπῷ,
Αἰγύπτιοί τε καὶ Μακεδόνες, ἐργάται
Τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων τε καὶ μυστηρίων,
Φυσῶντες ἡμῖν ἐσπέριόν τε καὶ τραχύ.
Τοῖς δ' ἀντεπῆει δῆμος ἡλιοφρόνων·
Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν
(Ὡς ἂν μιμήσομαί τι τῆς τραγῳδίας),

A Λοξὸν βλέποντες, ἐμπύροις τοῖς ὄμμασι,
Συνῆπτον. Ἐν πολλοῖς δὲ τοῖς κινουμένοις
Θυμοῦ τὸ πλεῖον, ἢ λόγου κινήμασι,
Καὶ τῶν ἐμῶν τι πικρότατον ἐσκόπουν,
Νόμους στρέφοντες τοὺς πάλαι τεθνηκότας,
Ὧν πλεῖστον ἦμεν καὶ σαφῶς ἐλεύθεροι·
Οὐ μὴν πρὸς ἔχθραν τὴν ἐμὴν, οὐδὲ θρόνον
Σπεύδοντες ἄλλοις, οὐδαμῶς· ὅσον πόνῳ
Τῶν ἐνθρονιστῶν τῶν ἐμῶν, ὡς γοῦν ἐμὲ
Σαφῶς ἔπειθον λαθρίοις δηλώμασι.
Οὐ γὰρ φορητὸν τὴν ὕβριν σφῶν εἰδέναι,
Ὅση παλαιὰ, καὶ νέοις ἐν πράγμασιν.
Ἐγὼ τέως μὲν, ὥσπερ ἵππος δέσμιος,

Tuos honora labores, qui te labefecerunt;
Da vitæ reliquum nobis et Deo.
Sit hoc templum vitæ tuæ clausula. »
Atque his quidem inflectebar, sed tamen perstabam.
At paulo post solutionem dat Deus.
Venere enim, venere, subito vocati
Ut pacis proposito aliquid operæ navarent,
Ægyptii et Macedones, operarii
Legum et mysteriorum Dei,
Flatum nobis occidentalem et asperum emittentes;
Quos contra stabat orientalium populus;
Horridos autem dentes, instar aprorum, exacuentes,
Torve intuentes, scintillantibus oculis,
Congrediebantur. Inter autem multas disceptationes,
Quas iracundia magis quam ratio commovit,
De meis etiam rebus acerbissime aliquid arripuerunt,
Dum leges obtrudunt dudum defunctas,
A quibus maxima ex parte, et manifeste liberi eramus;
Non mei odio illi quidem, nec quod thronum
Aliis molirentur: sed potius ut incommodarent
His qui me in sedem collocaverant: id quod mihi
Aperte suadebant per secretos indices.
Non enim sibi tolerabiles injurias videri,
Et quæ antiquiores, et quas recentibus factis acceperant.
Ego interea, velut equus inclusus,

770-771

1793 *Προσερρύης*. Vat. προσετάκης.

1796 *Κλάσις*. Schol. τούτοις ἐκαμπτόμην μέν. *His commovebar.*

1802 *Φυσῶντες*. His verbis Occidentales acerbitatis et insolentiæ notat, quemadmodum Basilius, τί δεῖ ἡμῖν δυτικῆς ὀφρύος; at contra Orientalibus levitas ab Occidentalibus semper est objecta. Sic *quæque ora*, inquit Billius, *suos patitur manes.*

1804 *Ὅπως*. Coislinianus codex super lineam scriptum habet ὅμως.

1810 *Νόμους στρέφοντες*. Nimirum improbi et seditiosi juvenes contra Gregorium objiciebant canones, quibus sancitum erat ne quis episcopus ex una in aliam ecclesiam transferretur; ac propterea fas non esse ut Constantinopolitanam sedem teneret, qui Sasimorum atque Nazianzi sedes jam tenuisset. Hanc legem longo jam tempore antiquatam ait Gregorius, imo etiamsi viguisset lex illa, liber ab ea erat Theologus, qui nec Sasimorum nec Nazianzi proprie episcopus fuit, ut pluribus demonstratum est.

1813 *Ἄλλοις*. Coisl ἄλλῳ Mox ἐνθρονιστῶν. Coisl. θρονιστῶν.

1818 *Ὥσπερ ἵππος*. Hæc similitudo ab Homero desumpta est, Iliad. VI, vers. 506. Eadem similitudine utitur Gregorius in orat. funebri S. Basilii, tom. I, p. 790.

METRICA VERSIO.

Quis pascet? Ingens te tuus flectat labor.
Nobis, Deoque, da quod est vitæ super.
Mittat sepulcro corpus hoc ædes tuum. »
Hæc commoverent me licet, firmus tamen
Stabam. Dat autem post brevi Deus exitum.
Veniunt repente nam vocati, fœderi
Ut sanciendo jungerent vires suas,
Ægyptiique Macedonesque, operarii
Mysteriorum seduli, et legum Dei,
Inhalitantes hesperium in nos et grave.
Adversa stabat his tumens Phœbo phalanx·
Ergo exacutis dentibus tanquam sues
(Libet imitari nonnihil tragœdiam),

B Torvoque vultu, flammeisque oculis, manus
Coeunt, et inter multa, sermo de quibus
Est motus, ira, mente non stata, excitus,
Exasperabant aspere in me quidpiam,
Volvendo leges mortuas pridem, a quibus
Eramus ipsi liberi dubio procul:
Odio quidem non tam mei, vel ut in throno
Alium locarent, quam dolorem ut inurerent
Aliquem his, throno me fixerant qui in præsulis.
Saltem remotis hoc mihi interdum arbitris
Ipsi asserebant. Non enim nec pristinas
Se ferre posse, nec novas injurias.
Ast ipse, tanquam clausus in stabulis equus

Digitized by Google

Καίπερ κακοῖς τε καὶ νόσῳ τετρυμμένος,
Ἔνδον κροαίνων οὐκ ἐπαυσάμην πόδας,
Καὶ δοῦλον ἐχρεμέτιζον ἐκ δεσμῶν βίας,
Ποθῶν νομάς τε τήν τ' ἐμὴν ἐρημίαν.
Ἐπεὶ δὲ κινεῖν, ἃ προεῖπον, ἠξίουν
Ἐρρηξα δεσμά, τὴν τ' ἀφορμὴν ἀσμένως
(Οὐκ ἂν πείσαιμι τοὺς φιλάρχους οὔποτε,
Εὔδηλόν ἐστι, πλὴν ἀληθὲς) ἥρπασα.
Καιρὸς γὰρ ἦν μοι, καὶ παρελθὼν εἰς μέσους,
Τάδ' εἶπον· « Ἄνδρες, οὓς συνήγαγεν Θεὸς,
Ὡς ἄν τι βουλεύσησθε τῶν Θεῷ φίλων,
Τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς δευτέρου κείσθω λόγου
(Μικρὸν γὰρ, ὥς γε πρὸς τοσοῦτον σύλλογον,
Ὅπως ποθ' ἕξει, κἂν μάτην αἱρώμεθα)·
Ὑμεῖς δὲ πρός τι μεῖζον ὑψοῦτε φρένα.

Εἰς ἓν γένεσθε, συνδέθητε ὀψὲ γοῦν.
Ἕως τίνος γελώμεθ' ὡς ἀνήμεροι,
Καὶ τοῦτο μανθάνοντες ἓν, πνέειν μάγην;
Ἀότε προθύμως δεξιὰς κοινωνίας.
Ἐγὼ δ' Ἰωνᾶς ὁ προφήτης γίνομαι.
Δίδωμ' ἐμαυτὸν τῆς νεὼς σωτηρίαν,
Καίπερ κλύδωνος τυγχάνων ἀναιτιος.
Ἅραντες ἡμᾶς ῥίψατε κλήρου φορᾷ.
Κῆτός με δέξετ' ἐκ βυθῶν φιλόξενον.
Ἐντεῦθεν ἄρξασθ' ὁμονοεῖν· ὀδεύετε
Πρὸς πάντ' ἐφεξῆς. Οὗτος εὐρυχωρίας
Τόπος καλείσθω. Τούμὸν οὕτως εὐκλεές.
Ἂν μέχρις ἡμῶν στῆτε, τοῦτ' ἐπιτιμίαν
Μόνον τίθημι, καὶ θρόνων ὑπερμαχεῖν.
Ἂν οὕτω φρονῆτ', οὐδὲν ἔσται δυσχερές.

Quamvis et malis, et morbo attritus essem,
Intus pulsare terram non cessabam,
Et serviliter hinniebam ob vinclorum violentiam,
Desiderans pascua ac meam solitudinem.
Sed postquam ea, quæ dixi, movere instituerunt,
Rupi vincula, et occasionem libenter arripui
(Nunquam sane id persuaserim his, qui principatum amant,
Manifesta res est, sed tamen vera dico),
Tempus enim nactus eram, et in medium prodiens
Hæc dixi: « O viri quos hic congregavit Deus,
Ut aliquid, quod Deo gratum sit, statuatis,
Quæ quidem ad me spectant, parvi pendite
(Parvi enim interest, quantum ad tantum cœtum,
Quo tandem se habeant res meæ modo, ac frustra superbirem),
Vos autem ad majus quidpiam animum erigite.
In unum venistis: sero tandem colligamini.
Usquequo irridebimur ut inhumani,
Ac unum id ediscentes, pugnam spirare?
Date alacriter communionis dexteras.
Ego Jonas propheta ero.
Trado me ipse ad salutem navis,
Quamvis procellæ nulla in me causa resideat.
Sublatum me sortis exitu projicite.
Cetus hospitalis me ex profundo excipiet.
772-773 Hinc incipite unanimes esse: procedite
Ad omnia deinceps. Latitudinis
Locus hic vocetur. Gloria hæc erit mea.
Sin ad me usque perstetis, id unum
Mulctam esse, et pugnam pro thronis existimo.
Si ita sentiatis, nihil erit difficile.

1825 *Οὐκ ἂν πείσαιμι. Nunquam nominibus dominandi cupidis persuaserim, me hanc episcopatus deponendi occasionem libenter arripuisse.*

1844 *Εὐρυχωρίας.* Alludit ad illud Genes. xxvi, ubi cum Isaac post multos puteos effossos, de quibus inter ipsum et Palæstinos rixa orta fuerat, alium tandem fodisset, de quo nihil jurgii excitatum fuisset, proinde latitudinem eum nuncupavit. Bill.

1846-7 *Τοῦτ' ἐπιτιμίαν μόνον τίθημι καὶ θρόνων ὑπερμαχεῖν.* Sic Coisl. Edit. vero, τοῦτ' ἀτιμία νόμον τίθημι καὶ νόμων ὑπερμαχεῖν. Schol. καὶ θρόνων.

1848 *Δυσχερές. Nihil erit difficile*, vel *nihil erit molestum*, quod cum sequentibus apprime quadrat.

METRICA VERSIO.

Licet malisque quassus, et morbo gravi,
Ferire pedibus hactenus cupidis solum
Non desinebam, vinclaque ob, serviliter
Hinnire, ruris pascuum soli expetens.
Movere at ista cœpit ut primum hæc cohors,
Effringo vincla, traditamque ansam libens
Arripio (non hoc, sat liquet, persuaserim
Cupidis honorum, sed tamen vere loquor);
Tempusque nactus commodum, in medio effero
Hæc dicta cœtu: « Vos, viri, quos hic Deus,
Grata statuatis ut suo quæ Numini
Junxit, videte postero de me loco.
Quid namque de me, cœtus hic si maximus
Consideretur, fiat, haud magni interest.
Erigite mentes altius vestras precor:

Coite in unum, vos amor tandem liget.
Quousque, sævi ut, et truces, ridebimur,
Præterque pugnas, omnium ut rerum inscii.
Dextras amici fœderis date invicem.
Ego vero Jonæ facinus excelsum æmulor.
Me pro salute do libens nostræ ratis,
Licet excitati turbinis causa haud siem.
Nos sorte captos mergite insano mari.
Nos hospitalis cetus excipiet. Sic hoc
Concordiæ vobis initium: pergite
Ad cuncta deinceps alia. Latitudinis
Locus hic vocetur. Splendor hinc surget mihi.
Si stetis in me, dedecus statuam id meum.
Legem ipse figo: sit ratus legum vigor.
Hac mente sitis: non erit quidquam arduum

Digitized by Google

Οὐδ' ἐθρονίσθην ἄσμενος, καὶ νῦν ἑκὼν
Ἄπειμι, πείθει καὶ τὸ σῶμ' οὕτως ἔχον.
Μίαν χρεωστῶ νεκρότητ' · ἔχει Θεός.
Ἀλλ', ὦ Τριάς μου, σοῦ προκήδομαι μόνης ·
Γλῶσσαν τίν' ἕξεις εὐμαθῆ συνήγορον,
Εἰ δ' οὖν ἐλευθέραν τε καὶ ζήλου πλέαν;
Ἐρρῶσθε καὶ μέμνησθε τῶν ἐμῶν πόνων. »
Ταῦτ' εἶπον · οἱ δ' ὤχλαζον · ἐξῆειν δ' ἐγὼ
Μέσος χαρᾶς τε καί τινος κατηφείας ·
Χαρᾶς, τὸ παῦλαν τῶν πόνων λαβεῖν τινα ·
Λύπης, τὸ λαὸν ἀγνοεῖν ᾗ κείσεται.
Τίς δ' οὐ σπαράσσετ' ὀρφανούμενος τέκνων;
Ἐγὼ μὲν οὕτως · οἱ δ' ἴσασι καὶ Θεὸς,
Εἰ μή τι πλεῖον τοῦ μέσου τὸ λάθριον,
Νέων ὄλεθρος, καὶ σπιλάδες, λόχοι βάθους ·
Ἄλλοι λέγουσι ταῦτα, σιγήσω δ' ἐγώ.
Οὐ γὰρ σχολή μοι πλεκτὰ γινώσκειν κακὰ,
Τὴν ἁπλότητα καρδίας ἀσκουμένῳ,
Ἐξ ἧς τὸ σώζεσθ', οὗ μόνου πᾶς μοι λόγος.
Ὅμως τόδ' οἶδα · πλεῖον, ἢ καλῶς ἔχει,
Ἄφνω τετίμημ' εὐκόλῳ συναινέσει.
Τοιαῦτα πατρὶς τοῖς φίλοις χαρίζεται.
Οὕτως ἔχοντα ταῦτα. Πῶς δὲ τὰ κράτους;
Ἔκυψ'; ἐκλίθην; ἡψάμην τῆς δεξιᾶς;
Ἱκεσίους προσήγαγόν τινας λόγους;
Ἄλλους δὲ πρέσβεις ἐκ φίλων προυστησάμην,
Τῶν ἐν τέλει μάλιστα, τούς μοι φιλτέρους;
Χρυσὸν δ' ἔρευσα, τὸν δυνάστην τὸν μέγαν,

Non libenter in sede collocatus sum, et nunc libens
Abscedo; quod quidem mihi et corpus ita affectum suadet.
Unam mortem debeo; hæc in Dei manu sita est.
Sed, o Trias mea, de te sola sollicitus sum,
Ecquam habitura sis linguam tuæ defensioni idoneam,
Aut saltem liberam et zelo flagrantem?
Valete, et memineritis laborum meorum. »
Hæc dixi: illi vero animis fatiscebant: ego autem discessi
Medius inter gaudium et quamdam mœstitiam:
Gaudens, quod aliquam a laboribus requiem acciperem:
Mœrens, quod nescirem, quis esset futurus populi status.
Quis autem non dilaceretur filiis orbatus?
Atque ego quidem sic; illi autem sciunt, et Deus,
Annon plura in tenebris quam in luce versentur,
Annon pernicies juvenum, et corruptelæ, et altæ mentis insidiæ:
Alii hæc dicunt: ego vero tacebo.
Non enim mihi otium est pravas et occultas hominum molitiones scrutandi,
Qui simplicitatem cordis excolo,
Ex qua salus: quod solum mihi curæ est.
Sed tamen hoc scio: ultra id quod decet,
Subito decoraverunt me facillima assensione.
Talia amicis patria gratificatur.
Atque hæc quidem se habebant. Sed quid cum Imperatore?
An procubui? an pedibus cecidi, dextramque apprehendi?
An supplicibus verbis usus sum?
An alios ex amicis precatores mihi paravi,
Præsertim ex proceribus, quibus carior eram?
Num aurum effudi, magnum illum dominatorem,

1851 *Ἔχει Θεός.* Censet Tollius legendum esse potius ἔχοι. Vide carm. seq. not. in vers. 856.

1856 *Ὤχλαζον. Labascebant, animis flectebantur, ac deficiebant.* Billius, *claudicabant*, vox parum commoda.

1862 *Τοῦ μέσου.* Schol. φανεροῦ. Mox *λάθριον.* Schol. κεκρυμμένον.

1863 *Νέων. Juvenum:* at si legamus νεῶν cum aliis, vertendum *navium.* Utraque lectio defendi potest, inquit Billius; juxta hanc posteriorem, Gregorius simulatam eorum mentem, a quibus episcopatu dejectus est, comparat latentibus sub undis scopulis, qui plerumque nec opinantibus nautis exitium afferunt.

1868 *Ὅμως τόδ' οἶδα · πλεῖον. Nihilominus horum plus scio quam expedit*, vel, *hoc nori, citius quam deceret, et facilius assensum præbuisse, cum pacis concordiæque causa libenti animo episcopatu me cessurum dixissem.* Boni illi episcopi eo me honore affecerunt, ut statim, quod dixeram, comprobarent, mihique episcopatum abrogarent. Gallice: *Ils m'ont soudain pris au mot.* Bill. not. 164, pag. 1315.

METRICA VERSIO.

Cepi illibenter hunc thronum: nunc at libens
Excedo. Corpus me quoque hoc facere admonet.
Unam ipse mortem debeo: hanc habet Deus.
Tu sola curam, Trinitas, affers mihi;
Quæ docta Numen lingua defendet tuum,
Timore saltem libera et zelo æstuans?
Valete: vobis nec meus labor excidat. »
Hæc dixi: at illi claudicabant: interim
Excedo, partim lætus, ac partim dolens:
Lætus, laborum quod quies contingeret;
Mœrens, statu quo plebs foret, minime sciens.
Orbatus etenim prole quis non lugeat?
Sic ipse. At illos, plusne quid reconditi
Hic sit, quam aperti, non fugit, non et Deum:

Scopuli latentes, navium exitium grave.
Hæc nempe quidam dictitant: taceo ast ego.
Nam nosse scelera subdola haud nobis vacat,
Quis pura semper culta simplicitas fuit,
Mater salutis, una quæ curæ est mihi.
Ast istud est mi cognitum, et nimium quidem:
Facilis repente cœtus assensit mihi.
Hoc muneratur patria, quos amat, modo.
Sic ista. Quinam at me gero cum Principe?
Genibusne flexis dextram attingo ipsius?
Vocesne quasdam supplices ipsi offero?
Aliosne mitto, qui me ope ac precibus juvent,
Proceresque præter cæteros, charum quibus
Me scirem? An aurum fundo, quod multum potest,

Digitized by Google

Χρῄζων τοσούτου μὴ πεσεῖν ἔξω θρόνου ;
Ἄλλων τάδ' ἔστω τῶν λίαν πολυστρόφων.
Ἐγὼ δ', ὡς εἶχον, προστρέχων ἁλουργίδι,
Πολλῶν παρόντων καὶ τάδε σκοπουμένων·
« Κἀγώ τιν', εἶπον, ὦ Βασιλεῦ, αἰτῶ χάριν
Γὴν σὴν, μεγαλόδωρε, παντεξουσίαν.
Οὐ χρυσὸν αἰτῶ σ', οὐ πλάκας περιχρόους
Οὐδὲ τραπέζης μυστικῆς σκεπάσματα,
Οὐ πρὸς γένους τιν' ὕψος ἀρχικὸν λαβεῖν
Ἢ σοί γ', ἄριστε, πλησίον παραστατεῖν.
Ταῦτ' ἐστὶν ἄλλων, οἷς μικρὰ σπουδάζεται.
Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν ἀξιῶ καὶ μειζόνων.
Ἔν μοι δοθήτω, μικρὸν εἶξαι τῷ φθόνῳ.
Θρόνους ποθῶμεν, ἀλλὰ πόρρωθεν, σέβειν
Κέκμηκα πᾶσι καὶ φίλοις μισούμενος,

A Τῷ μὴ δύνασθαι πρός τι, πλὴν Θεοῦ, βλέπειν.
Τούτους ἀπαίτει τὴν φίλην συμφωνίαν,
Τὰ δ' ὅπλα ῥιψάτωσαν, ἀλλὰ σὴν χάριν,
Εἰ μὴ φόβῳ Θεοῦ τε καὶ τιμωρίας.
Στῆσον τρόπαιον τῆς ἀναιμάκτου μάχης,
Ὃς βαρβάρων ἔστησας ἄτρεπτον θράσος.
Ταύτην δ' ἀπαίτει (τὴν πολιὰν δεικνύς θ' ἅμα,
Καὶ τοὺς ἱδρῶτας, οὓς ἐρεύσαμεν Θεῷ),
Τὸ καρτερεῖν πάσχουσαν εἰς κόσμου χάριν.
Οἶσθ' ὡς ἄκοντα καὶ θρόνῳ μ' ἐνίδρυσαν.»
Ταῦτ ἐκρότει μὲν ἐν μέσοις Αὐτοκράτωρ,
Κροτοῦσι δ' ἄλλοι, καὶ λαμβάνω τὴν χάριν,
Μόγις μέν, ὡς λέγουσι, λαμβάνω δ' ὅμως.
Τί δεύτερόν μοι τῷ κακῷ φροντίζεται ;
Πείθειν ἅπαντας πρὸς τάδ' εὐφόρως ἔχειν,

Mea interesse ducens tanta sede non excidere?
Hæc aliis relinquo hominibus valde versutis.
774-775 Ego autem, ut me habebam, accurro ad purpuram,
1880 Multis præsentibus, atque hæc spectantibus :
Atque hæc dico : « Unum aliquod, o rex munificentissime,
A summa tua potestate impetrare postulo.
Non aurum a te peto, non tabulas nitentes,
Non mensæ mysticæ tectoria,
1885 Non ut propinquorum aliquis sublimi dignitate ornetur,
Aut tibi, princeps optime, propius astet.
Hæc aliorum sunt, qui parva in amoribus habent.
Ego vero me ipse majoribus rebus dignum judico.
Unum mihi detur, paululum invidiæ cedere.
1890 Thronos equidem aveo, sed procul, colere.
Delassatus sum odio omnibus ac ipsis etiam amicis esse,
Quia non possum ad aliud quidquam, quam ad Deum respicere.
Ab his postula amicam concordiam,
Atque ut arma projiciant in tuam gratiam,
1895 Si minus Dei et supplicii metu.
Erige tropæum incruentæ pugnæ,
Qui barbarorum compressisti indomitam ferociam.
Ab hac autem canitie (canitiem simul ostendebam
Et effusos pro Deo sudores),
1900 Reposce, ut mundi causa constanter patiatur.
Nosti ut invitum me etiam in sede collocarunt. »
His quidem applaudebat coram omnibus imperator.
Applaudunt et alii, et mihi annuitur ;
Non facile id quidem, ut narrant, sed tamen annuitur.
1905 Quid deinde in his malis mihi curæ est ?
Suadere omnibus, ut hæc æquo animo ferant,

1879 *Προστρέχων*. Coisl. προσδραμών. Quod autem ait, ὡς εἶχον, *ut me habebam*, id est, ne deposito quidem habitu sacro, quo in conciliis et mysteriis utebantur præsules, ita ut cum pallio et imperatorem adierit, et navem conscenderit, quod hominem præ gaudio sui non compotem ostendit.

1882 *Μεγαλόδωρε*. Coisl. μεγαλόδωρον.
1898 *Ταύτην δ'*. Sic Coisl. In editis deest δ'. Ibid. πολιάν. Scholiastes πόλιν. Mox δεικνύς θ' ἅμα. Sic Coislinianus et Vaticanus habent codices. Editi autem δεικνὺς ἅμα.
1901 *Ἐνίδρυσαν*. Ita Coisl. Edit. ἐνίδρυσας.

METRICA VERSIO.

Dum, sede celsa ne cadam, satago anxius?
Varius levisque queis animus, hæc factitent.
At ipse propero conferens me ad principem
Gressu, ista dixi plurimis astantibus:
« Ego quoque quiddam, præpotens princeps, manu
Ac liberali prædite, a te postulo.
Tabulas nitentes non peto, non fulgidum
Aurum, sacramque vela quæ mensam tegant ;
Non et propinquis posco præturas meis,
Aut, summe princeps, ut tuum cingant latus.
Hos ista, studio sunt quibus parva, addecent.
Majoribus me censeo dignum bonis.
Hoc detur unum, paululum ut cedam invidis.
Thronos avemus colere, sed longe siti.
Odio nimis jam sum diu charis quoque,

B Spectare possim quod nihil præter Deum.
Poscas ab illis, fœdus ut sanctum colant,
Atque arma ponant, gratiam saltem in tuam,
Si non Tonantis hoc volunt, pœnæ et metu.
Pugnæ incruentæ nobilem palmam feras,
Quo barbarorum concidit sævus furor
Pugnante ; posce hanc (hic ego canos meos
Monstro, et labores, quos Deo donavimus),
Ut ferre mundi gratia quiddam haud neget.
Invitus, hoc scis, in throno abs te sum situs. »
His imperator vocibus plausum dedit,
Aliique pariter : cedit ac votis meis
Ille, haud libenter, ut ferunt, cedit tamen.
Quid jam, mederer ut malo, post hæc ago ?
Hæc ferre placide quemlibet moneo et rogo ?

Digitized by Google

Μηδ' ἐκτράχηλον μηδὲν ἐννοεῖν ὅλως
Φίλτρῳ τε τούμῷ καὶ χόλῳ μοχθηρίας.
Ἔθαλπον, ἦνουν, τοῖς κακοῖς συνεκρότουν
Τὸ βῆμα, τοὺς ἔξωθι, τοὺς ποίμνης κτίλους,
Ὅσον παλαιὸν καὶ ὅσον προστήλυτον,
Τοῦ πατρὸς οὐ φέρον γε τὴν ἐρημίαν,
Ἐπισκόπων τε τοὺς λίαν πεπληγότας.
Πολλοὶ γὰρ ὡς ἤσθοντο τοῦ βουλεύματος,
Φεύγοντες ὤχονθ' ὡς κεραυνίους βολὰς,
Βύσαντες ὦτα καὶ κροτήσαντες χέρας,
Ὡς τήν γε ὄψιν μήποτ' εἰσιδεῖν τόδε,
Ἄλλον τιν' ὑψωθέντα τοῖς ἐμοῖς θρόνοις.
Πέρας λόγου· πάρειμι νεκρὸς ἔμπνοος.
Ἠττημένος (τοῦ θαύματος!) στεφηφόρος,
Ἔχων θεόν τε καὶ φίλους τοὺς ἐνθέους
Ἀντὶ θρόνου τε καὶ κενοῦ φρυάγματος.
Ὑβρίζετ', εὐθυμεῖτε, πάλλεσθ', ὦ σοφοί,
Ὠδὴν τίθεσθε τὰς ἐμὰς δυσπραξίας
Ἐν συλλόγοις τε, καὶ πότοις, καὶ βήμασι.
Κοκκύζετ' ἀλεκτόρειον, ὡς νικηφόροι,
Ἀγκῶσι πλευρὰς ἐγκροτοῦντες, ὀρθιοι,
Ὑψαυχενοῦντες ἐν μέσοις τοῖς ἄφροσιν.
Ἑνὸς θέλοντος πάντες ἐκρατήσατε·
Εἰ μὲν θέλοντος, τοῦ φθόνου! καὶ τοῦδέ μ:
Στερεῖτε κομπάζοντες, ὡς ἀπωσμένου·
Εἰ δ' οὐ θέλοντος, ἐντρέπεσθε τοῖς κακοῖς,
Χθὲς ἐνθρονισταὶ καὶ διῶκται σήμερον.
Ταῦτ' ἐκφυγὼν, τί; στήσομαι σὺν ἀγγέλοις.
Ἐμοῦ δ', ὅπως ἔχει, τὶς οὐ βλάψει βίον.
Ἀλλ' οὐδ' ὀνήσει. Συσταλήσομαι Θεῷ.

Nec quidquam vehementius omnino cogitent,
Mei amore et improbitatis odio.
Palpabam, laudabam, cum improbis conciliabam
Sacrarium, extraneos, gregis duces,
Quidquid antiquum et quidquid recens ascitum,
Non ferens sibi patrem avelli,
Et ex episcopis eos qui valde perculsi erant.
Multi enim, ubi sensere quid consilii caperetur,
Velut ictum fulmineum fugientes abibant,
Auribus obstructis, manibusque complosis,
Ut nunquam oculis suis rem talem spectarent,
Quemlibet alium in meam sedem evectum.
776 777 Finis sermonis : adsum mortuus spirans :
Victus (rem miram!) corona redimitus,
Habens Deum et amicos Deo plenos
Vice throni et inanis strepitus.
Exprobrate, gaudete, exsilite, o sapientes,
In cantilenam vertite res meas adversas,
In conventibus, in conviviis, in sacrariis,
Cantate, ut victores, gallorum in modum,
Cubitis latera pulsantes, erecti,
Verticem tollentes in medio insipientium.
Unum volentem omnes vicistis;
Si quidem volentem, o invidia! hac me quoque laude
Spoliatis, gloriantes quasi ejectus fuerim :
Quod si nolentem, pudeat vos malorum,
Heri me in sede collocantes, hodie persecutores.
Hæc fugienti quid fiet? stabo cum angelis.
Meam autem, ut se habet, vitam nemo lædet,
Sed nec juvabit. Contractus cum Deo versabor.

1910 *Κτίλους*. Schol. ἡγεμόνας.
1921 *Φίλους*. Ita Coisl. Edit. φίλων.
1923 *Πάλλεσθ'*. Sic Coisl. Edit. καὶ πάλλεσθ'.
1925 *Πότοις*. Sic legimus cum schol. et arbitramur Gregorium ad hæc psalmi LXVIII, 13, verba alludere : *In me psallebant qui bibebant vinum.* Edit. πόνοις.
1926 *Κοκκύζετ'*. Sic Coisl. qui etiam habet ἀλεκτόρειον pro ἀλεκτόριον, et περικροτοῦντες pro ἐγκροτοῦντες.
1930 *Εἰ μὲν θέλοντος*, etc. Ita fere infra carm. XIV, vers. 26. Ibid. τοῦ φθόνου! Subaudiendum est ὦ ante τοῦ.
1931 *Ἀπωσμένου*. Vat. ἀπωσμένον.
1934 *Ταῦτ' ἐκφυγὼν, τί;* Coisl. ταυτ' ἐκφυγών γε. *Hæc autem effugiens, stabo cum angelis.*

METRICA VERSIO.

Nec cogitare contumax quidquam, mei
Amore, et ira concitum adversus malos.
Foveo, vehoque laudibus, applaudo malis,
Ac præsidesque, et exteros, gregis et duces,
Veteresque solor, solor et simul advenas,
Ægre ferentes abstrahi patrem sibi :
Antistitesque, carpserat quos hinc dolor.
Plerique siquidem capta consilia ut statim
Sensere, fugiunt illico, ictum ut fulminis,
Aurem obstruentes, atque ferientes manus,
Tam triste ne ipsi cernerent spectaculum,
Alium insidentem scilicet nostris thronis.
Vivum cadaver (finis hic verbis erit),
Adsum, atque mire victus et victor simul :
Deumque amicos et Deo charos habens
Fastus inanis et throni celsi loco.
Jactate probra, et gaudio, o sciti viri,
Nunc exsilite, canite res duras meas,
In cœtibus, sacrariis, inter dapes.
Ut laureati canite, gallorum in modum,
Cubitique pulsent latera, colla et turgida
Surrigite, mentis inter exsortes bonæ.
Uno volente contigit palma omnibus :
Siquidem volente, quantus hic livor, quod hoc,
Dum me rejectum dicitis, rapitis mihi :
Sin at coacto, quin pudet vos criminis?
Heri locastis in throno, nunc pellitis.
Hinc porro fugiens, quidnam agam? Inter cœtus
Degam. Meam jam nemo vitam læserit,
Ut nec juvabit. Colligam me uni Deo.

Digitized by Google

Γλῶσσαι δέ μοι ῥείτωσαν, ὡς αὖραι κεναί.
Καὶ τῶν κόρος μοι, πολλὰ μὲν δυσφημίαις
Βληθέντι, πολλὰ δ' ἐξόχοις εὐφημίαις.
Ζητῶ τιν' οἰκεῖν ἐκ κακῶν ἐρημίαν,
Οὗ μοι τὸ θεῖον νῷ μόνῳ ζητούμενον,
Ἐλπίς τε κούφη τῶν ἄνω, γηροτρόφος.
Ἐκκλησίαις δὲ τί δώσομεν; τὸ δάκρυον.
Εἰς τοῦτο γάρ με καὶ συνήγαγεν Θεὸς,
Πολλαῖς ἐλίσσων τὴν ἐμὴν ζωὴν στροφαῖς.
Ἡ ποῖ προβήσετ'; Εἰπέ μοι, Θεοῦ Λόγε·
Εἰς τὴν ἀσειστον εὔχομαι κατοικίαν,
Ἔνθα Τριάς μου καὶ τὸ σύγκρατον σέλας,

A Ἧς νῦν ἀμυδραῖς ταῖς σκιαῖς ὑφούμεθα.

IB'. *Εἰς ἑαυτὸν καὶ περὶ ἐπισκόπων.*

Ἴσως μὲν ἐχρῆν, ὡς κακούμενον φέρειν
Ταῖς τοῦ παθόντος ἐντολαῖς τυπούμενον,
Οὕτω παθόντα καρτερεῖν καὶ τὸν λόγον,
Ὡς, ἂν πλείως ὦμεν ἠγωνισμένοι,
Καὶ μισθὸν ἐλπίζωμεν ἐντελέστερον.
Ὢν γὰρ τέλειος μόχθος, ἐντελέστερος·
Ὢν δ' οὐ τέλειος, καὶ τὸ ἆθλον ἐλλιπές.
Ὡς ἂν δὲ μὴ δόξαιεν οἱ κακοὶ κρατεῖν
Τὰ πάντα, μηδ' ᾗ λεῖος αὐτοῖς ὁ δρόμος,

Linguæ autem mihi, ut inanes auræ effluant.
Horum me satietas capit, sæpe conviciis
Petitum, sæpe eximiis præconiis.
Quæro aliquam ab improbis solitudinem incolere.
Ubi mihi Deus mente sola inquisitus,
Spesque dulcis cœlestium, senectutis nutrix.
Ecclesiis autem quid dabimus? Lacrymas.
Ad hoc enim me redegit Deus,
Vitam meam permultis involvens vicissitudinibus.
Quonam autem perveniet? Dic mihi, Dei Verbum.
Precor ut in inconcussam illam habitationem (perveniat),
Ubi Trias mea et unicum illud lumen,
Cujus obscuris umbris nunc exaltamur.

778-779 XII. *De se ipso et de episcopis*[*].

Debebam fortasse, ut patienter, cum mihi fieret injuria, pertuli,
Illius qui passus est, præceptis obsequens,
Ita, postquam facta est, etiam verba coercere,
Ut, perfectum certamen si sustinuero,
Mercedem etiam magis perfectam exspectem.
Est enim perfectior merces, quorum perfectus labor:
Quorum autem perfectus labor non est, præmium etiam imperfectum.
Sed ne videantur mali superare omnia,
Ac ne levis sit iis et expeditus cursus,

[*] Scriptum an. 381. — Alias Toll. 1, pag. 4.

1948 *Σύγκρατον*. Schol. συμφυὲς, ὁμόκρατον.

1949 *Ἀμυδραῖς*. Ita legimus, ut habetur in marg. Edit. ἀμυδρῶς.

XII. ARGUMENTUM. *Poema istud videtur esse appendix et continuatio præcedentis, quod de vita sua conscripsit Gregorius, ita ut unum veluti opus censeri possit, imo debeat. Nihil in isto legitur, neque de Ægyptiis, neque de iis quæ Constantinopoli in concilio gesta fuerant; nihil de imperatore, nihil de iis quæ gesserit. Nimirum hæc fuse narrata fuerant in priori carmine* De vita sua. *Eu profecto non omisisset, si injuriis adhuc recentibus, calamum sumpsisset, et ab hoc poemate initium doloris enarrandi fecisset. Unum deerat præcedenti; nempe nec malorum quæ ipsi evenerant, causam, nec quæ huic vitio adhibenda erant remedia, prosecutus fuerat; id quidem exsequitur in præsenti. Utrumque opus scriptum paulo post reditum. Sunt quibus in isto carmine videatur nimis acer Gregorius, et ultra legem tendere opus. Hos inter Tollius.* Vide infra, not. in vers. 1.

1 *Ἴσως μὲν ἐχρῆν*. « Verum hoc, inquit Tollius; estque in hisce vir sanctissimus aliquid humani passus: optimi quidem consilii atque voluntatis, sed inferendis injuriis aliquanto, quam oportebat, mollior, minusque a conviciis et acerbitate, quæ Christianum dedecet, temperans. Sed hæc ejus imbecillitas cæteris ipsius præstantissimis donanda virtutibus est ac meritis; cogitandumque nimis quam difficile esse, cum homo natus sis, hominem exuere. » Ita Tollius, sed vide tom. I, Præfat., ubi retunditur nimia Tollii in sanctum doctorem acerbitas.

7 *Ἐλλιπές*. Designat Gregorius mercedem mancam, quæ de Purgatorio potest intelligi.

METRICA VERSIO.

At linguæ inanes jam fluant, auræ velut.
Harum satur sum, sæpe, nunc gravibus probris
Affectus ipse, maximis nunc laudibus.
Loca sola quæro, pervia haud quæ sint malis,
Ubi mente sola sedulus quæram Deum,
Dulcisque cœli spes meos canos alet.
Ecclesiis at quid dabo? Fletus dabo.
Huc namque rector cœlitum me compulit,
Dum vicibus ævum plurimis versat meum.
Quod, Christe, quæso, pande, ubi mihi desinet?
Certe ad ruinæ nesciam, ut spero, domum:
Ubi meæ, luce fulgurans una, est Trias,

B Exigua cujus umbra nos effert modo.

XII. DE SEIPSO ET ADVERSUS EPISCOPOS.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Fortasse, passi dira jussis obsequens,
Ut prava patiens pertuli mundi mala,
Sic et tenere verba passus debui,
Fidelis ut perfecta bella sustinens,
Perfectius queam referre præmium.
Perfecta merces, quando perfectus labor:
Si desit at labor, deest et præmium.
Sed vincere malos cuncta ne credas male,
Nec cursus his sit expeditus et levis,

Digitized by Google

10 Ἀντιστατοῦντος οὐδενὸς, τὸ μὲν πέρας
Τούτων παρήσω τῷ τελευταίῳ πυρί,
Ὃ πάντ' ἐλέγχει καὶ καθαίρει σὺν δίκῃ,
Κἂν λανθάνωμεν ἐνθάδε πλοκαῖς τισιν.
Αὐτὸς δὲ μικρῷ τοὺς ἐμοὺς λόγῳ πλήξω
15 Φονεῖς· φονεῖς γὰρ οἱ κρίνοντες· ἔκτοπα,
Ψυχῶν ἀθώων ἐκχέοντες αἵματα,
Πάντων, ὅσους ἔπλαττον, οὓς ᾠκονόμουν.
Ἐρῶ δ' ἃ λέξω, μηδὲν εὐλαβούμενος
Τὸ λοιδορεῖσθαι, πρᾶγμ' ἀπηγορευμένον
20 Πᾶσιν μὲν, ἐμοὶ δὲ καὶ πλέον μισούμενον.
Οὐ γὰρ ὀνομαστὶ τοὺς λόγους ποιήσομαι,
A Τῷ μὴ δοκεῖν ἐλέγχειν, ἃ κρύπτειν χρεών.
Ἀλλ' οὐδὲ πάντων ἐξ ἴσης μεμνήσομαι,
Μή μοι τοσοῦτον ἐκδρομήσειε στόμα.
25 Πολλοὺς γὰρ οἶδα καὶ λόγου τοῦ κρείσσονος.
Ἀλλ' ὅστις ἐν κακοῖς τε, καὶ κακῶν πέρα,
Αὐτὸς κρατείσθω, καὶ δαμαζέσθω τὰ νῦν.
Τεμεῖ τὸ χεῖρον ἡ μάχαιρα τοῦ λόγου.
Τί τοῦτο; δείξεις· ἂν μάχῃ πρὸς τὸν λόγον,
30 Αὐτοῦ προδήλως ἐκφανὴς κατήγορος.
Τὸ δ' οὖν ἐμὸν τοιοῦτο· βαλλέτω με πᾶς·
Πόρρωθέν εἰμι τοῖς λίθοις ἡρμοσμένος.
Θάρρει λέοντι. Πάρδαλις τῶν ἡμέρων.

10 Nemine resistente, finem quidem
Illorum dimittam extremo igni,
Qui cuncta explorat et juste expurgat,
Etiamsi hic lateamus quibusdam integumentis.
Ipse vero leni sermone meos feriam
15 Homicidas : homicidæ enim sunt qui perversa reddunt judicia,
Animarum innocentium effundentes sanguinem,
Omnium certe, quoscunque formavi, quos rexi.
Dicam autem, quæ dicturus sum, haud metuens ne
In convicia dilabar, rem omnibus quidem
20 Prohibitam, mihi vero etiam maxime invisam.
Non enim nominibus appellandis sermones instituam,
Ne in lucem videar proferre, quæ par est abscondere.
Sed nec mea oratione omnes æque complectar,
Ne mihi adeo lingua evagetur.
25 Novi enim multos de quibus vel optima debent prædicari.
Sed si quis est inter malos, aut supra malos,
Ipse tunc arripiatur et dometur;
Secabit quod deterius est, gladius sermonis :
Et quid hoc? ostendes : si meam orationem oppugnes,
30 Tui ipsius manifestus apparebis accusator.
780-781 Sic igitur res meæ : feriat me qui volet :
Jampridem lapidibus aptus et habilis sum.
Leoni fide. Pardalis animal mansuetum.

11 *Τελευταίῳ πυρί.* Sic carm. præc. vers. 1670 : Δότω τὸ κρίνειν τῷ τελευταίῳ πυρί. *Rem dijudicandam relinquat extremo igni.* Ignem illum indicat, de quo Apost. I Cor. III, 13 : *Verum perfecti Christiani est deprecari potius, quam imprecari supplicia et pœnas.* Ita Tollius, qui genuinum auctoris nostri sensum non videtur assecutus. Verba quippe sancti Gregorii id unum significant se ab ullo judicio contra suos adversarios proferendo abstinere. Quantum vero ab omni imprecatione alienus fuerit vir piissimus, liquet satis ex his quæ leguntur infra, carm. XI, ab ipso edito, nunc XXXI hujus sect., vers. 3 et 4 :

Εἰ δ' οὐ δικαίως, προσδέχοιθ' ὅμως Θεός·
Οὐδὲν γὰρ ὑμῶν οὐδὲ ὡς καθέξομαι.
Sin autem injuste, accipiat tamen Deus,
Nihil enim contra vos vel sic imprecabor.

13 *Κἂν.* Ita Coisl. Edit. ἂν. Ibid. πλοκαῖς τισιν. *Dolis quibus ipsum irretiverunt.* Vide carmine præcedenti, vers. 1862, etc.

15 *Φονεῖς.* Ita fere Optatus Milevitanus, lib. II : *Vos vivum facitis homicidium. Latro jugulans dat de morte compendium.*

17 *Ὅσους ἔπλαττον.* Sic legendum cum Tollio. Edit. ἔπληττον. Mox οὓς ᾠκονόμουν. Coisl. οἷς.

18 *Μηδέν.* Mallet Tollius μηδέν' εὐλαβούμενος, vertitque : *Neminem vero, in his quæ dicam, indicabo, veritus ne quemquam calumniari videar : non enim quemquam nomine designabo. Attamen id carm.* De vita sua *non impigre et peracerbe fecit*, addit inverecunde Tollius, *et ita designatis iis quos perstringit, ut nominasse opus non fuerit.* Vide iterum tom. I, præfat. pag. *xvii* et seqq.

24 *Ἐκδρομήσειε.* Coisl. εὐδρομήσειε.

28 *Τεμεῖ.* Ita fere Hieronymus ad Bonasum : *Disposui nasum secare tolentem : timeat qui strumosus est.*

29 *Τί τοῦτο.* Tollius mallet, σὺ τοῦτο. Mox δείξεις. Idem Hieronymus Gregorii discipulus, magistri sui sententiam imitatus, ad Nepotianum scribens : *Quando sine nomine contra vitia scribitur, qui irascitur, accusator sui est.*

30 *Αὐτοῦ.* Coisl. σαυτοῦ.

33 *Λέοντι.* Ita Coisl. Edit. λέοντα.

METRICA VERSIO.

Dum nullus obstet, exitum illorum quidem
Ignis reservabo ultimis ardoribus,
Qui cuncta rimat, purgat æquus et omnia,
Possimus umbra hic contegi quadam licet.
At ipse feriam leniter, qui me necan
Necant enim omnes improbe qui judicant,
Ausi innocentum sanguinem profundere,
Quos nempe nostra finxit et rexit manus.
Loquar loquenda, nec timebo ne cadam
In probra, factum quod nefas est omnibus,
Sed quo videtur nil iniquius mihi.
Nec jam malignus ipsa dicam nomina,
B Ne prava pandam, condenda quæ sunt magis.
Imo neque cunctos voce carpam livida,
Ne nostra nimium lingua discurrat vaga.
Namque scio multos optima dignos nota.
Sed qui malos est inter aut supra malos,
Ille rapiatur et jugo subdet caput;
Verbi secabit ensis id quod pejus est.
Quid hoc? Aperies; si meum oppugnes loqui,
Clare apparebis ipse te pandens reum.
Sic res meæ; me feriat omnis qui volet;
Pridem petrarum ferre perdidici plagas.
Fidas leoni; pardalis mitis fera.

Digitized by Google

Ἀσπὶς τάχ' ἂν σε καὶ φόγοι δεδοικότα.
Ἓν ἐκτρέπου μοι, τοὺς κακοὺς ἐπισκοπους,
Μηδὲν φοβηθεὶς τοῦ θρόνου τὴν ἀξίαν.
Πάντων τὸ ὕψος, οὐχὶ πάντων δ' ἡ χάρις.
Τὸ κώδιον πάρελθε, τὸν λύκον βλέπε.
Μὴ τοῖς λόγοις με πεῖθε, τοῖς δὲ πράγμασι.
Μισῶ διδάγμαθ', οἷς ἐναντίος βίος.
Τὰ χρώματ' αἰνῶν τοῦ τάφου, βδελύττομαι
Τὴν ἔνδον ὀδμὴν τῶν σεσηπότων μελῶν.
Πῶς ταῦτα; καὶ τί ταῦτα; πῶς λόγους ἀεὶ
Κινῶν ἀμείνους, οὐχὶ καὶ νῦν εὐστομεῖς;
Ἀλγοῦντός ἐστιν, ἐξερεύγεσθαι πάθος
Θεῷ, φίλοις, γονεῦσι, γείτοσι, ξένοις,
Εἰ δ' οὖν, χρίνῳ τε καὶ βίῳ τοῖς ὕστερον.

A Μικρὸν δ' ἀνοίσω τὸν λόγον πορρωτέρω.
Μηδείς ποτ' εἴπῃ τοῖς πονοῦσί τι πλέον
Ἐντεῦθεν εἶναι. Παίζεθ', ὃς φρονεῖ τάδε.
Ἅπαντ' ἐν νυκτὶ καὶ ζόφῳ πορεύεται.
Τοὺς μὲν πυροῖ γὰρ, τοὺς δ' ἐπιζοφοῖ Θεὸς,
Ἕως τὸ πῦρ ἅπαντα φωτίζοι τάδε.
Ἄλλος μὲν ἐξήντλησε μοχθηρὸν βίον,
Στένων, ἀϋπνῶν, δάκρυσιν τήκων μελη,
Χαμευνίᾳ τε καὶ τροφῇ στενούμενος,
Καὶ νοῦ μερίμναις, ἐν θεοπνεύστοις Γραφαῖς,
Μάστιξί θ' αὐτὸν ταῖς ἔσω ξαίνων ἀεί.
Τί μοι παρεῖται; μὴ δέον τί τ' ἔδρασα;
Ἄλλος τὰ τερπνὰ τῶν νέων ἐδρέψατο,
Ἔπαιξεν, ᾖδε, γαστρὸς ἔπλησεν νόσον,

Aspis exterritum te forsan etiam fugiet.
Unum mihi caveto, malos episcopos,
Nihil reveritus solii dignitatem.
Omnium superior locus, at non omnium gratia.
Pellem præteri, lupum inspice.
Ne me verbis suadeas, sed factis.
Odi doctrinas quibus vita est contraria.
Colores laudans sepulcri, abominor
Interiorem odorem putrefactorum membrorum.
Quomodo hæc? quid sibi volunt? quomodo qui optima quæque
Semper eloqueris, non etiam nunc benedicis?
Dolentis est dolorem suum effundere
Deo, amicis, parentibus, vicinis, hospitibus,
Sin minus, saltem tempori et sæculo quæ deinceps erunt.
Paulo autem altius repetam sermonem.
Nemo prorsus dicat eos, qui laborant, fructum in hac vita
Percipere. Ludificatur quisquis hoc sentit.
Omnia in nocte et tenebris versantur.
Alios enim igne probat, alios in caligine collocat Deus,
Donec ignis hæc omnia collustret.
Alius quidem laboriosam exantlavit vitam,
Gemens, expers somni, lacrymis tabefaciens membra,
Humique cubans, et arcto utens cibo,
Mente sollicitus in divinis Scripturis scrutandis,
Seque ipsum interioribus flagellis semper atterens.
Quid prætermisi, aut quid feci quod non deceat?
Alius juventutis oblectamenta carpsit,
Lusit, cantavit, ventris implevit morbum,

— 38 *Τὸ κώδιον.* Sic carm. seq. vers. 162 :
Διπλόος ἐστὶν ἕκαστος, ὃν λύκον ἀμφικαλύπτων.
Duplex quisque est, ovis lupum cooperiens.
41 *Τὰ χρώματ'.* Sic Matth. XXIII, 27.
45 *Ἀλγοῦντός ἐστιν.* Ita carm. seq. vers. 26 :
Φάρμακον ἀλγεός ἐστι καὶ ἠέρι μῦθον ἐνίσπειν.
Doloris medicina est vel aeri verba facere.
47 *Τοῖς ὕστερον. Posteris, posteritati.*
53 *Φωτίζοι.* Ita Coisl. Edit. φωτίζει. Ignis scilicet ille Purgatorius, de quo supra vers. 11, ὃ πάντ' ἐλέγχει. Sic et infra, vers. 380, πύρωσις, *de examine ignis.*
54 *Ἄλλος.* Se ipsum innuit Gregorius. Quod attinet ad vitæ purioris austeritatem, præivit ipse suis, non secus ac docuit. Vide carm. præc. vers. 1220, etc.
59 *Τί τ'.* Ita Coisl. Edit. τί δ'.
60 *Ἄλλος.* Vide carm. præc. vers. 214, etc.

METRICA VERSIO.

Te fugiet aspis sæpe territum tremens.
Unum caveto; non probos episcopos,
Decus sacrati grande nil pendens throni.
Omnibus apex, at omnibus non gratia;
Omitte pellem, sed lupum caute inspice.
Non ore tantum me, sed actu suadeas;
Præcepta nolo, vita queis non consonat.
Tumuli colores laudo, sed fœditatem
Mens horret intus corporis jam putridi.
Hæc quomodo? Quid hæc? Locutus optima
Huc usque, quomodo profaris non bona.
Dolentis est suum dolorem fundere
Deo, comitibus, proximis, parentibus,
Hospitibus, aut saltem futuro tempori.

B Narranda repetam facta, nunc paulo altius.
Non qui laborat, hic habere præmium
Dicatur; ista fallitur qui cogitat.
Versantur in nocte et tenebris omnia;
Hos urit, illos dejicit in umbras Deus,
Dum vindice ignis cuncta luce detegat.
Hic in labore traxit improbos dies,
Insomnis et gemens, fatigans sedulis
Membra lacrymis, cubans humi, pastus cibo
Paupere, sacratas usque rimans Litteras,
Et se flagellis semper intus atterens.
A me quid omissum? Quid egi non decens?
Alter juventæ blanda carpsit gaudia;
Cantavit et lusit; gulæ implevit febrem,

Digitized by Google

Πάσαις ἐφῆκεν ἡδοναῖς, αἰσθήσεσι
Κλεῖθρ' οὐκ ἔθηκε, πῶλος ἡνίας ἄτερ.
Κἄπειτα τὸν μὲν συμφοραὶ κατέδραμον·
Οὐ συμφοραὶ μέν· οὐ γὰρ ἅπτεται σοφῶν
Τῶνδ' ἐνθάδ' οὐδὲν, ὡς δοκεῖ τοῖς πλείοσιν
Ὑφ' ὧν ὀλεῖται καὶ τὸ φαίνεσθαι σοφόν.
Ὁ δ' εὐδρομῶν ἅπαντα, καὶ τόδ' εὐδρομεῖ,
Κράτιστος εἶναι τὴν ἀρετὴν νομίζεται.
Λόγου δὲ μάρτυς αὐτὸς, ὃς λέγει τάδε.
Ἄνω καθήμενόν με τῶν ὁρωμένων,
Καὶ νοῦν μόνοις μιγνύντα τοῖς νοουμένοις,
Ῥίψαντα δόξαν, κτῆσιν, ἐλπίδας, λόγους,
Τὸ μὴ τρυφᾷν τρυφῶντα, καὶ μάζῃ στενῇ
Βίον γλυκαίνονθ', ὕδρεως ἐλεύθερον,
Ἢ πάντα δεῖ σε προσδοκᾷν, κἂν ᾖς σοφὸς),

A Παρ' ἐλπίδας τις τῶν καλῶν ἀποσπάσας
Ἔκδημον ἤγαγε· ὅστις, οὐκ ἔχω λέγειν.
Εἴτ' οὖν τὸ θεῖον Πνεῦμα, εἴθ' ἁμαρτάδες,
Ὡς ἂν δίκας τίσαιμι τῆς ἐπάρσεως;
Τὸ δ' οὖν πρόδηλον, σύλλογοί τε ποιμένων
Καὶ λαὸς ὀρθόδοξος, ἀλλ' οὔπω πλατὺς,
Ἄρτι πρὸς αὐγὰς ἡλίου μικρὸν βλέπων
Ὡς ἂν τις ἔλθοι τῷ λόγῳ παῤῥησία,
Μικρόν τ' ἀναπνεύσωσι τῶν κύκλῳ κακῶν,
Λάλων τε γλωσσῶν, καὶ πολυσχιδοῦς πλάνης,
Ὑφ' ὧν ἔκαμνον οὐκ ἔχοντές τι σκέπτης,
Οἷόν τι τερπνὸν ἐν μέσῳ βάτων ῥόδον,
Ἢ τις μέλαινα ῥὰξ ἐν ἀώρῳ βότρυϊ,
Οὕτω μὲν οὖν ἐπῆλθον εὐσεβὴς ξένος,
Ὅρκοις τε καμφθεὶς, καὶ λιταῖς πολυτρόποις,

Omnibus indulsit voluptatibus, sensibus
Claustra non imposuit, pullus absque freno:
Hunc rursus calamitates aggressæ sunt,
Quanquam non calamitates; nam sapientes non tangit
Terrenum quidquam, ut multi opinantur,
Qui in causa sunt, cur qui sapiens est, esse non existimetur.
Ille prospero in omnibus utens cursu, hoc etiam consequitur
782-783 Ut virtute præstantissimus existimetur
Hujus sermonis testis ipse est, qui hæc dicit.
Sedebam supra ea, quæ oculis videntur,
Mentemque his solis, quæ intelliguntur, miscebam;
Projeceram gloriam, possessiones, spes, litteras;
Deliciæ erant deliciis carere; arcto pane
Vita dulcescebat; liber eram ab injuriis
(Nil certe est, quod non tibi exspectandum sit, etiamsi sapiens sis);
Cum me præter spem aliquis ab his avulsum bonis
Peregre duxit: quis ille sit, haud debeo dicere.
Divinusne Spiritus, an peccata mea,
Ut suscepti honoris pœnas darem?
Causa autem manifesta exstitere, conventus pastorum,
Et populus orthodoxus, sed nondum late diffusus,
Recens radios solis paululum intuitus. (His propositum
Fuit) ut aliqua doctrinæ libertas accederet,
Paululumque respirent a circumfusis malis,
Et a loquacibus linguis ac multiplici errore,
Sub quibus fatiscebant, nihil habentes præsidii,
Velut suavis aliqua in medio ruborum rosa,
Aut niger aliquis acinus in racemo necdum maturo.
Sic igitur adveni religiosus hospes,
Obtestationibus permotus, variisque precibus,

67 *Ὑφ' ὧν ὀλεῖται.* Leuv. *Qui perfectum sapientem non ex opinione constituunt.*
70 *Αὐτός.* Ipsemet Gregorius.
71 *Ἄνω*, etc. Vide infra carm. XIX, vers. 41.
74 *Τὸ μή.* Tollius legendum putat τῷ μή.
77 *Τίς.* Basilium intelligit, qui eum Sasimorum episcopum creaverat.
79 *Εἴτ' οὖν.* Ita carm. præced. vers. 395.
80 *Ἐπάρσεως, elationis.*
85 *Κύκλῳ.* Tollius legit κυκλῶν, et conventus Arianorum et Apollinaristarum significari putat.
86 *Λάλων τε*, etc. Vide carm. præced., vers. 113 et 601.
88 *Οἷόν τι.* Suavissima et elegantissima comparatio, qua nescit Tollius, an delicatior venustiorve dari possit.

METRICA VERSIO.

Hæsit voluptati, atque pessulum, carens
Pullus capistris, sensibus non obdidit.
Hunc damna rursus obruere tristia,
Quæ damna non sunt; namque non tangit sophum
Terrenum quidquid, sentiunt ut plurimi,
Quibus fit ut sophus, sophus non audiat.
Ille bene currens semper, et in hoc optime
Currit, quod excellens videtur moribus.
Sermonis ipse testis, ista qui loquor.
Ponebar ipse res super visibiles,
Mentem supernis inserens negotiis.
Projeceram spes, gloriam, bona, litteras,
Gaudens carere gaudiis; levis cibus,
Nec vita tristis: liber a probris eram
(Nulla tibi non speranda, quanquam sis sophus);

B Me quando præter spem aliquis his privum bo
Duxit peregre: quis sit ille? Non licet
Referre. Sanctus Spiritus, an error meus,
Ut dignitatis pœnam adeptæ redderem?
Hæc certa; me impulere pastorum chori
Manusque plebis orthodoxæ rarior,
Solis recenter paululum intuens jubar:
Verbum ut sonare posset undique liberum,
Gravibus daretur a malis paulum quies,
Diffugeret error, lingua cessaret loquax;
Sub queis fatiscebant, juvante nemine,
Ut verna duris in rubis rosa, vel nigra
Adhuc acerbo bacca pendens a botro.
Sic ergo, sic vere hospes adveni pius,
Votis coactus, et preces multas sequens,

Digitized by Google

Αἷς ἀντιδῆναι τῶν λίαν καταφρονων.
Ἐπεὶ δ' ἐπῆλθον, Καππάδοσσαν γῆν λιπὼν,
Ἡ πίστεως ἔρεισμα τοῖς πᾶσιν δοκεῖ,
Οὐ λαὸν, οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐμοὶ
(Ταῦτ' ἐστὶν ἐχθρῶν πλάσματα, ψευδεῖς λόγοι,
Φθόνου καλύμματ' ἀστόχως εὑρημένα),
Ὑμᾶς ἔρεσθαι τἀπίλοιπα βούλομαι·
Ὑμεῖς γάρ ἐστε μάρτυρες μόχθων ἐμῶν.
Τί σκαιὸν, ἤ πρόσαντες, ἤ βλάβην φέρον,
Ἡ εἶπον, ἤ ἔπραξα τοῦτ' ἔτος τρίτον ;
Πλὴν ἔν γε τοῦτο, τῶν κακῶν ἐφεισάμην,
Ὑφ' ὧν λιθασθεὶς εἰσόδου προοίμιον
Ἐκαρτέρησα. Καὶ γὰρ εὐσεβέστερον
Παθόντα τὰ Χριστοῦ με οὕτω καὶ φέρειν.

A Ὁρᾷς, πένητες οἷα δωροῦνται Θεῷ.
Καὶ τοῦτο δ' ἔγκλημ', εἰ δοκεῖ, ποιώμεθα.
Σὴς μὲν, τὶς εἶπεν, ὀστέων, αἰσθητικαὶ
Φρένες. Τόδ' ἔργοις τοῖς ἐμοῖς ἐγνώρισα.
Τὸ χάλκεόν μοι σῶμα φροντίσιν τακὲν
Ἤδη νένευκεν· ἄλλο δοῦναι δ' οὐκ ἔχω,
Πλείω χρεωστῶν, κἂν τὰ πάντων εἰσφέρω.
Τί ἂν πάθοι τις συζυγεὶς σαθρῷ φίλῳ ;
Ἀλλ' ἀνιτέον μοι πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον.
Κέκλημ', ἔπηξα λαὸν ἐν μέσῳ λύκων,
Ποίμνην ἄνυδρον τοῖς λόγοις ἐπήγασα,
Ἔσπειρα πίστιν τῷ Θεῷ ῥιζουμένην,
Τριάδ' ἔλαμψα τοῖς πρὶν ἐσκοτισμένοις.
Ὑπός τις ἦμην ἐν γάλακτι, φάρμακον

Quibus reluctari hominum fuisset arrogantium.
Postquam autem adveni, terra Cappadocum relicta,
Quæ fidei propugnaculum omnibus videtur,
Non plebe, aut re quapiam cui obstrictus essem
(Sunt hæc inimicorum figmenta et mendacia,
Invidiæ tectoria, imperite inventa),
Quid postea consecutum sit, scire ex vobis volo :
Vos enim testes laborum meorum
Quid sinistrum, aut durum, aut damnosum,
Dixi, aut feci toto hoc triennio?
Nisi unum illud quod improbis peperci,
A quibus lapidatus primo ingressu
Patienter tuli. Magis enim pium,
Patientem me ea, quæ Christus passus est, eodem animo perferre.
Vides, quæ Deo offerant pauperes.
784-785 Atque id quidem crimini, si libet, tribuatur.
Vermis est ossium, ut quidam dixit, acrior ad sentiendum
Animus. Atque id quidem rebus meis declaratum.
Corpus æreum mihi sollicitudinibus tabefactum
Jam ad terram vergit : aliud autem quod dem, non habeo,
Plura debens, quam ut offerendo ea quæ omnium sunt dissolvam.
Quidnam quis faciat debili amico conjunctus?
Sed redeundum est ad institutum ab initio sermonem.
Vocatus sum, firmavi plebem in medio luporum,
Sitientem gregem irrigavi sermonibus,
Fidem seminavi radices in Deo agentem,
Triadis lumen effudi iis, qui prius in tenebris jacebant.
Eram succus quidam lacteus, pharmacum

92 *Καταφρόνων.* Ita Coisl. Edit. κακοφρόνων.
93 *Καππάδοσσαν γῆν.* Id est Καππαδόκων, *Cappadocum terra.*
95 *Οὐ λαὸν, οὐδέν.* Coisl. οὐ λαδὼν οὐδέν. Ita carm. præced. vers. 524 et 529.
96 *Ψευδεῖς λόγοι.* Ibid. vers. 45
97 *Ἀστόχως. Imperite.* Interpres εὐστόχως legisse videtur; vertit enim *ingeniose :* præferret Tollius *infeliciter*, quod scilicet calumnia nimis aperta et inepta esset in re tam nota.
108 *Σὴς μέν.* Leuv. *Vermem habet ossium*, inquit, *ille qui tristia patitur.* Supra lib. I, sect. 2, carm. XXXII, vers. 191, sic habet : Νοῦς ἐμμέριμνος, σῆς βιβρώσκων ὀστέα. *Mens sollicita tinea est corrodens ossa;* et infra carm. XIX, vers. 63 : Ἶος δέ τε ἀνδρὶ μέριμνα. *Est autem ærugo sollicitudo homini.*
115 *Κέκλημ'.* Interpres legit κέκμηκ', et vertit *laboravi.* Vide infra carm. XV, vers. 13.
116 *Ποίμνην ἄνυδρον.* Ita carm. præced. vers. 598.
117 *Ἔσπειρα πίστιν.* Elegantissime similitudinem hanc exsecutus est ibid., vers. 1261, etc.
118 *Τριάδ' ἔλαμψα.* *Hic Gregorii nostri consulatus est*, inquit mordax Tollius, et *defensa adversus Catilinam patria.* Vide infra carm. XV, vers. 9, 1[illegible].

METRICA VERSIO.

Quibus reluctari esset arrogantia.
Ut arva veni Cappadociæ deserens,
Quæ fulcra fidei nunc videntur omnibus,
Non plebis agmen, vel necesse quidpiam
(Hæc hostium figmenta sunt mendacia,
Livoris imperita vela perfidi),
Quid deinde factum fuerit, a vobis volo
Discere, laboris usque nostri testibus.
Quid triste, quæ sinistra, quid damnum ferens
Dixi, vel egi hoc omne per triennium,
Nisi illud unum quod peperci non probis,
Quorum cruentas primo ab ingressu petras
Perferre novi? Hoc scilicet magis pium
Christo paria perpessus, et pariter pati.

B Vides, egentes quanta præbeant Deo.
Vertatur illud, si videtur, crimini.
Mens quæ movetur, dixit unus, acrius,
Est vermis ossium ; hoc patet rebus meis.
Mi corpus æreum dolore perditum
Jam vergit ad terram. Nihil quod dem, est super,
Heu! plura debens, cuncta profundam licet.
Quid aget connexus debili comiti comes?
Sermonis at cœpti prius repetam caput.
Plebem vocatus a veris texi lupis,
Verbo irrigavi fervidam gregis sitim,
Sevi piam quæ crescit in Deo fidem ;
Sitis in umbra Triadis effudi jubar,
In lacte succus quidam eram, atque pharmacum

Digitized by Google

Πειθοῦς βίᾳ· καὶ τοὺς μὲν ἤδη δεσμίους,
Τοὺς δ' ἐγγὺς εἶχον, οἱ δ' ἔμελλον αὐτίκα.
Πᾶσιν δὲ θυμὸς ἐκλίθη, τὸ πρὶν ζέων,
Καὶ φίλτρον ἤδη τῷ λόγῳ συνεκράθη·
Ἐλπὶς δὲ παντὸς, καὶ ῥοπή τις μετρία.
Ῥώμης τόδ' οἶδεν ἄστυ τῆς εὐδαίμονος,
Καὶ τῆς μάλιστά φημι τὸ πρῶτον γένος,
Οἵ μ' ἠξίωσαν καὶ λόγου τυχόν τινος,
Παρ' οἷς πλέον, καὶ μικρὸν εὐκλείας ἔχειν,
Ἢ πρῶτ' ἐν ἄλλοις τιμίου παντὸς φέρειν·
Καὶ γὰρ τοσοῦτόν εἰσι πάντων κρείσσονες!
Οὗτοί με καὶ παρόντα εἶχον ἐν λόγῳ,
Καὶ νῦν ἀπόντος αἰτιῶνται τοὺς κακους.

A Πλέον γὰρ οὐδὲν εἶχον, ἢ τοῦτο, ὁρασα.,
Οὐδ' αὐτὸς ἤτουν οὐδέν. Ὦ πόλις, πόλις,
Ἵν' ἐκβοήσω καί τι καὶ τραγῳδικόν.
Ἀλλ' οἱ καλοί τε κἀγαθοὶ συμποίμενες
Φθόνῳ ῥαγέντες (ἴστε τοὺς Θρασωνίδας·
Οὐ γὰρ φέρει παίδευσιν ἡ ἀγροικία),
Καὶ τὴν ἐμὴν λαβόντες ἔκγονον πόνων
Ἀῤῥωστίαν συνεργὸν, ἣν αἰδεῖσθ' ἔδ-
Τοὺς καί τι μικρὸν τῷ Θεῷ κεκμηκότας,
Τό τε θρόνου τοσούτου μὴ στέργειν κράτος,
Κόσμου ῥαγέντος ἐν μάχης μεταιχμίῳ.
Ταῦτ' οὖν λαβόντες σὺν ῥοπῇ τοῦ δαίμονος
Προύπεμψαν ἔνθεν ἀσμένως οἱ φίλτατοι,

120 Suadelæ vehementia; atque alios jam constrinxeram,
Alii prope aderant, alii mox erant adfuturi.
Omnium autem animus flectebatur, qui prius æstuabat,
Jamque amorem sibi doctrina conciliaverat :
Spes autem totius affulgebat ex modica propensione.
125 Novit id Roma civitas beata,
Ac ii præsertim qui principatum in ea tenent,
Qui me fortasse aliquo in loco ac numero habebant.
Præstat autem apud eos vel paululum existimationis,
Quam alibi omnium rerum, quæ in honore sunt, primas consequi ;
130 Adeo omnes longe superant !
Hi me et præsentem habebant in pretio ;
Et nunc, quod absim, improbos causantur
Nihil enim amplius præstare poterant,
Nec ipse quidquam petebam. O civitas, civitas!
135 Ut aliquid etiam tragice exclamem.
Sed præclari ac probi collegæ mei,
Invidia rupti (nostis Thrasonidas,
Non enim fert doctrinam agrestis indoles),
Atque adjutricem capientes infirmitatem meam,
140 Quam quidem, ut laborum meorum fructum revereri debebant,
Qui pro Deo vel paulum laborassent ;
Tum etiam illud causantes, quod tantæ sedis potestatem
786 787 In amoribus, discisso inter decertantes orbe, non haberem.
Hæc igitur arripientes, accedente etiam dæmonis præsidio,
145 Illinc me læto animo amicissimi homines ablegarunt,

120 *Πειθοῦς βίᾳ. Vi persuasionis.* Sic edit., et est vera lectio. Coisl. πειθοῦς βιαίας, sed male, cum deficiat metrum, quanquam in carm. præced. vers. 1206, legatur πειθοῖ βιαίᾳ. Benedictini prave admiserant Coislinianam versionem, quam correximus. CAILLAU.

124 *Ἐλπὶς δὲ παντός. Idem de toto populo licebat sperare, qui paululum in Gregorium propendebat.*

125 *Ῥώμης.* Carm. præced. vers. 15 et 16 sic ait :

Ῥώμη νεουργὴς, εὐγενῶν ἄλλον ἔδος,
Κωνσταντίνου πόλις τε, καὶ στήλη κρατους.

Roma nova, nobilium aliorum sedes,
Urbs Constantini, et imperii columna.

126 *Τὸ πρῶτον γένος.* Theodosium putat Tollius hic innui imperatorem, a quo se honorifice exceptum tractatumque refert Theologus, carm. præced., vers. 1305, etc.

134 *Ὦ πόλις.* Ita Sophocl. in *Œdip. Col.*, ὦ γάμοι, γάμοι. Exclamationes istius modi tragicis sunt familiares.

137 *Θρασωνίδας. Arrogantes, temerarios.*

142 *Στέργειν κράτος. Quod tantæ sedis dignitatem non amarem.* Gregorius enim sic allocutus fuerat episcopos carm. præc., vers. 1671 : Ἡμῖν δὲ συγχωρήσατ' ἄθρονον βίον, *nobis autem concedite expertem throni vitam*, quibus verbis significabat se malle vitam privatam agere, quam sedem Constantinopolitanam occupare : hinc eum e sede sua expellere cupientes causabantur eum, fracto corpore, tanto oneri ferendo imparem esse, atque etiam eo liberari cupere.

144 *Σὺν ῥοπῇ τοῦ δαίμονος.* Male interpres, *cum favente Numine.*

METRICA VERSIO.

Viva suada. Jamque quosdam strinxeram ;
Hi propius aderant, adfuturi illi cito.
Cedebat omnium, prius mens exæstuans ;
Jamque sibi amorem verba conciliaverant ;
Spes totius erat, vel levis propensio
Hoc Roma cognovit, beata civitas,
Ejusque, dico, maxime primum genus,
Quod forte me nonnullo habebat in loco,
Laudis ubi parvum præstat assequi gradum,
Quam primo apud alios honore perfrui ;
Tanto hi priores cæteris sunt judices !
Hi me colebant, quando præsens adfui,
Et nunc, quod absim, crimini vertunt malis.

B Nil amplius enim præter hoc poterant dare,
Nil et petebam. O civitas, o civitas !
Ut ipse quidquam more tragico disseram.
Sed inclyti probique collegæ mei,
Livore rupti (nostis et Thrasonidas,
Doctrinam enim non fert agrestis indoles),
Meoque suffulti, laborum filio,
Languore, quem decebat ab istis coli,
Qui pro Deo vel pauca fecissent, viris ;
Illudque causantes potestas quod throni
Non mihi placeret, orbe rupto ad prælium ;
Hæc ergo sumentes, juvante dæmone,
Hinc me libenter expulerunt optimi,

Digitized by Google

Ὥσπερ τιν' ὄγκον ἐκ νεὼς βαρουμένης
Ῥίψαντες. Ἦν γὰρ φόρτος εὐφρονῶν κακοῖς.
Ἔπειτ' ἀροῦσι χεῖρας, ὡς ἁγνοί, Θεῷ,
Καὶ δῶρα πέμψουσ' ἐκ φρενὸς καθάρσια,
Καὶ λαὸν ἁγνίσουσι μυστικοῖς λόγοις,
Οἳ κἄμ' ἔπεμψαν ἔνθεν ἐκ πονηρίας,
Οὐ σφόδρ' ἄκοντα. Καὶ γὰρ ἦν αἴσχος μέγα,
Τούτων τιν' εἶναι τῶν καπήλων πίστεως.
Ὧν οἱ μὲν ὄντες ἔκγονοι φορογράφων,
Οὐδὲν φρονοῦντες τοῦ παρεγγράφειν πλέον,
Οἱ δ' ἐκ τραπέζης, τῶν τ' ἐκεῖσ' ἀγαλμάτων,
Οἱ δ' ἐξ ἀρότρων, ἡλίῳ κεκαυμένοι,
Οἱ δ' ἐκ δικέλλης καὶ σμινύης πανημερου·
Ἄλλοι δὲ κώπην, ἢ στρατὸν λελοιπότες,

A 160 Ἄντλον πνέοντες, ἢ τὸ σῶμ' ἐστιγμένοι,
Λαοῦ κυβερνῆταί τε, καὶ στρατηλάται
Πεφήνασ' οὐκ εἴξουσι καὶ μικρόν ποτε·
Ἄλλοι δὲ τεχνῶν ἐμπύρων τὴν ἀσβόλην
Οὔπω τελείως σαρκὸς ἐκνενιμμένοι
165 Μαστιγίαι τε, καὶ μυλώνων ἄξιοι,
Πρὶν καὶ τὸ τίμημ' εἰσενεγκεῖν δεσπόταις,
Μικράν τιν' ἂν εὕρωσι παῦλαν τῶν πόνων,
Ἔπειθ' ὑπερμαζῶσι, καὶ δήμου τινὰς
Κλέψαντες, ἢ πείσαντες, ἢ τυραννικῶς,
170 Ἄνω τρέχουσι, κάνθαροι πρὸς οὐρανὸν,
Πόλον στρέφοντες, οὐ τὸν ἐκ κόπρων ἔτι,
Οὐδ' ἐξόπισθεν, ὡς τὸ πρὶν, νενευκότες,
Αὐτῶν δ' ἔχειν δοκοῦντες τῶν ἄνω κράτος,

Veluti onus quoddam ex gravata nave projicientes.
Eram enim improbis oneri recta sentiens.
Postea manus attollent Deo, ut puri ac sancti,
Et dona pie offerent expiatoria,
150 Populumque verbis mysticis sanctificabunt,
Qui me illinc demiserunt improbe,
Non valde invitum. Erat enim magnum dedecus
Inter hos numerari fidei caupones.
Horum alii nepotes eorum, qui scribæ erant tributorum,
155 Nihil magis studio habentes, quam ut falsa in rationes referrent;
Alii a mensa et a statuis, quæ illic sunt, venerant,
Alii ab aratris, perusti sole,
Alii a ligone vel bidente nunquam feriante;
Alii remis aut exercitu relictis,
160 Sentinam redolentes, aut fœdum cicatricibus corpus habent;
Adeo insolentes ut populi gubernatoribus, aut militum ducibus
Nunquam videantur ulla in re concessuri;
Alii ab artium ignem tractantium fuligine
Nondum plene abluti carne,
165 Verberones et pistrinis digni,
Qui antequam pretium dominis suis persolverint,
Si quam reperiant laborum requiem,
Statim lasciviunt, et ex plebe aliquos
Subripientes, aut suadentes, aut tyrannide prementes,
170 Sursum currunt, ut crabrones in cœlum,
Axem vertentes non jam luteum,
Nec capite, ut antea, in terram demisso,
Videntur sibi etiam cœlestium imperium tenere,

149 *Καὶ δῶρα.* Id est, *oblationes facient, et preces ad Deum pro salute populi.*

151 *Ἐκ πονηρίας. Improbe.* Interpres minus recte, *procul ut essem a malitia.*

153 *Καπήλων πίστεως.* Quippe qui auro a Maximo corrupti fuerant, quosque carm. præc., vers. 1756, Χριστεμπόρους appellat.

155 *Τοῦ παρεγγράφειν.* Id est, plus quam oportet, in libros rationum inferre, vel quod ad summam vectigalis impositi, vel quod ad nomina hominum qui descriptione tributorum non continebantur.

157 *Οἱ δ' ἐξ ἀρότρων.* Ita carm. seq., vers. 100, etc.

160 *Τὸ σῶμ' ἐστιγμένοι.* Dei Martis hi stigmatiæ fuere, quibus corpus plurimis cicatricibus in bellis ac præliis, veluti notis, compunctum. Toll.

162 *Πεφήνασ'*. Sic Coisl. Edit. πεφήν'. Mox εἴξουσι, quod metri causa positum videtur, sed male. In mss. prima manu scriptum videtur εἴξοντες. — Forte legerunt Benedictini κυβερνήταις... στρατηλάταις, quod tamen non innuerunt in notis. Caillau.

170 *Κάνθαροι πρὸς οὐρανόν.* Nota fabula est scarabæi in Jovis sinum volantis, unde excussa post aquilæ ova. Vide Erasm. Chil. tertiæ centuria VII.

METRICA VERSIO.

Ut ex gravata nave jactantes onus:
Nam pondus improbis eram bene sentiens.
Hi postea, ut puri, Deo tollent manus,
Et dona ritu lustrico offerent pia,
Plebemque verbis consecrabunt mysticis,
Qui me nefasti hinc expulerunt exsulem,
Nec prorsus invitum. Nihil enim turpius,
Quam fidei iniquo adesse cauponum choro.
Horum hi nepotes qui tributa colligunt,
Nil prius habentes, falsa quam rescribere;
Illi a figuris atque mensa venerant;
Quidam ex aratris, solis exusti face,
Quidam a ligone vel bidente non pigro;
Sunt qui relictis navibus vel præliis,

B Sentinam olent, aut membra fœde saucii,
Nulli videntur militum aut plebis duci
Cedere parati ob mentis insolentiam;
Ab ignearum illi artium fuligine,
Non fœda prorsus membra sordibus abluti,
Ceu verberones, atque pistrinis pares,
Qui debito nondum, ut decet, dominis dato,
Si quid labori forte detur otium,
Lasciviunt, vulgique captantes viros
Dolo, suasione, vel tyrannide,
Sursum volant, petuntque crabrones polum,
Non jam rotantes ex luto amplius globum,
Nec ad solum demissi, ut antea, caput,
Tenere cœli principatum judicant,

Digitized by Google

Ἀριστερὰ λαλοῦντες, οὐδὲ τοὺς πόδας
Αὐτῶν ἀριθμεῖν εἰδότες, ἢ τὰς χέρας,
Ἀλλ' οὐ κάκιστα ταῦτα, οὐδ' ἐπισκοπῆς,
Ὦ λῷστε; μὴ τοσοῦτον ἀρχαίως φρονεῖν,
Ὡς τηλικοῦτο πρᾶγμα τιμᾶσθαι κακῶς,
Μηδ' εἰ λίαν μοι τὸ χθαμαλὸν σπουδάζεται·
Οὐ γὰρ κάκιστον ἡ ἐπισκοπή. Χρεὼν
Πάντως τιν' εἶναι τῶν δ' ἀρίστων, ἐκλέγω
Τὸν πρῶτον· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ μὴ τὸν ἔσχατον·
Εἴπερ νομίζεσθαί τι δεῖ μου τὸν λόγον,
Καὶ νῦν μάλιστα ἐν ζάλῃ γλωσσαλγίας,
Καὶ τῶν μεγίστων ἀστέων, καὶ συλλόγων,
Ὧν καὶ μενόντων ἀσφαλῶς, κέρδος πλέον,
Καὶ μὴ μενόντων, ἡ βλάβη πληρεστέρα·
Ὧν δὴ χάριν σοι τοὺς καλοὺς ἐκλεκτέον.

Μόλις γὰρ ἄν τις τῶν μέσων οὕτω τύχοι,
Εἰ σφόδρ' ἀγωνίζοιτο, τοὺς καλοὺς κρατεῖν.
Οὕτω γινώσκειν, γνώμονος ἀψευδεστάτου.
Ἀλλ' οἱ τελῶναι, χ' ἁλιεῖς, ἥξουσί μοι
Εὐαγγελισταὶ, καὶ πένητες ἐν λόγῳ,
Κόσμον σαγηνεύσαντες εὐτελεῖ λόγῳ,
Καὶ τοὺς σοφοὺς λαβόντες εἴσω δικτύων,
Ὡς ἂν τὸ θαῦμα μεῖζον ᾖ τὸ τοῦ λόγου.
Καὶ γὰρ πρόχειρον τοῦτο τοῖς πολλοῖς λέγειν,
Πρὸς οὓς βραχύς μοι καὶ σαφὴς ἅγαν λόγος.
Δός μοι τὸ πιστὸν τῶν ἀποστόλων ἑνός,
Ἄχαλκον εἶναι, πῆραν οὐκ ἐξημμένον,
Ἄραβδον, ἡμίγυμνον, ὡς δ' ἀσάνδαλον,
Ἐφήμερον, πλουτοῦντα ἐλπίδας μόνας,
Μηδ' εὐπροσήγορόν τιν' εἰς δόξαν λόγου,

Inepta effutientes, ac ne suos quidem
Pedes aut manus numerare docti.
Annon hæc deterrima sunt, episcopatu indigna,
O bone? Non ita antiqui homines simus,
Ut male de re tanti momenti judicemus,
Etsi valde mihi arridet id quod humile est:
Non enim pessima res episcopatus. Sed cum oporteat
788-789 Omnino aliquem eligi inter optimos, eligo
Primum; sin minus, saltem non ultimum.
Si qua meæ sententiæ habenda ratio,
In hoc præsertim linguarum prurientium æstu,
Et maximarum civitatum et conventuum,
Quibus in tuto manentibus, summa utilitas percipitur,
Non manentibus gravissimum detrimentum,
Hæc propter eligendi tibi sunt boni.
Vix enim aliquis mediocrium obtinebit:
Etiamsi vehementer contendat, ut bonos superet.
Ita sentire judicis est a mendacio remotissimi.
Sed occurrent mihi publicani et piscatores,
Evangelistæ, homines eruditione pauperes,
Qui mundum simplici sermone irretierunt,
Ac sapientes retibus suis exceperunt,
Ut eo majus sit doctrinæ miraculum.
Id enim dictu proclive permultis,
Quos contra brevis mihi, et perspicua admodum responsio.
Da mihi fidem unius apostoli,
Da qui sine ære sit, nec peram suspensam habeat,
Sine baculo, seminudus, utpote sine sandaliis
In diem vivens, sola spe dives,
Qui nec affabilitate laudem religioni quæritet,

174 *Οὐδὲ τοὺς πόδας.* Elegans in homines indoctos adagium.

177 *Ἀρχαίως φρονεῖν.* Ol. ἀρχαῖοι, *veteres, simpliciores:* unde illud, *homo antiqua virtute et fide.*

182 *Τὸν πρῶτον. Inter præstantissimos primas tenentem.* Mox ἔσχατον. Maximum hic tangit, inquit Tollius, sibi improbe suffectum.

185 *Τῶν μεγίστων ἀστέων.* Constantinopoli et Antiochiæ: ubi tum temporis gravissimæ erant contentiones animorumque concertationes de successore Meletii.

METRICA VERSIO.

Inepta proferentes, nec suos quidem
Pedes periti computare vel manus.
Non prava sunt hæc, bone vir, atque episcopis
Indigna? Mens non tam senescat, ut malum
De nobili hoc gradu feramus calculum,
Valde licet humilis status placeat mihi.
Non prava res est dignitas episcopi:
Sed cum legere sit inter optimos opus,
Primum eligo, vel ad minus non ultimum.
Si nostra quidquam mens valet, nunc maxime
Loquacitatis inter æstus garrulæ,
Et civitatum cœtuumque grandium,
Tute quibus manentibus, multum lucri,
Sed non manentibus, grave fit incommodum,
Hinc semper a te seligantur integri

Vix obtinebit ille qui mediocris est,
Valde licet contendat, ut vincat bonos:
Hæc cogitare judicem verum notat.
Mi sed aderunt opum aucupes vel piscium
Evangelistæ, pauperesque spiritu,
Cepere qui mundum loquela simplici,
Sophosque retibus prehenderunt suis,
Ut clarius verbi inde sit miraculum.
Hoc scilicet proclive dictu plurimis,
Ad quos simul clara et brevis responsio.
Detur mihi, precor, fides apostoli;
Detur vir ære pauper, absque pendula
Pera, absque baculo, seminudus, utpote
Sandaliis orbatus; in diem trahat
Vitam; unica spe dives; haud affabilis

Digitized by Google

Τοῦ μὴ δοκεῖν θωπείαν ἰσχύειν πλέον,
Μηδ' ἀσχολεῖσθαι πρὸς λόγους ἀλλοτρίους.
Τούτων τις ἔστω, καὶ τὰ πάντα δέξομαι,
Ἀφθογγον, αἰσχρὸν, δυσγενῆ, βοηλάτην.
Ὁ γὰρ τρόπος κάλυμμα τῆς μοχθηρίας.
Τούτων τις εἶης, χ' ἁλιεύοις βατράχους,
Ἔπειτα δώσομέν σε ἀγγέλων χοροῖς.
Ἐν οὖν τι δός μοι· μὴ καθήρῃς δαιμόνων;
Μὴ λεπρὸν ἐξέλοις, μὴ νεκρὸν τάφου;
Μελῶν τε πῆξιν μὴ λάβοι παρειμένος;
Θὲς τῷ κάμνοντι χεῖρα, καὶ στήτω νόσος.
Οὕτω με πείσεις τοῦ λόγου καταφρονεῖν.
Εἰ δ' ἐκ δυοῖν σοι τοῦ ἑνὸς συγκειμένου,
Ἐπαινετοῦ τε, καὶ κατηγορουμένου,
Τὸ μὲν λογίζῃ, τὸ δὲ παρατρέχεις ἑκών,
Κλέπτεις κακούργως τὴν ὁμοίωσιν σφόδρα.
Ματθαῖος ἦν τελώνης, ἀλλὰ τίμιος,
Οὐχ ὡς τελώνης, ὡς δὲ Πνεύματος γέμων.
Πέτρος μαθητῶν ἄκρος, ἀλλὰ Πέτρος ἦν,
Οὐχ ὡς σαγηνεὺς, ἀλλ' ὅτι ζήλου πλέως.
Πείθει με τιμᾶν καὶ τὸ δίκτυον ὁ τρόπος.
Σοῦ δ' ἐκτρέπομαι, κἄν τι τῶν σεμνῶν φέρῃς,
Τοῦτ' ἔστιν ἡ πάγη τε, καὶ τὸ θήρατρον.
Γραφεύς τις εἶς ὁ τὰς καλὰς μιμούμενος
Μορφὰς ἐν ἅλφοις καὶ σπαράγμασιν μόνοις.
Ἢ πᾶν τὸ κάλλος γράψον, ἢ τὸ πᾶν πάρες.

Ne adulatio videatur efficacior,
Nec otium terat in colloquiis non sui ministerii.
Talem se quis exhibeat, et omnia approbo,
Linguæ nostræ ignarum, deformem, ignobilem, bubulcum;
Hos enim omnes nævos probitas et mores tegunt.
Horum si unus sis, et ranas pisceris,
Postea dabimus te angelorum choris.
Unum igitur aliquod mihi concede. Num a dæmoniis expurgas?
Num lepra infectum liberas? et mortuum tumulo excitas?
An membrorum firmitatem per te accipit paralyticus?
Impone manum ægro, et stet morbus.
Ita mihi suadebis, ut doctrinam contemnam.
Sed si cum una res constet ex duobus,
Quorum alterum laudabile, alterum vituperabile,
Illud recenses, istud prætercurris libens,
790-791 Comparationem instituis admodum subdole.
Matthæus erat publicanus, sed venerabilis,
Non ut publicanus, sed ut Spiritu plenus.
Petrus discipulorum caput, sed Petrus erat,
Non ut piscator, sed ut fidei studio flagrans.
Suadent mihi mores, ut vel rete venerer.
Te vero aversor, etiamsi quid præclarum præ te feras,
Quod aliud mihi est quam laqueus et pedica.
Pictor quidam es qui pulchras imitaris
Formas in vitiligine et rimis tantum.
Aut quidquid pulchrum est pinge, aut totum abjice.

205 *Πρὸς λόγους ἀλλοτρίους. Nec tempus terat in alienis doctrinis prædicandis.*

208 *Τῆς μοχθηρίας.* Μοχθηρία, in hoc loco nihil aliud designare videtur, quam infelicitatem sordesque humilium natalium et opificiorum.

209 *Ἁλιεύοις.* Non potuit quidquam aptius venustiusque in eos dici, qui se inani gloria cum piscatoribus apostolis comparabant. Nam et ranæ in palati delicias hamis capiuntur et reticulis : estque hoc puerorum aut rusticorum munus, qui piscatorum ea propter affectare non ausint. Toll.

210 *Ἀγγέλων χοροῖς.* Ἄγγελοι hic apostoli sunt, Evangelii nuntii et præcones.

217 *Ἐπαινετοῦ. Miracula faciendi potestatis.* Ibid. κατηγορουμένου, *incompti, tenuisque sermonis, infantiæ in dicendo.*

222 *Πέτρος ἦν. Sed petra Ecclesiæ erat.*

225 *Κἄν τι τῶν σεμνῶν φέρῃς. Pallium nigrum,* inquit Tollius. Etenim decipit frons prima multos. Capitur scilicet populus exteriore sanctitatis specie, vestitu et gestibus blandiente. Τὰ σεμνὰ igitur illa sunt quæ gravitatem habent, aut præferunt, præsertim religionis.

226 *Ἡ πάγη.* Simulatio scilicet illa gravitatis, sanctitatisque, qua vulgus circumveniri solet.

227 *Γραφεύς τις εἰς ὁ.* Ita legimus, Tollii conjecturam probantes. Edit. γραφεύς τίς εἰμι.

228 *Ἐν ἅλφοις.* Ludit hic, faceteque hypocritas illos perstringit, qui infantiam suam exemplo defendebant apostolorum. Pictoribus igitur illos comparat, vitia tantum corporis exteriora penicillo exprimere gnaris, cujusmodi sunt vitiligo et lepra,

METRICA VERSIO.

In gloriam verbi, loqui ne blandius
Vanisque dictis arguatur ludere.
Hic talis adsit, et nihil non approbo :
Sit nescius linguæ, genere, forma carens,
Bubulcus; omnem contegit probitas notam.
Si fueris ita, pasceris et ranas licet,
Mox angelorum te asseclam dabimus choris.
Unum mihi da. Num propellis dæmonas?
Purgasne lepram, morte raptos excitas?
Siccisne robur vimque reddis artubus?
Ægro manus impone, morbus et avolet;
Sic me scientiam docebis spernere.
Sit una res constans duabus partibus;
Hinc æqua sit laus, inde justum dedecus;
Hoc si recenses, illud omittis libens,
Mi similitudinem dolose suggeris.
Matthæus a mensa exit, at venerabilis,
Non exiens inde, at repletus Spiritu.
Apostolis Petrus caput, sed erat Petrus,
Non rete mittens, sed tegens zelo fidem :
Me rete venerari suadet probitas.
Sed te repello, vel ferentem quid boni,
Quod est latentis abditus laquei dolus
Tu pictor es quidam, decoras exprimens
In carne formas lacera, et in vitiligine.
Vel omne pulchrum pinge, vel totum abjice.

Digitized by Google

230 Κἀκεῖνο δ' εἰπὲ, πῶς ἀπαιδεύτους καλεῖς,
Γοιοῦτοι ὧν λόγοι τε, καὶ συγγράμματα,
Ὧν κάμνομεν νοῆσαι καὶ μικρὸν λάθος,
Οἱ τοῖς λόγοις ἄνωθεν ἐντεθραμμένοι·
Εἰς οὓς λόγος τοσοῦτος αὖθις καὶ πόνος,
235 Ὡς μεστὰ πάντα τυγχάνειν πονημάτων
Γλώσσης τε πάσης, καὶ φρενὸς εὐμαθεστέρας,
Καρπὸν φερούσης, ὕψος ἐξηγήσεων;
Πόθεν βασιλεῖς, καὶ πόλεις, καὶ συλλόγους,
Κατηγοροῦντας, εὐθύνοντας ἐν λόγοις,
240 Πρὸ βημάτων τε, καὶ θεάτροις ἐν μέσοις,
Σοφοὺς, νομικοὺς, Ἕλληνας ὠφρυωμένους,
Δημηγοροῦντες, εὐστομοῦντες καίρια,
Ἔπειθον, ἐξήλεγχον ἐν παῤῥησίᾳ,

A Εἰ μὴ λόγου μετεῖχον, οὗ σὺ μὴ δίδως;
245 Ἴσως ἂν εἴπῃς, ἐν ῥοῇ τοῦ Πνεύματος,
Λέγων ἀληθῶς· ἀλλὰ τοὐντεῦθεν σκόπει.
Σοὶ δ' οὐ μέτεστι Πνεύματος; καὶ μὴν φρονεῖς
Τούτῳ μάλιστα. Πῶς φθονεῖς οὖν τοῦ λόγου
Τοῖς τοῦτον ἐκζητοῦσιν; ἀλλ' ἤτοι μάτην
250 Δίδως σὺ τοῦτο τῇ φύσει τοῦ Πνεύματος,
Καὶ τοῖς δικαίοις· τῷ μὲν, ἐμπνεῖν τὸν λόγον,
Τοῖς δ' ἐμπνέεσθαι, ᾗ πεφήνασιν σοφοί.
Οὕτως ἀφύκτως ἐνδέῃ τοῖς σοῖς λόγοις,
Ὦ ταῦτα λαλῶν σύγε προθύμως, καὶ μόνον,
255 Ἃ μὴ λαλεῖσθαι κρεῖσσον, ἀλλ' ἔνδον μένειν.
Ἄφωνον οἶδα πνεῦμα τῶν ἐναντίων·
Καὶ τοῦτο σιγᾷν κρεῖσσον, ἢ λαλεῖν κακῶς.

230 Illud etiam dicito, quomodo rudes et imperitos voces,
Quorum ii exstant libri, eaque scripta,
In quibus vel exilem obscuritatem intelligere, laboris pretium ducimus,
Nos qui jamdudum in litteris innutriti sumus;
In quibus illustrandis tot rursus libri et labores suscepti,
235 Ut plena sint omnia lucubrationibus
Linguæ omnis, et acutorum ingeniorum,
Fructum sublimi enarratione ferentium?
Quomodo reges, et urbes, et cœtus
Accusatores suos, et magna dicendi facultate valentes
240 Pro tribunalibus, et mediis in theatris,
Sapientes, legum peritos, Græcos superbia tumentes,
Ipsi orationem coram populo habentes, opportune diserti,
Persuasissent, ac libere loquendo convicissent,
Si doctrinæ, quam eis denegas, participes non fuissent!
245 Dices forsitan, id præsidio Spiritus factum,
Vera dicens; sed quid inde sequatur, vide.
Annon tu particeps Spiritus? Atqui maxime
Hoc ipso te effers. Quomodo ergo invides sermonem
His qui illum exquirunt? Sed profecto frustra
250 Id tribuis naturæ Spiritus,
Et justis: illi quidem, ut inspiret sermonem,
His autem ut inspiratione id accipiant, unde sapientes visi sunt.
Sic inevitabiliter verbis tuis implicaris,
Qui ea libenter ac solummodo dicis,
792-793 255 Quæ satius erat non proferri, sed intus manere.
Multum esse scio spiritum adversariorum;
Atque illum quidem tacere satius est, quam prave loqui.

quæ cutem rimis inarant, albisque squamulis obducunt (et hanc speciem exteriorem ironice *pulchram* appellat); cæterum purum integrumque et *vere pulchrum* corpus exhibere non valentibus.

231 *Τοιοῦτοι ὧν.* Ita edit. et quidem recte. Coisl. ὧν τοιοῦτοι, et quidem male, cum deficiat metrum. CAILLAU.

232 *Λάθος.* Τὸ λάθος, hic est, quod in maxima rerum graviorum copia, velut leviculum, aliud agentes effugit. Coisl. βάθος.

233 *Ἄνωθεν.* Sic Coisl. Edit. ἄνοθεν.

235 *Μεστά.* Sic Coisl. Mendose edit. ὡς μὲν τά.

238 *Πόθεν βασιλεῖς.* Videtur alludere ad gesta apostolorum, maxime Pauli coram rege Agrippa.

242 *Δημηγοροῦντες.* Ita Coisl. Mox εὐστομοῦντες. Sic etiam legisse videtur Leuv., quod non displicet Tollio. Sed mutare noluit contra fidem codicis. Nos vero auctoritate codicis Coisliniani immutavimus. Edit. δημηγοροῦντας... εὐστομοῦντας.

245 *Ἐν ῥοῇ.* Coisl. ἐν ῥοπῇ.

255 *Ἃ μὴ λαλεῖσθαι.* Calumnias, scilicet, quibus sanctissimos viros impetis, cum eos inscitiæ arguis, qua ipse plenus es: qui, ut puteris sapere, cœlum vituperas. TOLL.

256 *Ἄφωνον.* Alludit ad mutum, cui Christus, ejecto dæmone, loquelam reddidit (Matth. IX, 32).

METRICA VERSIO

Quomodo, precor, rudes et indoctos vocas,
Quorum hæc supersunt scripta, necnon codices,
In queis laborem ducimus vel exiles
Umbras subire, nos periti litteris;
In quos libri tanti, atque tam grandis labor,
Ut cuncta rursum lucubrationibus
Sint plena linguæ nobilisque spiritus,
Quæ, plurimos sermone fructus afferunt.
Et quomodo cœtus, duces et oppida,
Litem inferentes, et loqui non inscios.
Aut in theatro, aut ante sedes judicum,
Sophos, peritos juris, et superbia
Græcos tumentes, hi locuti publice
Diserta, tempestiva, fortia, libera,

B Suasere, doctrina indigentes, quam negas?
Fortasse dices: Fecit illa Spiritus;
Nec falsa dicis. Sed quid hinc sequitur, precor?
Non particeps tu Spiritus? Et maxime
Hoc tu superbis. Quomodo verbum invides
His qui requirunt illud? At tu Flamini
Id gestis incassum referre, vel probis:
Hoc Flamini, verbum quod afflet mentibus,
Probis, quod, unde sunt sophi, flatum hauriant.
Sic implicaris tu tuis sermonibus
Necesse, qui libenter hæc solum profers,
Quæ non loqui, sed abdere melius foret.
Multum esse novi spiritum adversantium,
Quem satius est tacere, quam prave loqui.

Digitized by Google

Τῶν μὲν λύοις τὴν γλῶσσαν, ὦ Θεοῦ Λόγε,
Ὅσοι λαλοῦσιν ἔνδικα, τῶν δὲ καὶ βάρει,
Ὅσοι φυσῶσιν ἀσπίδων συρίγματα,
Πέμπουσί τ' ἰὸν ἔνδοθεν ἀδελφοκτόνον.
Οὕτω μὲν οὖν σύ· τίς δ' ἀπαιδεύτου λόγος
Ἄλλος γένοιτ' ἄν; ὡς δέ τ' ἀληθὲς ἔχει,
Φρονεῖν τ' ἄμεινον, συντόμως ἐγὼ φράσω.
Ἦσάν ποτ', ἦσαν εὐμαθεῖς, εἴπερ τινες,
Οὐκ εὐμαθεῖς δὲ τὸν εὐπρεπῆ πάντως λόγον.
Ἔχει γὰρ οὕτως· διττὸς ἡμῖν πᾶς λόγος,
Λέξεις τε, καὶ νοῦς· αἱ μέν, οἷον ἔκτοθεν
Ἔσθημ', ὁ δ' ἔνδον σῶμα ἠμφιεσμένον.
Καὶ τοῖς μὲν ἄμφω καλὰ, τοῖς δὲ θάτερον·
Ἢ αἰσχρὸν αὖθις, ὡς μάθησις, ἢ φύσις.

A Ἡμῖν δὲ, τοῦ μὲν ἐκτὸς οὐ πολὺς λόγος,
Ὅπως ποθ' ἕξει· τοῦ δ' ἔσω λίαν πολύς.
Ἐν νῷ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ σωτηρία,
Πλὴν ἐκλαλουμένῳ τε, καὶ δηλουμένῳ. —
Πηγῆς τί κέρδος ἐστὶν ἐμπεφραγμένης;
Τί δ' ἡλιακῆς ἀκτῖνος, ἣν κρύπτει νέφος;
Τοιοῦτόν ἐστι νοῦς σοφὸς σιγώμενος,
Οἷον ῥόδου τὸ κάλλος, ὃ κάλυξ σκέπει
Οὐκ εὐπρεπής· τὸ τερπνὸν ἐκφαίνει δ', ὅταν
Αὔραις ῥαγεῖσα τὸν τόκον θεατρίσῃ.
Εἰ δ' ἦν ἀεὶ τὸ κάλλος ἐσκεπασμένον,
Οὐδ' ἄν τις ἦρος ἦν χάρις τοῦ τιμίου.
Οὐδὲν πλέον ζητοῦμεν, ὡς οὕτω λαλεῖν,
Ὡς οἱ δοκοῦσιν εὐτελεῖς τὰ τοῦ λόγου.

At illorum solve linguam, o Dei Verbum,
Quicunque legitima proferunt ; illorum autem etiam aggrava
Quicunque inflant aspidum sibila,
Et venenum fratricidam corde emittunt.
Sic tu igitur, et quis indocti sermo
Alius esse possit? quomodo autem veritas se habeat,
Et quid sentire satius sit, breviter ego edisseram.
Fuere olim, fuere periti, si quipiam alii,
Non tamen periti splendidæ omnino eloquentiæ.
Sic enim se res habet. Duplex nobis est sermo,
Dictiones et sententiæ. Illæ quidem velut exterior
Sunt amictus : ista ut corpus interius quod vestitur.
Ac alii quidem in utroque laudem merentur, alii in alterutro :
Aut rursus vitiosa est, ut institutio, ita et natura.
Nobis autem exterioris sermonis non magna est cura,
Quo tandem modo se habeat ; at interioris plurimam gerimus.
In sententia enim sita nobis est salus :
Sed tamen in sententia quæ profertur et declaratur.
Quæ fontis obstructi utilitas?
Quæ radii solaris, quem abscondit nubes?
Tale quidpiam est sapiens sententia quæ tacetur,
Qualis est rosæ pulchritudo quam folliculus tegit
Non decorus : suam tamen suavitatem profert,
Cum zephyris rupta, fetum educit in lucem.
Sed si semper id quod pulchrum est tegeretur,
Nulla jam esset veris, quod tanti facimus, gratia.
Nihil amplius quærimus, nisi ut ita loquaris,
Ut ii qui sermone simplices existimantur.

265 *Εὐμαθεῖς*. Id est, prophetæ olim et apostoli fuere eruditi, omni doctrina sacra imbuti, at non omnino ea facundia, eaque splendida eloquentia, qua oratores censentur.

266 *Πάντως*. Sic in Coisl. scriptum videtur. Edit. πάντες.

269 *Ἔσθημ'*. *Mentem verbis amiciri, ut corpus vestimentis*, ait Synesius de Providentia. Mox ὁ δ' ἔνδον. Leuv. ita vertit : *Hæc vero internum est aliquid simile corpori, quod amictu vestitur.*

271 *Ἢ αἰσχρὸν αὖθις*. Tollius legendum vult ἔστ' αἰσχρόν, nec male.

275 *Πλὴν ἐκλαλουμένῳ*. *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.* Toll.

279 *Ὁ κάλυξ*. Ita Coisl. Edit. εἰ.

281 *Θεατρίσῃ*. *Cum in calathum funditur orbis, et lata rubentium foliorum panditur ambitione*, ut ait D. Hieron. *ad Pammachium.*

282 *Εἰ δ' ἦν ἀεί*. Ita Coisl. Versus hic claudicat in editis, uno pede brevior, quod mirum non observasse Tollium.

285 *Ὡς οἱ*. Sic Tollius emendandum judicavit, quod in cod. legitur ὅσοι.

METRICA VERSIO.

Tu solve linguas, optime o Verbum Dei,
Recte loquentium, sed illorum aggrava
Qui sibila inflant aspidum, et de pectore
Lethale fratribus profundunt pharmacum.
Sic ergo tu ; nam quis viri sermo rudis
Diversus esset? Quæ sit autem veritas,
Quidve melius sit creditu, brevis eloquar.
Fuere quondam cæteros super, viri
Fuere docti, nec tamen tam splendidæ
Facundiæ periti. Habet se res ita.
Nobis duplex est sermo : verba scilicet
Sententiæque : vestis hæc velut extera,
Ista velut internum quod induitur corpus.
His competunt ambo, sed alterutrum alteris ;

B Improbave rursus mens et institutio.
Nos verba certe externa parvi pendimus
Quo se modo habeant, plurimi vero intima.
Sententiæ nobis salutem conferunt,
Quæ proferuntur et palam emissæ sonant.
Quod fontis obstructi, precor, erit commodum?
Est tale quiddam quæ latet sententia,
Qualis rosæ fulgor, rudis quem contegit
Folliculus ; at terris olet suaviter,
Cum rupta zephyris jam suum emittit decus.
Sed tecta semper si venustas permanet,
Nulla amplius erit læta veris gratia.
Hoc petimus, ut loquaris illorum modo,
Sermone qui videntur esse simplices ;

Digitized by Google

Εἰ δ' οὖν, παρίστη τὰς ἐκείνων ἐμφάσεις.
Αὐγῆς ποθῶ τι καὶ μέρος τῆς σῆς λαβεῖν.
Εἰ μὲν γὰρ οὐδέν εἰσιν οἱ γεγραμμένοι
Λόγοι, τοσοῦτον πῶς ἐπαιζόμην χρόνον
290 Ἢ πῶς θαλάσσης ψάμμον ἠρίθμουν μάτην,
Νύκτας συνάπτων ἡμέραις ἐν τοῖς πόνοις,
Ὡς ἄν τις ἔλθοι εἴς γε ῥυτίδας λόγος;
Εἰ δ' εἰσὶν, ὥσπερ εἰσὶν, εὖ γεγραμμένοι,
Μὴ δῷς ἀράχναις τῶν δικαίων τοὺς πόνους
295 Πέζευέ μοι τὴν λέξιν, ἀγροικοστόμει,
Οὐδὲν διοίσομ'· οἶδα καὶ βαίνειν κάτω.
Λιτὴ τράπεζα πολλάκις μοι φιλτέρα
Τῆς ὀψοποιῶν χερσὶν ἐξησκημένης.
Ἐσθὴς δ' ὁμοίως· ὡς δὲ κάλλος εὐπρεπὲς,
A 300 Οὐχ ὁ γράφουσι χεῖρες, ἡ φύσις δ' ἔχει.
Ὁ νοῦς ἀνείτω, καὶ τόδ' ἡμῖν ἀρκέσει.
Οὐδὲν τὸ κομψὸν, τοῖς θέλουσι δώσομεν.
Μή μοι τὰ Σέξτου, μηδὲ Πύῤῥωνος πλέκε·
Χρύσιππος ἔρρει, μακρὰν ὁ Σταγειρίτης.
305 Μηδὲ Πλάτωνος στέργε τὴν εὐγλωττίαν.
Ῥῖψον τὸ κάλλος, ὧν τὰ δόγματ' ἀποστρέφῃ.
Ἐμφιλοσόφει τῇ εὐτελείᾳ τοῦ λόγου·
Ἡμῖν ἀρέσκεις, κἂν ἀπαιδεύτως λαλῇς.
Δίδαξον ἡμᾶς, ὡς θέλεις, δίδασκε δὲ,
310 Τίς ἡ Τριὰς μοι, πῶς ἑνίζεται Θεὸς,
Καὶ τέμνετ' αὖθις, ἓν σέβας, φύσις μία,
Μονὰς, Τριάς τε, ἀγγέλων δὲ τίς φύσις,
Κόσμου τε διττοῦ, καὶ προνοίας ἐνδίκου,

Sin minus, mentis illorum illustrationes exhibe.
Tui enim splendoris velim aliquem igniculum excipere.
Quod si nihil sunt mandatæ scriptis
Doctrinæ, quomodo tandiu operam lusi?
290 Quomodo maris nequidquam arenam numeravi,
794-795 Noctes diebus jungens laborando,
Ut aliquam saltem in rugis doctrinam assequerer?
Quod si sunt, ut sunt profecto, præclare scriptæ,
Ne des araneis justorum labores.
295 Utere pedestri sermone, utere agresti,
Litem non movebo: scio et ipse humi serpere.
Tenuis mensa sæpe mihi amicior,
Quam quæ manibus coquorum exculta.
Vestis similiter: quemadmodum et venustas decora,
300 Non quam manus pinxerunt, sed quam habet natura.
Sententia assurgat, atque id nobis satis erit.
Nihil est elegantia: dabimus id volentibus.
Noli mihi Sexti et Pyrrhonis tricas nectere
Valeat Chrysippus, procul sit Stagirita;
305 Sed nec Platonis diligas præclarum dicendi genus.
Projice eorum ornamenta, quorum aversaris doctrinam.
Philosophare in sermonis simplicitate;
Nobis placebis, etiamsi loquaris imperite.
Doce nos, ut voles, sed tamen doce,
310 Quæ mea sit Trinitas, quomodo uniatur Deus,
Ac rursus distinguatur, una res adoranda, una natura,
Unitas et Trinitas, angelorum quæ natura,
Duplicisque mundi, ac justæ providentiæ,

286 *Ἐμφάσεις.* *Illustrationes*, divinam illuminandi facultatem, quâ veluti cœlestes radios mentibus nostris immittunt.

290 *Θαλάσσης ψάμμον.* Vide adagiographos.

294 *Μὴ δῷς ἀράχναις.* Id est, ne ita despicias eorum scripta, ut quasi pulvere et situ digna videantur, sicut quæ neglecta aranearum telis oppleri solent. Notum est illud, *Nam tui catulli plenus est sacculus aranearum.* Toll.

295 *Πέζευε. Utere humi serpente stylo: non exigo a te sublimem elatamque facundiam.* Id.

296 *Βαίνειν κάτω. Scio et ipse me demittere.*

299 *Ὡς δὲ κάλλος εὐπρεπές.* Cicero in *Perfect. orat.*, cap. 13: *Fucati medicamenta candoris et roboris omnia repellentur; elegantia modo et munditia remanebit.*

303 *Μή μοι τὰ Σέξτου.* Gravissima est Gregorii nostri querela, orat. *in Athan.*, de iis qui obscuras illas subtiliter disputandi artes in Ecclesiam invehebant. Vide tom. I, pag. 393.

306 *Τὸ κάλλος. Venustatem orationis eorum*, etc.

307 *Ἐμφιλοσόφει. Tracta mihi res alta speculatione pervestigandas, cujusmodi sunt præcipua et obscurissima theologiæ, seu philosophiæ sacræ mysteria, sive ea quæ paulo post memorat dogmata.*

311 *Ἓν σέβας. Unum numen.*

METRICA VERSIO.

Sin minus, eorum mentis exhibeas facem.
Splendoris assequi jubar velim tui.
Si verba chartis scripta censentur nihil,
Qui tandiu ludendo tempus perdidi?
Qui supputavi calculos frustra maris,
Labore longos noctibus jungens dies,
Adesset ut rugis aliqua scientia?
Si pulchra vero scripta, ut est certum, nitent,
Ne des araneis bonorum codices.
Loquendo sis pedes, vel ore rusticus,
Pacem tenebo: et mihi gradus humiles placent.
Est mensa tenuis sæpe dulcior mihi,
Quam quæ perita pinguis instruitur manu.
Talis et amictus: sic venustus est lepor,
Natura quem dat, non manu qui pingitur.

B Sententia assurgat: satis nobis erit.
Nihil venustas; id damus volentibus.
Non necte Sexti, neve Pyrrhonis sinus;
Chrysippus abeat, sit procul Stagirita;
Sed nec Platonis diligas facundiam.
Abjice leporem, quorum abhorres dogmata.
Sermone simplici velis fieri sophus;
Nobis placebis inde, rusticus licet.
Doce, velut libebit, sed tamen doce,
Quæ sit mihi Trias, quo modo unitus Deus,
Distinctus et simul, licet substantia
Sit una Numenque, Unitas et Trinitas:
Natura quæ sit angelis, quæ duplicis
Sit ordo mundi, quæve providentia

Digitized by Google

Κἂν πολλὰ μὴ δίκαια τοῖς πλείστοις δοκῇ·
Ψυχῆς τε, σώματός τε τίς λόγος, νόμων
Ἱρώτου τε, δευτέρου τε· σάρκωσις δὲ τίς
Τοῦ καὶ νοητῶν πλεῖστον ἐξεστηκότος·
Καὶ τῶν ἀνίσων μίξις εἰς δόξαν μίαν,
Νέκρωσις εἰς ἔγερσιν, οὐρανὸς πάλιν,
Ἀνάστασις δὲ, καὶ κρίσις τίνος λόγου,
Ἢ τίς δικαίοις, τίς δ' ἁμαρτωλοῖς βίος·
Πῶς ῥεῖ τὰ πάντα, φάσκε μοι, ποῦ δ' ἵσταται
Εἴ σοί τι τούτων ἐτρανώθη Πνεύματι,
Τὸ σύμπαν, εἴτε καὶ μέσως, εἴτ' ἐνδεῶς,
Ὅσον κεχώρηχ' ἡ κάθαρσις σῆς φρενός.
Μή με στερήσῃς· εἰ δὲ πάντῃ τυφλὸς εἶ
Τί χειραγωγεῖς μὴ βλέπων; Ὦ τοῦ σκότου,
Τῷ μὴ βλέποντι χρωμένων διδασκάλῳ,
Ὡς εἰς βόθρον πέσωσι ἀγνοίας ἅμα!
Οὗτοι μὲν οὕτως· οἱ δὲ καὶ ἧσσον κακόν
Ἄγνοια γὰρ κακὸν μὲν, ἀλλ' ἧσσον κακόν.
Τί δ' ἄν τις εἴποι, καὶ κακῶν μεμνημένος;
Εἰσὶν γὰρ, εἰσὶν ἀθλιώτεροί τινες,
Δύστην', ἀπευκτὰ τοῦ βίου κυβεύματα,
Τὴν πίστιν ἀμφιδέξιοι, καιρῶν νόμους,
Οὐ τοὺς Θεοῦ σέβοντες, Εὔριποι λόγων
Παλιρρόοῦντες, ἢ κλάδων μετακλίσεις,
Θῶπες γυναικῶν, τερπνὰ δηλητήρια,
Μικροῖς λέοντες, τοῖς κρατοῦσι δ' αὖ κύνες,

Quamvis multa non justa plurimis videantur:
Animæ corporisque quæ ratio, item legum
Primæ ac secundæ: quæ illius incarnatio
Qui longe superat quæcunque intelliguntur:
Quæ rerum inæqualium in unam gloriam permistio,
Mors ad resurrectionem, cœlum rursus,
Resurrectionis ac judicii quænam ratio,
Aut quæ justis et malis vita:
Quomodo fluant omnia, dic mihi, et ubi consistant;
Si quid horum tibi Spiritus perspicue retexit,
Sive totum, sive mediocriter, sive paululum,
Quantum pura ad capiendum exstitit anima tua.
Ne me defraudes; quod si omnino cæcus es,
Cur manu ducis non videns? o tenebras cæcorum
Non videnti utentium magistro,
796-797 Ut in foveam simul cadant ignorationis!
Atque ita quidem illi. Sed isti tamen minus malum sunt.
Ignoratio enim malum quidem est, sed minus malum.
Quid autem quis dixerit, si improborum fiat mentio?
Sunt enim, sunt nefarii quidam,
Misera et abominanda vitæ ludibria,
In fide alternantes, temporum leges,
Non Dei colentes, Euripi doctrinæ,
Hinc illinc fluctuantes, ramorum flexus,
Adulatores mulierum, dulcia venena,
Parvis leones, potentibus canes,

314 *Κἂν πολλὰ μὴ δίκαια.* Vide supra lib. I, sect. 1, carm. VI, vers. 20, etc.

328 *Τῷ μὴ βλέποντι.* Mss. τῶν μὴ βλεπόντων.

334 *Τοῦ βίου κυβεύματα. Tesserarum in hac vita jactus:* qui perquam varii et inconstantes sunt, διὰ τὸ εὔστροφον, *non secus ac fortuna domina.* Martialis *in Apophoretis:*

Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem.

Vide infra carm. XXXII, vers. 57 et 58.

335 *Ἀμφιδέξιοι. Ambigui.* Loquitur de episcopis qui modo Arianorum, modo Catholicorum partes sequebantur pro ratione temporum. Sic carm. præc., vers. 708, etc., episcopos dicentes inducit:

Δουλεύομεν καιροῖς τε καὶ λαῶν πόθοις,
Ἀεὶ διδόντες τῷ πνέοντι τὸ σκάφος.

Servimus temporibus, et populorum desideriis,
Semper ratem objicientes vento afflanti.

336 *Εὔριποι.* Εὔριπος ἄνθρωπος, *vir inconstans, fide, moribus inæqualis.*

337 *Κλάδων μετακλίσεις.* Id est, qui tam facile ab omni fortuna, quam rami a ventis moventur. Sic infra, carm. XVII, vers. 19:

Κλινόμενοι καιροῖσι, δόναξ πολύκαμπτος ἀήταις.
Temporibus serviens, arundo plurimum ventis agitata.

339 *Μικροῖς λέοντες.* Sic carm. seq., vers. 81:

Θῶπες ἐρισθενέων χθαμαλοὶ, χθαμαλοῖσι λέοντες.
Adulatores potentium demissi, demissisque leones.

METRICA VERSIO.

Justa, licet injusta videantur plurima;
Quid mens, quid et corpus, quid et vetusta lex,
Quid et recentior, quid incarnatio
Creata longe cuncta superantis Dei:
Qui res in unum dispares coeunt decus,
Mors et resurgens vita, rursus et polus;
Qui judicandi suscitentur mortui,
Quæ vita sit futura justis, quæ malis:
Qui cuncta consistant, precor, vel qui fluant:
Si quid tibi istorum retexit Spiritus,
Multumve, paululumve, seu mediocriter,
Ut puritati mentis assequi datum,
Fraudare noli. Si profecto cæcus es,

Cur non videns ducis manu? O caliginem
Doctore non videnti prave utentium,
Ut simul in imperitiæ foveam cadant!
Sic illi. At illi sunt minus certe malum:
Nescire quanquam sit malum, malum est minus.
Quid, si malorum vera fiat mentio?
Sunt namque, sunt nefarii quidam viri,
Impura nimium sæculi ludibria,
Circa fidem incerti, colentes temporum,
Sed non Dei præcepta, doctrinæ Euripi,
Undæ usque mobiles, vagi usque palmitum
Flexus, amantes feminarum, dulcia
Venena, parvis nunc leones, nunc canes

Digitized by Google

340 Πάσης τραπέζης εὐφυεῖς ἰχνεύμονες,
Θύρας κρατούντων ἐκτρίβοντες, οὐ σοφῶν,
Τὸ πρὸς χάριν τιμῶντες, οὐ τὸ συμφέρον,
Ὡς ἂν κακοὺς ποιῶσι καὶ τοὺς πλησίον.
Εἶπω τι τούτων καὶ σοφὸν, κελεύσετε;
345 Ὃς μέν τις εὐγένειαν, ὃς δ' εὐγλωττίαν,
Πλοῦτόν τις ἄλλος, ὃς δὲ κομπάζει γένος.
Οἱ δ' οὐκ ἔχοντες, ἐξ ὅτου δόξουσί τι,
Ποιοῦσιν αὐτοὺς γνωρίμους πονηρίᾳ.
Σοφὸν δὲ καὶ τό· οὐ γὰρ εἰδότες λόγων,
350 Γλῶσσαν ἔδησαν τῶν λαλιστέρων ὁμῶς.
Εἰ δ' ἦν τις ὀφθαλμῶν καὶ χερῶν ἔρις,
Καὶ ταῦτ' ἂν ἡμῶν ἐξεκόψατ', ὦ σοφοί!

A Ταῦτ' οὐ πρόδηλος ὕβρις; οὐ βλάβη σαφής;
Τούτων ἀνέξεται τίς; ὦ μυστήριον!
355 Ἤδη σχεδόν τι τῆς ὅλης οἰκουμένης,
Οἷαν λαβόντες ἐκ Θεοῦ σωτηρίαν,
Ὡς σφόδρα χρώμεθ' ἀναξίοις τοῖς προστάταις!
Βοήσομ' οὐ ψευδῆ μὲν, οὐχ ἥδιστα δέ.
Σκηνή τις (οἴμοι!) παίζετ' εὐπρεπεστέρα·
360 Νῦν τὰ προσωπεῖα, τὰ πρόσωπα δ' ὕστερον.
Αἰσχρὸν μὲν εἰπεῖν, ὡς ἔχει, φράσω δ' ὅμως.
Ταχθέντες εἶναι τοῦ καλοῦ διδάσκαλοι,
Κακῶν ἁπάντων ἐσμὲν ἐργαστήριον,
Σιγῇ βοῶντες, κἂν δοκῶμεν μὴ λέγειν·
365 « Πρόεδρος ἡ κακία· πονείτω μηδὲ εἷς·

340 Cujuslibet mensæ odori venatores,
Januas potentium terentes, non sapientium,
Id quod gratiam conciliat, pluris facientes, quam quod prodest,
Ut et proximos faciant improbos.
Vultis illorum sapientiæ specimen aliquod proferam:
345 Est qui ingenuitatem suam jactet, ille facundiam,
Alius divitias, hic genus suum.
Hi autem cum non habeant ex quo aliquid videri possint,
Nobilitant se improbitate.
Illud etiam fit ab eis sapienter; cum loqui nesciant,
350 Linguam pariter ligarunt disertiorum.
Quod si qua esset cum oculis ac manibus contentio,
Hæc quoque a nobis amputassetis, o sapientes!
Annon hæc manifesta injuria? annon apertum damnum?
Quis hæc ferat? o mysterium!
355 Quamvis jam fere per totum orbem terrarum
Miram a Domino salutem acceperimus,
Quam valde indignis utimur episcopis!
Vociferabor non falsa quidem, sed tamen non jucundissima.
Scena quædam, hei mihi! agitur speciosior:
360 Hactenus larvæ, deinceps personæ.
Pudet me dicere quomodo se res nostræ habeant; dicam tamen.
Ordinati ut virtutis doctores simus,
798-799 Malorum omnium sumus officina,
Tacite clamantes, etsi eloqui non videamur:
365 « Nequitia primas obtinet, laboret nemo:

340 *Ἰχνεύμονες.* Hesychius: Ἰχνεῦται, οἱ νῦν ἰχνεύμονες λεγόμενοι. Aliud est ichneumon, animalculum Ægyptiacum crocodilo inimicissimum, ejusque somnos explorans. Hi sunt cœnipetæ, laudicœni, cœnarum venatores. Toll.

348 *Ποιοῦσιν αὐτοὺς γνωρίμους. Famosos sese reddunt nequitia.*

349 *Λόγον.* Edit. λόγων.

350 *Ὁμῶς.* Coisl. νόμῳ.

354 *Ὦ μυστήριον!* Sic Coisl. Edit. ὦ μυστηρίων.

357 *Ὡς σφόδρα.* In quos totum carmen sequens et alia scripsit Gregorius. Ibid. ἀναξίοις. Vide tom. I, pag. 390.

359 *Οἴμοι.* Coisl. οἶμαι.

360 *Νῦν τὰ προσωπεῖα.* Sic supra lib. I, sect. 2, carm. XXIX, vers. 4, de feminis ambitiosius compt.e.

Ὥστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπα φέρειν.
Sic ut jam non facies, sed larvas gestetis.

361 *Αἰσχρὸν μὲν εἰπεῖν.* Coisl. αἰσχύνομ' εἰπεῖν ὡς ἔχεις, ἧσω δ' ὅμως. *Pudet me, quo te modo habeas dicere, canam tamen.*

364 *Σιγῇ βοῶντες.* Tale illud Ciceronis *in Quint Cæcilium*, cap. 6: *Etiamsi taceant, satis dicunt* Sic supra, lib. I, sect. 2, carm. 11, vers. 88, fucatæ facies dicuntur,

Μαχλοσύνης στῆλαί τε καὶ οὐ λαλέοντες ἔλεγχοι,
Lasciviæ monumenta et tacita argumenta.

METRICA VERSIO.

Magnis, venantes naribus apertis dapes;
Qui non sophorum, sed potentum januas
Terunt, legentes quod placet, non quod prodest,
Ut proximos mali improbe faciant malos.
Vis specimen afferam quod exsistant sophi?
Facundiam unus jactat, alter indolem;
Exaltat hic opes, ille præclarum genus.
Hi nil habentes unde laudari queant,
Se nobiles reddunt malignis artibus.
Artem notate: cum loqui non calleant,
Loquentium diserta linguas comprimunt.
Si surgeret contra manus et lumina
Bellum, o sophi, secanda vobis hæc forent.

B Non evidens damnum, et patens injuria?
Quis ista sustinebit? O mysterium!
Jam quasi per omnes orbis immensi plagas
Tantas salutis spes habentes ex Deo,
Quam prorsus indignos tenemus præsules!
Non falsa clamabo, licet non dulcia.
Heu! scena quædam luditur spectabilis;
Nunc larvæ inanes, ora posthac propria.
Hæc me loqui pudet, sed hæc loquar tamen.
Jubemur omnis esse doctores boni,
Sumusque cunctorum malorum officina.
Clamore tacito, non loquentes dicimus:
« Primas scelus tenet; relinquatur labor;

Digitized by Google

Κακοὶ γίνεσθε, τοῦτο συντομώτατον,
Καὶ λῷον· ἡ δὲ πρᾶξις ἵσταται νόμος.
Μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ βίας διδασκάλων
Νεύσειεν εἰς τὸ κρεῖσσον· εἰ δ' ἔχοι τυπον
Μοχθηρὸν, ἦλω. Ῥοῦς κατὰ πρανοῦς τρέχων.
Τὸ δ' αἴτιον. Βολαῖς μὲν ἡλίου φασὶ
Κρίνειν νεοττῶν ὄψιν ἀετὸν πανσόφως·
Ἐξ ὧν νόθον μὲν, καὶ τὸ μὴ, γινώσκεται·
Καὶ τὸν μὲν ἐξέρριψε, τοῦδ' ἔστι πατήρ.
Ἡμεῖς δὲ πάντας ῥᾳδίως καθίζομεν,
Ἐὰν μόνον θέλωσι, λαοῦ προστάτας,
Οὐδὲν σκοποῦντες τῶν νέων, ἢ τῶν πάλαι,
Οὐ πρᾶξιν, οὐ λόγον τιν', οὐ συνουσίαν,
Οὐδ' ὅσον ἦχον γνωρίσαι νομίσματος,
Οὐδὲ χρόνου πύρωσιν ἐνδιδειγμένους,

A Ἀλλ' αὐτόθεν φανέντας ἀξίους θρόνων.
Εἰ γὰρ τόδ' ἴσμεν, ὡς τὸν ἐξειλεγμένον
Χείρω τίθησιν, ὡς τὰ πόλλ', ἐξουσία,
Τίς ἂν προβάλοιτ' εὖ φρονῶν, ὃν ἀγνοεῖ;
Καὶ εἰ τοσοῦτο τὴν ἐμὴν ἔργον μόνην
Ψυχὴν κυβερνᾷν ἐν βίου τρικυμίαις,
Πῶς παντὶ δώσεις αὐχένας λαοῦ τόσου,
Πλὴν εἰ καταδῦσαι τὸ σκάφος σπουδὴν ἔχεις;
Πόθεν λίθοι μὲν δυσπόριστοι τῶν καλῶν,
Καὶ γῆς ἀρώματ' οὐ τόπον παντὸς φέρειν,
Ἵππος δ' ὁ μὲν κάκιστος ἐν μέσῳ πολὺς,
Τὸν δ' εὐγενῆ τρέφουσιν οἶκοι πλουσίων·
Ὁ δὲ προέδρος ῥᾳδίως εὑρίσκεται,
Μηδὲν πονηθεὶς, πρόσφατος τὴν ἀξίαν;
Ὦ τῆς ταχείας τῶν τρόπων μεταστροφῆς!

Improbi estote, maxime id compendiarium est,
Et melius : ipsa autem facta legis loco sunt. »
Vix enim quis magistrorum conatibus
Inclinet in meliora; sed si habeat exemplar
Vitiosum, captus est. Rivus est per declivia decurrens.
Causam accipe. Solis, ut ferunt, radiis
Pullorum oculos aquila valde sapienter probat :
Ex quibus quid spurium sit, quid non, dignoscat,
Atque hunc projicit, illius est parens.
Nos autem facile quoslibet constituimus,
Si tantum voluerint, populi antistites;
Nihil considerantes, non recentia, non antiqua,
Non actionem, non sermonem ullum, non conversationem,
Nec tantum morantes, quantum oporteat ad dignoscendum numismatis sonum,
Eos qui non fuerunt tempore, et igne probati,
Subito judicamus esse dignos thronis.
Quod si id sciremus eum, qui electus est,
Potentia plerumque deteriorem fieri,
Quis cordatus eum, quem non novit, eligeret?
Quod si tantum opus est meam mentem
Solam gubernare in his vitæ fluctibus,
Quomodo cuilibet trades tantæ plebis gubernacula,
Nisi id studio habeas, ut demergatur navis?
Cur, cum lapides pretiosi non facile parabiles sint,
Nec omnis terræ locus aromata ferat,
Cur, cum equorum pessimorum copia in propatulo sit,
Generosos autem divitum domus nutriant,
Antistes facile reperitur, nullo
Præparatus labore, subito factus ad dignitatem?
O celerem morum mutationem!

366 *Κακοὶ γίνεσθε.* Sic Coisl. Edit. κακὸν γίνεσθαι.
374 *Καὶ τὸν μὲν ἐξέρριψε, τοῦδ' ἔστι πατήρ.* Hic versus deest apud Tollium, quamvis Latine redditus.
377 *Τῶν πάλαι.* Οἱ πάλαι hic prisci non sunt, sed qui jam diu fuere catholici Christiani. Toll.
381 *Ἀξίους. Sed qui ipsi sibi thronis digni videntur.*
382 *Τόδ'*. Coisl. τότ'.
388 *Πλὴν εἰ καταδῦσαι.* Ita Coisl. Sic etiam legit interpres : sed et defendi potest vulgata, πλεῖν ἢ καταδῦσαι, inquit Tollius, ut sit interrogationis nota post τόσου, et tum vertendum : *navigarene an demergi navem mavis?*
394 *Μηδὲν πονηθείς.* In Maximum hæc dicta

METRICA VERSIO.

Estote perversi; itur hac brevius via
Ac melius; ipsa facta legis sunt loco. »
Nam vix juvante verget aliquis in bonum
Doctore; si malum cadat sed in typum,
Capitur, velutque rivus in præceps ruit.
Hæc causa. Radiis splendidi solis, ferunt,
Prudenter oculos aquila pullorum probat,
Ut inde quid verum sit, aut quid spurium
Agnoscat : hoc repellit, illius est parens.
Sed nos tremendo quoslibet facile throno,
Velint modo ipsi, præsules imponimus,
Non ponderantes quod recens, aut quod vetus,
Non verba, non facta, neque vivendi modum,
Nec quo numismatis queat nosci sonus.
Nondum probatos igne temporis, statim

B Episcopali sede dignos credimus.
Si cauta mens putaret impostum throno
In pejus ire sæpius potentia,
Quis sanus ignotum vocaret calculo?
Si tantus est meam regere mentem labor
Hujus minacis inter undas sæculi,
Qui grande vulgi cuilibet regimen dabis
Ni subter undas obrui navem velis?
Cur, cum lapilli non ubique fulgeant,
Cum campus omnis non aroma proferat,
Cum cuncta pessimis scaturiant equis,
Magnæque solum nutriant fortes domus,
Labore nullo præsulem reperit manus,
Non arte perfectum sacra, sed muneri
Statim apparatum. O promptior conversio!

Digitized by Google

Πεσσῶν κυλίσματ' · ἐν κύβοις τὰ τοῦ Θεοῦ :
Ἡ κωμικὸν πρόσωπον, ἀθρόως τεθὲν
Τῶν εὐτελεστάτων τε καὶ μικρῶν ἑνί,
Πέφηνεν ἡμῖν οὗτος εὐσεβὴς νέος.
Πολλή τις ὄντως ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος,
Εἴγ' ἐν προφήταις καὶ Σαοὺλ ὁ φίλτατος.
Χθὲς ἦσθα μίμων καὶ θεάτρων ἐν μέσῳ
(Τὰ δ' ἐκ θεάτρων ἄλλος ἐξεταζέτω),
Νῦν αὐτὸς ἡμῖν ἡ ξένη θεωρία.
Πρώην φίλιππος, καὶ Θεῷ πέμπων κόνιν,
Ὡς ἄλλος εὐχὰς, ἢ νοήματ' εὐσεβῆ.
Τὸ δ' αἴτιον, πίπτων τις ἁρματηλάτης,
Ἡ τις τὰ δεύτερ' ἵππος ἐν δρόμοις φέρων·
Ἵππων δ' ἀήρ σοι κοῦφος ἀντετύπτετο,

A Ὡς ἐκ φρενῶν πεσόντι καὶ μεμηνότι·
Νῦν εὐσταλής τις καὶ βλέπων αἰδὼ μόνην,
Πλὴν εἰ λαθών που πρὸς τὸ ἀρχαῖον δράμοις,
Ὡς λοξὸς, οἶμαι, πτόρθος ἐκφυγὼν βίαν
Χειρὸς κατευθύνουσαν εἰς ταυτὸν τρέχει.
Χθὲς ῥητορεύων τὰς δίκας ἀπημπόλεις,
Στρέφων ἄνω τε καὶ κάτω τὰ τῶν νόμων,
Ἐξ ὧν ἀπώλλυς, οὓς ἔσωζεν ἡ δίκη,
Στάθμῃ δικαίᾳ χρώμενος τῷ πλείονι·
Νῦν μοι δικαστὴς, καὶ Δανιὴλ τις ἀθρόως.
Χθές μοι δικάζων σὺν ξίφει γυμνουμένῳ,
Τὸ βῆμ' ἐποίεις ἔννομον ληστήριον,
Κλέπτων, τυραννῶν, καὶ πρὸ πάντων τοὺς νόμους·
Ὡς ἡμερός μοι σήμερον! Οὐδ' ἐσθῆτά τις

Alearum jactus est; in cubis sunt res divinæ :
Vel larva comica subito imponitur
Uni alicui ex vilissimis et parvis.
Nobis hic apparet novus pietatis cultor.
Multa sane est Spiritus gratia,
800-801 Siquidem inter prophetas etiam Saul dilectissimus.
Heri versabaris in medio mimorum et theatrorum
(Quæ post spectacula inquirat alius),
Nunc ipse nobis novum es spectaculum.
Nuper equorum amator, et Deo pulverem mittens,
Ut preces alius et pias cogitationes;
Illud autem causa est; auriga quidam cecidit,
Aut equus in cursu secundas habuit;
Te autem levis equorum aer reverberabat,
Ut mente excussum et furentem :
Nunc autem recte compositus es, solumque vultu præfers pudorem,
Nisi forte clam ad pristinum recurras,
Ut ramus, opinor, incurvus, ubi effugit manus
Vim corrigentem, ad eamdem formam redit.
Heri orator jura vendebas,
Leges sus deque torquens.
Quibus eos perdebas, quos justitia servabat,
Regula justa utens plus dantis manu :
Nunc mihi judex, et quidam subito Daniel.
Heri jus dicens nudato cum ense,
Tribunal efficiebas legitimum latrocinium,
Furans, vim faciens, ipsis præsertim legibus :
Quam blandus es ac comis hodie! Ne vestem quidem

sunt, qui rerum erat divinarum imperitissimus. Toll. Vide tom. I, pag. 15.

396 *Ἐν κύβοις*. Vide supra, vers. 334.

399 *Εὐσεβὴς νέος. Subito factus homo religiosus.*

400 *Τοῦ Πνεύματος*. Coisl. θαύματος.

403 *Τὰ δ' ἐκ θεάτρων. Quæ vero post theatra gesseris.*

405 *Καὶ Θεῷ πέμπων*. Non potuit acerbius quidquam dici, nec urbanius. Toll.

407 *Τὸ δ' αἴτιον. Causa*, scilicet, *mutationis*, inquit interpres.

410 *Ὡς ἐκ φρενῶν*. Qui Pythii Apollinis afflantur aura, mente excidunt. Huic equorum auram comparat Gregorius, quæ illum mente, ut aurigam curru, excussit. Toll.

412 *Πλὴν εἰ λαθών*.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.
Horat. *Epist.* I, x, 24.

Venusta vero est illa naturæ, cui vis facta, cum ramo comparatio. Toll. Ibid. τό supplevit Coisl., deerat in edit.

418 *Στάθμῃ δικαίᾳ*. Ita Coisl. Edit. δικαίῳ. *Ironice*, inquit Tollius, qui legendum arbitratur δικαίου pro δικαίῳ. *Amussi*, seu *regula, justi usus plus dantis manu.*

METRICA VERSIO.

Est jactus aleæ, in cubis sunt res Dei :
Imponitur vix larva subito comica
Ex parvulis uni vel ex vilissimis;
Nobis sacrorum hic cultor apparet novus.
Non pauca sane Spiritus est gratia,
Cum sit prophetas inter et charus Saul.
Heri theatris assidebas comicis
(Quæ facta post scenam, requirant cæteri),
Nunc ipse nobis es novum spectaculum.
Amans equos, semper Deoque pulverem
Mittens, ut alius vota, vel sanctas preces.
Vis scire causam? Cecidit in præceps datus
Auriga, vel currendo non primas tulit
Equus. Ast equorum aer movebatur levis

B Mente tibi capto, vel furore percito;
Sed nunc pudorem fingis ore et moribus,
Nisi priorem clam recurras ad statum :
Sic flexus, opinor, ramus ut fugit manus
Vim corrigentem, pristinum redit in locum.
Fandi peritus jura vendebas heri
Orator, instituta legum destruens,
Quos æquitas servabat, hos perdens male,
Plus dantis æqua lance causam ponderans;
Nunc mihi repente judicas, Daniel novus.
Sententias heri ense nudato ferens,
Tribunal in legale vertebas scelus,
Furans, et insultans vel ipsis legibus.
Quam nunc bonus comisque! Ne vestes quidem

Digitized by Google

Οὕτως ἀμείβει ῥᾳδίως, ὡς σὺ τρόπον.
Χθὲ, ἐν χορευταῖς ἐστρέφου θηλυδρίαις,
Γάμων δὲ κήρυξ ἦσθα Λυδαῖς ἐν μέσαις,
Ὠδὰς λυγίζων, καὶ πότοις γαυρούμενος·
Νῦν σωφρονιστὴς παρθένων καὶ συζύγων·
Ὡς σου τὸ καλὸν ὕποπτον ἐκ τοῦ πρὶν τρόπου!
Σίμων Μάγος χθὲς, σήμερον Πέτρος Σίμων.
Φεῦ τοῦ τάχους! φεῦ, ἀντ' ἀλώπεκος λέων!
Σὺ δ' εἰπέ μοι, βέλτιστε, καὶ πράκτωρ φόρων,
Ἢ καὶ στρατοῦ τιν' ἐκλελοιπὼς ἀξίαν,
Πόθεν πένης ὢν, εἶθ' ὑπερβαλὼν Κύρον
Τὸν Μῆδον, ἢ τὸν Κροῖσον, ἢ Μίδαν πόροις,
Πλήρη τὸν οἶκον δακρύων κεκτημένος,
Μετῆλθες εἰς τὸ βῆμα, καὶ κρατεῖς θρόνου,
Ἔπειτα πάντα συλλαβὼν ἔχεις βίᾳ;
Τέλος, τυραννῶν καὶ Θεοῦ μυστήρια,
Οἷς οὐδὲ θαῤῥεῖν προσβλέπειν ἐχρῆν ἴσως
Τοὺς μὴ λίαν πόῤῥωθεν ηὐτρεπισμένους;
Τὸ λουτρὸν, ἢ κάθαρσις ἐξήμειψέ σε;
Μεῖνον· φανήτω· καὶ τί σοι φθονήσομεν;
Ἐμὸν τὸ κέρδος· τῷ χρόνῳ τι δὸς μόνον·
Αἰτῶ σε μικρὰν τοῦ πόθου προθεσμίαν.
Εἰ δὲ καθαρθεὶς σήμερον δώρῳ Θεοῦ,
Βρύεις τὸν αὐτὸν βόρβορον ἐκ ῥᾳθυμίας,
Πηγῆς μενούσης, ἢ βρύει τὰ πρὶν κακὰ
(Ἡ γὰρ πλύσις κάθαρσις οὐ πάντως τρόπου,
Τῶν δ' ἐκφυέντων ἐκ τρόπου βλαστημάτων),
Σαφῶς τόδ' ἴσθι, πένθιμος ἡ σωτηρία.

Tam facile quis mutet quam tu mores.
Heri inter saltatores versabaris effeminatos,
Ac nuptiarum eras præco medias inter Lydias,
Cantilenas contorquens, ac compotationibus superbiens:
Nunc autem moderator es virginum ac maritos habentium.
Quam suspecta virtus tua ex præteritis moribus!
Heri Simon Magus; hodie Simon Petrus.
Heu, celeritatem! heu, vulpis loco, leonem!
Tu vero, dic mihi, o bone, qui tributorum exactor fuisti,
Aut militarem aliquam dignitatem reliquisti,
Cur, cum pauper esses, postea superasti Cyrum
Medum, aut Crœsum, aut Midam reditibus;
Refertam domum lacrymis possides;
Transisti ad sacrarium, et thronum possides;
Deinde omnia per vim occupata retines?
802-803 Tandem et in Dei mysteria tyrannidem exerces,
Quæ forsan ne respicere quidem audere fas erat
His qui non multo ante præparati fuerant.
At lavacrum, vel expurgatio te immutavit?
Exspecta; manifestum id fiat; et cur tibi invideamus?
Id mihi placet: tantum tempori des aliquid.
Peto a te modicam desiderii dilationem.
Sed si expurgatus hodie Dei dono,
Scaturis idem cœnum per segnitiem,
Manente fonte, ex quo pristina fluunt mala
(Est enim lavacrum expurgatio, non ipsorum prorsus habituum,
Sed eorum, quæ pullularunt ex moribus, germinum),
Scito id perspicue: luctuosa est salus tua.

426 *Κήρυξ*. Coisl. κόραξ.
427 *Αυγίζων*. Verbum hoc turpem quamdam et inhonestam in cantu, gestuque mollitiem significat. Toll. Coisl. λιγύζων.
432 *Πράκτωρ*. Ita Coisl. Edit. πράκτορος.
434 *Ὑπερβαλών*. Coisl. ὑπερβάλλων.
436 *Δακρύων*. Id est, *spoliis et bonis quæ vi doloque cum multis possidentium lacrymis in domum tuam congessisti*. Toll.
437 *Θρόνου*. Coisl. θρόνους.
441 *Λίαν πόῤῥωθεν*. *Multo ante*, id est, *diuturno tempore*.
444 *Ἐμὸν τὸ κέρδος*. *Id mihi placet*, id est, *sic me juveris*. Ita Toll. qui respuit versionem Leuv. quæ sic habet: *Meo consecutus es hoc commodo*. Sic infra, vers. 502.
445 *Τοῦ πόθου*. Coisl. τῷ χρόνῳ.
446 *Εἰ δὲ καθαρθεὶς*. Coisl. εἰ δ' ἐκκαθαρθεὶς.

METRICA VERSIO.[1]

Sic mutat aliquis, ac agendi tu modum.
Heri movebas perditos saltans choros,
Præco thalami impurisque Lydiis comes,
Pudenda cantans, teque jactans potibus:
Nunc virginum greges et uxorum regis,
Quam dubia virtus pristinis fit moribus!
Heri Simon Magus, Petrus hodie Simon.
Heu, promptius factum! heu, loco vulpis, leo!
Dic, bone, mihi, tributa quondam colligens,
Aut dignitate functus olim bellica,
Cur ante pauper deinde congestis Cyrum,
Crœsumque vicisti, Midamve copiis;
Mœstis refertam possidens lacrymis domum,
Ad sancta transisti, thronum victor tenes,
Et cuncta per vim rapta sedulus occupas?
In ipsa demum sacra baccharis Dei,
Quæ vel tueri grande forsitan nefas,
Non ante multo præparatis tempore.
Certe lavacrum te vel expurgatio
Mutavit. Exspecta: probetur res; tibi
Cur invidendum? Sic mihi placet. Locum,
Des tempori tantum. Cupido pendeat
Dilata. Sed si gratia purus Dei,
Idem scaturis cœnum per socordiam,
Manente fonte, prima qui genuit mala
(Lavacrum enim non abluit mores, sed hæc
Quæ prava produxere mores germina),
Certum hoc habeto; luctuosa tibi salus.

Digitized by Google

Ὅσῳ τὸ πρὶν μὲν δεξιαὶ γοῦν ἐλπίδες·
Νῦν δ' οὐδὲ τοῦτο. Ἓν χάρισμ' ἑνὸς Θεοῦ.
Ἔστω δὲ μὴ κακός τις· ἀρκέσει τόδε;
Καὶ κηρὸν οὖν στέργομεν, ὃς τύπους πάλαι
Τοὺς πρὶν λεανθεὶς, τοὺς καλοὺς μετεγγραφῇ.
Γενοῦ Ζαχαῖος· τοῖς μὲν ἠδικημένοις
Μὴ πλεῖον, αὐτὸ τὸ κεφάλαιον, εἰ δοκεῖ,
Μόνον κατάθες· οὐ γὰρ φέρεις τὸ τοῦ νόμου·
Τοῖς δ' αὖ πένησιν εἰσένεγχ', ὅσον θέλεις,
Καὶ τότε Χριστὸν ἑστιάσεις ἀξίως.
Εἰ δ' ἔνδον ὄντων τῶν σκύλων, ἢν μικρὰ δοὺς
Πένησιν, οἷει τυγχάνειν ἐλεύθερος,
Τὸ θεῖον ἡμῖν πέπρατ', εἰ θέμις λέγειν·
Πῶς γὰρ δίκαιον, τὴν βλάβην μὲν τὴν ἐμὴν

A Ἄλυτον εἶναι, σοὶ δὲ τὸ χάρισμ' ἔχειν,
Τὸ μὴ δίκας δοῦναί σε τῶν τολμημάτων;
Ἔχεις χάρισμα; τῶν δ' ἀλλοτρίων γενοῦ
Πόρρωθεν· οὕτως ἡ κάθαρσις παντελής.
Εἰ δ', ἡνίκ' ἦσθα τοῦ χαρίσματος μέσος,
Εἶχες τὰ μὴ σὰ, μηδὲ πάντ' ἐξεπλύνου,
Ὀκνῶ τὸ ἐξῆς, παντὶ δ' οἶομαι σαφές.
Ζήτει χάρισμα· νῦν γὰρ οἶδ' ὀφειλέτην,
Κἂν ὁ θρόνος σε λίαν ὑψηλὸν φέρῃ.
Ὧν ἠδικήκαμεν γὰρ, οὐχ ὧν πταίομεν,
Τὸ λουτρὸν ἐξάλειψις. Ὥστε παντελῶς
Σαυτὸν καθαίροις, ἀλλὰ νυνὶ μὴ γελῷ,
Ἄλλους καθαίρων αὐτὸς ἐσπιλωμένος·
Εἰ μὴ μόνῳ σοι τοῦτο ἐκ Θεοῦ γέρας,

Nam prius quidem faustæ spes suberant :
Nunc vero ne id quidem. Una est Dei gratia.
Sit autem aliquis non malus; an id sufficiet?
Ac ceram quidem amamus, cui postquam figuræ jamdudum prius
Impressæ molliter deletæ sunt, præclaræ imprimuntur.
Fias Zachæus, ac iis, quos defraudasti,
Non plus, sed ipsam tantum sortem, si libet,
Restitue; non enim poteris ferre quod lege præscribitur :
Pauperibus autem tribue, quantum voles,
Et tunc Christum convivio digne excipies.
Sed si intus manentibus spoliis, aut pauca largiendo
Pauperibus, putas te esse liberum,
Divinum numen venale nobis est, si fas id dicere.
Quomodo enim æquum sit, ut meum quidem damnum
Minime solutum sit, in te autem gratia hanc vim habeat,
Ut pœnas facinorum non solvas?
Habes gratiam? ab his autem, quæ aliorum sunt,
Longe remotus sis : sic integra erit expurgatio.
Sed si tum, cum gratia tibi conferebatur,
Habebas non tua, nec omnino ablutus es,
Vereor dicere quod restat, sed cuilibet apertum esse puto.
Quære gratiam : nunc enim te debitorem novi,
Quamvis thronus valde te in altum extulerit.
Eorum enim quæ peccavimus, non eorum quæ peccamus
Lavacrum deletio est. Quapropter te ipsum
804-805 Omnino expurga, nec committe ut ridearis,
Dum alios expurgas maculosus ipse :
Nisi tibi soli hoc a Deo concessum sit privilegium,

453 *Ἓν χάρισμα. Una gratia*, scilicet, *baptisma, quod non repetitur.*
455 *Ὃς*. Coisl. ᾧ.
456 *Μετεγγραφῇ*. Coisl. μετεγγράφῃς. Tollius legendum putat μετεγγραφείς.
458 *Κεφάλαιον. Ipsam saltem summam quam eripuisti.*
459 *Τὸ τοῦ νόμου. Quod lege præscriptum, quadruplum reddere.*
464 *Πέπρατ'*. Leuv. *Ipso Numine ad quæstum abuteris;* mavult Tollius : *Omnis de Deo, ejusque justitia, spes nobis abiit.* Actum est de divina justitia.
467 *Τό*. Coisl. τῷ.
475 *Οὐχ ὧν πταίομεν*. Id est, *non eorum quæ deinceps post baptisma perpetramus.*

METRICA VERSIO.

Namque prius aderat læta spes, sed nunc quidem
Defecit; unum est unius donum Dei.
Non sit malus quis; hocne sufficiens erit?
Hanc ceram amamus, quæ figuris pristinis
Pravisque demptis, pulchriores suscipit.
Fias Zachæus, et vafro captis dolo
Non plus, sed ipsam redde sortem, si libet;
Non poteris etenim ferre quod lex præcipit.
Pauperibus autem da benignus, quod velis,
Christumque mensis dignus excipias tuis.
Sed si reservans cuncta, paucave conferens
Pauperibus, evadere putas te liberum,
Venalis est nobis, loqui si fas, Deus.
Quid namque justi, si meum minime scelus

B Solvatur, at tanta tibi sit vis gratiæ,
Ut non tuorum criminum pœnam luas.
Est gratia tibi? Sis procul fratrum a bonis;
Nam puritas erit tibi sic integra.
Si factus autem gratiarum particeps
Non prorsus ablutus, potiris non tuis,
Cætera loqui piget; sed omnis percipit.
Require gratiam : licet enim te thronus
Sublime tollat, debitis, scio, subjaces.
Peccata quondam, non recenter edita
Purgat lavacrum. Temet ergo sordibus
Absterge cunctis, et cachinnos præcave,
Dum sordidatus ipse sordes diluis,
Ni tale tibi datum sit uni præmium,

Digitized by Google

480 Ὡς ἃ γράφει χεὶρ βασιλέως πρὸς χάριν,
Τὸ καὶ προσεπαινεῖσθαί σε τῆς τυραννίδος·
Εἰ δ' οὐδὲ τὸ λουτρὸν ἐκκαθαίρει παντελῶς
Τοὺς, ὥσπερ εἶπον, τὴν χάριν δεδεγμένους
(Θεὸν γὰρ οὔποτ' οὐδὲ εἷς σοφίζεται,
485 Τὸν συνδέοντα καὶ σοφοὺς σοφωτέρους),
Τίς ἂν καθῆραι τῶν μετὰ χρίσιν κακῶν
Τοὺς αὖθις ἐγχρωσθέντας ἰλύος βάθει,
Καὶ τῆς ἄνωθεν εἰκόνος τὴν ἀξίαν
Καθυβρίσαντας ἑρπετῶν ἢ θηρίων
490 Μορφαῖς, ἀφ' ὧν ποιούμεθα ζηλουμένων;
Πλάστης γὰρ ἄλλος ὁ τρόπος καθίσταται,
Ὃν ἔργον ἐκρίψαι τε καὶ πόῤῥω βαλεῖν.
Οὐδὲν γάρ ἐστι δεύτερον καθάρσιον.

A Ἅπαξ γεγέννημ', εἶτ' ἀνεπλάσθην Θεῷ·
495 Τυχόν τιν' ἄλλην ὕστερον πλασθήσομαι
Πλάστιν, καθαρθεὶς τῷ φιλοτρόπῳ πυρί.
Νῦν δ' οὐδὲν οἶδα φάρμακον, πλὴν δακρύων,
Ἐξ ὧν συνούλωσις μὲν ἔρχεται μόγις,
Οὐλαὶ δ' ὅμως μένουσιν, ὡς ἐμὸς λόγος,
500 Τῶν πρὶν κακίστων τραυμάτων κατήγοροι.
Εἰ δ' ἔστιν, ὅστις καὶ πλέον θαῤῥεῖ Θεῷ,
Ἐμὸν τὸ κέρδος· πειθέτω μόνον λέγων.
Εἴποι τάχ' ἄν τις, ὡς ἐπισκόπων χέρες,
Τό τ' ἐν μέσῳ κήρυγμα, λουτροῦ τις χάρις,
505 Ἃς τ' ἐκβοῶμεν, ὡς ἀνάξιοι, μέσας
Φωνὰς, διδόντες τὴν κάθαρσιν τῇ κλίσει,
Καὶ τῷ τυραννήσαντι δῆθεν Πνεύματι,

480 Velut ea quæ regia manu ad gratiam scribuntur,
Ut etiam de tyrannide lauderis.
Quod si nec lavacrum eos omnino expurgat,
Qui gratiam ita, ut dixi, susceperunt
(Deo enim nullus unquam verba dedit,
485 Qui sapientes etiam sapientius constringit),
Quis a malis post unctionem admissis eos expurget,
Qui rursus cœni profundo contaminati sunt,
Ac cœlestis imaginis dignitatem
Dedecorarunt reptilium aut ferarum
490 Formis, quarum ad exemplum imitando fingimur?
Est enim habitus fictor alter,
Quem difficile est eradicare et procul abjicere.
Nulla enim superest alia lustratio.
Semel generatus sum, deinde a Deo regeneratus sum:
495 Forsitan in aliam postremo effingar
Formam, benefico expiatus igne.
Nunc autem nullum novi remedium præter lacrymas,
Quibus quidem vulnera, quanquam non facile, obducuntur,
Sed tamen cicatrices manent, et equidem arbitror,
500 Priorum pessimorum vulnerum accusationes.
Si quis autem est qui plus etiam Deo confidat,
Id mihi placet: tantum probet id quod asserit.
Sed forte quis dixerit, episcoporum manus,
Et promulgationem, quæ palam fit, et quas, ut indigni,
505 Voces proferimus, esse lavacri gratiam,
Expiationem attribuentes vocationi,
Ac Spiritui, scilicet qui tyrannidem exercuit,

481 *Τὸ καὶ προσεπαινεῖσθαι.* Ita vertit Leuv. *Ut præter ipsam tyrannidem, qua pœnas omnes respuis, etiam laudem merearis.*

487 *Ἐγχρωσθέντας.* Coisl. ἐγκωσθέντας.

495 *Τιν' ἄλλην.* Sic Coisl. Edit. τὶ ἄλλην.

496 *Φιλοτρόπῳ.* Coisl. φιλανθρώπῳ. Vide supra, vers. 11.

497 *Πλὴν δακρύων.* Tertullianus *De pœnitentia*, cap. VI: *Peccator ante veniam deflere se debet, quia tempus pœnitentiæ idem quod periculi et timoris.* Absolutionem tamen confessio præcedebat, quam sequebatur conscientiæ purgatio sacrificio et manu sacerdotis, ut est apud Cyprianum *De lapsis.* Toll.

503 *Χέρες.* Alludit ad ea quæ in sacrorum ministrorum consecratione observabantur: qui consecrandus erat, prius publico præconio in ecclesia denuntiabatur: postea manus ab episcopis imponebantur.

505 *Ὡς ἀνάξιοι.* Qui consecrabantur, indignos se esse profitebantur.

506 *Τῇ κλίσει.* Forte melius *inclinationi, genuflexioni;* genibus enim flexis qui consecrabatur, impositionem manuum accipiebat.

507 *Τυραννήσαντι. Invicta vi animos moventi Spiritui.* Videtur ironice dictum.

METRICA VERSIO.

Manuque regis scripta sicut gratia,
Tyrannus ut lauderis ob vetitum nefas.
Si nec lavacrum prorsus illos abluit,
Qui gratiam, ut dixi, receperunt prius
(Argutiis enim Deus non fallitur,
Qui fallit argutos, capit et argutius);
Quis a patratis post caput inunctum malis,
Rursus profundo purget immundos luto,
Qui polluerunt grande cœlestis decus
Typi, ferarum pelle vel reptantium,
Quarum ad rudem zelando formam fingimur.
Nam mentis affectus creator alter est,
Quem magnus avulsum labor repellere.
Nam rursus alia non manet lustratio.

B Semel creatus, dein reformatus Deo,
Fortasse tandem formam versus in alteram
Fingar, benignis expiatus ignibus.
Nunc quæ medela, quæso, ni vis fletuum,
Restat, quibus curantur haud facile plagæ?
Adhuc tamen manent cicatrices, quibus
Accepta male quondam arguuntur vulnera.
Quod si quis autem est qui magis fidat Deo,
Lucrum hoc mihi; tantum probet quod asserit.
Fortasse quidam præsulum dicet manus,
Plebisque calculum lavacri gratiam,
Mediasque voces quas parum digni edimus,
Suffragiis dantes piamen publicis,
Vimque afferenti Flamini tyrannicam

Digitized by Google

Κρίσει δικαίων καὶ σοφῶν ἐπισκόπων·
Ὡς θᾶττον οἶμαι τοῦ μύσους τι λαμβάνειν,
Ἢ τῆς ἑαυτῶν λαμπρότητος προσνέμειν.
Ῥᾷον κακοῦ γὰρ ἡ καλοῦ μετουσία·
Γνώσῃ δ' ἐκεῖθεν, ὡς ἀληθεύει λόγος.
Κρέας γὰρ εἰ ψαύσειεν ἡγιασμένον
Ποτοῦ, Μιχαίας φησὶν, ἢ βρωτοῦ τινος,
Οὐκ ἄν ποθ' ἁγνίσειεν, οὗ ψαῦσαν τύχοι·
Ἐκ τῶν δ' ἀνάγνων ἁγνὰ κοινωθήσεται.
Ταῦτ' οὖν ὁ θεῖος Παῦλος εὖ πεπεισμένος,
Ἐν οἷς τυποῖ Τιμόθεον ἐξ Ἐπιστολῆς,
Νόμον τίθησι, μὴ προχείρως τὰς χέρας
Ἄγειν ἐπ' ἄλλον, μηδὲ κοινοῦσθαι τρόπον·
Ἀρκεῖν γὰρ ἡμῖν φόρτον οἰκείων κακῶν.

Ἔστω δὲ λουτρὸν, εἰ δοκεῖ, καὶ τοῦτό σοι.
Τίς ἐγγυᾶται τὸν τρόπον, χρόνου δίχα,
Δεικνύντος, ὡς ἔσμηξε καὶ βάθος χάρις,
Ἀλλ' οὐκ ἐπιπολῆς, ὡς βαφή τις ἐκ πόας
Ἡ λαμπρότης, ἧς καὶ τὸ καλὸν ἐκπλυτόν;
Ἔστω δὲ καὶ τοῦθ' ἡ κάθαρσις παντελής·
Ὁ βαθμὸς ἤμειψέν σε· ἄγγελον βλέπω.
Τοῦτ' οὖν ὁ πιστὸς, καὶ σέβων ἐμοὺς νόμους,
Δώσει προθύμως, ἐνδιδοὺς τῷ δόγματι.
Ὁ δ' ἐκτὸς οὐδέν' οἶδε, πλὴν εὐδοξίας,
Ὅρον τίθεσθαι τοῦ καλοῦ τῆς πίστεως·
Ὃς τῶν μὲν αὐτοῦ μηδὲ ἓν λογίζεται,
Τῶν σῶν δὲ πικρὸς ἵσταται κατήγορος·
Πῶς τοῦτον, εἰπὲ, πείσομεν δόξαν λαβεῖν

Judicio justorum ac sapientium episcoporum.
Sed potius futurum arbitror, ut piaculi aliquid trahant,
Quam ut de suo ipsorum splendore impertiant.
Facilior est enim mali communicatio quam boni.
Quam id verum sit, inde cognosces.
806-807 Nam si caro sanctificata tetigerit
Potum, inquit Michæas, aut cibum quemdam,
Nunquam sanctificabit, id quod tetigerit:
At impuris, quæ pura sunt, contaminabuntur.
Hoc igitur divinus Paulus persuasissimum habens,
Inter ea, quibus Timotheum informat in Epistola,
Legem ei præscribit, ne facile manus
Imponat alteri, ejusque moribus contaminetur;
Satis enim esse nobis pondus propriorum malorum.
Sed esto; sit hoc etiam tibi, si voles, lavacrum.
Quis spondeat mores, sine temporis intervallo,
Quod ostendat gratia abstersos ex imo fuisse,
Nec tantum superficiei, veluti iis quæ herbis tinguntur,
Inesse splendorem, cujus pulchritudo facile eluitur?
Sed esto: sit etiam id perfecta expiatio.
Immutavit te gradus: angelum video.
Id igitur fidelis, et qui meas leges colit,
Dabit libenter, præcepto morem gerens.
Extraneus autem nulla re alia, nisi bona fama,
Scit bonum fidei dijudicare:
Qui, cum vitiorum suorum nullum consideret,
Tuorum acerbus est accusator.
Huic, dicito, quomodo suadebimus, ut aliam admittat opinionem,

511 *Ῥᾷον.* Ita carm. præc., vers. 1759.

514 *Μιχαίας.* Non Michææ, sed Aggæi, verba hæc sunt, quod miror non observatum fuisse (*Agg.* II, 13, 14): *Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, et tetigerit de summitate ejus panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nunquid sanctificabuntur? Respondentes sacerdotes dixerunt: Non. Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes et dixerunt: Contaminabitur.*

516 *Ἀγνά.* Coisl. λίαν.

520 *Μηδὲ κοινοῦσθαι. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* (*Tim.* v, 22.)

528 *Ὁ βαθμός.* Coisl. οὐ βαθμός. Gradus ille, episcopalis dignitas est: ἄγγελος autem *angelicæ puritatis hominem* hic significat.

531 *Ὁ δ' ἐκτός*, id est *gentiles et hæretici.*

533 *Ὃς.* Ita Coisl. Edit. ὡς.

METRICA VERSIO.

Justa sophorum præsulum sententia.
Sed hoc futurum credo, quoddam ut sordium
Ipsi magis trahant, suum quam dent jubar.
Serpit etenim malum facilius quam bonum.
Quam vera sint hæc, inde nosces plenius.
Audi Michææ verba: Si quemdam cibum
Purgata, dicit, tangat, aut potum caro,
Non pura reddet illa contactu sui;
At pura polluentur impuris simul.
Hoc divus ergo Paulus apprime sciens,
Inter ea quæ per scripta Timotheum docet,
Vetat, prolata lege, ne cito manum
Imponat, externisque participet malis.
Satis suorum cuique pondus criminum.

Sed esto: tibi sit hoc lavacrum, si velis.
Quæ sponsio morum, absque lapsu temporis
Quod intus ablutos revelet gratia,
Nec, tincta velut herbis, linitos desuper
Splendore, facile cujus eluitur decus.
Sed esto: tibi sit integra expiatio.
Mutatus es gradu: ecce miror angelum.
Illud fidelis, qui meas leges colit,
Dabit libenter, dogmati morem ferens.
Sed qui foris sunt, non, nisi fama bona,
Cognoscere fidei bonæ meritum sciunt,
Qui non videntes propria cæci crimina,
Tuos acerba voce lapsus arguunt.
Qua poterimus talem, precor, sententiam

Digitized by Google

Ἄλλην, παρ' ἣν δεδώκαμεν τῷ πρὶν βίῳ;
Πῶς γλῶσσαν ἐμφράξομεν, ἢ τίσιν λόγοις;
Περιφρονεῖν γὰρ οὐδὲ τοῦτ' ἐμῶν νόμων,
Οἳ πάντοθεν ξέουσιν, ὡς ἅγαλμά τι,
Τὸν προστάτην, ὡς μή τι τοῦ λαοῦ βλάβῃ.
Καὶ τοῦτ' ἀφήσω, τὴν χάριν δόξῃ κρατεῖν.
Πάντες τεθήπασί σ', οὐδ' ὁ μῶμος ἅπτεται.
Εὐθὺς μετ' Ἠλίαν σὺ τῷ σεμνῷ λόγῳ.
Κῶς ὢν ἄπειρος κἀμαθὴς ἄνω κάθῃ
Τῶν ἐκπονουμένων τε καὶ ποθουμένων
Πολλοῖς; τέθηπά γ', εἴγε σοι ποθουμένων.
Τὸ γὰρ φρόνημα οὐδὲ μὲν μαθεῖν ἐᾷ,
Πεῖθον τὰ μὴ προσόντα ῥᾳδίως ἔχειν.

A Ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο· ἀλλ' ἐκεῖνο πῶς φύγῃς,
Ὁμοῦ μαθητὴς καὶ διδάσκαλος δοκεῖν,
Θήγοντα θήγων, ὡς ὀδόντες τῶν συῶν,
Δέον διδάσκειν ἐκμαθόντα τοὺς νόμους·
Τίς ἡ τοσαύτη σύγχυσις τοῦ πράγματος;
Πόθεν τὸ δόγμ' εὔωνον οὕτω γίγνεται;
Πύκτης μὲν οὐδείς, ὅστις οὐ τὸ πρὶν χέρα
Προύβάλλετ', οὐδ' ἐσκέψατ' εὔκαιρον στάσιν.
Οὐδὲ σταδιεὺς μὴ τὼ πόδε προγυμνάσας
Αὐλοὺς δὲ τίς ποτ' εὐφρονῶν αὐθήμερον
Τέτμηκεν, ἐξήσκησεν, ἠγωνίσατο;
Γραφεὺς δὲ τίς ποτ' ἄκρος ἠκούσθη ποτὲ,
Μὴ πολλὰ μίξας χρωμάτων μορφώματα;

Præter eam, quam ei priore vita injecimus?
Quomodo linguam coercebimus, aut quibus verbis.
Hæc omnia aspernari, non meis consonum legibus,
Quæ præsidem undique, veluti simulacrum quoddam,
Expoliunt, ne quid detrimenti populus accipiat.
Sed illud etiam concedam, fama fortiorem esse gratiam.
Mirantur te omnes, nec te Momus quidem audet tangere.
Proximus tu post Eliam, si præclara tua ratiocinatio valeat.
Quomodo ergo superiore in loco sedes, cum inscius et ignarus sis
Eorum quæ elaborantur et exspectantur
A multis? Quæ quidem mirarer, si a te exspectarentur.
Animi enim elatio nec sinit ediscere,
Facile suadens ea te habere quibus cares.
808-809 Sed hoc tibi vitium non est. At illud quomodo effugies,
Ne simul discipulus et magister videaris,
Acuentem acuens, ut suum dentes,
Cum docere deceat, postquam leges didiceris?
Quæ tanta rerum confusio?
Unde adeo viluit doctrina?
Nullus quidem pugil, qui non prius manum
Conseruerit, ac opportunum certamen spectaverit;
Nec cursor in stadio, qui non prius pedes exercuerit.
Quis unquam sanus eodem die tibias
Secuit, adornavit, decertavit?
Quis summus pictor unquam auditus est,
Qui non multas miscuerit colorum species?

538 *Ἐμῶν νόμων*. Ut supra, vers. 529, *σέβων* ἐμοὺς νόμους. Νόμος hic disciplinam et institutum vitæ a Gregorio sibi suisque præscriptum significat; alias et de religione Gregorii, seu vera de sacris sententia accipi possit, Arianorum aliorumque pravis dogmatibus opposita, qui hic extranei, sive οἱ ἐκτός nominantur, ut antea gentiles et Judæi non credentes in Jesum Christum. Toll.

540 *Βλάβῃ*. Ita Coisl. Edit. λάβῃ. *Ne quid habeat de plebe*: nihilominus interpres vertit: *Ne quid sit quod populo detrimentum afferat.*

541 *Τὴν χάριν*. Coisl. σήν.

542 *Σ', οὐδ' ὁ μῶμος*. Ita edit. Coisl. σ', οὐ μῶμος. Qua lectione versus constare nequit. Tollius mallet ἅπτηται, sed deficeret metrum. Benedictini admiserant Coislinianam lectionem, sed male, ratione metri, cum quartus pes habeat spondæum; unde præferenda videtur editorum lectio. Caillau.

547 *Οὐδέ*. Ita Coisl. Edit. male οὐδέν.

549 *Φύγῃς*. Coisl. φύγες.

552 Ἐκμαθόντα. Quippe necesse est, ut prius didicerit, qui alios docturus est.

554 *Δόγμ'*. Sic Coisl. et metrum petit. Edit. δόγμα. Mox εὔωνον. *Tam vili pretio comparari posse putavit.*

556 *Προὐβάλλετ'*. Coisl. προύβαλεν. Mox *στάσιν*. Id est, *opportunam, commodam ad certamen stationem elegerit.*

557 *Σταδιεὺς μὴ τώ*. Ita Coisl. Edit. οὐδὲ σταδιεὺς μήπω τῶ, quod metro repugnat.

558 *Αὐλούς*. Coisl. αὐλοῦ.

METRICA VERSIO.

Mutare, moribus prioribus inditam?
Frenare verbis ora quis tandem modus?
Contemptus hic legi meæ non consonat,
Quæ præsidem, quoddam velut signum, undique
Rite expolit, ne plebs quid accipiat mali.
At cedo: fama fortior sit gratia.
Mirantur omnes te; nec audet tangere
Momus. Statim post Eliam, tibi si fides,
Incedis. Alto qui rudis sedes loco,
Votique multorum et laboris nescius?
Sperata sed mirarer a te talia.
Namque tumor animi nil sinit perdiscere,
Te faciliter tenere suadens, queis cares.

B At non ita est; sed quo modo vitabis hoc
Ne te docentem simul et edoctum geras,
Acuminans acuminantem, uti suum
Dentes, peritum quem deceret tradere
Præcepta. Rerum tanta quæ confusio?
Qui facta tantum vilis est scientia?
Nullus quidem pugil, nisi prius manum
Conserat, et opportuna spectet prælia;
Nec cursor ullus, ni pedes exerceat.
Uno die quis sanus unquam tibias
Secans, adornavit, et agonem contulit?
Quis summus unquam pictor auditus fuit,
Quin plurimum genus colorum misceat?

Digitized by Google

Ἐῤῥητόρευσεν δ', ἢ νόσους τίς ἤλασε,
Πρὸ πλειόνων λόγων τε καὶ νοσημάτων;
Μικροῦ γ' ἂν ἦσαν αἱ τέχναι τιμήματος,
Εἰ τῷ θέλειν ὑπῆρχε τὸ κτᾶσθαι μόνον.
Τὸν δὲ πρόεδρον δεῖ κελευσθῆναι μόνον
Εἶναι καλόν τε κἀγαθὸν παραυτίκα.
Καὶ τοῦτ' ἐκεῖνο· « Πρᾶξίς ἐστιν ἡ φάσις. »
Χριστὸς κελεύει, καὶ κτίσις παρίσταται.
Καὶ τοῦτο σιγῶ. Πῶς δὲ σὺ βλέπων κάτω
Τοῦτον μένοντα τοῦ Θεοῦ παραστάτην,
Ὑψαυχενεῖς τε καὶ θρόνων στέργεις κράτος,
Ἀλλ' οὐχὶ φρίσσεις, οὐδ' ἐπιτρέμεις θρόνοις,
Μὴ βοῦς ἐλαύνῃς κρείσσονας βοηλάτου;
Σκόπει γὰρ οὕτως, εἰ σχολή σοι καὶ βλέπειν.

Quis rhetor exstitit, quis medicus,
Ante plurimas orationes et morbos?
Exigui enim essent artes pretii,
Si tantum volenti adesset possessio.
Antistes vero satis est, ut imperetur
Bonus esse statim ac probus:
Atque illud ipsum est proverbium: « Dictum factum. »
Christus jubet, et astat creata res.
Atque id quidem silebo. Tu vero quomodo videns inferius
Manentem hunc Dei cultorem,
Cervicem attollis, et throni potestatem expetis,
Ac non perhorrescis et contremiscis in throno,
Ne boves agas bubulco meliores?
Sic autem considera, si tibi vel considerandi otium est.
Iste humi cubat et pulvere erosus
Ac carnes tabefecit vigiliis,
Psalmodiisque, et noctes diesque stando,
Et mentis ad Deum ex crassa mole peregrinationibus.
Cur enim sepulcro tota inferatur caro,
Ut vermibus copiosior sit esca,
Quos gignit ac nutrit genitos?
Idem lacrymarum fontibus diluit maculas,
Si qua illi vel exigua e luto hujus vitæ
810-811 Inspersa fuerit, quo quilibet, etiam si sapiens sit, impetitur;
Carniumque notis est signatus honorandis
Exarescentium prece et multis laboribus,
Quibus antiqua me gustatio attrivit
In terram humilem matrem reversum,

562 Ἐῤῥητόρευσεν. Coisl. ἐῤῥητόρησεν.

563 *Πρὸ πλειόνων. Qui non plurimas orationes habuerit, plurimosque morbos curaverit.*

565 *Τὸ κτᾶσθαι μόνον.* Coisl. τῷ κτᾶσθαι μόνῳ, *si sola voluntas ad eas comparandas sufficeret.*

568 *Φάσις.* Male edit. φύσις.

576 *Οὕτως χαμεύνης.* Carpit proterve Gregorium Tollius his verbis: *Non potest*, inquit, *sui oblivisci vir optimus, at nimium φίλαυτος, et hisce quæ commemorare passim non cessat, ut olim Tullius in consulatu suo, partum depulsæ exstinctæque Catilinariæ conjurationis decus, gloriolæ ac jactantiæ instrumentis nimis* ἐπηρμένος.

579 *Ἐκ πάχους. E mole corporis: corpus enim mentem degravat*, ut ait supra lib. I, sect. 2, carm. XXXII, vers. 35:

Νοῦν λεπτὸν ὄγκος ἐκδιώκει γαστέρος.
Mentis subtilitatem obruit crassities ventris.

Ergo omnis sanctorum cura fuit, ut corpus extenuarent. TOLL.

586 *Τύποις δὲ σαρκῶν.* Intelligit Tollius *genuum callum, aut vestigia catenæ ferreæ carni impressa.*

588 *Γεῦσις.* Gustationem pomi in paradiso innuit, unde nobis laborum omnium origo.

589 *Τὴν ταπεινήν.* Ita Coisl. Edit. καὶ τιθηνήν.

METRICA VERSIO.

Quis medicus unquam quisve rhetor exstitit,
Orationes ante vel multas febres?
Artes enim non ponderis magni forent,
Si tibi daretur, modo velis, possessio.
Antistitem vero juberi sufficit
Bonum esse protinus probumque moribus:
Proverbium est hoc: « Fit statim quod dicitur. »
Christus jubet; creata res jam prodiit.
Et id silebo: quomodo sed tu videns
Infra manentem hunc qui colit sancte Deum,
Tollis caput, thronique honores expetis,
Nec contremiscis, nec perhorres in throno,
Ne forte meliores bubulco agas boves.
Rem cerno mecum, si vacat tibi cernere.

Hic cubat humi corrosus atro pulvere,
Carnesque tabefecit insomnis manens,
Canensque psalmos, stansque noctes ac dies,
Et altius molem super crassam volans.
Cur nempe tumulo tota mergatur caro,
Ut copiosior sit esca vermibus,
Quos gignit ipsa putris et genitos alit?
Ille lacrymarum fonte sordes diluit,
Si quas leves habebat aspersas sibi,
Fœdatur omnis ut luto vitæ sophus;
Signatur et notis honestis carnium,
Quæ precibus arent, vel labore sedulo,
Quo me vetus contrivit heu! gustatio,
Terræ reversum matris humiles in sinus,

Digitized by Google

590 Ῥίγει τε, πείνῃ, καὶ στενοῖς ῥακώμασι,
Ποθῶν λαβεῖν ἔνδυμα τὴν ἀφθαρσίαν,
Καὶ γαστρὸς ὕβριν ἐνδεεῖ καθύβρισε
Τροφῇ, τὸ θνήσκειν μνώμενος καθ' ἡμέραν.
Τροφὴν γὰρ οἶδεν ἀγγέλων ἁπλῆν Θεόν.
595 Οὗτος πένης νῦν, ἦ δ' ὅτε ζάπλουτος ἦν·
Ἀλλ' ἐκβολὴν ἔστερξε, καὶ κοῦφος πλέει,
Ῥίψας πένησιν, οὐ βυθῷ, τὸ φορτίον.
Οὗτος φυγὼν πόλεις τε καὶ δήμου κρότους,
Καὶ τὴν ζάλην, ἣ πάντα τὰν μέσῳ στρέφει,
600 Τοῦ νοῦ τὸ κάλλος τῷ Θεῷ συνήρμοσε,
Μόνος τὰ θεῖα καὶ μόνῳ κοινούμενος.
Οὗτος τὸ καλὸν σῶμα (πῶς γὰρ οὐ καλὸν
A Τὸ τῶν ἀρίστων) μαργάροις συνέκλεισε,
Δεσμοῖς σιδηροῖς, λαθρίῳ κοσμήματι,
605 Σφίγξας ἑαυτὸν οὐδὲν ἠδικηκότα,
Ὡς μήποθ' ὑβρίσειεν ὢν ἐλεύθερος,
Καὶ συνδέων αἴσθησιν αὐτῷ τὴν πλάνην.
Τούτῳ τὸ Πνεῦμ' ἔδειξε γράμματος βάθη,
Λῦσαν τὰ πολλῶν ἐσφραγισμένα φρεσί.
610 Τοιαῦτα κάλλη καὶ σύ μοι φράζειν τὰ σά·
Οἶκος, γυνὴ σφριγῶσα, τεκνίων ὄδὸς,
Κτῆσις, κελευσταὶ, πράκτορες, βοαὶ, δίκαι,
Ἅπαντα μεστὰ φροντίδων καὶ πραγμάτων.
Τράπεζα φλεγμαίνουσα τῶν ἀοιδίμων
615 Ταῖς ὀψοποιῶν καὶ κερασμάτων πλοκαῖς,

590 Frigore etiam et fame, atque arctis et laceris vestibus,
Avens immortalitatis indumentum accipere,
Ac ventris petulantiam parco reprimit
Cibo, mortem in memoriam quotidie revocans.
Cibum enim angelorum non alium novit nisi Deum.
595 Hic pauper nunc est : olim autem valde dives erat :
Sed exonerationem amavit, et levis navigat,
Postquam onus pauperibus, non profundo projecit.
Iste fugiens urbes, et populi strepitus,
Atque æstum illum, quo omnia quæ videmus, agitantur,
600 Mentis pulchritudinem Deo affixit,
Solus, et cum solo divina tractans.
Alius præclarum corpus (quomodo enim non præclarum
Id quod optimorum est ?) unionibus conclusit,
Nempe ferreis catenis, occulto ornamento,
605 Se ipse, nullius malefacti reum
Constringens, nequando, si liber sit, insolescat,
Ligansque sensus qui ipsum in errorem impellunt.
Huic spiritus retexit abdita litteræ,
Solvens quæ multorum mentibus obsignata sunt.
610 Talia et tu mihi ornamenta tua edissere :
Domus, uxor lasciviens, natorum institutio,
Possessio, servorum præfecti, exactores, clamores, lites,
Plena omnia curis et negotiis.
Mensa turgescens celeberrimorum
615 Coquorum et temperaturarum artibus,

593 *Μνώμενος*. Ita Coisl. *Mortem in memoriam revocans*. Edit. μιμούμενος, metro repugnante. Interpres inepte : *Quotidie cibum unum petens, nimirum mortem*. Tollius utcunque correxit his verbis :

Et carnis petulantiam inopia contudit cibi,
Quotidie mortem æmulatus abstinentia.

597 *Ῥίψας*. Tacite philosophum Cratetem, vel alium, ut quidam volunt, carpere videtur, qui opes in mare abjecit, demergere illas, quam ab iis se demergi, malle dictitantem. Potuisset enim in egenos multo sapientius illas distribuere. Toll. Vide supra lib. I, sect. 2, carm. XXVII, vers. 236.

600 *Συνήρμοσε*. Coisl. προσήρμοσε.

604 *Δεσμοῖς σιδηροῖς*. *Tantum religio potuit suadere malorum*. Ita Tollius, qui nihilominus paulo supra fatetur omnem sanctorum curam fuisse ut corpus extenuarent.

607 *Αἴσθησιν αὐτῷ*. Ita Coisl. Edit. αἴσθησιν αὐτῶν. Tollius vult legendum αἰσθήσεων αὐτοῦ πλάνην. Nec male.

608 *Ἔδειξε*. Sic legendum videtur cum interprete pro ἔτηξε. Nec displicet Tollio, qui sequentia nihilominus ita corrigit : ἔδειξε γραμμάτων βάθη λύσαντι πολλῶν ἐσφραγισμένα φρεσί. Ultima in ἐσφραγισμένα producta ob sequentes consonantes. Quod si cui τὸ ἔτηξε magis arriserit, pro τούτῳ τοῦτον reponendum erit. Ita Toll., qui textum tantopere non immutasset, si legisset in cod. Coisl. versu sequenti λύσαν τά, pro λύσαντα, ut in editis.

614 *Τράπεζα*. Coisl. τραπέζουσα. Mox *ἀοιδίμων* pro ἐδωδίμων, et quidem bene propter sensum.

METRICA VERSIO.

Frigore, fame, scissis et arctis vestibus,
Æternitatis tunicam avens assumere,
Parcoque compescit proterviam cibo
Ventris, sepulcri nempe quotidie memor.
Escam angelorum novit unice Deum.
Hic pauper hodie; ditior quondam fuit.
Sed levis, amans projectionem, navigat,
In pauperes, non in mare, emittens onus.
Urbes hic et plebis refugiens murmura,
Æstumque cuncta qui movet terrestria,
Dotes venustas mentis applicuit Deo
Solus, supernis usque cum solo vacans.
Pulchrum ille corpus (nempe cur non pulchrum erit
B Quod optimorum est?) strinxit unionibus,
Ferri catenis, abditis ornatibus,
Se criminis nullius innectens reum,
Ne quando liber, insolenter se gerat,
Et deviantes sensuum cursus ligans.
Huic spiritus retexit abdita litteræ,
Occulta solvens plurimorum mentibus.
Ostende tales tu mihi ornatus tuos.
Domus, proterva sponsa, natorum viæ,
Opes, duces, tributa, voces, jurgia,
Curis repleta cuncta vel negotiis.
Mensa pretiosis usque turgescens cibis,
Necnon coquorum temperatis artibus,

Digitized by Google

Γῆς καὶ θαλάσσης καρποφορούντων ἐντέροις
(Ἐξ ὧν ὁ νοῦς βαπτίζετ', οὐδ' ἔχει πλάτος),
Μύροις, γέλωσι, ψαλμάτων συνουλίαις,
Οἷς κυμβάλων δεῖ καὶ ποδὸς ψοφημάτων.
Ἄλλοι δὲ λύσσης ἔμπλεοι τῆς συμφύτου,
Νοσοῦντες, οἰδαίνοντες, ἐστιλβωμένοι
Γυναιξὶν, ἄρτι νυμφίοι, τὸ μέτριον,
Οὕτω λύσαντες παστάδας γαμηλίους,
Ἢ καὶ πόθοις συζῶντες ἀζύγοις ἔτι,
Πρὶν καὶ παρειὰν, ἀνδρικῷ κοσμήματι,
Θριξὶν καλύψαι, παντελῶς ἀρτίχνοοι,
Νέοι τὸ σῶμα, τὸν τρόπον νεώτεροι,
Ἢ καὶ παλαιῶν ἡμερῶν, πλήρεις κακῶν·
Ἔπειτ' ἀσάρκων εἰσὶ τέκνων προστάται,
Ἃ πνεῦμα τίκτει σαρκὸς ἐξενωμένον.

Τιμᾷν πάθη μαθόντες, οἷς πεπόνθασι,
Συνήγοροι σφῶν ἐν κακοῖς ἀλλοτρίοις.
Διδόντες, ὥσπερ λαμβάνουσ', ἐξουσίαν.
Οὗτοι μὲν οὕτως· καὶ τάχ' ἂν καὶ βελτίους
Αὐτῶν γενόμενοι, κωλύονται τοῖς θρόνοις.
Τὸ γὰρ κρατεῖν τὸν ἄφρονα ποιεῖ χείρονα.
Ὁ δ' ἐγκρατὴς ἔστηκεν ἠτιμωμένος,
Κάτω νενευκὼς, πρὸς Θεὸν μόνον βλέπων,
Στέργων μαθητοῦ χώραν, οὗ μηδ' ἄξιος
Ἴσως μαθητὴς, οὗτος ὁ νῦν διδάσκαλος.
Εἴπερ τὸ κρατεῖν οὐ τόπῳ γνωρίζεται.
Τοιαῦτ' ἐν ἡμῖν ἰσχύειν τὸν βάσκανον!
Οὕτω σοφίζετ' εὐστόχοις πονηρίαις,
Ὅταν δῆμόν τιν', ἢ πόλιν πλῆξαι θέλῃ.
Πρὸς οἷς ἑκάστου πειρᾶται, καὶ σύντομον

Quæ maris et terræ fructus intestinis afferunt
(Quibus mens ita demergitur, ut explicandi se spatium non habeat);
Unguenta, risus, cantilenarum concentus,
Qui cymbala et pedum strepitus requirunt.
Alii insito libidinis œstro pleni,
812-813 Morbo hoc laborantes, turgentes, renidentes
Mulieribus, recens sponsi, ut moderate loquar,
Nondum apertis thalamis nuptialibus,
Vel etiam cum suis innuptis amoribus adhuc degentes,
Priusquam genæ, virili ornamento,
Pilis vestitæ sint, in prima prorsus lanugine,
Corpore juvenes, sed magis moribus,
Vel etiam antiquis diebus pleni, sed malis;
Postea filiorum non carnalium præsides fiunt,
Quos spiritus expers carnis parit.
Honorare discunt pravas affectiones, ex his quas experti sunt,
Sui ipsorum in alienis malis patroni,
Licentiam dantes ac vicissim accipientes.
Atque ita quidem illi : quanquam forte meliores
Fierent, sed obstant throni.
Insipientem enim potestas ellicit deteriorem.
Qui vero continentia præditus est, permanet honoris expers,
Oculis in terram defixis, solum Deum respiciens,
Amans discipuli locum, cujus ne dignus quidem
Est discipulus iste, qui nunc magister est.
Siquidem potestas loco non dijudicatur.
Tantum apud nos posse invidum!
Sic insidiatur apte structis nequitiis,
Cum populum aliquem, aut urbem vult percutere.
Præter eas tentationes, quas cuique infert, compendiariam

620 Ἄλλοι. Ita Coisl. Edit. ἄλλαι.

621 Οἰδαίνοντες. Coisl. οὐδὲν ἔοντες. Interpres videtur ita legisse, qui jungens οὐδέν cum νοσοῦντες, vertit : *Morbo nullo laborantes.*

628 Ἢ καὶ παλαιῶν. Tollio videtur obscurior Leuvenclaii versio, et ipse reddit : *Quin potius nequitia senes, scelerum pleni.*

631 Τιμᾷν πάθη. Divus Hieronym. *adversus Joannem Hierosolymitanum : Natura hominum prona est ad clementiam; et in alieno peccato sui quisque miseretur.* Toll.

634 Οὕτως. Coisl. οὕτω.

642 Τὸν βάσκαναν. *Diabolum.*

METRICA VERSIO.

Quos terra fructus, vel fretum stomacho ferunt
(Queis mergitur mens, nec locum motus habet);
Unguenta, risus, cantilenarum soni,
Qui cymbala, strepitusque deposcunt pedum.
Libidinis alii calentes ignibus,
Ægri, atque turgidi, nitentes feminis,
Sponsi recentes, ut loquens teneam modum,
Nondum reclusa nuptiali janua,
Adhuc vel innuptis amoribus dati,
Prius decore quam virili sint genæ
Pilisque vestitæ, nova lanugine,
Corpore quidem, sed moribus juvenes magis,
Annis vel antiquis repleti, sed malis.
Non carne natis deinde præsunt filiis,
Quos carnis expers spiritus vitæ parit.

Quæ prava sunt passi, colenda compulant,
Patrocinantes sibi malis in exteris,
Licentiam dantes, ut accipiant datam.
Tales quidem illi; forte sed puri magis
Evaderent, ni splendor obstaret throni.
Nam pejor insanus fit ex potentia.
Honoris expers sed continens permanet,
Fixis humi oculis, nil videns præter Deum,
Discipuli amans locum, videtur cui minor
Discipulus ille, qui magistrum se gerit :
Siquidem potestas non loco cognoscitur.
Ergone malignus tanta nos inter potest!
Sic perfidis dolos struit versutiis,
Cum præparat plebem vel urbem perdere.
Non quemque solum tentat, at brevem magis

Digitized by Google

Νόμον δίδωσι πονηρίας τὸν προστάτην·
Ἔπειτα χαλκὸς χρυσὸν ἠμφιεσμένος,
Ἢ καὶ χαμαιλέοντος ἔκστασις χρόας,
Πώγων, κατηφὲς ἦθος, αὐχένος κλάσις,
Φωνὴ βραχεῖα, πιστὸς ἐσκευασμένος,
Νωθρὸν βάδισμα, πάχτα, πλὴν φρενὸς, σοφὸς,
Τὸ πρῶτον ἐν πρώτοις τε τῶν νυνὶ καλῶν,
Ἐφοὺδ τὸ σεπτὸν, ἢ Σαμουὴλ διπλοῖς,
Σκίμπους ταπεινὸς, οὐδ' ὅλως δεσμούμενος,
Τὰ πρὸς κάρηνον παρθένων κοσμήματι
Λίνῳ περισφίγγων τε καὶ σακκούμενος,
Τὰ πρόσθεν εὐχῆς σύμβολα προκείμενα.

A Πῶς μή τι ῥήξω ῥῆμα τῶν ἐμοὶ ξένων;
Οὐκ ἂν δυναίμην μή τι καὶ θυμοῦ φέρειν
Κύδευμ'. Ἐπίσχες, ἢ τρυφὴν, ἢ τὰς τρίχας.
Τί καὶ τὰ μὴ σὰ, καὶ τὰ σὰ ζητεῖς ἔχειν;
Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.
Χωρὶς τὰ Μερρᾶς καὶ Σιλωὰμ ῥεύματα.
Τὰ μὲν γὰρ οὐδὲ γευστά· τῶν δὲ καὶ νόσοι
Ἡττῶντο πρῶτον ἀγγέλῳ κινουμένων.
Διπλοῦν φυτεύεις ἀμπελῶνα, δισσὰ δὲ
Σπείρεις· τὸ δ' ἔνδυμ' ἐκ δυοῖν ὑφασμένον·
Τὰ δ' οὐχ ὁμοζυγοῦντα συζυγῇ τίθεις.
Ἀπηγόρευτο δ', εἴπερ οἶσθα, τῷ νόμῳ

Legem nequitiæ instituit præsulem :
Tum vero æs auro vestitum,
Aut coloris, ad exemplum chamæleonis, mutatio,
Barba, vultus subtristis, colli inflexio,
Tenuis vox, fidelis fabrefactus,
Lentus incessus, in omnibus, præter mentem, sapiens,
Quod quidem primum est inter prima hujus sæculi pulchra;
Venerandum ephod, et Samuelis diploïs,
Lectus humilis, neque omnino revinctus,
Caput virginum ornamento
Lineo constringens, et in morem sacci componens,
814-815 A fronte orationis indicia præferens.
Quo pacto non proferam verbum aliquod, mihi alioqui insolens?
Haud equidem possim, nedum iræ ferre
Ludibrium. Aut abstine ab his deliciis, aut capillos exue.
Cur et quæ tua non sunt, et quæ tua habere quæris?
Separati Mysorum et Phrygum fines.
Separata Merræ et Siloæ fluenta.
Illa enim non gustanda : ista vero etiam morbos
Vincebant ab angelo prius mota.
Duplicem plantas vineam, duplicia
Seminas; indumentum tuum ex duobus est contextum :
Quæ copulanda non sunt, uni jugo submittis.
Erat interdictum, si nosti, a lege,

649 *Πώγων*. Non pictor elegantius hypocritam descripserit. Toll.

650 *Πιστός*. Putat Tollius hic aliquid latere vitii. Series enim efficti ad severitatem exterioris habitus aliud quid requirit. Forte χιτὼν ἐσκευασμένος, sed deficeret metrum.

652 *Τὸ πρῶτον*. *Quod quidem*, id est, *quæ sapientia*. Tollius putat hunc versum ad sequentem potius referendum, quam ad antecedentem vocem sapientiæ, et ideo sic vertit : *Quodque in his, quæ nunc pulchra habentur, primum est, ephod venerandum*, id est, episcopalis dignitatis insignia, quæ nunc omnium animis oculisque pulcherrima rerum videntur.

654 *Σκίμπους*. Int. *Scipionem*, minus recte : melius, *lectus*, vel *sella humilis*.

655 *Κοσμήματι*. Coisl. κοσμήματα. Tollius retinet κοσμήματι.

656 *Λίνῳ*. Coisl. *αἰνῶς*, et sic videtur legisse interpres : *Valde constringens*. Toll. λίνῳ, a λινοῦς, estque lineum reticulum, quo virgines capillos colligebant.

657 *Τὰ πρόσθεν*. *Exterius precationis signa omnibus proposita*.

658 *Πῶς μή τι ῥήξω ῥῆμα*. Sic carm. seq., vers. 19.

660 *Ἢ τρυφήν*. Τρυφὴ hic Tollio fictam illam modestiæ speciem, vel etiam nigram tunicam significare videtur, cui Maximus, quem hic tacite perstringi prolixioribus liquet e capillis, ἐνδιεθρύπτετο. Non enim coma istius modi philosopho conveniebat Christiano : unde et carm. præc. ea ipsi ablata dicitur, cum ad sedem Constantinopolitanam aspiraret. Vide infra, vers. 686.

662 *Χωρὶς τά*. Frequens hujusce adagii usus apud Gregorium.

665 *Τὰ Μερρᾶς*. Mara fons aquæ amaræ, Exod. xv, 23.

666 *Διπλοῦν*. Vide Deut. xxii.

METRICA VERSIO.

Nequitiæ legem statuit antistitem.
Tunc apparenti æs fulget auro mentiens,
Vel et chamæleontis incertus color;
Tunc barba, tristis vultus, inflexum caput,
Submissa vox, fidelis arte conditus,
Pes lentus, animum præter omnino sophus,
Primum quod inter prima nunc fulget bona :
Ephod verendum, sacra Samuelis toga,
Humilis nec omni parte vestitus torus;
Lino coronans virginum frontem levi,
Rudisque sacci more componens caput,
Precationis signa vultu præferens.

B Qui non loquar verbum, insolens quanquam mihi?
Nec ista possum ferre, nec ludibrium
Iræ. Voluptatem repellas aut comam.
Cur vis habere quod tuum, et quod non tuum?
Sunt limites Phrygum atque Mysorum procul;
Fluenta Merræ vel Siloæ differunt.
Non hæc quidem gustanda; sed motis prius
Istis ab angelo recedebat dolor.
Vineam seris tu duplicem; duplex jacis
Semen : duobus tunica conflatur tua.
Non copulanda subligas uni jugo.
A lege, quæ mores abhorret duplices,

Digitized by Google

Τὸ πλεκτὸν, ἐκκλίναντι τὸν δισσὸν τρόπον
Ἄλλος γυναικῶν κόσμος, ἄλλος ἀῤῥένων.
Ἄλλο κολοιῶν ὕψος, ἄλλο δ' αἰετῶν·
Αἰσχρὸν μεγάλων μίμησις ἐν μικροῖς λίαν·
Μικροπρεπὲς γάρ. Οἱ Φαραὼ φαρμακοὶ
Σαφῶς σε πειθέτωσαν ἱστορούμενοι.
Ἀλλ' εἴ τις εἶναι τῶν σοφῶν ἐσπούδακας,
Μή μοι μόνην τὴν ῥάβδον εἰς ὄφιν τρέπειν·
Ζητῶ τὰ πάντα, κ' εἶναι τὸν μέγαν Ἀαρών·
Εἰ δ' ἐντέταξαι σὺν μάγοις Αἰγυπτίων,
Εἰ καλὸν, ἐξάσκησον εὐθέως ὅλον·
Οὐδεὶς φθόνος σοι τῆς καλῆς μιμήσεως·
Εἰ φαῦλον, ἐκτὸς στῆθι· φεῖσαι τῶν ἐμῶν·
Ἐμὸν γὰρ ἴσθι, κἂν ὑποκρίνῃ σοφῶς.

A Ἀποστερεῖς με καὶ σὺ τὴν μίαν ἀμνάδα.
Μοιχεύεται τὸ σχῆμα. Τίς Νάθαν φράσει;
Ῥῆξω τὸ φαιὸν προσδραμὼν χιτώνιον,
Εἴ που λαβοίμην· καὶ γὰρ ἐν τούτοις ποτὲ
Τρυφᾶτε, ὥσπερ βρωμάτων ἐν χείροσιν,
Ὅταν πάθητε πλησμονὴν ἐν τιμίοις.
Ῥῆξόν τι καὶ σὺ τῶν ἐμῶν, ἂν τοῦ λάβῃ
Τῶν μαλθακωτέρων τε καὶ νόθων ἐμοί.
Τούτων τί ἂν γένοιτο ἐνδικώτερον;
Ἔστω Λάβαν τὰ λευκά· τἀπίσημα δὲ
Τοῦ πολλὰ μοχθήσαντός ἐστι ποιμένος,
Νυξὶν παγέντος, ἡλίῳ κεκαυμένου.
Αἰσχρῶν μὲν οὖν αἴσχιστον ἡ τρόπου πλάσις·
Ὅμως φύλασσε, καί μ' ἐπαινέτην ἔχεις.

670 Id quod duplex est, duplicem animum aversante.
Alius ornatus mulierum, alius virorum.
Alia graculorum sublimitas, alia aquilarum :
Turpis est magnorum in valde parvis imitatio.
Id enim indecorum est ; atque id tibi Pharaonis venefici
675 Clare persuadebunt, si illorum historiam noveris.
Si inter sapientes numerari studes,
Ne mihi solam virgam in serpentem vertas ;
Quæro omnia, atque ut in omnibus magnus sis Aaron ;
Si vero magis Ægyptiis ascriptus es,
680 Totum protinus exsequere, si id præclarum est ;
Nullam subibis invidiam ob eximiam imitationem :
Sin autem malum, foris sta ; his quæ mea sunt, parce ;
Meum enim esse scias, etiamsi solerter imitaveris.
Spolias me tu unica ove.
685 Vestis adulteratur. Quis Nathan arguet?
Accurrens dilacerabo nigrum indumentum,
Si vos apprehendam : nam et hæc vobis interdum
In deliciis sunt, velut viliores cibi,
Cum vos cepit chariorum satietas.
690 Mea et tu lacera, si quid arripias
Quod mollius sit, ac mihi spurium.
His quid esse possit æquius ?
816-817 Habeat Laban quæ alba sunt ; sint autem maculosa
Illius pastoris, qui multos labores exantlavit,
695 Ac nocte obriguit, et per diem sole adustus est.
Turpium quidem turpissimum est, morum simulatio ;
Sed tamen id custodi, et me laudatorem habebis.

670 *Τὸν δισσὸν τρόπον.* Coisl. τῶν διστῶν.

672 *Αἰετῶν.* Coisl. ἀετῶν. Sic infra carm. XXXIX *in suos versus*, vers. 103.

673 *Αἰσχρόν. Sic et inops, potentem dum vult imitari perit* : apud Phædrum lib. I, De rana bovis imitari magnitudinem cupiente Toll.

679 *Σὺν μάγοις.* Coisl. τοῖς μεγάλοις.

682 *Ἐκτὸς στῆθι. Extra cancellos consiste*, id est, *ne tibi episcopalem dignitatem arroges.* Ibid. *φεῖσαι τῶν ἐμῶν*, id est, ἔρκεος ἡμετέροιο. Vide carm. seq., vers. 11, ubi de cancellis his ab impudentibus hominibus, passim sacram sedem invadentibus, perruptis ac violatis fusius agit. Toll.

688 *Ἐν.* Coisl. τοῖς.

694 *Ποιμένος. Jacob.* Gen. XXXI, 40.

696 *Αἰσχρῶν.* Inter turpia turpissimum est morum simulatio ; *hypocrisis malorum pessima.* Vide Juven. *in impudicos philosophos.* Toll.

697 *Ὅμως φύλασσε.* Scilicet τὴν τρόπου πλάσιν. *Persiste in illa simulatione, ut si non caste, saltem caute.*

METRICA VERSIO.

Nosti, duplex est quidquid interdicitur.
Alter virorum cultus, alter feminæ ;
Alter aquilæ volatus, alter graculi.
Quod grande, valde parva fingunt turpiter.
Hoc nempe non decet ; probabunt hoc Magi
Pharaonis illustres sacris annalibus.
Quod si reponi tu studes inter sophos,
Mutare solum virgam in anguem ne velis ;
Ut magnus in cunctis Aaron sis, peto :
Si cum magis locum tenes Ægyptiis,
Exsequere totum protinus, si sit bonum ;
Nullus imitantem pulchra carpet invidus.
Recede, si malum, foras. Parcas meis :
Sunt namque mea, licet dolose finxeris ;

B Me pauperem unica malus spolias ove.
Adulteratur vestis. Hoc quis arguet
Nathan ? Nigrum accurrens secabo pallium,
Si vos prehendam ; namque vos hæc sæpius
Gustatis ultro, viliores ut cibos,
Cum chariorum vos saturitas ceperit.
Discerpe quod meum est, fortasse mollius
Inveneris si quid mihique spurium.
Istis enim quid esse possit æquius?
Habeat Laban candida ; pecus sit discolor
Pastoris anxios labores qui tulit,
Radiis adustus solis, et noctis gelu.
Nam turpium est turpissimum, simulatio
Morum : tene id tamen ; tuique præco sum.

Digitized by Google

Νῦν δ' οἷόν ἐστι τοῦτο, καὶ τῷ προσφερές;
Ἆρ' ἔστι καὶ παῖξαί τι τερπνῷ πλάσματι
Σπουδῆς μεταξύ· καὶ γέλως ἐν δακρύοις.
Γαλῆν καθίζει μῦθος εἴσω παστάδος·
Νύμφῃ γὰρ εἶχε, νυμφικῶς ἐσταλμένη·
Ἔδνα, κρότοι, γέλωτες, ἦν λαμπρὸς γάμος.
Ἡ δ' ὡς ἴδεν μῦν διατρέχοντ' ἐν τῷ μέσῳ,
Νύμφη μὲν ἦν, γαλῆ δέ· τῷ φανέντι γὰρ
Ἐπιδραμοῦσα δεῖπνον εἶχεν, οὐ γάμον.
Τοιοῦτός ἐστι πᾶς νόθος διδάσκαλος.
Τὸ γὰρ πεφυκὸς οὐ ταχέως μεθίσταται.
Ἀλλ' εὔστροφός τις οὗτος ἐν τοῖς πράγμασιν,
Ὃν οὐκ ἐπαινεῖς, ἐντελής τε προστάτης

A Τρίβων παλαιῶν καὶ νέων κινημάτων·
Ὁ δ' εὐσεβὴς μέν, χρήσιμος δ' αὑτῷ μόνῳ.
Τίς ταῦτά φησιν; ὡς λίαν κακότροπος!
Οὐδεὶς γάρ ἐστιν, ὅστις αὑτῷ ζῇ μόνῳ,
Οὔτ' οὖν καλῶν τις, οὔτε μὴν τῶν χειρόνων.
Ἀλλ' ὥσπερ οὗτος, οὗ τύχοι σπάσας, ἀὴρ
Εὐωδίας μετέσχεν, ἢ δυσωδίας,
Οὕτω τάχιστα τοῖς πέλας ποιούμεθα,
Καλοῖς μὲν ἧττον, τοῖς κακοῖς δὲ καὶ λίαν.
Μᾶλλον γὰρ εὐμίμητον ἡ πονηρία.
Εἰ δ' οὗτος ἡμῖν καὶ πρόεδρος ὢν τύχοι,
Εἰ μὲν κάκιστος καὶ πονηρίας πλέως,
Τοῦτ' ἔσθ' ὃ καὶ νῦν, ῥάμνον ἄρχειν τῶν ξύλων·

Nunc autem quale illud est, et cui simile?
Licet profecto jucunda quadam fabella ludere
Etiam in re seria: locus est risui in lacrymis.
Felem collocat fabula in thalamo nuptiali.
Erat enim sponsæ similis, et, instar sponsæ, ornata:
Aderant munera sponsalia, plausus, risus; splendidæ erant nuptiæ.
Illa autem, ut vidit murem transcurrentem in medium,
Sponsa quidem erat, sed felis. Nam in conspectum
Murem irruens, cœnam habuit, non nuptias.
Talis est spurius quisque doctor.
Quod enim natura insitum est, non facile mutatur.
At iste, quem non laudas, mira est in negotiis
Agilitate, absolutissimusque præses
Viarum antiquarum, et recentium motuum.
Alter autem pius quidem est, sed sibi utilis soli.
Quis hæc ait? quam is est improbus!
Nam nemo est, qui sibi soli vivat,
Sive ex bonorum sit numero, sive ex malorum.
Sed quemadmodum aer iste, quidquid traxerit,
Illius fragrantiæ fit, aut fetoris particeps,
Sic celerrime exemplis proximorum fingimur,
Bonorum quidem minus, at malorum ut plurimum.
Facilius enim imitabilis nequitia.
Quod si is nobis antistes fuerit,
Qui pessimus sit et nequitiæ plenus,
Id nunc etiam fieri videmus, ut rhamnus lignis imperet;

699 *Ἆρ' ἔστι.* Sic supra lib. I, sect. 2, carm. VIII, vers. 232, etc.

702 *Νύμφῃ γὰρ εἶχε.* Sic legendum videtur. Edit. εἶχε, et Coisl. νύμφην.

708 *Τὸ γὰρ πεφυκός.*

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.
HORAT. *Epist.* I, X, 24.

710 *Ἐντελής. Omnibus numeris absolutus.* Coisl. ἐντολῆς. Ita legit Leuvenclaius, *legis antistes.*

711 *Τρίβων παλαιῶν. Viarum antiquarum;* id est, novit hic artes animos tractandi, prout hoc vel illo modo moventur, tam veterum, seu Catholicorum, quam novorum, id est hæreticorum, Arianorum et Apollinaristarum, qui recentiores sunt: sic infra, vers. 759. TOLL.

712 *Ὁ δ' εὐσεβὴς μέν.* Scilicet Gregorius noster quem ut nimis præfractum et severum ferre non poterant. TOLL.

716 *Ἀλλ' ὥσπερ οὗτος.* Vide tom. I, pag. 17.

718 *Οὕτω τάχιστα.* Τὸ ποιούμεθα a ποιόω hic derivatur, id est, *eadem qualitate imbuo, similem reddo, efformo, effingo.* In primis hoc in aere locum obtinet. TOLL.

720 *Μᾶλλον γάρ.* Sic et supra vers. 511, et lib. I, sect. 2, carm. II, vers. 123, etc.

721 *Τύχοι.* Coisl. τύχοις.

723 *Ῥάμνον.* Alludit Gregorius ad illud Jud. IX, 15: *Egrediatur ignis de rhamno, et devoret cedros Libani.*

METRICA VERSIO.

Hoc quale nunc est, quæve comparatio?
In seriis hic fabulam gratam licet
Miscere: risui vel in lacrymis locus.
In nuptialem ponitur ficte torum
Sponsæ figuram felis et cultum gerens;
Plausus, cachinni, dona; splendent nuptiæ.
Currente vero mure forsan per domum,
Uxor quidem, sed felis, in prædam statim
Insilit, habetque prandium, non nuptias.
Talis videtur quisque doctor spurius.
Mutatur ægre quidquid innatum viget.
At iste quem non prædicas, negotiis
Versatur agilis, et peritus dirigit

B Motus vetustos, et novas præses vias.
Est sanctus alter, at sibi soli utilis.
Quis ista dicit? Quam malus! quam perfidus!
Non est enim, qui vivat unice sibi,
Sit vel bonos inter, vel inter improbos.
Sed sicut aer iste, quidquid traxerit,
Fetoris aut fragrantiæ fit particeps,
Sic proximorum moribus cito fingimur,
Bonis quidem minus, malis ut plurimum.
Ad instar etenim flectimur noxæ magis.
Si talis imponatur antistes gregi,
Qui sit piaculis repletus pessimis,
Est cæteras rhamnus gubernans arbores;

Digitized by Google

Εἰ δὲ κράτιστος, αὖθις ἐν στύλῳ πυρὸς
Ἡγουμένῳ πορεύετ' Ἰσραὴλ μέγας
Πρὸς ἣν ἅπαντες σπεύδομεν γῆν ἐλπίδος,
Κἂν μὴ κυκλῶν τις, μηδ' ἀγοραῖος ὢν τύχοι,
Πρωτεὺς σοφιστὴς εἰς κλοπὰς μορφωμάτων,
Ἢ καὶ Μελάμπους, ἤ τις ἄλλος ἄστατος,
Πᾶσιν τὰ πάντα ῥᾳδίως τυπούμενος,
Πρὸς τὴν ἁπάντων ἀθρόαν καταστροφήν.
Πῶς οὖν ἄχρηστον, εἰπέ μοι, τοῦτον καλεῖς,
Πρὸς ὃν βλέποντες βελτίους γενοίμεθ' ἄν;
Ἢ πῶς ἄριστον προστάτην καὶ δεξιὸν,
Πρὸς ὃν βλέπων σὺ, τοὺς ἐμοὺς διαπτύεις;
Τό τοι περιττὸν καὶ πρόσαντες τοῖς σοφοῖς·

A Τὸ δ' εὐγενὲς μάλιστα πιθανώτατον.
Ἐκεῖνος εἶης, ὥς σου φρὴν, οὗτος δ' ἐγώ.
Ἦ καὶ γραφέων ἄριστος οὗτός σοι δοκεῖ,
Οὐχ ὃς γράφει κινούμεν' ἁπλοῖς χρώμασι,
Ζεῦξίς τις, ἢ Πολύκλειτος, ἤ τις Εὐφράνωρ,
Ἀλλ' ὃς μὲν ἀνθηραῖς τε καὶ παντασκίοις
Βαφαῖς ἄμορφα σώματ' ἐξεργάζεται,
Ὧν Καλλίμαχος, καὶ Κάλαϊς ἦστην, ὡς δοκῶ,
Μόγις γράφοντες εἰκόνας τῶν εἰκόνων;
Τοιοῦτός ἐστι πᾶς ἀνὴρ πολύτροπος.
Ταῦτ' οὖν ὁρῶν ἔκαμνες εὑρεῖν ποιμένα.
Ὡς μικρὸν ἐσπούδακας! ἐγκαλύπτομαι.
Ὥσπερ λογιστὴν ἐσκόπεις τὸν προστάτην.

Quod si optimus, rursus columna ignis
Præeunte, magnus Israel proficiscitur,
Ad quam omnes properamus terram spei,
Quamvis non sit in circulis et in foro multum versatus,
Proteus sophista ad furtivas formarum mutationes,
818-819 Aut etiam Melampus, aut alius instabilis,
Facile se ad omnes formas effingens,
Quæcunque evenerit subita rerum mutatio.
Quomodo ergo, dic mihi, inutilem illum vocas,
In quem intuentes erimus meliores?
Aut quomodo optimum et gnavum antistitem,
Ad quem tu respiciens, meos despuis?
Nimia profecto garrulitas odiosa est sapientibus;
Ingenua autem oratio ad persuadendum apposita.
Sis ille tu, ut tuus fert animus, ego hic ero.
An pictorum tibi præstantissimus ille videtur,
Non qui viva pingit simplicibus coloribus,
Ut Zeuxis quidam, aut Polycletus, aut Euphranor,
Sed qui floridis et nusquam umbrosis
Coloribus informia exprimit corpora,
Quales Callimachus et Calais fuere, ut mihi quidem videtur,
Qui vix imagines imaginum efficiebant?
Talis est omnis homo versutus.
Hæc si considerares, in inveniendo antistite laborem susciperes.
At quam parum laborasti! erubesco.
Veluti ratiocinatorem esse antistitem existimares.

727 *Κυκλῶν*. Sic Coisl. et Leuvenclaius, probatque Tollius. Edit. κυκῶν, *turbulentus*.

729 *Μελάμπους*. Qui et ipse in varias se figuras mutare noverat, ut in fabulis est. Toll.

730 *Πᾶσιν τὰ πάντα*. Ita carm. præced., vers. 710.

736 *Τό τοι*. Coisl. τί τοι. *Quid? Num nimia garrulitas, quæ sapientibus est odiosa, an vero ingenua oratio ad persuadendum magis idonea tibi videtur?* Vide infra, vers. 765, etc. Toll.

738 *Σοῦ φρήν*. Coisl. σύ. Suspicatur et quidem recte Tollius legendum ἐκεῖνος εἴη, ὡς σὺ φῇς, *sit ille qualem eum prædicas*.

742 *Παντασκίοις*. *Apricis coloribus*. Leuv.

743 *Ἄμορφα*. *Anima carentia*, quæ corporis forma est et vita, qua destituuntur εἰκόνες τῶν εἰκόνων. Toll. Coisl. ἀμόρφωτα σώματ' ἐργάζεται.

744 *Καλλίμαχος*. Vide, si vis, Plinium in *Historia naturali*, ubi fuse de pictoribus tractat et disserit.

746 *Πολύτροπος*. Protei instar mutabilis, nunquam idem, chamæleon passim colores mutans, ut paulo ante dixit. Toll.

748 *Ἐγκαλύπτομαι*. Quod solebant ii facere qui pudore afficiebantur. Toll.

749 *Ὥσπερ λογιστήν*. Id est, *qui tantum curam gereret redituum Ecclesiæ* : cujusmodi homines astutos et vafros esse oportet, ut supra, vers. 709, εὐστρόφους ἐν τοῖς πράγμασιν.

METRICA VERSIO.

Sed si bonus adest, rursus ad lucem novæ
Ignis columnæ, vadit ingens Israel,
Ad quam citati pergimus terram spei,
Licet in foro vel circulis non sit frequens,
Proteus sophista formam ad omnem mobilis,
Melampus alter, alter aut instabilis,
Mutatus alternas figuras induens,
Cum subita rerum venerit conversio.
Qui, dic mihi, virum voces inutilem,
Quo quisque viso fit statim præstantior?
Gnarumve dicis optimumque præsulem,
Quem tu videns, repente nostros despuis?
Nam nimia displicet loquacitas sopho,

B Simplex sed est loquela suadendi potens.
Hunc esse contendo, ille sis tu, si velis,
An tibi videtur esse pictor inclytus,
Non qui colore viva pingit simplici,
Polycletus, aut Euphranor, aut Zeuxis novus;
Qui floridis vero, nec umbrosis quidem
Informe corpus exprimit coloribus,
Callimachus alter et Calais, ut sentio,
Qui vix imagines dabant imaginum?
Talis profecto qui ibet vir callidus.
Hæc cogitans, labore multo quæreres
Antistitem. Sed proh pudor! Quæ tarditas!
Ratiocinatorem esse credis præsulem,

Digitized by Google

750 Κόπρων μέλει σοι, μειζόνων δ' ἐμοὶ λόγος.
Ἓν ἔστω τοῦδ' ἔργον ἱερέως, καὶ μόνον,
Ψυχὰς καθαίρειν ἐν βίῳ τε καὶ λόγῳ,
Ἄνω φέροντα ἐνθέοις κινήμασι,
Γαληνὸν, ὑψίνουν τε, τὰς θείας μόνας
755 Ἀκηλιδώτους ἐμφάσεις τυπούμενον,
Ὥσπερ κάτοπτρον ἔνδοθεν μορφούμενον·
Ἀγνάς τε πέμπειν προσφορὰς ὑπὲρ τέκνων,
Ἕως ἂν αὐτοὺς προσφορὰν καταρτίσῃ.
Τὰ δ' ἄλλ' ἀφείσθω τοῖς τάδ' ἐντελεστέροις.
760 Οὕτως ἂν ἡμῖν ἀσφαλῶς ἔχοι βίος.
Ἐπεὶ δέ σοι μέγιστον ἡ παῤῥησία,
Ἔστω μέν· οὐδ' ἐμοιγε φαίνεται βραχὺ,
A Εἰ σὺν λόγῳ τε χρώμεθα, καὶ μετρίως.
Ὅμως ἄκουσον, ὡς ἔχει· τοῦ γὰρ σοφοῦ
765 Πλέον τὸ σιγᾷν, ἢ τὸ σὸν περιτρέχειν.
Καὶ σοῦ μὲν ἔστι καὶ τὸ θάρσος, ὡς θράσος·
Τοῦ δ' εὐγένεια καὶ τὸ συντελεῖν λόγον.
Εἴ που δὲ καιρὸς ἐμπέσοι παῤῥησίας,
Ὄψεις μαχητὴν τὸν πρᾶον, καὶ πηλίκος
770 Ἐστὶ κατορθῶν, τηνικαῦτα γνωρίσεις.
Γνώσῃ, τί κέρκωψ, καὶ τί βρυχᾶται λέων,
Ὅταν τὸ μὲν σὸν ἐκπτύῃτ' ἀνθρώπινον,
Κάμπτοντος εἰς γῆν τοῦ κακοῦ συνειδότος,
Ὁ δ' ὢν ἅληπτος λαμβάνηται ῥᾳδίως.
775 Τρόπου γὰρ οὐδέν ἐστι πιθανώτερον.

750 Stercora tibi sunt curæ : ego majora curo.
Unum opus sit sacerdotis, et solum,
Ut vita et doctrina animas expurget
Sursum ferendo divinis motionibus,
Tranquillus, mente sublimis, ac cœlestibus tantum
755 Sine macula illustrationibus informatus,
Veluti speculum, cui intus formæ imprimuntur ;
Puras etiam pro filiis oblationes offerat,
Donec eos munus offerendum perficiat.
Cætera autem, iis, qui ea tractare idonei sunt, relinquantur.
760 Sic sane vita nostra secure traducatur.
Sed quia permagnum tibi quiddam videtur dicendi libertas,
Esto sane ; nec ego illam parvi facio,
Si cum ratione et modo illam usurpemus.
Audi tamen quomodo se res habeat : sapientis
820-821 765 Præstat silentium tua illa evagatione.
Tibi confidentia idem est ac temeritas :
Sua vero illum ingenua verecundia ad finem sermonis faciendum impellit.
Sin autem tempus contigerit libertatis,
Videbimus eum, qui mitis est, insignem esse prælatorem, et quantum
770 Prævaleat, qui ex animo rem agit, tandem senties.
Nosces quid sit simia blandiens, et quid leo rugiens,
Quando humana tua expuetur eloquentia,
Dejiciente in terram mala conscientia,
Et cum is, qui irreprehensibilis est, facile accipietur.
775 Moribus enim nihil ad persuadendum efficacius.

751 *Ἓν ἔστω τοῦδ' ἔργον.* Sic Coisl. Edit. ἓν ἔργον ἔστιν τοῦ.

753 *Φέροντα.* Ita Coisl. Edit. φανέντα.

758 *Προσφορὰν. Divinam oblationem perficiat :* sic Tollius, qui προσφορὰς interpretatur de oblationibus et sacrificiis precum pro populo, qui τέκνα episcopi. Προσφέρειν vero, inquit, de sacrificio Missæ dicitur. Sic et noster carm. præc. vers. 530, 531 : Οὐδ' ὅσσον λατρείαν μίαν Θεῷ προσενεγκεῖν, *Ne ita quidem, ut vel unum sacrificium Deo offerrem.*

763 *Εἰ.* Coisl. ἤ.

764 *Ὅμως.* Coisl. ὅμως δ'. Mox *τοῦ γὰρ σοφοῦ.* Sic infra, carm. XXXIV, vers. 11, 12.

765 *Πλέον.* Coisl. πλεῖον, Mox *ἢ τὸ σὸν περιτρέχειν*, id est, *inani volubilitate verborum huc illuc evagari.* Sic Platoni ἡ περιτρέχουσα ἑταιρεία, vulgaris amicitia est, epist. VII. Toll.

766 *Θάρσος, ὡς Θάρσος. Θάρσος, in bonis fiducia : θράσος, in malis rebus audacia.* Toll.

768 *Παῤῥησίας. Quo dicendi libertate utendum sit.*

769 *Πηλίκος.* Coisl. πηλίκον ἔστιν ὁ κατορθῶν,

771 *Γνώσῃ, τί κέρκωψ.* Sic supra lib. I, sect. 2, carm. XXVIII, vers. 290 :

Παῦσαι λέοντι μέτρα κέρκωπος φέρων.
Noli leonem metiri ex simia.

772 *Τὸ μὲν σόν.* Leuvenclaius legit τὸ μέσον.

METRICA VERSIO.

Stercus tibi, majora sunt curæ mihi.
Opus sacerdotis, sit unum, moribus
Sanctoque verbo pura reddere pectora,
Mentes piis ferendo sursum motibus :
Tranquillus, animo celsus, ac cœlestium
Formatus almis luminum splendoribus,
Speculum velut, formas quod intus suscipit,
Munus etiam pro filiis purum offerat,
Dum munus ipsos offerendum præparet.
Idoneis tractanda dentur cætera.
Sic nostra sane vita tuto transeat.
Sed verba magni cum tibi sint libera,
Esto quidem ; nec illa parvi pendimus,

B Si ratio, si modus loquentem dirigat.
Audi tamen, precor, rei statum ; sophus
Silendo plus, quam tu vagando, prævalet.
Tibi temeritas est loco fiduciæ ;
Tacere novit ille præ modestia.
Si libere tempus loquendi venerit
Bellator insignis aderit, qui mitis est,
Quantumque valeat strenuum cor senties.
Quid simia agnosces, leo vel rugiens,
Cum conspuetur tua levis facundia,
Humi mala sternente conscientia,
Cumque facile acceptus erit expers criminis,
Nil moribus enim suadet efficacius,

Digitized by Google

Οὕτως ἔλαττον κάνθάδ' ὁ τρίβων ἔχει·
Ὅμως δὲ λαμπρὸς ἐν μέσοις καθέζεται,
Ἀλλοτρίαν τράπεζαν ἐκκαρπούμενος,
Περιφρονῶν ἅπαντας, ὡς ἀμβλώματα,
Τοσοῦτον, ὅσον αὐτὸς περιφρονητέος,
Ἓν τοῦτ' ἔχων φρύαγμα λαμπρὰν τὴν πόλιν,
Ἐφ' ᾧ σε δεῖ καὶ μᾶλλον ὄλλυσθαι κακῶς.
Πλείους γὰρ οὕτω δημιουργεῖς τοὺς κακούς.
Κάνθων δὲ τίς ποτ' ἀστικῶν ἄλλου πλέον
Κάνθωνος ἐζήτησεν ἀγροίκου φέρειν;
Ἀλλ' ἔστιν, ὥσπερ ἔστι, κἂν οἰκῇ πόλιν.
Τί ταῦτα; πῶς μὴ ταῦτα συμπράττῃ κακοῖς;
Πῶς δ' εὐδρομοῦσι μὴ σαφὴς ὄλισθος ἦν;
Πάσχουσι γάρ τι καὶ σοφοὶ τῶν οὐ σοφῶν,

Sic et in hac parte veterator succumbit;
Verumtamen inter alios insignis sedet,
Aliena mensa fruens,
Despiciens omnes, velut abortus,
Tantum, quantum ipse despiciendus est,
Unum hoc habens, quo se jactet, inclytam civitatem,
Qua ipsa de causa tibi male pereundum est.
Plures enim sic efficis malos.
Asinus autem quis unquam urbanus pluris alio
Asino, qui rure degit, fieri voluit?
Asinus enim semper est asinus, quamvis in urbe habitet.
Utquid hæc? quomodo ista pro impiis non faciant?
Quomodo autem viris probis non certa pernicies sit?
Patiuntur enim quidquam sapientes, quod non est sapientium,
Cum malis secundæ res fluunt,
Et virtutem excolentes tristem agunt vitam.
Optimum sane illud est, tanquam in tempestate,
Quæ omnia perturbat, paululum deflectendo,
Dum omnia sus deque volvuntur,
In tuto paucos dies
Collocare, et senectuti tranquillum finem statuere.
Thronos quidem igitur habete, et tyrannides,
Vos, siquidem hæc vobis prima esse videntur.
Valete, insolentes estote, in patriarchatus
Sortes mittite. Magnus hic mundus vobis cedat,
Ex aliis in alias sedes migrate; hos dejicite,
Illos attollite. Hæc vobis grata sunt.

A 790 Ὅταν κακοῖς μὲν εὐροῇ τὰ πράγματα,
Λυπρὸν δ' ἔχωσιν οἱ κατορθοῦντες βίον.
Ἦ τοῦτ' ἄριστον, ὥσπερ ἐν ζάλῃ τινὶ
Πάντα στρεφούσῃ, μικρὸν ἐκκλίναντά τι,
Πάντων ἄνω τε καὶ κάτω δονουμένων,
Ἐν ἀσφαλείᾳ τὰς βραχείας ἡμέρας
Θέσθαι, τὸ γῆρας δ' ἐν καλῷ στῆσαι τέλει.
Θρόνους μὲν οὖν ἔχοιτε, καὶ τυραννίδας,
Ὑμεῖς, ἐπεὶ καὶ πρῶτα ταῦθ' ὑμῖν δοκεῖ·
Χαίροιτε, ὑβρίζοιτε, πατριαρχίας
Κληροῦσθε. Κόσμος ὑμῖν εἰκέτω μέγας·
Τόπους ἀμείβοιτ' ἐκ τόπων· τοὺς μὲν κάτω
Βάλλοιτε, τοὺς δ' ὑψοῦτε· ταῦθ' ὑμῖν φίλα.
Χωρεῖτ'· ἐγὼ δὲ συστραφήσομαι Θεῷ,

822-823 Pergite: ego ad Deum convertar,

776 *Οὕτως.* *Sic et in hac parte orator tuus, rei periculum faciens, superabitur.*

778 *Ἀλλοτρίαν.* Nempe *Ecclesiæ Constantinopolitanæ quam invaserat, fructus carpens.*

780 *Τοσοῦτον, ὅσον.* *Tanto omnes, velut abortus, habens contemptui, quanto ipse habendus est.*

788 *Εὐδρομοῦσι.* *Recto virtutis tramite gradientibus.* Sic enim interpretandum.

799 *Χαίροιτε.* Ita supra, lib. I, sect. 2, carm. XV, vers. 157, 158.

801 *Τόπους ἀμείβοιτ'.* Id est, per me vobis licet episcopatus mutare, et ex una in aliam urbem transire; licet id mihi vitio verteritis, νόμους στρέφοντες, ut carm. præced. *De Vita sua* ait τοὺς πάλαι τεθνηκότας, veluti canonibus prohibitum. Non ego tam severe vobiscum agam, cum hæ leges exoleverint. Ibid. *τοὺς μὲν κάτω*, ut me et Paulinum; extollite vero Nectarium et Flavianum.

803 *Ἐγὼ δὲ συστραφήσομαι.* Vide carm. præc., vers. 1042 et 1940.

METRICA VERSIO.

Sic ista et in parte veterator deficit;
Insignis autem cæteros inter sedet
Lauto apparatu non suæ mensæ fruens;
Omnes, abortivos velut, faciens nihil,
Quantum meretur ipse vilis despici,
Cui nulla claram præter urbem gloria,
Fatalis unde casus impendit tibi.
Sic nempe plures improbus facis improbos.
Quis unquam asellus civitates incolens
Quæsiit asello pluris esse rustico?
Est semper id quod est, et urbis incola.
Quid ista? Quomodo malos non adjuvant?
Qui non fit inde certa pernicies bonis?
Patiuntur unum non sophorum qui sophi,

B Dum rebus improbi fruuntur prosperis,
Tristisque vitæ pertrahunt recti dies.
Hoc optimum certe, velut quando furit
Procella vertens cuncta, cunctaque fluctibus
Sus deque strident mota, flexu parvulo
Servare paucos in loco tuto dies,
Lætumque canis crinibus finem dare.
Thronos habete, vel tyrannidis decus,
Præclara vobis ista quando comparent.
Valete, date vos probra, sortem mittite
In solia. Vobis cedat orbis maximus,
Mutate sedes; alteris stratis humi,
Tollantur alteri. Ista vobis grata sunt.
Vos ite; me delectat amplecti Deum,

Digitized by Google

Ὦ ζῶ, πνέω τε καὶ πρὸς ὃν βλέπω μόνον,
Ὦ πρὶν γενέσθαι μ' ἡ τεκοῦσ' ὑπέσχετο,
Ὦ κίνδυνοί τε συνῆψαν, καὶ νυκτῶν χάρις.
Τοὐτῳ τε θύσω νοῦ καθαρὰ κινήματα,
Ὡς γοῦν ἐφικτὸν, προσλαλῶν μόνῳ μόνος.
Ταῦτα πρὸς ὑμᾶς τοὺς κακοὺς ὑπὲρ καλῶν,
Οἷς εἴ τις ἄχθεθ', εὗρεν, ὃν ζητεῖ, λόγος.
Τὰ δ' ἄλλα ἐκεῖθεν, ὦ φίλοι, λελέξεται·
Ἡλὴν ἐξιτήριόν τιν', εἰ δοκεῖ, λόγον,
Βραχὺν μὲν, ἀλλὰ χρήσιμον, δέξασθέ μου,
Ὡς οἱ πατρῴας λαμβάνοντες ἐν τέλει
Φωνὰς, ἐπισκήψεις τε μνήμης ἀξίας·
Μεθ' ἃς λόγος τις οὐκέτ' ἐξακούεται,

A Ὦ καὶ πλέον μένουσιν ἐν βάθει φρενός.
Ἄλλον τιν' εἰ λάβοιτε Γρηγόριον, φίλοι,
Φείδοισθε μᾶλλον· εἰ δὲ μὴ, τὸ δεύτερον,
Εἴητε καλοὶ κἀγαθοὶ τοῖς πλησίον,
Ἡμῖν τε αὐτοῖς, οἱ τέως ὁμόφρονες,
Ἕως κρατεῖσθε τοῖς ἴσοις παθήμασιν.
Ἦν τ' αὐτὸς ἐσπούδαζον εἰρήνην, ἀεὶ
Στέργοιτ', ἀφέντες τὰς ἰδίας ἀῤῥωστίας,
Ὑφ' ὧν τὸ κοινὸν ἐκταράσσετ' ἀθλίως.
Κἀγὼ παρήσω τοὐμὸν, εἴτε τι πλέον
Ἄλλων φρονοῦμεν, εἴτε μ' ὁ μακρὸς χρόνος
Ποιεῖ τραχύν τε καὶ τὰ πλείω δύστροπον,
Εἴτ' οὖν πεπληγὼς ἐκ μέθης τὸν νοῦν μόνος

Cui vivo et spiro, ad quem unum respicio,
Cui, priusquam nascerer, mea me mater promisit,
Cui pericula me devinxerunt, et noctium gratia.
Illi consecrabo animi puros motus,
Quantum fieri poterit, solus cum solo colloquens.
Hæc ad vos improbos pro bonis:
His si quis offendatur, invenit, quem quærit, oratio.
Cætera autem inde digressis, amici, dicentur.
Interea velut quamdam discedentis, si videtur, orationem.
Brevem quidem, sed utilem, accipite,
Tanquam paternas excipientes extremas
Voces, et admonitiones memoria dignas:
Post quas nullus sermo amplius auditur,
Quo et magis hæreant in ima mente.
Alium quempiam si acceperitis Gregorium, amici,
Parcite magis; si minus, alterum hoc superest·
Estote honesti et boni erga proximos,
Et erga vosmet ipsos, qui eatenus concordes estis,
Quatenus paretis iisdem cupiditatibus.
Pacem, cujus ego studiosus fui, semper
Diligite, dimittentes alter alteri infirmitates,
Quibus orbis misere perturbatur:
Et ego dimittam quod in me peccatum est, sive quid amplius
Aliis sapiamus, sive me grandis ætas
Efficit asperum et in plerisque morosum,
Sive ex temulentia mente læsus solus,

806 *Ὦ κίνδυνοι.* Tempestatis scilicet, ut fuse eodem carmine exponit. Ibid. *νυκτῶν χάρις.* Ad castitatis amorem in somniis excitatum se fuisse narrat Gregorius infra carm. XLV. vers. 229.

807 *Τοὐτῳ τε θύσω νοῦ.* Coisl. τούτῳ τε θύσω μοῦ.

809 *Ταῦτα πρὸς ὑμᾶς.* Ad presbyteros hæc dicuntur, de quibus fuse agit infra carm. XXX, v. 83, etc.

810 *Οἷς εἴ τις.* Coisl. ὧς θ' ὅστις.

811 *Ἐκεῖθεν. Inde digressis*, id est, *in alia vita.*

818 *Ἄλλον τιν'.* His verbis patet nondum Nectarium Constantinopolitanæ Ecclesiæ designatum fuisse antistitem, cum hæc caneret Gregorius. Sic et supra carm. VII, vers. 5 et 6:

Ἂν ἄλλον εὕρητ' ἀντ' ἐμοῦ, τιμήσατε.
Τὸ σεπτὸν ἡμῖν Πνεῦμα τῷ συνηγορῷ.

Si alium pro me reperistis, huic honorem habete.
Venerabilis mihi Spiritus, cujus partes sustine.

823 *Ἦν τ' αὐτός.* Qua de re infra, carm. XV, vers. 35. Exsequitur autem id fusius carm. præc., cum in Paulini causa, post Meletii mortem, episcopi mirifice inter se contenderent, aliumque alii contra Gregorii sententiam Antiochiæ episcopum substituerent. Vide supra carm. X, ad Constantinopolitanos sacerdotes, ubi, quod neutri se parti vel Orientalium, vel Occidentalium adjungere voluisset, per invidiam sede sua se expulsum queritur. Toll.

825 *Ὑφ' ὧν τὸ κοινόν.* De eorum dissidiis orbem terrarum incendentibus agit infra carm. XVI.

829 *Εἴτ' οὖν πεπληγώς.* Familiare hoc non

METRICA VERSIO.

Cui spiro, solum lumen ad quem dirigo,
Cui nasciturum sancta me vovit parens,
Cui me periclum vinxit, et noctis favor.
Huic pura sacrans quæ moventur spiritu,
Solum alloquar ego solus, in quantum licet.
Hæc dicta vobis, improbi, sint pro bonis:
Si cui molesta verba, quem quærunt, habent.
Dicentur hinc sumptis, amici, cætera.
Sicut abeuntis has loquelas, si placet,
Breves quidem, sed utiles capescite,
Tanquam paternas colligentes ultimum
Non tabe voces destruendas temporis,
Post quas nihil quod audiatur jam manet:

B Quo magis in imis stent repostæ mentibus.
Gregorius alter forte si quis obvius,
Parcite magis; sin aliter, hoc unum manet,
In vos benigni, velut et erga proximos
Estote, qui fovetis hanc concordiam,
Quæ turpiter vestræ favet luxuriæ.
Hoc semper, a me pacis optatum bonum,
Amate; nulla jam memoria sit super,
Quibus miser turbatur orbis, criminum.
Libens remitto damna, sive cæteros
Vincam sagacitate, sive grandior
Nos reddat ætas moribus nimis asperos,
Seu mente solus læsus ex vino nimis

Digitized by Google

Μέθη τετρῶσθαι τοὺς ἀοίνους οἶομαι.
Νομίζεσθ', ὡς βούλεσθε. Πλὴν μέμνησθέ μου
Τοῦ πολλὰ μοχθήσαντος ἐν φίλων τρόποις,
Καλὸν δ' ἔχοντος τὸν λογισμὸν προστάτην,
Τό τ' ἐκλύον με τῶν κακῶν γῆρας τόδε·
Οὕτω τάχ' ἄν μοι τῶν φίλων σπείσαιτό τις,
Πάλης θανούσης, ᾗ φθόνος συνέρχεται.

ΙΓ'. *Εἰς ἐπισκόπους.*

Ὦ θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους, ἱερῆες!
Ὦ ψυχῶν ταμίαι μεγακύδεες! Ὦ μεγάλοιο
Πλάσμα Θεοῦ χείρεσσιν ἐν ὑμετέρῃσι φέροντες!
Ὦ Θεὸν ἀνθρώποισι μέγ' ἔξοχον εἰς ἓν ἄγοντες!

A
Ὦ κόσμοιο θέμεθλα, βίου φάος, ἕρμα λόγοιο,
Μυστοπόλοι ζωῆς ἀτελευτήτοιο φαεινῆς,
Χριστοφόροι, θώκοισιν ἐνεδριόωντες ἀρίστοις,
Ὑψηλοί, θεάτροισι γεγηθότες εὐπρεπέεσσι,
Σκηνοβάται, κώλοισιν ἐφεσταότες ξυλίνοισιν,
Ἀδρανέως χάσκοντες ἐν ἀλλοτρίοισι προσώποις,
Εὐσεβίης ὅσα δ' ἐντὸς, ὁμοῖα πᾶσιν ἔχοντες!
Ὑμεῖς μὲν παίζοιτε, τά περ καὶ παίζετ' ἀεικῶς,
Καὶ σοβαρὸν φθέγγοισθε, τὰ δ' ἔρδετε ὡς μάλ' ἐλαφρά
Αὐτὰρ ἐγὼν, εἰ καί με κακὸν καὶ ἀνάρσιον ἄνδρα
Πάντες ὁμοῦ θείητε, χοροῦ δ' ἄπο τῆλε δίοισθε
Ὑμετέρου, βάλλοντες ἐπασσυτέροισιν ὀϊστοῖς,
Ἀμφαδίοις, κρυπτοῖς τε, τό περ καὶ φίλτερον ὑμῖν·

830 Obrutos vino abstemios arbitror.
Statuite, ut vobis libuerit. Verum mei memores estote,
Qui multa passus sum in amicorum moribus,
Præclaram vero patronam habens rationem,
Atque hanc ipsam senectutem, quæ me his solvit malis;
835 Ita forsitan mihi amicorum quispiam reconciliabitur,
Exstincta lucta, quam invidia comitatur.

824-825 XIII. *Ad episcopos* [a].

O qui victimas emittitis incruentas, sacerdotes!
O animarum custodes inclyti! O qui magni Dei
Figmentum manibus vestris gestatis!
O qui hominibus summam Dei majestatem conciliatis!
5 O mundi fundamenta, vitæ lumen, columenque doctrinæ,
Initiatores lucidæ et æternæ vitæ,
Christiferi, soliis optimis insidentes,
Sublimes, theatris gaudentes speciosis,
Scenobatæ, pedibus innixi ligneis,
10 Leniter hiscentes in personis alienis,
In his autem, quæ interioris pietatis sunt, similes omnibus!
Vos quidem, ludite, ut et luditis non decenter,
Grandia loquimini, valde futilia agite.
Equidem etiamsi malum me et exitiosum virum
15 Omnes simul existimetis, longeque a vestro choro
Removeatis, ferientes citissimis telis,
Apertis, et quod magis vobis placet, occultis;

[a] Scriptum an. 381. — Alias Bill. 12, p. 81.

ebriis modo, ut sobrii sibi ipsi videantur, aliosque vino madidos et bene potos existiment, sed et ictero laborantibus, qui cum ipsi flavo colore suffusi sint, cæteros omnes eodem infectos videre sibi videntur.

836 *Πάλης θανούσης.* Exstincto jam de sede Constantinopolitana dissidio quæ invidiæ materia fuerat: seu potius civiliter jam mortuo vestro, cui invidebatis, Gregorio. Vide carm. præc., vers. 1851. Toll.

XIII. Tit. *Εἰς.* Tres Regg. Πρός.

1 *Ἀναιμάκτους. Absque fuso sanguine.* Ita supra, carm. x, vers 1.

3 *Πλάσμα Θεοῦ. Qui homines a Deo conditos gubernatis.*

4 *Μέγ' ἔξοχον. Munus omnium longe præstantissimum.*

6 *Μυστοπόλοι.* Int. μυσταγωγοί.

9 *Σκηνοβάται. Qui prodeunt in scenam.* Ibid. *κώλοισιν*, grallis. Nonnius. Gallice *échasses.*

10 *Χάσκοντες.* Coisl. sup. lin. χαίροντες.

13 *Ἔρδετε.* Vat. ἔρδοιτε.

METRICA VERSIO.

Vino obrutos arbitrer esse sobrios.
Pro velle sint res: sitis at memores mei,
Heu! sæpe charorum probati moribus,
Gaudentis et sensu patronorum loco,
Tantisque senio liberante me malis.
Sic dabit amicus forte mi quis gratiam,
Cedente lucta, cui manet livor comes.

XIII. AD EPISCOPOS.
(*Billio interprete.*)

O qui sacra Deo offertis non tincta cruore,
Clari custodes animarum, quique Tonantis
Figmentum manibus regitis mirabile vestris,
Quique Deum humano generi sociatis in unum,

B
Lux vitæ, fidei columen, fundamina mundi,
Doctores vitæ, nullo quæ clauditur ævo,
Christiferi, soliis præclaris quique sedetis
Sublimes, pulchris qui gaudetisque theatris,
Scenigradi, ligno factis stantes pedibusque,
Sub larva hiscentes pietatis debile quiddam,
At reliquis imo similes in pectore prorsus!
Ludite, si vultis, quæ fœde luditis ipsi,
Et gravibus verbis contraria cuncta patrate.
Ast ego, quamvis a vobis in classe nocentum
Collocer, ac vestra procul arcear ipse caterva,
Infelixque petar densis sine fine sagittis,
Perspicuis, tectis, vobis nam gratius istud;

Digitized by Google

Ἀλλ' ἔμπης τά με θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει,
Φθέγξομαι, οὐκ ἐθέλων μὲν, ἀτὰρ λόγον ἔκτοθε ῥήξω
Ψυχῆς, ὡς ὅτε κῦμα βιώμενον ἔνδοθι λάθρῳ
Πνεύματι, καὶ σήραγγας ὑποτρέχον, οὐκ ἐπίοπτα
Καγχλάζει, καί πού τι διεκπίπτει δαπέδοιο,
Ῥηγνυμένης ὠδῖνος ἀνὰ στόμα. Τοῖα πέπονθα.
Οὐ δύναμαι χαδέειν ἐντὸς χόλον· ἀλλὰ δέχεσθε,
Εἴ τινα καὶ δακέθυμον ἐρῶ λόγον, υἱὸν ἀνίης.
Φάρμακον ἄλγεός ἐστι καὶ ἠέρι μῦθον ἐνισπεῖν.
Σῶμα μέγα Χριστοῖο, τὸ τίμιον εὖχος ἄνακτος,
Λαὸς ὅλης γαίης βασιλήϊος, ἔθνος ἄπιστον,
Ἦν ὅτ' ἦην. Νῦν αὖτε Θεοῦ κτέαρ ἔνθα καὶ ἔνθα
Σείεται, οἷά τε κῦμα πολυσμαράγοιο θαλάσσης,

A Ἠὲ φυτὸν ζαμενέσσι πινασσόμενον ἀνέμοισι.
Λαὸς ὅδ', ᾧ Θεὸς ἦλθεν ἀπ' οὐρανίοιο θοώκου,
Κῦδος ἐὸν θνητοῖσιν ἐνὶ σπλάγχνοισι κενώσας,
Καὶ μίχθη μερόπεσσι, Θεὸς βροτὸς εἰς ἓν ἀγερθείς,
Καὶ μέγαν ὦνον ἔδωκε παθὼν δέμας, αἷμά τε θεῖον
Ῥύσιον ἡμετέρης κακίης χέεν, ἄλλα τε πολλὰ
Θύματα, τοὺς μετέπειτα λόγον σπείραντας ἅπασι.
Καὶ γλυκεροῦ θανάτοιο πικρῆς χερὸς ἀντιάσαντας,
Ὥς κε λόγῳ τίσωσι Λόγον Θεὸν, αἵματι δ' αἷμα.
Τίς δονέει τόδε σῶμα; πόθεν τόσον ἄχθος ἔμοιγε;
Πῶς δέ τε σῦς μονόφορβος ἐμὴν δηλήσατ' ἀλωήν;
Πῶς μήνη σκοτέεσσα τόσον κλέος ἀμφεκάλυψε;
Λυσσήεις, κακοεργὸς, ἐπεὶ, μερόπεσσι μεγαίρων,

Sed tamen quæ me animus incitat et jubet,
Eloquar, non libens quidem, sed sermonem erumpam
Extra animum, velut cum fluctus intus a vento violenti
Coactus, et fissuras subiens, occultum edit
Strepitum, ac alicunde e solo exsilit,
Per rupti sinus aperturam. Sic ego affectus sum.
Dolorem intus continere non possum : sed accipite,
Si quem animorum mordacem, doloris filium, sermonem proferam.
Doloris medicina est, vel aeri verba facere.
Magnum Christi corpus, eximium Regis decus,
Populus, totius orbis princeps, gens præstantissima
Erat olim. Nunc vero Dei possessio hic et illic
Concutitur, velut fluctus vehementer strepentis maris,
Aut arbor ventis validis agitata.
Populus ille, cui Deus venit a cœlesti solio,
826-827 Gloriam suam in mortalibus visceribus evacuans,
Ac hominibus mistus est, Deus homo in unum collectus,
Moriensque magnum pretium dedit corpus suum, et sanguinem
Divinum fudit nostræ nequitiæ piaculum, ac multas alias adjecit
Victimas, eos qui, post illum, verbum omnibus seminarunt,
Et dulcem mortem ab acerba manu experti sunt,
Ut verbo Verbum Deum honorarent, et sanguine sanguinem.
Quis hoc corpus quatit? unde mihi tantum onus?
Quomodo aper solitarius meam populatus est vineam?
Quomodo nox illunis tantum splendorem cooperuit?
Rabidus, maleficus, qui hominibus invidet,

20 *Κῦμα*. Tres Regg. ῥεῦμα. Mox *Ἔνδοθι*. Sic tres Regg. Edit. ἔκτοθι.

22 *Καγχλάζει*. Coislinianus codex habet sup. lin. βράζει. Schol. λέγει δὲ τὴν τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀνάδυσιν. *Eruptionem aquarum calidarum dicit* quæ violenta illa compressione fiat.

23 *Ῥηγνυμένης ὠδῖνος*. Cum aqua illa latens in visceribus terræ, velut infans intra matris viscera, hinc subito erumpit.

24. *Δέχεσθε*. Vat. δέχοισθε.

28 *Ἔθνος ἄπιστον*. Minus recte Billius, *gens incredula*; vox enim illa ἄπιστον non *incredulitatem*, sed *incredibilem* præstantiam significat : quo sensu passim a Gregorio usurpatur : maxime autem illic, ubi Constantinopolitanam Ecclesiam, quæ olim florentissima fuerat, cum eadem confert Ecclesia, misere tunc fœdata, et ab hæreticis occupata. Int. Coisl. περίφαντος καὶ μέγιστος, quod expositionem nostram egregie confirmat. Billius recte primis curis, gens præstantissima.

29 *Ἦν ὅτ' ἦην*. *Olim, jampridem*; ita clarissimus Salvinius, ut notat Muratorius in epigram. *in Carterium*, olim 39, nunc cxv, vers. 10.

37 *Θύματα*. Vat. Θαύματα.

38 *Ἀντιάσαντας*. Chig. ἀντιάσαντα.

39 *Ὥς κε*. Ita tres Regg. et Coisl. Edit. ὡς δέ.

40 *Ἄχθος*. Regg. tres et Vat. αἶσχος. Cod. 991, sup. lin. ὄνειδος.

METRICA VERSIO

Attamen hæc dicam quæ mens mihi dicere nostra
Imperat, invitus licet hæc, non mente libenti,
Ut cum fluctus atrox horrendi turbine venti
Externe impulsus, cæcas subiensque cavernas,
Æstuat occulte, quiddam tamen exilit illinc
Interdum, angustoque antrorum erumpit ob ore.
Talia nam patior : nec jam retinere potestas
Ulla mihi est animi motus, iramque frementem.
Parcite si quid ego mœrenti pectore dicam,
Quod vestros animos feriat. Medicina doloris
Est etenim miserum verbis efferre dolorem.
Ingens corpus erat Christi, Dominique Deique
Gloria, plebs orbis princeps, incredula quondam
Natio : nunc autem hinc quatitur possessio summi
Numinis, hincque graves fluctus velut æquoris alti,
Aut stirps, quæ validis impellitur undique ventis.

B Plebs hæc, a superis ad quam Moderator olympi
Sedibus accessit, mortali in viscere summum
Evacuans decus ipse suum : mortalibus ac se
Mortalis simul atque Deus conjunxit in unum,
Atque ingens pretium tolerata morte pependit,
Fudit et hunc, vitii quo labes pulsa, cruorem,
Atque alios multos, quos post chorus ille profudit,
Qui cunctis fidei sparsit pia semina veræ,
Dulcemque oppetiit per plurima vulnera mortem,
Ut Verbum coleret verbo, atque cruore cruorem.
Quis quatit hoc corpus? Quæ tanti causa doloris
Est mihi? Quo pacto vitis populatus honorem
Est nostræ furibundus aper? Quæ tanta repente
Tam claram obduxit laudem caligo, decusque?
Scilicet ille furens rabie, versutus et hostis
Vesanisque in nos odiis accensus et ira,

Digitized by Google

Ἐξέτι τοῦ ὅτε πρῶτον Ἀδὰμ βάλεν ἐκ παραδείσου,
Ζωῆς τ' ἀθανάτου, κλέψας δηλήμονι καρπῷ,
Καὶ πολλοῖς κρατεροῖς τε τινάγμασιν αἰὲν ἀτάζων,
Οὐ σθένεν, ὡς ποθέεσκεν, ὅλον γένος, οἷσι δήλοισι
Γνὺξ βαλέειν (σπινθὴρ δὲ λόγου, καὶ πυρσὸς ἀερθείς,
Πᾶσαν ἐπέδραμε γαῖαν ἀοίδιμος, οἱ δὲ διῶκται
Καὶ πλέον ἐστήριξαν ἀεθλοφόροισι παγέντας),
Δεύτερον εὗρατο μῆχος ἐπίκλοπον. Ὡς στρατὸν ἔγνω
Καρτερὸν, ἠγητῆρσιν ὀλοΐτιον ἔμβαλεν ἔχθος.
Καὶ γὰρ, ἀγοῦ πίπτοντος, ὅλος στρατὸς ἐς χθόνα νεύει.
Ποντοπόρον δέ τε νῆα κακὸς πρήνιξεν ἀήτης,
Ἡ σκοπέλοισιν ἔαξε, κυβερνητῆρος ἄτερθεν.
Ὡς δὲ δόμους τε, πόλεις τε, χόρους, βόας, ἅρματα, πῶϋ

A

Βλάψεν ἀϊδρείη σημάντορος. Εἰδόσι μῦθος
Ἡμετέρην κακίην, ὁπόσοι λαοῖο πρόεδροι.
Πρόσθε μὲν ἀνδροφόνοισι φυγῆς πτολίεθρα τέταχτ
Καὶ χῶρός τις ἦην ἀποπομπαίοις θυέεσσι,
Καί τις καὶ πικρίης καὶ αἵματος ὑστατίοισιν
Ἥμασιν, οἳ Χριστοῖο κακόφρονες ἐξεκένωσαν
Μισθὸν ἀτιμήτοιο κακὸν καὶ τυτθὸν ἔχοντες,
Οὔ τι μὲν ἐξ ἀέκοντος, ἐπεὶ Θεός ἐστιν ἄληπτος
Χείρεσιν, εὖτ' ἐθέλῃσιν· ἀτάρ γε μὲν ἐξεκένωσαν.
Νῦν δ' ἕνα χῶρον ἴσασιν ἀτασθαλίης τε μόρου τε
Πάντες, ὅσοι ξεῖνοί τε καὶ ἔρκεος ἡμετέροιο,
Τὸ σεπτὸν τοπάροιθε σοφῶν ἕδος, ἕρκος ἀρίστων,
Βῆμα τόδ' ἀγγελικῇσι χοροστασίῃσι τεθηλὸς,

Ex quo primum Adam ejecit e paradiso
Et vita æterna, exitioso fructu decipiens,
Hic cum multis et validis semper assultibus concuteret,
Nec posset, ut cupiebat, universum genus dolis suis
Humi sternere (nam verbi scintilla et fax in altum sublata
Totum orbem gloriose percurrit, et persecutores
Robur addiderunt iis, quos martyrum triumphi firmaverant),
Secundam invenit furtivam machinationem. Ut vidit exercitum
Viribus pollentem, ducibus injecit exitiosum odium.
Nam, duce cadente, totus exercitus in terram vergit.
Mare secantem carinam sine gubernatore noxius ventus
Præcipitem dedit, aut scopulis illisam fregit.
Sic etiam domos, urbes, choros, boves, currus, greges
Læsit inscitia rectoris. Hæc dicta sunt iis quibus perspecta est
Pravitas nostra, quicunque plebi præsumus.
Homicidis olim perfugii urbes dispositæ erant,
Et ager quidam erat emissariis victimis;
Exstitit etiam postremis diebus ager aliquis acerbitatis
Et sanguinis, ubi Christi contemptores, pravum et exiguum
Illius, qui supra pretium est, pretium habentes, effuderunt,
Non invito quidem Christo; Deus quippe apprehendi non potest
Manibus, nisi ita voluerit; sed tamen effuderunt.
Nunc autem unum norunt omnes improbitatis et mortis
Locum, quicunque extranei, et ex nostro ovili,
Venerandam olim sapientum sedem, septum optimorum,
828-829 Sacrarium angelicis choris florens,

51 *Εὖρατο.* Duo Regg. et Coisl. εὕρετο.

56 *Ἄρματα, πῶϋ.* Regius codex 992 ἅρματα πώων, *greges ovium.*

57 *Ἀϊδρείη.* Ita Coisl. Edit. ἀΐδρίη.

59 *Τέταχτο.* Reg. 993 τέτυκτο. Habebant olim Judæi civitates ad quas homicidæ perfugiebant. Erat etiam rejectitiis victimis suus locus constitutus, ut hirco emissario desertum : at nunc episcopalis sedes sceleratorum omnium ac perditorum hominum sedes est. *Bill.*

61 *Πικρίης καὶ αἵματος. Ager acerbitatis et sanguinis.* Agrum illum intelligit, qui triginta argenteis, quos impii sacerdotes Judæ pro nefario proditionis præmio persolverunt, in sepulturam peregrinorum emptus fuit. *Bill.* Langus vero allegorice, imo inepte hæc interpretatur, quem castigat et refellit Billius.

62 *Οἳ.* Sic Regg. 990 et Coisl. Edit. ὅ. Ibid. *κακόφρονες, sceleruti homines:* duo Regg. et Coisl. κακόφωνες.

69 *Βῆμα.* Deerat hic versus in versione metrica, quod italicis distinctum supplevimus. CAILLAU.

METRICA VERSIO.

Inde ex quo primum paradisi sede beata,
Pestifero elusum fructu, vitaque perenni
Depulit infelicem Adamum, cum tempore in omni
Innumerisque modis nos exagitansque premensque,
Mortalem arte sua prorsus tamen ipse nequiret,
Id licet ardenter cuperet, prosternere gentem :
Quin potius fidei igniculus, sublataque in altum
Fax Verbi totum celebris percurreret orbem
(Namque etiam hostilis furor, atque immania quæque
Supplicia addiderant animis nova robora nostris,
Tormentisque fides gravibus mage fulta vigebat),
Confestim arte alia est usus. Firmissima vidit
Ut castra, invictasque acies, funesta dolosus
Ille odia injecit ducibus rixasque furentes.
Nam labente cadit totum duce protinus agmen :
Ac facile evertit vacuam rectore carinam,
Aut sævi allidit scopulis vis aspera venti :
Atque domos, urbesque etiam, currusque, chorosque,
Lanigerosque greges, armentaque pinguia perdit,

B

Qui regere hæc nescit. Loquor his quibus agnita [nostra est
Improbitas, populi imperium quicunque tenemus.
Ante quidem, cædem qui commisisset, habebat,
In quibus exigeret profugus vitam, oppida quædam.
Certus erat sacris etiam, quæ prisca solebat
Lex removere, locus : certus locus atque cruoris
Christi postremo quem fudit tempore vecors
Ac scelerata manus, pretium parvumque malum- [que
Ejus habens, est qui pretio sublimior omni :
Non tamen inviti (nolentem quippe tenere
Haud manus ulla queat Dominum), sed sponte ca- [dentis.
At contra omnes hunc, seu nostri, sive profani,
Sedem unam vitii norunt et mortis acerbæ,
Hanc, quæ doctorum sedes erat ante virorum,
Et gravium pietate hominum, vitæque probatæ,
Angelicisque choris florens insigne sacellum,

Digitized by Google

70 Κιγκλίδα τὴν μεσατην κόσμων δύο, τοῦδε μένοντος,
Τοῦ τε παριπταμένοιο, θεῶν ὅρον, ἡμερίων τε.
Ἦν ὅτε ἦν. Νῦν αὖτε γελοῖον, ἡνίκα πᾶσιν
Ἐντὸς ἀκληΐστοιο θύρης δρόμος, ὡς δοκέω μοι
Κήρυκος βοόωντος ἐνὶ μεσάτοισιν ἀκοὐειν·
75 « Δεῦρ' ἴθ' ὅσοι κακίης ἐπιδήτορες, αἴσχεα φωτῶν,
Γάστορες, εὐρυτένοντες, ἀναιδέες, ὀφρυόεντες,
Ζωροπόται, πλάγκται, φιλοκέρτομοι, ἀβροχίτωνες,
Ψεῦσταί θ' ὑβρισταί τε, θοῶς ἐπίορκον ὀμοῦντες,
Δημοβόροι, κτεάτεσσιν ἐπ' ἀλλοτρίοισιν ἀάπτους
80 Βάλλοντες παλάμας, φθονεροὶ, δολόεντες, ἄπιστοι,
Θῶπες ερισθενέων χθαμαλοὶ, χθαμαλοῖσι λέοντες,
Ἀμφίθετοι, καιροῖο πολυτρέπτου θεράποντες,
Πουλύποδες πέτρῃσιν ἀειδόμενοι χρόα μύθῳ,
Ἀρτίγαμοι, ζείοντες, ἔτι χνοάοντες ἰουλον,
85 Ἦ κλέπται φυσικοῖο πυρὸς, φαέεσσιν ἔχοντες
Ἠερίην φιλότητα, ὅτ' ἀμφαδὴν ἀλέησθε,
Νήϊδες οὐρανίων, νεολαμπέες, αἰθαλόεντες,
Πνεύματι αἰγλήεντι συνερχομένης κακότητος.
Δεῦρ' ἴτε θαρσαλέοι, πᾶσι θρόνος εὐρὺς ἕτοιμος.
90 Δεῦρ' ἴτε, δεξιτερῇσι νέους κλίνοιτε τένοντας
Πᾶσι προφρονέως, καὶ μὴ ποθέουσι τέτανται.

70 Cancelios, qui inter duos mundos interjecti sunt, alterum m ientem,
Alterum avolantem, et deorum limites et hominum
Hæc olim. Nunc autem, quod ridiculum est, omnibus patet
Introitus, janua non clausa, ut videor mihi
Præconem in medio clamantem audire :
75 « Huc accedite, quotquot pravitatem profitemini, dedecus hominum,
Helluones, elatæ cervices, impudentes, superbi,
Meri potores, errones, contumeliosi, mollibus vestiti,
Mendaces, petulantes, cito falsum jurantes,
Populi voratores, in alienas possessiones rapaces
80 Injicientes manus, invidi, dolosi, infidi,
Adulatores potentium demissi, demissisque leones,
Ambigui, volubilis temporis mancipia,
Polypi in fabulis celebrati propter colorem,
Recens matrimonio juncti, ferventes, adhuc lanuginem ferentes,
85 Fures certe naturalis ignis, in oculis flagrantes
Tenebroso amore, cum apertum fugeritis,
Ignari cœlestium, recens illuminati, fuliginosi,
Cum spiritu coruscante concurrente malitia.
Huc accedite confidentes, latum omnibus paratum est solium.
90 Huc accedite, juveniles manibus inclinate cervices
Libenter omnibus ; etiam iis, qui non cupiunt, tenduntur.

70 *Μεσάτην κόσμων*. Ita duo Regg., Coisl. et Vat. Edit. male μεμάτην. Juxta Billium per cancellos illos quibus laici a clericis dirimuntur, Gregorius vult innuere distinctionem mundi hujus fluxi ac perituri, et alterius certi ac sempiterni. Langum hic iterum carpit Billius, quippe qui hæc de Sanctæ Sophiæ templo dicta putat a Gregorio, quæ de omnibus templis generatim dicit.

71 *Παριπταμένοιο*. Ita duo Regii codices et Coisl. Edit. περιπταμένοιο. Mox *θεῶν, deorum:* sacerdotes intelligit.

75 *Δεῦρ' ἴθ'*. Tota hæc oratio, inquit Billius, amarulentis constat ironiis. Fingit enim se sceleratissimos quosque ad capessendos episcopatus invitare, cum tamen hujusmodi homines a tanti muneris susceptione quam longissime avertere conetur.

79 *Ἀάπτους*, ἀπλήστους, ἀπροσίτους. *Quas nemo ferat, nocentissimas.*

82 *Ἀμφίθετοι*. Coisl. sup. lin. παλίμβολοι, *instabiles*. Ibid. *πολυτρέπτου*. Coisl. et Vat. πολυστρέπτου.

83 *Ἀειδόμενοι μύθῳ. Celebrati in fabulis.* Benedictini male *polypi in petris colorem imitantes*, ubi vox μύθῳ prorsus omittitur ; et in notis ἀειδόμενοι, *sermones mutantes, nunc hæc, nunc illa loquentes*, ut polypus hærens petris solet colores mutare. CAILLAU.

84 *Ἀρτίγαμοι*. Id est, *episcopi recens creati.*

85 *Ἦ κλέπται*. Ita Coisl. et Reg. 990. Forsan alludit ad Promethei fabulam qui a poetis ignem cœlestem surripuisse, et hominibus attulisse, fingitur. Eos videtur notare, qui licet ab ipso libidinis opere abstineant, animo tamen flagitium admittere se procacibus oculis ostendunt.

87 *Νήϊδες*, seu ἄπειροι, *rudes cœlestium*. Langus ineptissime *Naiades superum*. Ibid. *νεολαμπέες, recens illuminati, sive baptizati :* forsan Nectarium hic notat, qui nequidem erat baptizatus, cum episcopus Constantinopolitanus fuit designatus.

91 *Τέτανται*. Tenduntur nempe δεξιτεραί, *manus ordinantium*, quas cuivis nullo discrimine imponant. Billius : *Sponte sua cunctis cervix*, etc., quæ versio a Gregorii mente et verbis prorsus aliena est.

METRICA VERSIO.

Hos quoque, qui mundos dirimunt, quorum effluit alter,
Alter at usque viget, stabilisque in sæcula durat,
Divosque atque homines discludunt limite certo,
Cancellos. Talis nimirum erat hic locus olim :
At nunc ridiculus contra, discrimine nullo
Cum quisque haud clausis irrumpit ad intima portis,
Ut mihi jam medio in cœtu ingentique corona
Stans præco hæc alta videatur dicere voce :
« Huc agite, o quoscunque juvat turpissima vita,
Probra hominum, ventres, lata cervice, pudoris
Expertes, fastu tumidi, vinoque madentes,
Errones, molli contecti veste, dicaces,
Osores veri, petulantes, falsa libenter
Jurantes, quibus est infelix præda popellus,
Raptores, infidi homines, quos livor iniquus
Conficit, oblectantque doli fraudesque malignæ,
Turpiter excelsis blandi, abjectisque leones,
Ambigui, ac fictis animis, et temporis usque
Mancipia, et nunc hæc, nunc rursum adversa loquentes,
Polypus ad petras solet ut mutare colores ;
Connubio nuper juncti, fervente juventa,
Nativæ aut flammæ fures, ob lumina habentes
Obscuram Venerem, cum declinatis apertam,
Cœlestis sophiæque rudes quicunque, recensque
Donati splendore, velut fuligine tincti.
Dum simul ingreditur vitium cum Flamine claro.
Huc agite, intrepidi, latus thronus excipit omnes.
Huc agite, et juvenile manu dimittite collum.
Sponte sua cunctis cervix nam tensa regensque

Digitized by Google

Μάννα πάλιν, ξένος ὄμβρος· ἅπας κόλποισι λέγοιτε,
Ὅς πλέον, ὅς τ' ἐπιδευὲς, ἴην χάριν. Εἰ δ' ἐθέλοιτε,
Μηδ' ἁγίου φείδοισθε θεουδέος ἥματος ἀργοῦ.
Ἡ τάχα καὶ παλάμῃσιν ἐν ἁπλήστοισι πύθοιτο.
Ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀὴρ, ξυνὴ δέ τε γαῖα,
Ξυνὸς δ' οὐρανὸς εὐρὺς, ἄ τ' οὐρανὸς ὄμμασι φαίνει,
Ξυνὴ δ' αὖ πόντοιο χάρις, ξυνοί τε θόωκοι.
Θαῦμα μέγ', οὐδὲ Σαοὺλ χάριτος ξένος, ἀλλ' ὑποφήτης.
Μή τέ τις οὖν ἀροτὴρ, μὴ τέκτων, μὴ σκυτοεργὸς,
Μὴ θήρην μεθέπων, μήτ' ἔμπυρον ἔργον ἐλαύνων,
Τῆλε μένοι, μὴ δ' ἄλλον ἔχοι σημάντορα θεῖον.
Κρεῖσσον γὰρ κρατέειν, ἢ κρατέοντι πιθέσθαι.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ χειρῶν πέλεκυν μέγαν, ὅς δ' ἄρ' ἐχέτλην

Ῥίψας, ὅς δὲ δορὴν, ὅς δούρεα, ὅς δὲ πυράγρην,
Ἐνθάδ' ἴοι, θείην δὲ περιθλίβοισθε τράπεζαν,
Στεινόμενοι, στεινοῦντες. Ὁ δ' ἄλκιμος ἄλλον ἐλαύνοι,
Πολλάκι καί τ' ἄριστον, ἐνιδρώσαντα θρόνοισι,
Γηραιὸν, σάρκεσσι τετρυμένον, οὐρανοφοίτην,
Κόσμον ἀτιμάζοντα, Θεοῦ μετὰ μοῖραν ἔχοντα,
Καὶ νέκυν ἐν ζωοῖσι, θυηπόλον ἐσθλὸν Ἄνακτος.
Εἰκὼ μέν τις ἔγραψεν ἀπ' εἰκόνος ἀρχετύποιο,
Στησάμενος προπάροιθε, πίναξ δ' ὑπεδέξατο μοσσήν·
Ὑμᾶς δ' εἰσορόων τις, ἐναντίον οἶμον ὁδεύοι.
Καὶ τόδε μοῦνον ὄνειαρ ἀφ' ὑμετέρης κακότητος.»
Κήρυξ μὲν δὴ τοῖα βριήπυος. Αὐτὰρ ἔγωγε
Δείδια μὲν Μωσῆος ἀγακλέος οἷον ἄκουσα,

Rursus manna, imber novus; quisque sinu colligat :
Si quis minus, si quis amplius, unum et idem donum. Quod si libet,
Ne sancto quidem diei, parcite, ad exemplum Dei, quieto.
Forte etiam in manibus insatiabilibus putrescat.
Communis omnibus aer, communis terra,
Commune latum cœlum, et quæ cœlum omnibus exhibet,
Communis etiam maris utilitas, et communes throni.
Miraculum magnum, nec Saul quidem a gratia alienus, sed propheta.
Non igitur arator ullus, non faber, non sutor,
Non venationi deditus, non igneum opus tractans
Procul maneat, neque alium habeat divinum ductorem.
830-831 Præstat enim imperare, quam imperanti parere.
Sed hic quidem a manibus magnam securim, ille stivam
Projiciens, iste pellem, alius jacula, alius forcipem,
Huc accedat : et circa divinam mensam conferti estote,
Pressi et prementes. Qui fortis est alium pellat,
Sæpe etiam præstantissimum, quique in thronis exsudavit,
Senem, carnibus contritum, qui in cœlo versatur,
Mundi contemptorem, cujus pars cum Deo,
Mortuum inter vivos, optimum Regis sacerdotem.
Imaginem quis pinxit de imagine primaria,
Quam ante oculos statuit, ac formam tabula excepit :
Vos autem qui viderit, contrariam carpat viam.
Hæc una ex vestra nequitia utilitas. »
Atque hæc quidem præco vocalis dixerit. Ego autem
Timeo id quod de inclyto Moyse audivi,

93 *Ἴην χάριν. Unum aonum.* Edit. minus bene, ἐμὴν χάριν, *mea munera.*

103 *Πιθέσθαι.* Reg. 990 et Coisl. πείθεσθαι.

105 *Ὅς δούρεα.* Duo Regg. οἳ δ' οὔρεα.

112 *Εἰκώ.* Coisl. εἰκόνα. Nihil aculeatius acerbiusque hac collatione, inquit Billius in notis, dici potest. Paucis enim verbis, quanta esset multorum sui temporis episcoporum improbitas luculenter exponit. Nam si is qui vitam eorum intuetur, contraria omnino via incedere debeat, nemini dubium esse potest, quin turpissima et flagitiosissima sit eorum vitæ ratio. Fabius figuram hanc *ratiocinationem* vocat. Atque utinam, pergit Billius, tota hæc oratio non in nostra quoque tempora quadraret! Hic autem profecto locum habet illud Horatii :

Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina ; quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur....

Felicior sane ætas nostra quæ præsules Ecclesiæ Gallicanæ tam graviter non potuit inculpare, nequidem priusquam persecutionis adversus eos totumque clerum sæculo XVIII pene elapso exortæ ignis nimium desævisset, eosque mirum in modum expurgasset.

114 *Οἶμον.* Ita Reg. 993 et Vat. Edit. οἶδμον.

116 *Βριήπυος.* Sic duo Regg. et Coisl. Male edit. βριήτυος.

117 *Ἀγακλέος.* Ita duo Regg. et Coisl. Edit.

METRICA VERSIO.

Prominet, et rursum ex alto pluit æthere manna. B
Quisque sinu condat, legat hic minus, amplius ille.
Si libeat vobis, nec sanctæ parcite luci,
In qua lex Domini mortalibus otia fecit.
Forte etiam in manibus cibus hic putrescet avaris.
Omnibus est tellus communis, et omnibus æther ;
Omnibus est cœlum, convexaque sidera cœli :
Denique commune est cunctis æquorque, thronique.
Ipse Saul etiam præstat, res mira, prophetam.
Ergo nec structor, nec cum sutore colonus,
Nec faber, atque feris trucibus qui retia tendit,
Sit procul, atque alio contentus præsule vivat.
Jura dare est satius, quam danti jura subesse.
Sed posita hic prospere stiva, posita ille securi,
Pelle alter, jaculis alius, vel forcipe curva,
Huc agite, ad sacram et vosmet contrudite mensam,

Quisque premens obnixe alium, pressusque vicissim.
Non alium solio dubitet depellere fortis,
Sæpe etiam persanctum hominem, canumque senecta,
Quique thronis insudavit multumque diuque,
Afflixitque suas carnes, et sidera mente
Incolit, ac mundum calcat, cumque Omnipotente
Partem habet, ac vivos homines est mortuus inter,
Et probus est summi regisque Deique sacerdos.
Ante oculos exemplar habet cum pictor, ab illo
Effigiem pingit, formam capit atque tabella :
Vos autem inspiciens adverso tramite quivis
Ambulet. Ex vitiis vestris hæc carpitur una
Utilitas. » Hæc sunt quæ præco dicere possit.
At mihi quid de Mose canunt oracula sacra
Dum mecum recolo, gelidus tremor occupat artus.

Digitized by Google

Ὃς μοῦνος νεφέλης εἴσω θεὸν ἔδρακεν ἀντην,
Τοὺς δ' ἄλλους ἐκέλευσεν ὑπὸ προπόδεσσι μένοντας,
Ἀγνοτάτους ἁγνοῖσιν ἐν εἵμασι καὶ τρομέοντας
Μούνης εἰσαΐειν θείης ὀπός. Οὐ γὰρ ἄμεινον
Οὐδ' αὐτοῖς θήρεσσι πατεῖν πέδον οὐρανίοιο,
Μὴ καὶ ῥηγνυμένοισιν ὑπὸ σκοπέλοισι δαμεῖεν.
Δείδια δ' αὖ παίδων Ἀαρὼν μόρον, οἵ ῥα θυηλὰς
Θέντες ἐπὶ ξείνοιο πυρὸς, ξείνως καὶ ὄλοντο
Αὐτίκα, καὶ θυέων χῶρος θανάτοιο τελέσθη,
Καὶ παῖδές περ ἐόντες Ἀρὼν μεγάλοιο, δάμασθεν.
Ὣς δὲ καὶ Ἠλείδῃσιν ἐπέχρασε λυγρὸς ὄλεθρος,
Ἠλείδαις, ὅτι μάργον ἔχον νόον. Ἦ γὰρ ἔβαλλον
Οὐχ ἱερὰς παλάμας ἱερῶν καθύπερθε λεβήτων.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' Ἠλεὶ χόλον ἔκφυγεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν

A Οὐχ ὁσίη γαστὴρ παίδων ἐχάλεψε δίκαιον,
Καί περ ἀεὶ βρίσαντα ὀνειδείοις ἐπέεσσιν.
Εἰ δὲ τόση τοίῃσιν ἁμαρτάσι μῆνις ἔπεστιν,
Ὁσσατίης δέος ἐστὶν ἐπὶ πλεόνεσσι κακοῖσι!
Καὶ σὲ, κιβωτὸν ἄνασσαν, ὃς ἥδρασε χειρὶ βεβήλῳ
Κλινομένην, θάνεν αἶψα. Θεοῦ δέ τε νηὸν ἔθηκεν
Ἄψαυστον παλάμῃσιν, ἐρείσματα τάκτοθι τοίχων.
Τοὔνεκεν αἰάζω, πίπτω δ' ὑπὸ σεῖο πόδεσσι,
Χριστὲ ἄναξ, μή μοί τις ἀπαντήσειεν ἀνίη
Χαζομένῳ. Κέκμηκα λύκοις δηλήμοσι ποίμνης,
Ποιμέσι μαρνάμενος δηρὸν χρόνον. Ἐκ μελέων δὲ
Ῥικνῶν ἔπτατο θυμὸς, ἀναπνείω δ' ὀλίγον τι
Τειρόμενος καμάτοισι, καὶ αἴσχεσιν ἠμετέροισιν.
Ὧν, οἱ μὲν θώκων ἱερῶν πέρι δῆριν ἔχοντες,

Qui solus intra nubem Deum coram vidit,
Cæteros autem jussit ad radicem manentes,
Puros in puris vestibus et trementes
Solam Dei vocem audire. Non enim tutum erat,
Vel ipsis feris solum Dei cœlestis calcare,
Ne sub disruptis scopulis perirent.
Timeo et filiorum Aaronis mortem, qui victimas
Imponentes igni insolito, insolitum et ipsi letum subito
Subiere, ac victimarum locus eorum morte consecratus,
Et quamvis filii essent magni Aaronis, percussi sunt.
Sic et filios Heli funestus oppressit interitus,
Filios Heli, quoniam voracem habebant mentem. Injiciebant enim
Manus profanas sacris lebetibus.
Neque vero Heli iram effugit, sed et illum,
Cum justus esset, filiorum venter non sanctus perdidit,
Quamvis objurgatoriis verbis non pepercisset.
Sin autem talibus culpis talis ira inest,
Quanto magis metuenda est in uberioribus malis!
Te quoque, regina arca, qui sustentavit manu profana
Nutantem, protinus periit. Dei vero templum servabant
Intactum manibus exteriora murorum præsidia.
832-833 Idcirco ingemisco et tuis pedibus accedo,
Rex Christe, ne qua mihi occurrat calamitas
In meo secessu. Lassatus sum cum lupis gregem vastantibus,
Pastoribus diu decertans. E membris autem
Curvis evolavit animus, ac paululum respiro
Fractus laboribus et probris nostris.
Quorum alii de sacris thronis litigantes,

ἀργαχλέος. Mox *ἄκουσα*. Sic tres Regg. Chig., et Vat. Edit. ἔκουσα.

125 *Ξείνοιο*. Ita tres Regg. et Coisl. Edit. ξένιοι.

134 *Τόση*. Sic Tres Regg. et Coisl. Edit. τόσοι.

136 *Ἀνασσαν*. Eo quod Dei simulacrum, et in ea residens Deus colebatur.

141 *Χαζομένῳ*. Coisl. sup. lin. ἀναχωροῦντι.

142 *Ποιμέσι μαρνάμενος*. Cum lupis et pastoribus decertando se fatigatum esse ait Gregorius, id est, cum hæreticis et illis episcopis, qui invido et infenso in eum animo erant. Ita Gregorius in oratione habita coram episcopis CL, t. I, pag. 762.

143 *Θυμός*. Int. Reg. 992, ψυχή.

METRICA VERSIO.

Ipse etenim solus, penetrata nube, Tonantem
Conspexit: reliquos autem radicibus imis
Montis, et in puro lustratos jussit amictu
Solam audire Dei tremebundo pectore vocem:
Nam ne impune quidem bobusque ovibusque futurum,
Sed promptum exitium, pareret quod saxea moles,
Si qua Dei sanctum tetigisset bestia montem.
Quinetiam sancti proles me terret Aronis,
Quæ, quia non solitum sacris admoverat ignem,
Protinus insolita jacuit quoque morte perempta,
Sacrorumque locus mortis locus exstitit idem:
Nec pater a natis pestem depellere quivit.
Quinetiam Helidas horrenda morte profana
Sustulit ingluvies, quod non dubitasset uterque
Ollis impuras sacris immittere dextras.
At neque divinam effugit pater optimus iram,

B Sed justum oppressit natorum venter iniquus,
Quamlibet hos gravibus solitum perstringere verbis.
Quod si tanta leves noxas est ira secuta,
Qualis erit, quæso, cum quis mala pura patrarit?
Jam qui suppositis arcam sustollere palmis
Labentem studuit, mox est dimissus in orcum.
Atque etiam externus paries faciebat ut esset
Intacta omnino supremi Numinis ædes.
Ergo oro, et prono quæso te corpore, Christe,
Ne qua recedentem noxa me infortunia vexent.
Deficiunt vires miserum, dum prælia longa
Consero cumque lupis, et cum pastoribus ipsis.
Curva animus volucris senio jam membra reliquit,
Ac quiddam exiguum spiro, tum mole laborum
Fractus, tum vitiis nostris, probrisque pudendis.
Pars etenim, sedes ob sacras bella gerentes,

Digitized by Google

Ἀντία κυμαίνοντες, ἐπασσυτέροισι κακοῖσι
Βαλλόμενοι, βάλλοντες, ἀτειρέες εἰσὶ μαχηταὶ,
Εἰρήνην βοόωντες, ἐφ' αἵμασι κυδιόωντες.
Ὡς ὄφελον Γετθαῖαν ἀναπλήσαιεν ἀνίην,
Ἔνδικον ἑδρήεσσαν, ἐφ' ἕδρῃ τίσιν ἔχοντες.
Οἱ δ' ἄρα τοῖς ἑκάτερθε μεριζόμενοι, κλονέουσιν
Ἀντολίην τε δύσιν τε, Θεὸς δ' ἐς σάρκας ἔληξεν,
Ὧν ἄπο μαρναμένων καὶ οὔνομα καὶ μόθος ἄλλοις·
Παῦλος ἐμὸς, Πέτρος δὲ τεὸς, κείνου δέ τ' Ἀπολλὼς
Εἰσὶ θεοί. Χριστὸς δὲ μάτην ἥλοισι πέπαρται.
Οὐ γὰρ ἀπὸ Χριστοῖο καλεύμεθα, ἐκ μερόπων δὲ,
Κείνου καὶ χείρεσσι καὶ αἵματι κῦδος ἔχοντες.
Τόσσος ἔρως φαέεσσιν ἐπήχλυσεν ἡμετέροισιν,

A Ἡ δόξης κενεῆς, ἢ κτήσιος, ἢ φθόνος αἰνὸς,
Τηκεδανὸς, κακόχαρτος, ἐναίσιμον ἄλγος ἔχουσι!
Καὶ πρόφασις Τριάς ἐστι, τὸ δ' ἀτρεκὲς, ἔχθος ἄπιστον.
Διπλόος ἐστὶν ἕκαστος, ὃς λύκον ἀμφικαλύπτων,
Καὶ χαλκὸς λοχόων πικρὴν νεπόδεσσιν ἐδωδήν.
Τοῖα μὲν ἡγητῆρες· ὁ δ' ἕσπεται ἐγγύθι λαὸς,
Πρόφρονες ἐς κακίην, καὶ ἡγητῆρος ἄνευθεν.
Οὐδέ τις ἔστ' ἀγαθοῖο διάκρισις, οὐδὲ κακοῖο,
Οὐ πινυτῆς πολιῆς, οὐκ ἀφραδέος νεότητος,
Οὐ μογεροῦ βιότοιο θεουδέος, οὐ μαλακοῖο.
Εἷς νόμος ἐστὶ, κάκιστον ἔχειν πλέον. Ὡς ἀπόλοιτο
Κεῖνος ἀνὴρ, ὃς πρῶτος ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀλιτρούς.
Αὐτῶν κόσμος ἔοι, αὐτῶν Θεὸς, ὅσσα τ' ἀρίστοις

Invicem invadentes, continuis malis
Percussi et percutientes, indomiti sunt pugnatores,
Pacem clamitantes, de sanguine superbientes.
Utinam Gethæorum morbum, justum et sedi insitum,
Experiantur, in sede pœnas luentes.
Alii vero inter utrosque divisi commovent
Orientem et Occidentem, Deusque in carnes desiit,
A quibus pugnantibus et nomen et bellum aliis:
Mihi Paulus, tibi vero Petrus, isti Apollo
Dii sunt. Christus autem frustra clavis transfixus est.
Non enim a Christo nomen habemus, sed ab hominibus,
Quamvis illius manibus et sanguine hanc gloriam habeamus.
Adeo amor oculos obnubilavit nostros
Aut vanæ gloriæ, aut possessionum, aut vehemens invidia,
Tabefaciens, malis gaudens, justus dolor his qui hoc vitio laborant!
Prætextus Trinitas est: revera autem odium implacabile.
Duplex quisque est, ovis lupum cooperiens,
Et æs piscibus funestam ex insidiis objiciens escam.
Talia quidem duces: populus autem prope sequitur,
Qui libens in vitium fertur, etiam sine ductore;
Nec ullum probi discrimen et improbi,
Prudentis canitiei, et insipientis juventutis;
Non vitæ ad exemplum Dei laboriosæ, et mollis.
Una lex est, ut pessimus plus habeat. Pereat
Ille vir qui primus scelestos huc introduxit.
Illorum sit mundus, illorum Deus, et quæcunque optimos

148 *Ἐφ' αἵμασι.* Int. Reg. 992, ἐπὶ φόνοις.

149 *Γετθαῖαν ἀναπλήσαιεν ἀνίην.* Forte ἀναπλήσαιεν. Gethæi, ob captam Dei arcam, in secretiori natium parte percussi fuerant, ut habetur I Reg. v. Vult igitur Gregorius, ait Billius, nullo modo congruentius in eos, qui summas dignitates Ecclesiæ tanto studio prosequebantur, animadverti posse, quam si, ob adeo impotentem et effrenam thronorum cupiditatem, eadem qua Gethæi pœna plecterentur, et pro sedibus indigne occupatis, in sede, hoc est in ano plecterentur. Vulgatum est enim illud Scripturæ, *per quæ quis peccat, per hæc et puniatur.*

152 *Θεὸς δ' ἐς σάρκας ἔληξεν. Deus in carnes desiit: in homines.* Gen. VI, 3: *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Billius, *Deo relicto ad carnem devolvuntur.*

156 *Καλεύμεθα.* Chig. καλούμεθα.

158 *Τόσσος.* Reg. τόσσον.

161 *Ἔχθος ἄπιστον. Odium incredibile*, quale existimari non potest. Reg. 990 ἄχθος.

163 *Καὶ χαλκός*, etc. Hic versus deest in cod. Chig.

METRICA VERSIO.

Exagitant sese, ut fluctus, feriuntque vicissim,
Nec sitis hos ardens pugnandi deserit unquam,
Pacem clamantes, captantes sanguine laudem.
Ac Getthæo utinam morbo premerentur, ut æquum est,
Pœnas ob sedem meritas in sede luentes.
Ast alii rursum studia in contraria scissi,
Quaque nitens oritur Phœbus, quaque occidit, orbem
Concutiunt: Deus in carnes ac desinit illis;
A quibus et nomen sumit sibi mobile vulgus,
Et pugnæ rabiem. Paulum pro numine duco.
Tu Petrum, at illi rursum Deus alter Apollo.
In cruce sic frustra Christus cum sanguine vitam
Fudit. Ab humanis etenim jam nomen habemus,
Non autem a Christo, cujus tum sanguine sacro,
Tum manibus nobis decus est et gloria parta.
Tanta animos nostros caligine cæcus honoris

B Circumfudit amor, vel opum malesana cupido,
Vel livor justo crucians mala corda dolore!
Atque malo veneranda Trias prætexitur isti:
Sed revera animos stimulat damnosa simultas.
Quisque tegit mentes sub ovina pelle lupinas,
Ac velut æs pisces objecta intercipit esca.
Scilicet ista duces faciunt: plebesque sequuntur,
In vitium promptæ, dux quamvis nullus adesset.
Recti delectus nullus vitiique profani,
Nullus cordati senii, stolidæque juventæ
Nullus divinæ vitæ luxuque fluentis.
Lex hæc una viget, quo quis sit pejor, ut idem
Commoda plura ferat, plures et carpat honores.
Ille velim misera procumbat morte, scelestis
Primus ad has quisquis tribuit conscendere sedes.
Delicias habeant ipsi mundique, Deumque,

Digitized by Google

Ἔσπεται ὑστατίοισιν ἐν ἤμασιν ἀμφιτάλαντα·
Οἱ δ' ἀγαθοὶ μογέοιεν ἐτώσια. Τοῖα δικασταῖς
Εὔαδεν ἡμετέροισι. Δίκη φυγὰς ἔνθεν ἀπέλθοι.
Ἔν δ' ἄρα πάντα πέλοι, Χριστὸς, βροτὸς, ἥλιος, [ἀστὴρ,
Φῶς, σκότος, ἄγγελος ἐσθλὸς, Ἑωσφόρος οὐκέτι λάμ- [πων.
Πέτρῳ δ' ἴσα φέροιτο θεοκτόνος Ἰσκαριώτης,
Καὶ Σολύμοις ἱεροῖσιν ἀλιτροτάτη Σαμάρεια.
Ἴσα δ' ἔχοι χρυσός τε καὶ ἄργυρος, ἠδὲ σίδηρος,
Μάργαρος ὀκρυοέντι λίθῳ, πηγαῖς δὲ χαράδραι·
Πάντα δ' ἂμ' ἀλλήλοισι πεφυρμένα εἰς ἓν ἄγοιτο.
Ὅς ποτ' ἦην, ὅτ' ἄκοσμος ἦην πρωτόκτιστος ὕλη,
Κόσμον ἔτ' ὠδίνουσα διακριδὸν οὐ βεβαῶτα.

A Ἦν δ' ὅτε Μωαβῖται νηὸς μέγας οὐ βατὸς ἦεν,
Οὐδὲ μὲν Ἀμμανίτῃσιν, ἐπεὶ στρατὸν ἤκαχον ἠΰν.
Ἄλλους δ' ὑδροφόροισιν ἐνηρίθμησεν Ἰησοῦς,
Καὶ ξυλοφορτηγοῖσιν, ἐπεί ῥά μιν ἐξαπάφησαν.
Ταῦτα κακοῖς. Λευὶ δὲ γόνον μεγάλοιο γέρηραν.
Σκηνῆς γάρ μιν ἔθηκαν ἐπουρανίης θεράποντα·
Κἀνθάδ' ὅροι θυέων τε καὶ οὖδεος, ἠδὲ πόνοιο.
Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ χέρας εἶχον ἐπ' ἔργοις,
Ὅσσα τ' ἔην νηοῖο καὶ ἔκτοθεν ἐγκονέοντες.
Κεῖνοι μὲν τοίοισι νόμοις ἀρετῆς προμάχιζον·
Ἡμεῖς δ' αὖ κακίῃ γέρα θήκαμεν· ὢ θανάτοιο!
Τίς τάδε θρηνήσειε γόων πολυΐδρις ἀοιδός;
Σχέσθε, φίλοι· λήξωμεν ἀτασθαλίῃ μογέοντες·
Ὀψέ ποτ' εὐαγέεσσι Θεὸς τίοιτο θυηλαῖς.

Manent in novissimis diebus remunerationes:
Boni vero frustra laborent. Talia judicibus
Placuere nostris. Profuga hinc justitia abeat.
834-835 175 Unum vero sint omnia, Christus, homo, sol, stella,
Lumen, tenebræ, bonus angelus, Lucifer non jam splendens.
Petro æqua ferat deicida Iscariotes,
Sacrîsque Solymis scelestissima Samaria.
Æqua autem habeant, aurum et argentum, atque etiam ferrum,
180 Margarita et asperum saxum, fontes et voragines.
Omnia simul permista in unum colligantur,
Velut olim erat, cum indigesta primo creata esset materia,
Mundum adhuc parturiens nondum distincte firmatum.
Moabitis olim in magnum templum aditus non patebat,
185 Neque Ammonitis, quia innocuo exercitui male fecerant.
Alios autem iis annumeravit Jesus, qui aquam et ligna
Ferebant, quia ipsum deceperant.
Hæc malis. Levi autem magni progenies honore est affecta.
Illi enim cœlestis tabernaculi cura commissa;
190 Ab his ordinabantur sacrificia, et locus, et labor.
Alii aliis operibus manus admovebant,
Quæcunque intra templum, et extra, administrantes.
Atque illi quidem talibus legibus pro virtute pugnabant:
Nos autem vitio præmia posuimus. O mortem!
195 Quis hæc deploret lugendi peritissimus cantor?
Sistite, amici: desinamus nequitia lassati;
Tandem aliquando sanctis Deus colatur victimis.

172 *Ἀμφιτάλαντα.* Tres Regg., Coisl. et Vat. ἀντιτάλαντα. Coisl. sup. lin. ἀντίδωρα. Ejusdem interpres ἀποκείμενα τοῖς δικαίοις ἀγαθά.

179 *Χρυσός τε.* Tres Regg. et Chig. χαλκός τε.

182 *Ὅτ' ἄκοσμος.* Sic Regg. plerique et Coisl. qui sup. lin. habet ἄτακτος. Edit. ὅτε κόσμος. — Mox *πρωτόκτιστος.* Sic legitur, sed deficere videtur metrum, cum penultima ægre possit esse brevis. Forte scripserat Gregorius πρωτόκτιτος. CAILLAU.

185 *Ἦκαχον.* Reg. 991, sup. lin. ἐλύπησαν.

186 *Ἄλλους δέ.* Reg. 992 ἄλλοις.

187 *Ἐξαπάφησαν.* Coisl. sup. lin. ἠπατησαν.

190 *Ὅρον θυέων.* Coisl. sup. lin. ὁρισμοὶ, καὶ τόπου καὶ πόνου διάκρισις, *et loci et laboris discrimen.* Atque etiam hic lex præscripta erat de sacrificiis, de templo, de labore: tunc etiam ordo sacrificiorum erat, locique et laboris discrimen.

METRICA VERSIO

Et quæcunque manet justos post fata voluptas:
At justi vano crucient sua membra dolore.
Improba judicibus placet hæc sententia nostris.
Exsulet hinc Astræa procul. Sint cuncta simulque,
Christus, homo, lumen, tenebræ, sol, stella, bonus-
Angelus, et nullos qui jam dat Lucifer ignes. [que
Æqua ferat Petro Christi mactator Iudas:
Æqua ferat Solymis Samaritis perfida sanctis.
Argenti pretium ferrique æquetur et auri;
Sint unum rivi et fontes, adamasque lapisque.
Denique cuncta simul rursum jungantur, ut olim,
Tunc cum mundus erat rudis indigestaque moles.
Ammone non licuit quondam Moaboque creatis
(Scilicet Isacidum intulerant mala plurima castris),
Intima divini contingere limina templi.

B Rursus aquis alios Jesus lignisque gerendis
Addixit, fucum factum sibi questus ab illis.
At contra magno Levitæ in honore fuere.
Namque illis commissa fuit venerabilis arca;
Atque etiam his certus sacrorumque atque laboris
Ordo erat; hic etenim hoc, illud tractabat at ille:
Atque ita tum templi curabant intima, tum quæ
Extima. Sic illi virtutem rite colebant:
At contra (o miseram mortem!) nos præmia turpi
Constituisse juvat vitio. Quisnam ista peritus
Lugendi vates, ut tanta tragœdia poscit,
Deplorare queat? Jam, quæso, sistite, amici,
Sistite jam, quæso, rabiem, tandemque laboris
Sit modus et finis, quo nos scelus usque fatigat;
Tandem aliquando Deo pia grataque sacra feramus.

Digitized by Google

Εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμεν, ὀνησόμεθ'· εἰ δὲ καλύπτοι
Μῦθον ἐμὸν πολιήν τε νέων θράσος, ἠὲ κολοιῶν
Οὖλον ἐπικρώζοντες ἐμοὶ νέφος ἀφραδίῃσι,
Βήσεται, οἷ κ' ἐθέλει, καί περ ἐργόμενος.
Τοῦτ' ἀγαθῶν μόνον ἔσται ἐλεύθερον, οὔτε καθεκτὸν,
Οὔθ' ἑλετὸν, Χριστῷ νοῦς ἀναειρόμενος.
Οὐ θνητοῦ βασιλῆος ὁμέστιος, ὡς τοπάρσιθεν,
Γρηγόριος, θυλάκῳ ἦρα φέρων ὀλίγην,
Κείμενος ἐν μέσσοισι, κατηφιόων καὶ ἄναυδος,
Ἄπνοον ἄσθμα φέρων, δούλια δαινύμενος.
Οὐχ ἕδρῃ τίσει με δικασπόλος, ἠὲ συνέδρῳ,
Ἠὲ χαμαιπετέϊ, πνεύματι μέτρα νέμων.
Οὐδὲ χέρας φονίους προσπτύξομαι, οὐδὲ γενείου
Δράξομαι, ὥστ' ὀλίγης ἀντιτυχεῖν χάριτος·
Οὐδ' ἱερὴν ἐπὶ δαῖτα, γενέθλιον, ἠὲ θανόντος,
Ἤ τινα νυμφιδίην σὺν πλεόνεσσι θέων,

Horum ego unus esse cum cuperem (non enim celabo),
Cumque jam in atriis vestigia posuissem,
Ut vidi nefanda facta, ac malorum miseram machinationem,
Retrorsum abscedens, pedem extra retuli.
Ac profecto multa etiam passus sum ab aliis infidelibus,
Quorum aures adhuc mea voce personant.
Lapides mihi, illorum Trinitas fuit, Deitas recens firmata:
His nos invicem donis munerati sumus.
852-853 Sed tamen cessi, doctrinam relinquens jam non repulsam,
Undique iis, quos nostri movebant fluctibus jactatus.
Jaceo; insurge, insurge, livor improbe. Te profecto
Reprimam, etiamsi extremis in finibus lateam,
Etiamsi tenebrosis feræ visceribus includar,
Ceti maritimi, ut olim Jonas in eis inclusus est.
Corpus quidem in visceribus; mens vero liberis motibus
Ibit quo volet, etsi clausa.
Hoc unum ex bonis liberum est, nec cohiberi
Aut auferri potest, mens ad Christum evecta.
Non jam mortalis regis conviva, ut antea,
Erit Gregorius, utri suo aliquid indulgens jucundi,
Accumbens in mediis magnatibus, vultu demisso, tacens,
Sine flatu respirans, serviliter epulans.
Non me sede honorabit judex, aut æquali,
Aut humiliori, modum spiritui imponens.
Nec manus homicidas osculabor, nec barbam
Apprehendam, ut minutum aliquod beneficium consequar:
Neque ad festum convivium, aut natale, aut funebre,
Aut nuptiale, cum pluribus currens,

34 *Παντοδαποῖς*. Coisl. et Vat. παντοδαπῆς.
45 *Ἀπίστοις. Hæreticis.*
47 *Λᾶες ἐμοί.* Int. Coisl. Καί μοι μὲν λίθων βολαὶ εἰς ἀμοιβὴν, ἐκείνοις δὲ θεότης νεωστὶ λαβοῦσα βεβαίωσιν. *Ab ipsis pro mercede lapidibus ego sum petitus: apud ipsos per me divinitas confirmata.* Ab hæreticis enim Gregorius saxis est petitus in urbe Constantinopolitana, ut in ipsius *Vita* legitur.
49 Ἄπιστον. Ἀπιστούμενον.
50 *Ἡμετέροις, Nostris: ab iis,* scilicet, *qui eamdem nobiscum fidem profitebantur.*
52 *Σχήσω.* Στήσω.
56 *Ἐργόμενος.* Sic Coisl. et Reg. 992. Edit. ἐργυίμενος, ubi deficit metrum, et ipsa Græcitas.
60 *Θυλάκῳ.* Alludit ad Anaxarchi philosophi dictum, qui cum, ut sæpius jam diximus, in pila saxea, ferreis malleis, jubente Cypriorum tyranno, contunderetur: *Tunde,* inquit, *Anaxarchi* θύλακον corpus significans, *nam Anaxarchum non tundis.*
62 *Δαινύμενος.* Int. Coisl. δουλοπρεπῶς εὐωχούμενος.
63 *Συνέδρῳ.* Vat. συνέδρων. Mox *πνεύματι,* etc.: bene Billius, *ut fastum ipse deprimat meum.*
65 *Φονίους.* Vat. φονέως.
67 *Γενέθλιον.* Baronius id de Martyrum natalitiis intelligit.

METRICA VERSIO.

Horum ego cum cuperem numeros augere (fatebor B Pectore corpus erit clausum: sed libera curret
Istud enim), atque intra limina jam ipse forem:
Ut varias vidi fraudes atque improba facta,
Pectore commotus terga repente dedi.
Quin etiam hæreticos inter, queis nunc quoque nostra
Vox ferit auriculas, plurima dura tuli.
Saxa mea, illorum fuit at Trias. Hanc ego fixi
Cordibus, hi contra saxa dedere mihi.
At quoque sic cessi, jam certum dogma relinquens,
Undique jactatus fluctibus innumeris.
Jam jaceo: insulta, livor nequissime. Sistam
Te forte extremis abditus orbis agris,
Aut etiam æquorei tenebroso pectore ceti
Inclusus, Jonas ut prius ante fuit.
Mens mea, quam nemo, qui remoretur, erit.
Libera mens etenim est, quæ vexit ad æthera sese,
Talisque, hanc ut vis carpere nulla queat.
Non jam Gregorius mensis accumbere regum
Adjiciet, folli commoda pauca ferens,
In medio cœtu positus, tristisque silensque,
Vix spirans, ritu mancipiique epulans:
Non etiam judex æqua me sede locabit,
Aut humili, ut fastum deprimat ipse meum:
Non jam sanguineis ego palmis oscula jungam,
Nec barbam, ut quiddam consequar, accipiam.
Non epulum natale adiens cum pluribus, aut quod
Funereum est, vel quod connubiale, petens,

Digitized by Google

Πάντα τὰ μὲν γναθμοῖσιν ἑλώρια, τὰ δ' ἄρ' ὀπηδοῖς
Θήσομαι, ἁρπαλέαις Βριαρέω παλάμαις·
Ὀψὲ δὲ φορτίδ' ἄγων, τάφον ἔμπνοον, ἄψ ἐπὶ δῶμα
Ἕλξω, τὴν μογερὴν γαστέρα τειρόμενος,
Ἄσθμα κόροιο φέρων, ἄλλην ἐπὶ δαῖτα παχείην
Σπεύδων, πρὶν προτέρην ὕβριν ἀποσκεδάσαι.
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ πρόεδρος ἐὼν ἱεροῖς ἐνὶ χώροις,
Ἢ μόνος, ἢ πλεόνων εἰς ἓν ἀγειρομένων,
Φθέγξομαι οἷσι τερπνὰ, τὰ Πνεύματος ἔκτοθι ῥίψας,
Ὡς κεν ἕοιμι πρόφρων, φίλτρον ἔχων πλεόνων,
Τερπόμενός τε κρότοισι, καὶ ἐν θεάτροισι χορεύων,
Κρημνοβάτης ἐπέων ἀντικορυσσομένων,
Ἀθλοφόροισιν ὁμοῖα, πολυγνάμπτοισί τε λώβαις,
Ἢ καὶ μαινομένοις ἀντίπαλ' ἡνιόχοις·
Οὐ χόλον αἰχμάσας, οὐ σώματος αἰθομένοιο
Λύσσαν ἐπιψύξας, οὐ χέρα μαινομένην
Πᾶσιν ἐπ' ἀλλοτρίοισι, λόγου δεσμοῖσι πεδήσας,
Οὐ ψευδῆ κραδίης δόξαν ἀποσκεδάσας,
Οὐ τύφον οἰδαίνοντα διδάγμασιν ἐς χθόνα ῥίψας
Οὐ πηγαῖς δακρύων δάκρυον ἐκκαλέσας,
Ἀλλ' ἓν φάρμακον αἰνὸν ἔχων, θηρήτορα τιμῆς
Θυμὸν, καὶ θανάτου φάρμακον ἀτρεκέως.
Οὐδέ τί που συνόδοισιν ὁμόθρονος ἔσσομ' ἔγωγε
Χηνῶν ἢ γεράνων ἄκριτα μαρναμένων·
Ἔνθ' ἔρις, ἔνθα μόθος τε καὶ αἴσχεα κρυπτὰ πάροιθεν
Εἰς ἕνα δυσμενέων χῶρον ἀγειρόμενα.
Τῶνδε γὰρ εἵνεκ' ἔγωγε μέσος χθαμαλοῖσι κάθημαι
Ἰητρὸς παθέων, αὐτὸς ἄνουσος ἐών.

Prædam omnem partim buccis meis, partim famulis
Tradam, rapacibus Briarei manibus;
Ac sero sarcinam, tumulum spirantem, gerens, rursus in domum
Traham, lassato ventre vexatus,
Ægre ob satietatem respirans, sed tamen ad aliud pingue convivium
Properans, antequam prior crapula dissipata sit.
Neque etiam sacris in locis, aut solus,
Aut cum pluribus in unum convenientibus præses,
Eloquar grata auribus, quæ Spiritus sunt, foras projiciens,
Ut prudenter me geram, plurimorum amorem alliciens,
Gaudensque plausibus, et in theatris tripudians,
Funambulus in sermonibus invicem pugnantibus,
Pugilum imitator, et mille inflexionum dedecoris,
Aut furentium contra se invicem aurigarum;
Non iram jaculis figens, non æstuantis corporis
Rabiem refrigerans, non manum in aliena
Omnia furentem doctrinæ vinculis constringens,
Non falsam ex cordibus opinionem evellens,
854 855 Non fastum intumescentem docendo ad terram prosternens,
Non fontibus lacrymarum lacrimas excitans,
Sed unum habens grave pharmacum, venatorem honoris
Animum, vere mortiferum pharmacum.
Non jam ego in synodis sedebo, collega
Anserum et gruum inconsiderate decertantium:
Hic rixa, hic bellum, et probra prius latentia
In unum congregantur dissidentium locum.
Equidem propter ea sedeo inter plebeios
Medicus morborum, ipse morbis carens.

71 *Ὀψὲ δὲ φορτίδ'*. Comb. legit οὐδὲ δὲ φορτίδ', ac sic vertit: *Nec qui navem referam, vivum sepulcrum gestans, crapula languidum atque obtritum ventrem domum reducam ac traham.*

75 *Ἐών*. Vat. ἰών.

81 *Πολυγνάμπτοισί τε λώβαις*. Coisl. ὕβρεσι. *Multis suggillatus plagis ac vicibus.*

83 *Οὐ χόλον*. Recte Billius ex conjectura emendavit quod prave in Ald. legebatur οὐχ ὅλον. Conjecturam Billii codices confirmant.

92 *Χηνῶν ἢ γεράνων*. Concilia gruum et anserum vocat ea, in quibus nihil recte, nihil graviter gerebatur, sed confusis pugnantium inter se hominum clamoribus omnia perstrepebant. Talia erant pleraque hujus temporis concilia particularia, in quibus Ariani episcopi concilii Nicæni auctoritatem infringere conabantur. Vide epist. ad Procopium.

METRICA VERSIO.

B

Cuncta ego partim dente premam, partimque rapaci
Servorum turbæ diripienda dabo,
Atque domum sero repetam, venterque sepulcri,
Et vino et dapibus languidus, instar erit,
Vitalesque satur potero vix carpere flatus:
Cœnam aliam crudus persequar ipse tamen.
Nec cum præsideam sacris in sedibus ipse,
Vel solus, vel cum pluribus, illa loquar,
Quæ non Pneuma oleant, verum illabantur in aures
Mollia, permultis charus ut esse queam;
Plausibus et gaudens, mediis saltansque theatris,
Funigradus vocum, quæ fera bella gerant:
Noti secus ac pugiles, qui colluctantur, et illi,
Certatim currus quos agitare juvat:
Non iram exstinguens, rabidi nec corporis æstus,
Non præceps cæca pectus avaritia
Constringens vinclis, ratio quæ recta ministrat;
Non falsum ex animo discutiensque decus:
Non verbis vanum pellens de corde tumorem,
Non lacrymas lacrymis eliciensque meis:
Sed medicamen habens unum grave, pectus honoris
Percupidum, ac vere pharmacon exitii.
Non ego cum gruibus, non anseribusque sedebo
In synodis, quæ se marte furente petunt.
Hic rixa, hic fera pugna, priusque abscondita probra,
Quæ ferale odium parte ab utraque parit.
Propter eos abjecta etenim me sede locavi,
Ægris ut sanus pharmaca ferre queam.

Digitized by Google

Οὐ γὰρ ἐμῆς πολιῆς παίζειν, καὶ λάτριν ἀεικῶς
Ἔμμεναι ἀντὶ θρόνων, ὧν πέρι μαρνάμενοι
Σχίζονται, καὶ κόσμον ὅλον τέμνουσιν ἀθέσμως.
Αἲ αἲ τῶν μεγάλων ἡμετέρων ἀχέων!
Ταῦτα μὲν, οἷσι φίλον, καὶ κερκώπων κράτος εἴη·
Αὐτὰρ ἐγὼ Χριστοῦ πλήσομαι ἀτρεμέων.
Εἰ δὲ κακὸν λαοῖο θεόφρονος ἡνία ῥῖψαι,
Ἵστωσαν κεφαλαὶ τῶν ἀποσεισαμένων,
Ὄφρα κεν, ὡς θοὸν ἵππον, ἀποπτυστῆρα χαλινῶν,
Θυμὸς ἄγοι κρημνοῖς, ἢ σκοπέλοισι φέρων.
Εὔχομαι, ὥς κεν ἅπαντα θεῷ φίλα τοῖσδε μεμήλοι,
Εἰ δὲ χερειότερα, τηλόθεν οὔατ' ἔχειν.

A

IH'. *Πρὸς τοὺς φθονοῦντας.*

Ἐξ οὗ θεῷ προσῆλθον ἐκλιπὼν βίον,
Πολλαῖς στροβοῦμαι καὶ κακαῖς τρικυμίαις·
Ἀντιπνέει γὰρ ὁ φθόνος, πόῤῥω Θεοῦ
Βαλεῖν θέλων με, καὶ λαβεῖν ὁμόσκοτον.
Πόθεν φίλοι μοι δυσμενεῖς, καλοὶ κακοί;
Ἐν εἰσι πάντες ἐξ ἴσου δρῶντες κακῶς·
Πόθεν λόγον τοσοῦτον ἔκδημον φέρων
Πόλει τοσαύτῃ, καὶ τί πλεῖον κερδάνας,
Ἦν οἶδα πρώτην τῶν ἀφ' ἡλίου βολῶν,
Ὅσθην νόσῳ τε καὶ κακοῖς παραστάταις;
Πύρωσις, οἶμαι, τοῦτο, καὶ στέργω· μόνον
Δόξης τύχοιμι, Χριστὲ, σῆς τῆς ἀφθόνου.

Non enim meæ canitiei est ludificari, et indecoram
Servitutem subire pro thronis, de quibus certantes
Scinduntur, et totum orbem per fas et nefas scindunt.
Heu! heu! quantis malis premimur!
Atque hæc quidem eorum sint, quibus placent, et cercopum sit potestas:
Ego quietus Christo implebor.
Quod si nefas est populi Deum colentis gubernacula abjicere,
Viderint id eorum duces, qui nos excusserunt,
Ut, quemadmodum equum velocem et freni impatientem,
Animi impetus abripiens in præcipitia aut scopulos ferat.
Precor, ut curæ illis sint, quæcunque Deo placent,
Aut si deteriora, procul aures habeam.

XVIII. *In invidos* *.

Ex quo ad Deum accessi relinquens vitam,
Multis jactor et gravibus tempestatibus:
Contra spirat enim invidia, procul a Deo
Pellere volens me, et in easdem rapere tenebras.
Unde amici mihi infesti, et boni evasere mali?
Unum sunt omnes pariter agentes prave.
Unde sermonem tantum e longinquo ferens
Urbi tantæ, et quid amplius lucrifaciens,
Quam novi omnium primam, quæ sunt sub solis radiis,
Premor morbo et malis, quæ me torquent?
Probatio, arbitror, hoc mihi est, et acquiesco: tantum
Tua, Christe, fruar gloria, invidia carente.

* Scriptum an. 381. — Alias Toll. 3, pag. 82.

101 *Κερκώπων*. Cercopes vocat astutos et veteratoriæ cujusdam improbitatis episcopos, qui artibus suis et dolis omnia perturbabant concilia. Bill. Ἀγορὰ κερκώπων, *cercopum cœtus*, de conciliabulo dicitur. Erasm. in Chiliad.

104 *Ἵστωσαν*. Reg. 992 ἔστωσαν. Coisl. sup. lin. γινωσκέτωσαν.

XVIII. 2 *Πολλαῖς στροβοῦμαι*. Ita in duobus legitur codicibus Florentinis, id est, *versor, circumagor*: unde et στρόβιλοι, *procellæ, fluctus, tempestates, quibus naves in alto jactantur*. Toll.

9 *Ἀφ' ἡλίου*. Id est, *urbium orientalium*. Constantinopolis autem Romæ, quæ Occidentis caput, opponitur. Toll.

11 *Πύρωσις*. Ignis purgans, ut ille fornacis, quo metalla ab immunditiis expurgantur. Tollius fatetur Patrum nonnullos veteris Ecclesiæ credidisse peccata post mortem hujusmodi igne exuri; asserit autem immerito cæteros et in primis D. Augustinum aliter sensisse.

12 *Τῆς ἀφθόνου*. Simpliciter hic et prout prima vocis est significatio accipitur, opponiturque invidiosæ sedi Constantinopolitanæ; alias plerumque copiam abundantiamque indicat.

METRICA VERSIO.

Non etenim est nostri senii nunc ludere, ser- B [vum
Proque sacris hominum turpiter esse thronis,
Pro quibus a scissis totus discinditur orbis.
Heu quanta est nostri vis gravitasque mali!
Qui volet hæc faciat, cercopum sitque potestas:
At mea gaudebit mens requieta Deo.
Quod si Christicolam est crimen grave linquere [plebem,
Viderit hæc, quæ me depunt urbe, cohors:
Instar equi excussis ut devia currat habenis
In scopulos, necis et sit sibi causa suæ.
Opto ego sint ipsis curæ, quæ grata Tonanti:
Sin mala, sint aures hinc procul opto meæ.

XVIII. IN INVIDOS.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Ex quo datus Deo reliqui sæculum
Jactor feris, heu! sæpe tempestatibus:
Flat namque contra livor, a Deo procul
Expulsum iisdem mergere tenebris volens;
Me cur amici odere? Cur boni mali?
Unum quid omnes sunt agentes improbe.
Qui tanta tantæ verba longinquus ferens
Urbi, omnium nitente sub solis rota
Clarissimæ, quid et lucratus amplius,
Morbo premor malisque me torquentibus?
Igne probor; acquiesco. Fac modo tua,
Livoris expers, Christe, gloria fruar.

Digitized by Google

ΙΘ'. *Σχετλιαστικὸν ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ παθῶν.*

Πολλάκι Χριστὸν ἄνακτα κακοῖς μογέων μεγάλοισιν
Ὠνοσάμην· καὶ γάρ τις ἄναξ θεράποντος ἐνείκε
Δούλιον ἐν στομάτεσσι λαλεύμενον ἠρέμα τρυσμὸν,
Ὡς δὲ πατὴρ ἀγαθὸς καὶ ἄφρονος υἷος ἑοῖο
Πολλάκις ἀμφαδίων ἐπέων θράσος ἦχ' ὑπέδεκτο,
Τοὔνεκα καὶ σὺ λόγοισιν ἐμοῖς, Θεὸς, ἵλαος εἶης,
Οὓς τοι ἀκηχεμένη κραδίη, ἀγανώτατε, πέμψει.
Βαιὸν ἄκος παθέεσσιν ἐρευγομένη φρενὸς ὠδίς.
Χριστὲ ἄναξ, τί τόσος με κακοῖς διέπερσας ἀνωθεν,
Ἐξότε μητρὸς ὅλισθον ἐμῆς ἐπὶ μητέρα γαῖαν;
Εἰ μὴ καὶ λαγόνεσσιν ἐνὶ σκοτίῃσι πέδησας,
Τίπτε τόσοις ἀχέεσσι, καὶ εἰν ἀλὶ, καὶ κατὰ γαῖαν,
Ἐχθροῖσίν τε φίλοις τε καὶ ἡγεμόνεσσι κακίστοις,
Ξείνοις, ἠμεδαποῖς τε καὶ ἀμφαδὸν, ἢ λοχόωσι,
Μύθοις τ' ἀντιθέτοις, καὶ λαΐνέαις νιφάδεσσι
Βέβλημαι; τίς ἅπαντα διακριδὸν ἐξαγορεύσει;
Μοῦνος ἐγὼ πάντεσσιν ἀοίδιμος, οὐδ' ἐπὶ μύθοις,
Οὔτ' ἐπὶ κάρτεῖ χειρὸς ἔχων περιώσιον ἄλλων,
Ἄλγεα δὲ στοναχάς τε περισταδὸν, ὥστε λέοντα
Πάντοθεν ἀμφυλάουσι κακοὶ κύνες, οἰκτρὸν ἄεισμα,
Ἀντολίῃ τε δύσει τε. Τάχ' ἄν ποτε καὶ τὸ γένοιτο,
Ἤ τις ἀνὴρ θαλίῃσι λύων φρένα, ἤ τις ὁδίτης,
Ἤ τις ἐϋκρέκτῳ κιθάρῃ ἐπὶ δάκτυλα βάλλων,
Φθόγγοις οὐ λαλέουσιν, ἐμῶν ἀχέων ὀαριστὴς,

856-857 XIX. *Querela de suis calamitatibus*.

Sæpe Christum regem magnis laborans malis
Querendo compellavi; rex enim aliquando famuli tulit
Servile murmur ore leniter pronuntiatum,
Quemadmodum et bonus pater etiam insipientis filii sui
Sæpe manifestam verborum audaciam leniter excepit;
Et tu ergo verbis meis, Deus, propitius sis,
Quæ tibi cor dolens, rex maxime, effundit.
Paululum ærumnis medetur dolor mentis erumpens.
Rex Christe, cur me tantis jamdudum oppressisti malis,
Ex quo e matre delapsus sum in terram matrem?
Si non me in tenebroso matris utero detinuisti,
Cur tot molestiis, et in mari, et in terra,
Ab inimicis, ab amicis, a pessimis præsidibus,
Ab extraneis, a nostratibus, aperte et ex insidiis,
Cur sermonibus adversariorum et lapideis nivibus
Jactatus sum? Quis cuncta distincte edisserat?
Solus ego omnium fama celebratus sum, non facundia,
Non manus robore alios superans;
Sed circumdantibus me molestiis et doloribus, velut leonem
Undique circum latrant mali canes, tristis sum cantilena
Orienti et Occidenti; forte etiam illud aliquando eveniet,
Ut conviviis aliquis animum exhilarans, aut quis viator,
Aut quis citharam canoram digitis pulsans,
Sonis non distinctis, mearum ærumnarum narrator,

Scriptum an. 382. — Alias Bill. 6, pag. 73.

XIX. Tit. Reg. 993. *Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἐπάνοδον. Ejusdem de se ipso post reditum*, profecto ab urbe Constantinopolitana.

2 *Θεράποντος*. Duo Regg. θεράποντα, et sup. lin. δοῦλον.

5 *Ἀμφαδίων*. Reg. 990 ἀμφαδίην. Reg. 992 ἀμφασίων.

8 *Βαιὸν ἄκος*. Sic supra Carm. XIII, vers. 26.

10 *Ὄλισθον*. Sic duo Regg. et Coisl. Edit. ὄλισθος.

13 *Ἐχθροῖσίν τε*. Ita Vat. Duo Regg. ἐχθροῖς καὶ φιλίοις. Sic supra Carm. XVI, vers. 63 et 64.

18 *Οὔτ' ἐπὶ*. Ita tres Regg. et Coisl. Edit. οὐδ'. Mox περιώσιον. Coisl. περιώσιος.

22 *Ἤ τις*. Coisl. εἴ τις.

23 *Ἐϋκρέκτῳ*. Vat. ἐϋῤῥέκτῳ.

METRICA VERSIO.

XIX. QUERELA DE SUIS CALAMITATIBUS.

(*Billio interprete.*)

Sæpe, fatebor enim, in mentem mihi venit iniqua
Carpere voce Deum. Namque et servile frequenter
Murmur fert dominus tacito de pectore manans;
Durius et si quis soboles fortasse locuta est,
Fert pater æquo animo, nec justa exæstuat ira.
Ergo etiam nostras facili, precor, aure querelas
Accipe, quas mœrens animus sævoque dolore
Obrutus, æthereum tibi, rex bone, mittit ad axem.
Eructare suos quædam est medicina dolores.
Quid me tam dura, Deus optime, mole malorum
Vexasti, inde ex quo charæ genitricis ab alvo
Fusus ad humanæ veni spiramina vitæ?
Non etenim referam quod me caligine densa
Pressisti in matris gremio, durisque catenis.
Cur terra et pelago tot dura infestaque rerum
Spicula vibrarunt in me simul hostica turba.
Quosque mihi sanctum fœdus sociarat amoris,
Atque ducum scelerata manus stimulata furore?
Cur et nostrates, et gens longinqua, palamque
Et furtim, jaciunt in me adversaria verba,
Ac miseranda petunt saxorum grandine membra?
Quis cuncta exacte referat, vivoque colore
Exprimat, ut tanto non cedant verba dolori?
Omnibus unus ego notus, non arte loquendi,
Nec quia corporeo reliquos ego robore vincam:
Sed me nobilitant gemitus, tristesque dolores.
Ac velut horrendum latratibus usque leonem,
Undique me rabido morsu petit impia turbà,
Quaque oritur Titan, quaque ignea subtrahit orbi
Lumina. Quinetiam quondam reor esse futurum,
Ut quis contractæ rugas et seria mentis
Discutiens epulis, vel iter fortasse capessens,
Vel citharæ pulsu curarum nubila pellens,
Fataque nostra canens muta tristissima voce,
Gregorii nomen memoret: Diocæsariensis,

Digitized by Google

Γρηγορίου μνήσαιτο, τὸν ἔτρεφε Καππαδόκεσσιν
Ἡ Διοκαισαρέων ὀλίγη πτόλις. Ἀλλ' ἐπίμοχθον
Ἄλλοις πλοῦτον ὄπασσας ἀπείριτον· υἱέας ἄλλοις
Ἐσθλούς· κάλλιμος ἄλλος, ὁ δ' ἄλκιμος, ὃς δ' ἀγορητής.
Αὐτὰρ ἐμοὶ κλέος ἐστὶν ἐπ' ἄλγεσιν· εἰς δέ με πάντας
Σῆς γλυκερῆς παλάμης πικροὺς ἐκένωσας ὀϊστούς.
Ἄλλος Ἰὼβ νέος εἰμί· τὸ δ' αἴτιον οὐκέθ' ὁμοῖον.
Οὐ γὰρ ἀεθλεύσοντά μ' ἄγεις, μάκαρ, ὥς τιν' ἄριστον
Ἀντίον ἀθλητῆρος ἀπήνεος, ἀλκὶ πεποιθώς,
Ὡς κεν ἀριστεύσαντι γέρας καὶ κῦδος ὀπάσσῃς.
Οὔπω τόσσος ἔγωγ', οὐδ' ἄλγεσι κῦδος ἔπεστι.

Ποινὴν δ' ἀμπλακίης τίνω τάδε. Τίς δέ θ' ἁμαρτὰς
Δίζημ' ἐν πλεόνεσσιν, ὃ σοι πλέον ἄχθεται ἄλλων.
Ἐξερέω πάντεσσιν, ὃ μοι νόος ἐντὸς ἔεργε·
Ἦ τάχα κεν δρύψειεν ἁμαρτάδα μῦθος ἀνυδρος.
Ὠτόμην, ὅτε δή σε φίλον λάχος οἷον ἐδέγμην,
Πάντ' ἄμυδις βιότοιο ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα ῥίψας,
Καὶ νόον ὑψιβάντα τεῇ θεότητι πελάζων,
Σαρκὸς νόσφιν ἔθηκα, νόμος δέ μοι ἡγεμόνευε·
Πάντων μὲν κρατέειν, πάντων δ' ὕπερ αἰθέρα τέμνειν
Χρυσείαις πτερύγεσσι· τό μοι φθόνον αἰνὸν ἄγειρε,
Καί με κακοῖς ἐπέδησεν, ἀφυκτοτάτῃσί τ' ἀνίαις.

25 Gregorii memor sit, quem enutrivit Cappadocibus
Diocæsareo, non magna civitas. Sed operosas quidem
Aliis divitias ingentes largitus es : aliis filios
Egregios : pulcher alius : fortis ille : hic concionator.
Mihi autem decus est in ærumnis ; atque in me omnes
30 Suavis manus tuæ amaras exhausisti sagittas.
Novus Job ego sum ; at non jam causa similis.
Non enim me certaturum mittis, beate, veluti fortissimum quemdam
Crudelis athletæ adversarium, viribus meis confidens,
858-859 Ut vincenti præmium et gloriam largiaris.
35 Nondum tantus ego, nec habent ærumnæ meæ gloriam.
Pœnam vero peccati hanc persolvo. Quodnam autem delicta
Tibi inter multa magis aliis displiceat, inquiro.
Dicam omnibus id quod mens intus includit ;
Fortasse enim peccati vulnus exulceret vox submissa.
40 Mihi videbar, cum te solum in dilectæ hæreditatis loco amplexus sum,
Simul omnia vitæ commoda, quasi sordes, in mare projiciens
Mentemque excelsam tuæ deitati admovens,
A carne separavi, ducemque legem sequebar ;
(Putabam) me omnia superaturum, ac supra omnes aerem secaturum
45 Aureis pennis : id autem mihi vehementem invidiam collegit ;
Meque malis alligavit, et inevitabilibus molestiis.

26 *Πτόλις*. Vat. πόλις.

30 *Σῆς*. Vat. τῆς.

33 *Ἀπήνεος*. Ita duo Regg. Coisl. et Vat. Edit. ἀπήνιος. Mox *ἀλκὶ πεποιθώς*. Hæc interpretatur Billius, tanquam verba Gregorii de se ipso loquentis ac suis viribus confidentis : *Viribus ipse meis fultus* ; verum a Gregorii mente longius aberrat. Queritur nimium se a Deo non in arenam mitti, tanquam fortem athletam cum crudeli adversario congressurum, aut quasi athletæ, quem mittit, fortitudinis securus sit, quem corona donaturus, ac victorem renuntiaturus sit. Hunc esse verborum Gregorii sensum fidem facit Int. Coisl. : Οὐ γὰρ ὡς ἀθλητήν με κράτιστον πέμπεις ἐπὶ στάδιον, ὦ ἀθλόθετα μακάριε, τῷ ἀνταγωνίστῃ συμπλακησόμενον, ὡς τῇ δυνάμει θαῤῥῶν τοῦ παλαίοντος, ἵνα στεφανώσῃς καὶ ἀνακηρύξῃς νικήσαντα.

37 *Ἄχθεται*. Unus Reg. ἔκθεται.

38 *Ἔεργε*. Reg. 990 et Coisl. ἐέργει.

39 *Δρύψειεν*. Ita duo Regg., Coisl. et Vat., quæ lectio melior quam κρύψειεν, videtur, licet eam Billius mendosam suspicetur. Is enim sensus est : *Forsitan tacitus sermo recrudescere fecerit peccatum.* Quod Int. Coisl. confirmat : Ἦ γὰρ ἂν λόγος οὐκ ἐκλαλούμενος τὴν ἁμαρτίαν πλέον ἀναξάνειεν.

41 *Ἀφυσγετόν*. Ita Chig. et Coisl. Edit. male ἀφυσγειτόν. Reg. unus sup. lin. συρφετόν. Sic interpretantur Hesychius et Eustathius in Iliad. xi, vers. 495, ubi hæc leguntur :

....*Πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει.*

42 *Πελάζων*. Vat. πελάσας.

43 *Νόμος*. Ita Chig. Edit. λόγος cum Coisl. *Litteras ducem habebam ; earum ductu agebar, ut omnibus palmam præriperem, aureisque pennis supra omnes aera secarem.*

44 *Τέμνειν*. Reg. 992 ναίειν.

45 *Αἰνόν*. Ita duo Regg., Vat., Coisl. et sup. lin. δεινόν. Edit. αἰέν.

46 *Κακοῖς ἐπέδησεν*. Vat. κακοῖς ἐνέσε ἀφυκτάτῃσιν ἀνίαις.

METRICA VERSIO.

Urbs quem Cappadocum populis haud nutriit ingens,
Sunt quibus immensos tribuas bonus æris acervos ;
Sunt quibus insignem sobolem, formæque nitorem,
Nonnullis decus eloquii, vacuumque timore
Pectus : at ipse mihi nomen famamque parasti
Ob vitæ ærumnas obque agmina sæva malorum,
Atque omnes in me fixit tua dextra sagittas.
More quidem Jobi crucior, sed dispare causa,
Non etenim clari cujusdam militis instar,
Viribus ipse meis fultus, cum dæmone sævo
Luctor, ut egregie postquam certavero, palmam
Des mihi, succingasque caput victrice corona.
Nondum ego sum tantus, nec gloria tanta dolores

Consequitur. Verum scelerum me pendere pœnas
Sentio. Quod vere scelus est ex omnibus illud,
Quod te præ reliquis tam dura concitat ira ?
Jam retegam arcanum, quod mens altissima claud.
Crimina namque tegit, tacita qui voce fatetur.
Cum tibi me totum addixi, penitusque dicavi,
Cunctaque præsentis calcavi commoda vitæ,
Excelsamque tibi tollens ad sidera mentem,
Carnis ab illecebris nexuque et amore removi :
Cumque animum regeret ratio, doctrinaque sacra
Omnes ipse mihi longe superare, caputque
Altius in superas sedes efferre videbar.
Quæ res invidiam peperit mihi, damnaque multa
Ærumnasque graves, queis nulla exsolvere ment

Digitized by Google

Σὸν κλέος ὑψόσ' ἄειρε, κλέος δὲ σὸν ἐς χθόν' ἔθηκεν.
Αἰὲν ἀγηνορίῃσιν, ἄναξ, κοτέεις μεγάλῃσι.
Κεῖνό γε μὴν ἄϊστε, καὶ ἐσσομένοισι γράφοιτε,
Λαοί θ' ἡγεμόνες τε, ἀπεχθέες, εὐμενέες τε,
Πατρὸς ἐμοῦ μεγάλοιο φίλον θρόνον οὐκ ἀθέριξα·
Οὐκ ἔστ', οὐδ' ἐπέοικε, Θεοῦ θεσμοῖσι παλαίειν.
Κείνῳ θεσμὸς ἔδωκεν· ἐγὼ δέ τε χειρὶ γεραιῇ
Χεῖρα νέην ὑπέρεισα, πατρὸς δ' ὑπόειξα λιτῇσι,
Πατρὸς ἐμοῦ, τὸν ἔτισε, καὶ ὃς μάλα τηλόθι μάνδρης
Ἀζόμενος πολιήν τε καὶ ἥλικα πνεύματος αἴγλην.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ζωῆς σημάντορι καὶ τόδ' ἔαδεν
Ἡμετέρης, ἄλλοις με Λόγον καὶ Πνεῦμ' ἀναφῆναι,
Ξείνοις, τρηχαλέοισιν, ἀκανθοφοροισιν ἀρούραις,
Βαιὴ μὲν ψεκάς εἰμι, πολὺν δέ τε λαὸν ἐπῆρσα.
Καὶ τόδε γ' αὖθις ἔαδε παλίμπορον ἐνθάδε πέμψαι
Νούσῳ τε στυγερῇ, καὶ ἀργαλέαις μελεδώναις
Τηχθέντ' ἐξαπίνης. Ἰὸς δέ τε ἀνδρὶ μέριμνα.
Βαιὸν δὲ χρόνον ἔσχον ἐμοῖς μελέεσσιν ἀρηγῶν,
Ποιμενικὴν σύριγγα, βοηθόον ἐσθλὸν ὀπάσσας,
Μή τις ἐμοῖς μήλοισιν ἀσημάντοισιν ἐπελθὼν
Ἐχθρὸς, ἐὴν πλήσειεν ἀναιδέα γαστέρα φορβῆς.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δονέοντο ἀγοὶ, δονέοντο δὲ λαοὶ
Ἡγεμόνος τε ποθῇ, καὶ θήρεσιν οὐλομένοισιν,
Οἳ θεὸν ἀνδρομέοισιν ἐνὶ σπλάγχνοισι παγέντα,

Tua me gloria in altum extulit, tua gloria in terram depressit.
Magnis semper audaciis, rex, succenses.
Illud quidem audite et posteris scribite,
Populi et præsules, inimici et amici,
Magni patris mei dilectam sedem non contempsi :
Nec licet, nec convenit Dei legibus repugnare.
Lex illi sedem tribuit : ego vero senili manui
Manum juvenilem supposui, ac patris precibus cessi,
Patris mei, quem veneratur etiam qui ab ovili longissime remotus,
Reveritus canitiem, et parem spiritus splendorem.
Rursus postquam vitæ nostræ moderatori
Placuit, ut aliis Verbum et Spiritum prædicarem,
Extraneis, asperis, et spinas ferentibus terris,
Parva equidem gutta sum, sed tamen magnum populum irrigavi.
Illud autem rursum placuit, ut me subito revertentem huc mitteret,
Tristi morbo et molestis sollicitudinibus
Confectum. Est autem ærugo sollicitudo homini.
Aliquandiu membris meis opem tuli,
Pastoritiam fistulam, egregium adjutorem donans,
Ne quis ovibus meis duce carentibus superveniens
Hostis, impudentem ventrem impleret pabulo.
860-861 Cum autem commoverentur duces, commoverentur et populi
Præsidis desiderio, et crudeles ob feras,
Qui Deum in humanis visceribus formatum

51 *Οὐκ ἀθέριξα. Non contempsi.* Billius, reclamante Gregorio, qui se nunquam paternam sedem sprevisse testatur, vertit : *Ipse recusavi sedem, sprevique paternam.*

55 *Ἔτισε.* Ita tres Regg. et Coisl. Edit. ἔτισα.

57 *Ζωῆς σημάντορι.* Non alius, ut arbitror, quam Basilius, a quo ad episcopatum compulsus fuerat, ut Patri opem ferret. Cujus etiam consilio et hortatu Constantinopolim se contulit, patre tum mortuo.

58 *Καὶ.* Sic Coisl. Prave edit. γάρ.

59 *Ξείνοις. Extraneis,* nempe *Constantinopolitanis.* Billius, *ad ignotas gentes*, quasi ad Æthiopas et Indos.

63 *Τηχθέντ'.* Sic tres Regg., Vat. et Coisl. Edit. τεχθέντ'.

64 *Ἐμοῖς μελέεσσιν.* Int. Coisl., τοῖς ἐμοῖς τέκνοις ὑπερχήδησα, *juvandis filiis meis operam impendi.*

65 *Ποιμενικὴν σύριγγα.* Διδασκαλικὴν φωνήν. *Ipse docendo, pastorisque munus ad tempus implendo.* Male profecto Billius : *Insigni pastore dato.* Hæc nimirum spectant tempus, quo intermissa ea pastorali cura ob ægritudinem, ad eam denuo episcoporum plebisque murmure compulsus est, donec tandem illum ecclesiæ episcopum præfecerunt, quod necdum contigisse evidenter patet, cum Gregorius hæc canebat.

66 *Ἐμοῖς μήλοισιν.* Suas oves vocat, quas ipsi pater commendaverat.

METRICA VERSIO.

Arte queo. Sic me tua gloria vexit in altum,
Atque eadem rursus me gloria traxit ab alto.
Namque tua in mentes semper furit ira superbas.
At vero, et mihi qui cupitis bene, quique malignum
In me animum geritis, quid dicam, attendite, quæso,
Et semel acceptum fidis committite chartis,
Omnis ut hoc ætas noscat ventura nepotum.
Ipse recusavi sedem sprevique paternam.
Haud etenim fas est divina infringere jura.
Illi lex sedem tribuit, plebemque regendam :
Ast ego grandævis juvenilia brachia palmis
Supposui, jussisque patris precibusque putavi
Cedendum, eximie quem non ego solus amavi,
Et colui, sed et ille etiam distabat ovili
Qui procul a nostro, seniumque parcmque sene-
[tæ
Β Splendorem venerans animæ radiosque micantes.
Ast ubi, qui nostræ moderatur tempora vitæ,
Jussit, ut e patria Christum regione, sacrumque
Flamen ad ignotas gentes spinosaque ferrem
Arva, licet tenuis pluviæ sim guttula, magnum,
Auxiliante Deo, populum tamen ipse rigavi.
At vero ad patrias idem remeare penates
Me voluit, morbis natum curisque molestis.
Cura homini porro crux et letale venenum est.
Exigue fessos recreavi corporis artus,
Insigni pastore dato, ne præsule cassas
Aggrederetur oves quisquam, raptasque voraret.
At postquam plebisque duces, plebsque ipsa moveri
Cœpit, et incertis animis nutare fideque,
Ob desiderium ducis, insultumque ferarum,
Quæ Christo intactæ nato de ventre parentis

Digitized by Google

Ἔκνοον ἦτορ ἔχουσι νόου δίχα μορφώσαντες,
Πολλοὶ μὲν τρύζεσκον ἐμοῖς παθέεσσιν ἄπιστοι,
Καί μ' ὑπεροπλίῃσι θεουδέα λαὸν ἀτίζειν,
Ἤ φάσαν, ἢ νόος εἶχε. Θεῷ γ' ἐμὸν ἄλγος ἔφαινον.
Πολλοὶ δ' αὖ νυχίοισιν ἐμὲ κρίνεσκον ὀνείροις,
Ζωγράφος ὧν πόθος ἦεν, ἀθύρματα πολλὰ χαράσ-
[σων·
Ἤ Θεὸς ἐξεκάλυπτεν, ἐμοὶ τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων,
Ὄφρα κε μὴ χαλεπῇσι σὺν ἐλπωρῇσι δαμείην,
Ἐξοδίην κακότητα ἐφεσσάμενος βιότοιο.
Τοὔνεκεν αὐχέν' ἔκαμψα, τεὴν δ' ὑπὸ χεῖρα κρα-
[ταιὴν
Δέσμιος ἔρχομ' ἔγωγε· δίκη δ' ἄλλοισι μελήλοι.
Οὐδὲν ὄνειαρ ἐμοιγε δικαζομένης βιότητος.

A Τῇ νῦν, Χριστὲ, φέροις με, ὅποι φίλον. Ἄλγεσι κάμ-
[φθην.
Κητείαις λαγόεσσι τετρυμένος εἰμὶ προφήτης.
Σοὶ παρέχω ζωῆς τόδε λείψανον. Ἀλλ' ἐλέαιρε
Μικρὸν ἔτι πνείοντα. Τί μ' ἄλγεσι τόσσον ἐλαύνεις;
Οὔτ' ἀγαθοῖσι μόνοισι θάνες, Θεὸς, εὔτ' ἐπὶ γαῖαν
Ἦλυθες (ἦ μέγα θαῦμα, Θεὸς βροτὸς αἵματι ῥαίνων
Ψυχὰς ἡμετέρας καὶ σώματα), οὔτε κάκιστος
Μοῦνος ἐγώ. Πολλοῖσι χερείοσι κῦδος ὄπασσας.
Τρεῖς βίβλοισι τεῇσι μεγακλέες εἰσὶ τελῶναι,
Ματθαῖός τε μέγας, νηῷ τ' ἔνι δάκρυα λείψας,
Ζακχαῖός τ' ἐπὶ τοῖσιν· ὁ τέτρατος αὐτὸς ἔοιμι.
Τρεῖς δ' ἄρα λυσιμελεῖς, ὅ τε λέκτριος, ὅς τ' ἐπὶ πηγῇ,
Ἦν τε πνεῦμ' ἐπέδησεν· ὁ τέτρατος αὐτὸς ἔοιμι.

Mente destituunt, cum ipsi cor habeant sine mente,
Multi submurmurabant meis non creduli morbis,
Ac populum, qui est ad Dei imaginem, superbe a me contemni,
Aut dicebant, aut cogitabant. Meum equidem dolorem Deo aperiebam;
Multi etiam de me judicabant ex nocturnis somniis,
Quorum pictor erat desiderium, ludibria multa effingens;
Vel Deus hæc illis retegebat, finem mihi præclarum concedens,
Ut ne molestis spebus domarer,
Luctuosum vitæ nactus exitum.
Quæ propter cervicem demisi, ac potentem tuam sub manum
Captivus confugio, aliis esto judicii cura.
Nulla mihi utilitas e judiciis de mea vita prolatis.
Nunc igitur, Christe, deducas me, quo placebit. Ærumnis victus sum.
Sum propheta in ceti visceribus obrutus.
Tibi offero has vitæ reliquias. Miserere
Paululum adhuc spirantis. Cur me doloribus tantopere exagitas?
Non solis bonis mortuus es, Deus, cum in terras
Venisti (grande miraculum, Deus homo sanguine aspergens
Animas nostras et corpora), neque pessimus
Solus ego sum. Multis pejoribus gloriam tribuisti.
Tres in libris tuis celebres sunt publicani,
Magnus Matthæus, et qui in templo lacrymas fudit,
Post hos Zachæus; quartus ego sim.
Tres paralytici, et qui in lecto, et qui ad fontem,
Et quam spiritus ligaverat: quartus ego sim.

73 *Ὑπεροπλίῃσι*. Coisl. ὑπεροπλείῃσι.
74 *Θεῷ γ' ἐμόν*. Ita legendum; edit. Θεῷ γε μέν. Ibid. *ἔφαινον*. Sic duo Regg. et Coisl. Edit. ἔφαινεν.
78 *Χαλεπῇσι*. Coisl. Int. ἵνα μὴ πονηραῖς ἐλπίσι συναποθάνοιμι, βίου κακὸν ἐπιφερόμενος ἐξόδιον.
81 *Δίκη δ' ἄλλοισι*. Int. Coisl., Ἄλλοι δὲ τὰ βίου μοι δικαζέτωσαν, καὶ ἡ τούτων ἔρευνα μελέτω τοῖς φιλοπράγμοσιν. Οὐδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης πολυπραγμοσύνης ἐμοὶ τὸ ὄφελος.
86 *Μικρόν*. Duo Regg. νεκρόν.
94 *Πηγῇ*. Reg. 990 πηγήν.

METRICA VERSIO.

Amentes mentem eripiunt, mancumque relinquunt;
Pars hominum nostris omnino incredula morbis
Usque meo tacitum lacerabat murmure nomen,
Meque pium nimio populum contemnere fastu
Censebat, si non verbis jactabat apertis.
At cernit nostros, qui cernit cuncta, dolores.
Judicium de me rursus pars magna ferebat,
Somnia vana sequens, quæ cuique insana cupido
Finxerat, ut plerosque solet componere ludos:
Aut Deus hoc etiam retegebat, dum mihi lætum
Obtentat finem, ne spes tristissima mentem
Conficeret, siquidem postremo ætatis in actu
Me quoque dura nimis premerent incommoda rerum.
Ergo demissa supplex cervice potentem,
Christe, tuam subeo dextram, captivaque tendo
Brachia. Jus aliis esto vindictaque curæ.
Nil ego judicium mundi moror atque tribunal.
Quocirca me sancta ferat tua, Christe, voluntas,
Quo me cunque feret nullo cum murmure pergam.
En cernis quanto miser obruar ipse dolore,
Vatis ego ritu premor imo pectore ceti.

B Relliquias miseræ tenues tibi porrigo vitæ.
At miserere, precor, fatique urgentia tela
Comprime. Quid tanta me vexas mole dolorum?
Non etenim his solis, quibus est charissima virtus,
Christe, salutiferum fudisti in morte cruorem,
(Tempore quo summa cœli delapsus ab arce
Venisti in terras, junctus, mirabile dictu!
Humanæ carni Deus immortalis, et omnes
Corporis atque animæ detergens sanguine labes);
Nec mea criminibus sola est mens tincta nefandis:
Quippe aliis multis, scelerum quos sarcina major
Curvabat, veniam facilis laudemque dedisti.
Tres sacra commemorat claros doctrina telonas,
Matthæum, Zacchæum, et qui pia vota precesque
Fundebat lacrymis divina oppressus in æde:
His me, sancte, velis, Genitor, subjungere quar
[tum.
Corpora tres rursus resoluta habuisse leguntur,
Qui miser in lecto, prope fontem quique jacebat,
Atque ea, quam misere vinctam afflictamque tenebat
Spiritus: his me junge, Pater sanctissime, quartum.

Digitized by Google

Τρεῖς δέ σοι ἐκ νεκύων φάος ἔδρακον, ὡς γὰρ ἄνωγας·
Ἄρχοντος θυγάτηρ, χήρης πάϊς, ἐκ δὲ τάφοιο
Λάζαρος ἡμιδάϊκτος· ὁ τέτρατος αὐτὸς ἔοιμι.
Καὶ νῦν φάρμαχ' ἔχοιμ' ὀδυνήφατα, καὶ μετέπειτα
100 Ζωὴν ἄτροπον, ἐσθλὲ, τεῷ μέγα κύδεϊ γαίων.
Ποίμνης ἠγεμόνευσα θεόφρονος. Εἰ δὲ λυθείην,
Ποιμένος οἷδε τύχοιεν ἀρείονος· εἰ δ' ἄρ' ὁμοίου,
Ἥσσονος ἐν παθέεσσι, μακάρτατε· οὐ γὰρ ἔοικε
Τὸν νούσων ἐλατῆρα κακοῖς ἀχέεσσι παλαίειν.

K'. *Νοσοῦντος εὐχὴ πρὸς Χριστόν.*

Πῆξόν με, Χριστέ· πῶς ἐλύθη σὸς λάτρις;
Ὑμνῳδὸς ἀργεῖ γλῶσσα. Πῶς φέρεις τόδε;
Ἀλλ' ἅρμοσόν με, μὴ πρόῃ τὸν σὸν θύτην.
Ποθῶ πάλιν στῆναί τε καὶ σωτηρίας
A 5 Κῆρυξ γενέσθαι, καὶ λαὸν καθαγνίσαι·
Σὺ τὸ σθένος μου, λίσσομαι, μή μ' ἐκλίπῃς.
Εἴ σ' ἐν ζάλῃ προύδωκα, βαλοίμην ἔτι.

KA'. *Εἰς τὸν πυρηρόν.*

Ἅρπασον, ἅρπασον, ἅ- [φθιτέ, με
Χειρὸς ἀπ' ἀλλοτρίης·
Μηδ' ἔργοις μογέοιμι κα- [κοῖς,
Καὶ Φαραώ με τρυχοῖ,
5 Μηδέ με δουριαλῆ κατ- [έχοι,
Χριστὲ, σὸς ἀντίπαλος,
Εἰς Βαβυλῶνά τ' ἄγοι κρα- [ναὴν,
Ἄγεσι τειρόμενον
Ἐν νηῷ δὲ μένοιμι τεῷ
10 Ἔμπεδος, ὑμνοπόλος·
Μηδέ μέ τις πυρόεις Σο- [δόμων
Ὄμβρος ὑπερθε βάλοι.
Χειρὶ δ' ἐπισκιάοις κρα- [τερῇ
Πήματα πάντ' ἐλάων.

Tres ex mortuis lumen, jubente te, viderunt:
Principis filia, viduæ filius, et ex sepulcro
Lazarus semesus: quartus ego sim.
Et nunc remedia habeam dolorem pellentia, et postea
100 Vitam immutabilem, tua, bone, gloria multum exsultans.
Gregem rexi Dei cultorem. Ubi dissolutus fuero,
Pastorem illi sortiantur meliorem: aut si similem,
862-863 Saltem ærumnis inferiorem, o beate; non enim convenit
Morborum depulsorem cum malis doloribus decertare.

XX. *Oratio ad Christum in morbo*[*].

Consolida me, Christe: quomodo dissolutus est cultor tuus?
Quæ te celebrabat, otiosa est lingua. Quomodo id sinis?
Verum stabilias me, nec rejicias tuum sacerdotem.
Cupio rursum stare, et salutis
5 Esse præco, et populum purgare:
Te robur meum obsecro, ne me deseras.
Si te unquam in tempestate prodidi, jaciar iterum.

XXI. *In diabolum*[**].

Eripe, eripe me, o Immortalis,
Ex aliena manu:
Nec operibus afflicter malis,
Nec Pharao me vexet,
5 Neque me captivum possideat,
Christe, tuus adversarius,
Et in Babylonem ducat asperam,
Vulneribus contritum.
In templo autem maneam tuo
10 Stabilis, hymnos canens;
Neque me igneus Sodomorum
Imber desuper feriat.
Manu autem potenti obumbra,
Mala omnia avertens.

[*] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 109, 110, pag. 180. [**] Scriptum an. 382. — Alias Toll. pag. 101.

96 *Ἔδρακον*. Reg. 990 ἔδραμον.
100 *Τεῷ*. Ita legendum. Edit. male Θεῷ. Ibid. *γαίων*. Ita fere Iliad. I, vers. 405.
XX. 2. *Φέρεις*. Ita legendum. Edit. φέρει.
XXI. 4 *Φαραώ*. Pharao hic spiritalis est, ut et mox Babylon, quam miror cur κραναὴν appellet, cum tam facilis ad eam sit aditus. Ita Toll. Nihil tamen mirum: quantumvis enim facilis sit aditus ad Babylonem, nihilominus aspera est, ratione servitutis qua premuntur ii qui in eam adducuntur.

METRICA VERSIO.

Denique tres vita functos ad lumina vitæ
Vox tua restituit, nigroque extorsit averno.
Prima resurrexit Jairo prognata parente,
Tum viduæ proles, tumulo postremus opaco
Fetidus, et media consumptus parte, repente
Lazarus exiliit: tribus his me jungito quartum.
Atque et nunc dulci medicamine pelle dolores,
Et vitæ expleto cursu mihi certius ævum
Annue, meque hilarem semper tua gloria servet.
Me duce plebs habuit fidei bona pabula sanæ.
Nunc si corporeo mens nostra e carcere migret,
Præsule, Christe, velim posthac meliore fruatur.
Quod si non dabitur melior, Deus optime, saltem
Ille minus duris rerum jactetur in undis.
Nam qui alios gravibus morbis purgare laborat,
Non decet hunc hominem gravibus languescere mor- [bis.

XX. ORATIO AD CHRISTUM IN MORBO.
(*Billio interprete.*)

Me, Christe, firma: qui tuus cultor jacet?
B Jam lingua cessat, te canens: cur hoc sinis?
Ac firmitati redde me: nec me, tibi
Qui sacra supplex offero, prodas velim.
Redire vires expeto, præconium
Salutis ut obeam, ac Deo plebem expiem.
Ne, Christe (robur nam meum es), me deseras.
Si te in procellis prodidi, rursus petar.

XXI. IN DIABOLUM.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Eripe ab hoste, precor, famulum,
Eripe, morte carens.
Non mala me, crucient opera,
Non Pharao noceat.
Nec me Christe, jugo subigat
Qui tibi bella movet:
Nec duram in Babylona trahat
Criminibus domitum.
Sed morer æde tua stabilis,
Cantica pulchra canens.
E cœlo neque me quatiat
Ignea vis Sodomæ;
Mi valida sed adesto manu,
Cunctaque pelle mala.

Digitized by Google

ΚΒ'. *Ἱκετήριον.*

Χριστὲ, φάος μερόπων, πυρόει στύλε Γρηγορίοιο
Ψυχῇ, πλαζομένῃ πικρῆς βιότου δι' ἐρήμης,
Σχὲς Φαραὼ κακόμητιν, ἀναιδέας ἐργοδιώκτας·
Καὶ πηλοῦ μ' ἀδέτοιο, καὶ Αἰγύπτοιο βαρείης
Ἐξερύσαις, πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας
Δυσμενέας, λείην δὲ πόροις ὁδόν. Ἦν δὲ κίχῃσιν
Ἐχθρὸς ἐπισπέρχων, σὺ δέ μοι καὶ πόντον ἐρυθρὸν
Τμήξειας, στερεὴν δὲ διεκπεράοιμι θάλασσαν,
Σπεύδων ἐς χθόνα δῖαν, ἐμὸν λάχος, ὥσπερ ὑπέστης·
Καὶ ποταμοὺς στήσειας ἀπείρονας, ἀλλοφύλων τε
Κλίναις θούριον ἔγχος, ἀγάστονον. Εἰ δ' ἐπιβαίην
Γῆς ἱερῆς, μέλψω σε διηνεκέεσσιν ἐν ὕμνοις.
Χριστὲ ἄναξ, τί με σαρκὸς ἐν ἄρκυσι ταῖσδ' ἐνέδησας;
Τίπτε βίῳ κρυόεντι, καὶ ἰλυόεντι βερέθρῳ,
A 15 Εἰ ἐτεὸν θεός εἰμι, λάχος δὲ σὸν, ὥσπερ ἄκουσα;
Ἐκ μέν μοι μελέων σθένος ὤλετο, οὐ δέ τι γοῦνα
Ἔσπεται· ἀλλά μ' ἔλυσε χρόνος, καὶ νοῦσος ἀνιγρὴ,
Τηκεδάνη τε μέριμνα, φίλοι τ' ἄφιλα φρονέοντες.
Εἶκειν δ' οὐκ ἐθέλουσιν ἁμαρτάδες, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
20 Στείβουσ' ἀδρανέοντα, κύνες δ' ὡς πτῶκα λαγωὸν,
Ἡ κεμάδ' ἀμφὶς ἔχουσι, λιλαιόμενοι κορέσασθαι.
Ἢ στῆσον κακότητα καὶ ἴλαθι, ἤ μ' ὑποδέξαι
Δηρὸν ἀεθλεύοντα, καὶ ἄλγεσι μέτρον ἐπέστω,
Ἢ λήθης νέφος ἐσθλὸν ἐμὰς φρένας ἀμφικαλύπτοι.

ΚΓ'. *Εἰς τὴν ἀναχώρησιν.*

Ἄλλοι μὲν εὐπλοοῦσι τῶν θεῷ φίλων,
Ἄλλοι δὲ δυσπλοοῦσιν οὐδὲν χείρονες.
Τίς οἶδε τούτων τοὺς λόγους, πλὴν σοῦ, Λόγε;
Μὴ τοῦ βαδίζειν εὐκολωτέραν τρίβον,

XXII. *Carmen supplex**.

Christe, lumen hominum, qui columna es ignita Gregorii
Animæ, per triste hujus vitæ desertum vaganti,
Cohibe Pharaonem meditantem, impudentes operum exactores:
Meque a luto ad compingendum difficili, et ab Ægypto gravi
Erue, plagis fœdissimis domans
Inimicos, facilemque para viam. Quod si me assecutus fuerit
Hostis persequens, tu vero mihi etiam mare Rubrum
Scinde, et solidum trajiciam æquor,
Properans ad terram divinam, meam hæreditatem, ut promisisti;
Siste immensa flumina, et alienigenarum
Sterne feroces gladios, gemituum causam. Quod si ascendero
Ad terram sacram, laudabo te hymnis perennibus.
864-865 Christe rex, cur me hisce carnis retibus illigasti?
Cur vitæ asperæ, et lutoso barathro,
Si vere deus sum, hæreditas tua, ut audivi?
Ex membris mihi robur abscessit, nec jam me genua
Sequuntur. Sed dissolvit me tempus et tristis morbus,
Et tabefaciens sollicitudo, et amici non amica sentientes.
Cedere autem nolunt peccata, sed adhuc magis
Premunt viribus destitutum, ac veluti canes timidum leporem
Aut damam circumdant, sese satiare appetentes.
Vel improbitatem comprime et miserere, vel me suscipe
Dudum decertantem, et doloribus modum impone,
Vel meam mentem oblivionis fausta nubes obtegat.

XXIII. *In secessionem***.

Alii ex hominibus Deo acceptis, prospera utuntur navigatione,
Alii autem adversa, quamvis nulla re inferiores.
Quis hujus novit causas, præter te, o Verbum?
Num incedere per salebrosam et asperam viam,

*Scriptum an. 382. — Alias Bill. 30, pag. 97.

** Scriptum an. 382. — Alias Bill. 113, pag. 181.

XXII. 6 *Κίχῃσιν.* Int. καταλάβῃ.
13 *Χριστέ.* Hic aliud incipit carm. in Reg. 39.

23 *Ἀεθλεύοντα.* Regg. 39 et 990 ἀεθλεύσαντα.

METRICA VERSIO.

XXII. CARMEN SUPPLEX.

(*Billio interprete.*)

Christe hominum lumen, mentique ignita columna,
Mortalis vitæ loca per deserta vaganti,
Tu Pharium regem, et præfectos siste furentes,
Meque luto, Ægyptoque gravi, bonus extrahe, diris
Hostes afficiens plagis: iter ac mihi planum
Da facilis. Quod si me vis inimica sequatur,
Tu mihi, tu Rubrum pelagus discinde potenti,
Christe, manu, ut siccis transmittam gressibus æquor,
Ad terram properans, cujus promissio certa.
Immensos amnes cohibe: gladiosque micantes,
Quos in me stringunt hostilia castra, retunde.
Si sacram attigero terram sedesque beatas,
Perpetuo ipse tuum celebrabo carmine Numen.
Cur carnis laqueis tu me, Pater, implicuisti,
B Cur vitæ miseræ, cur cœnosoque barathro,
Si deus, et vere tua portio dictitor esse?
Ex membris periit robur mihi: crura labascunt:
Infregit me morbus atrox, et mœsta senectus,
Et cura, atque odio qui me insectantur amici.
Nec tamen improbitas cedit, verum acrius illa
Instat adhuc, trepido ut lepori cervoque canum vis,
Exsaturare famem cupiens; tu siste benignus
Ærumnas facilisque, aut post certamina longa
Excipe me, quæso: modus atque doloribus adsit.
Aut nostram obducant nebulosa oblivia mentem.

XXIII. IN SECESSIONEM.

(*Billio interprete.*)

Quidam secundis navigant ventis pii
Quidam sinistris, non licet minus probi.
Cur fiat istud, Christe, præter te queat
Quis scire? Numque calle præstet arduo,

Digitized by Google

3 Τὸ τὴν προσάντη καὶ τραχεῖαν ᾗ πλέον;
Ὅμως δ' ἔγωγε τοὐμὸν, ὡς ἔχω, φράσω.
Κρεῖσσον μὲν ἄμφω, καὶ τρέχειν, καὶ πρὸς καλόν.
Εἰ δ' οὐκ ἔνεστι, τοὺς πόνους ἀσπάζομαι
Πρὸ τῆς ἀδόξου καὶ κακῆς σωτηρίας.
10 Ὡς πολλὰ δὴ δεῖ καί με πρὸς Θεὸν φέρειν,
Κάμνοντα σαρκὶ, πραγμάτων τ' ἐπιδρομαῖς.
Τί χρὴ παθεῖν με μὴ τυχόντ' ἀμφοῖν φίλοιν;
Σκεύαζε σαυτὸν ὡς τάχος, πρὸς οὐρανὸν
Ψυχὴν πτερώσας τῷ λόγῳ τὴν τιμίαν·
15 Μηδὲν περισσὸν, ἀλλὰ πᾶν ῥίψας βάρος
Βίου ματαίου, καὶ κακῶν τῶν ἐνθάδε.
Ἐγὼ τραπέζης μυστικῆς παραστάτης·
Ἐγὼ καθαίρω λαὸν, ὃν σοι προσφέρω,

A Ἐν τοῖς ἀναίμοις καὶ τελείοις δόγμασιν.
20 Ὦ λαμπρότης βλύζουσα, καὶ πηγὴ φάους,
Ὡς αὐτὸς οἶδα, δεόμενος καθαρσίων,
Δεινὸν καθαίρειν βορβόρου μολύσματα.
Σκοπεῖτε καὶ τρέμοιτε, λαῶν ποιμένες.

ΚΔ'. *Εὐχὴ ἑωθινή.*

Ὄρθρος δίδωμι τῷ Θεῷ μου δεξιὰς,
Μηδὲν σκοτῶδες ἢ δράσειν ἢ αἰνέσειν,
Ἀλλ' ὡς μάλιστά σοι θύσειν τὴν ἡμέραν,
Μένων ἄσειστος, καὶ παθῶν αὐτοκράτωρ.
5 Αἰσχύνομαι τὸ γῆρας, ἂν κάκιστος ὦ,
Καὶ τὴν τράπεζαν ἧς παραστάτης ἐγώ.
Ὁρμὴ μὲν αὕτη, Χριστέ μου· σὺ δ' εὐόδου.

5 Quam per faciliorem sit utilius?
Verumtamen ego quid ipse sentiam, eloquar.
Præstat quidem utrumque, et currere, et commode currere.
Sin autem utrumque non licet, labores amplector
Præ turpi et mala salute.
10 Plurima sane mihi pro Deo ferenda sunt,
Pati corpore, variisque rerum casibus.
Quidnam agendum mihi, qui non assequor utrumque quod cupio?
Para te ipsum protinus, pretiosam
In cœlum animam ratione, quasi pennis erigens.
15 Nihil supervacuum posside, sed projice omnem sarcinam
Inanis hujus vitæ, et malorum quæ hic sunt.
Ego mensæ mysticæ adsto;
Ego lustro populum quem tibi offero,
In incruentis et perfectis doctrinis.
20 O splendor scaturiens, et fons lucis,
Ut ipse novi, qui lustrationis indigeo,
Difficile est purgare cœni inquinamenta.
Id considerate et pavete, populorum pastores

866-867 XXIV. *Precatio matutina*[*].

Mane porrigo Deo meo dextras, pollicitus
Nihil pravum aut facturum aut approbaturum,
Sed potissimum hunc tibi consecraturum diem,
Manendo inconcussa mente, et affectibus imperando.
5 Incutit mihi pudorem senectus, ne malus sim,
Et mensa cui assisto;
Voluntas hæc quidem mea est, Christe mi; tu prosperum da exitum.

[*] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 83, pag. 176.

XXIII. 13. *Σκεύαζε.* Cæteri versus hujus poematis iterum leguntur in editis, pag. 197.

22 *Δεινὸν καθαίρειν βορβόρου.* Versus perelegans, inquit Billius, quo demonstratur quanto in periculo versentur, qui animarum curam indigne suscipiunt, et cum ipsi omni vitiorum genere delibuti atque contaminati sint, alienarum tamen macularum purgatores se profitentur, ac medicorum munus impudenter usurpant, ipsi ulceribus scatentes.

XXIV. Tit. *Εὐχὴ ἑωθινή.* Vat. πρὸς ἑαυτὸν, ἐπαυγαζούσης τῆς ἡμέρας. *Ad eumdem* [*seipsum*], *die dilucescente.* Ad marg. εὐχὴ ἑωθινή.

3 *Θύσειν.* Combef. ex Reg. θύσαι.

4 *Ἄσειστος.* Ita Vat. Edit. male ἄστατος. Duo Regg. ἄσειστον.

6 *Τράπεζαν*, etc. Billius vertit: *Fungor munere in qua præsulis;* quod nec habet textus græcus, nec tempori convenit, quo Gregorius carmen hoc scripsit, cum, excusso pastorali munere, senex privatus sibi vivebat.

METRICA VERSIO.

Quam per viarum prona gressum figere?
Tamen quod ipse sentio, dicam brevi.
Utrumque præstat, currere, et percommode:
Si non utrumque mi licet, turpem et malam
Pono salutem dura post et aspera.
Me namque multa ferre Christo convenit,
Patique multa carne, rerum et casibus.
Miser ego quidnam factitem, cum non queam
Utrumque apisci? Protinus te compara,
Ratioque mentem tollat in cœlum tuam.
Nil, quod redundet, posside, sed sarcinas
Inanis hujus et malæ vitæ abjice.
Ego adsto mensæ mysticæ, plebemque ego
Purgo, incruenta quam tibi per dogmata

B Et plena prorsus, offero flexo pede.
O lux perennis, lucis et fons unice,
Quantum ipse novi, cui quoque est lustris opus,
Purgare sordes est luti gravissimum.
Hoc cogitantes tremite, sacri præsules.

XXIV. PRECATIO MATUTINA.
(*Billio interprete.*)

Hoc mane voto me Deo devincio,
Quod nec malum quid efferam laude, aut geram,
Illi immolabo sed diem hunc quam maxime,
Firmum tenens me, et imperans affectibus.
Pudet senectæ, moribus si sim malis,
Mensæque, fungor munere in qua præsulis.
Hæc est voluntas, Christe: da lætum exitum.

Digitized by Google

ΚΕ'. *Πρὸς ἑσπέραν θρῆνος.*

Ἔψευσάμην σε, τὴν ἀλήθειαν, Λόγε,
Σοὶ τὴν παροῦσαν ἡμέραν καθαγνίσας.
Οὐ πάντα φωτεινόν με νὺξ ἐδέξατο.
Ἢ μὴν προσηυξάμην τε καὶ τοῦτ' ᾠόμην·
Ἀλλ' ἔστιν οὗ μοι καὶ προσέπταισαν πόδες.
Ζόφος γὰρ ἦλθε βάσκανος σωτηρίας.
Λάμποις τὸ φῶς μοι, Χριστὲ, καὶ πάλιν φανείς.

ΚΣ'. *Δέησις πρὸς Χριστὸν τῇ ἐπαύριον.*

Ἐζημίωμαι, Χριστὲ, τὴν χθὲς ἡμέραν.
Χόλος προσῆλθε, καί μ' ἔκλεψεν ἀθρόον.
Τὴν σήμερον λάβοιμι φωτὸς ἡμέραν.
Μέμνησο σαυτοῦ· μὴ λάθῃς Θεὸν βλέπων.
Ὁμώμοκας· μέμνησο τῆς σωτηρίας.

ΚΖ'. *Θρῆνος.*

Αἳ αἳ τῶν παθέων! Τίπτ' ἤλιτον; ἦ ἄρα μοῦνος
Σῶν καθαρῶν θυέων ἅπτομαι οὐχ ὁσίως;
Ἢ με πυροῖς παθέεσσι, καθάρσιε, ἦ τύφον ἄλλων
Ἴσχεις, ἦ με φέρεις γυμνὸν ἐπ' ἀντιπάλῳ;
Ταῦτα μὲν αὐτὸς, ἄναξ, νωμᾷς, Λόγε. Αὐτὰρ ἔγωγε
Βαιὸν ὑπὲρ γαίης ἄσθμα φέρω πύματον.
Δάκρυα πάντ' ἐκένωσα, γόος δέ μοι ἔργον ἐτύχθη.
Μέχρι τίνος παλάμαις κείμεθ' ἐν ἀσεβέων;
Ἀλλὰ, μάκαρ, στῆσόν με, καὶ εἰ κακὸν, ἀλλ' ἱερῆα,
Μή τις ὀλισθήσῃ πήμασιν ἡμετέροις.

XXV. *Precatio vespertina*[*].

Fefelli te, qui veritas es, o Verbum,
Cum tibi hanc diem consecravi.
Non omni ex parte purum me nox excepit.
Equidem id precatus sum, et fore putabam:
Verum alicubi offenderunt pedes.
Caligo enim venit, quæ invidet saluti.
Luceas mihi, Christe, qui lux es, iterum illucens.

XXVI. *Precatio postridiana*[**].

Periit mihi, Christe, hesternus dies.
Ira obrepsit, et me subito furtim abstulit.
Fac ut hodiernus sit mihi lucis dies.
Memineris tui ipsius (Gregori); ne obliviscaris Deum intueri.
Jurejurando te astrinxisti; memor esto salutis.

XXVII. *Luctus*[***].

Heu, heu! quæ patior! Quid deliqui? num ego solus
Pura tua sacrificia non sancte tango?
An me malis, ut igne, Deus purissime, expurgas? an aliorum fastum
Reprimis? an me nudum incitas in hostem?
Hæc quidem ipse, rex Verbum, gubernas. Ego autem
Levem super terram et extremum spiritum duco.
Lacrymam omnem exhausi, gemitusque mihi operis loco exstitit.
Usquequo manibus impiorum tenebimur?
Sed me, beate, confirma, etsi malum, certe sacerdotem,
Ne quis meis calamitatibus corruat.

[*] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 84, pag. 176. [**] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 85, pag. 177.
[***] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 29, p. 97.

XXV. Tit. *Θρῆνος.* Tres Regg. Ὕμνος.
4 *Προηυξάμην. Votis expetieram.*
6 *Ζόφος. Caligo, caliginosus hostis.* Reg. φθόνος. Ad marg. ζόφος.
XXVI. Tit. *Πρὸς Χριστόν.* Reg. πρὸς Θεόν.
2 *Ἔκλεψεν.* Reg. ἔδλαψεν. Vat. pro ἀθρόον habet ἀθρόως.
4 *Μέμνησο.* In edit. huic versui præest titulus Εἰς ἑαυτόν. In Vat. sequuntur isti duo versus sine ulla divisione. Ibid. *Θεὸν βλέπων.* Reg. βλέπειν Θεόν. *Cave obliviscaris oculos in Deum ferre.* Al. βλέπει Θεός, *Deus intuetur.* Ita habet Leuvenclaius.
XXVII. 1. *Ἤλιτον.* Sic Vat. et Coisl. Edit. mendose ἦλιπον.
8 *Ἀσεβέων.* Coisl. εὐσεβέων, quæ lectio si admittatur, intelligenda est de catholicis episcopis quos adversarios expertus erat.

METRICA VERSIO.

XXV. PRECATIO VESPERTINA.
(*Billio interprete.*)

Fidem fefelli, Veritas, tibi datam,
O Christe, pactus hunc diem sacram tibi.
Accepit haud me lucidum nox undique,
Licet id precatus, arbitratus et fore.
At in quibusdam lapsus est mihi pes tamen.
Venit saluti nam meæ hostis invidens.
At, Christe, rursus luceat mi lux tua.

XXVI. PRECATIO POSTRIDIANA.
(*Billio interprete.*)

Hesterna, Christe, perdita est dies mihi.
Obrepsit ira, protinus meque abstulit.
Sit, quæso, lucis hæc dies mihi dies.
Tui memor sis: ne Deus fallat tuos
Oculos. Salutis usque sis memor tuæ.

XXVII. LUCTUS.
(*Billio interprete.*)

Heu miseros casus! quodnam scelus ipse patravi?
Solus an indigne factito sacra, Deus?
Mene per ærumnas purgas, fastumve aliorum
Reprimis, ad pugnas instruis aut pugilem?
Ista quidem tu Rex, sapienter, Christe, gubernas:
At mihi jam morti proxima membra jacent.
Omnes effudi lacrymas, sine fine gemisco.
An sceleratorum sub pede semper ero?
At fulci me, quæso, malum licet, at tibi mystam:
Ne quis, conspiciens tot mala nostra, cadat.

Digitized by Google

Ὤλετο εὖχος ἐμοιγε, καὶ ἄλγεα σαρκὸς ὅλοιτο.
Οἴχετ' Ἀναστασίη, λῆγε καὶ, ἀμπλακίη.
Αἳ αἳ δάκρυά μοι καταλείβεται, ἔνδοθεν ἦτορ
Παχνοῦται· διπλὴν νοῦσον ἐπίσχες, ἄναξ·
Νοῦσον ἐπίσχες, ἄναξ, διολώλαμεν. Ἦ ἄρα μούνῳ
Οἶκτος ἀπεκλείσθη σῷ λάτρι Γρηγορίῳ;
Τέτρωμαι πολλοῖσι κακοῖς καὶ ἄλγεσι σαρκός·
Nec tristi morbo membra consumpta,
Quantum ego animam lamentor quæ gravissima passa est,
(Heu miser!) perdita imagine cœlesti.
Nam profecto magni Dei figmentum, et imago,
Homo, a Deo ad Deum perveniens :
Quicunque sursum aspiciens, et spiritu carnem frenans
Christum habet propitium vitæ ducem,
Qui possessionem suam, et linguam, et aures, et ipsam mentem,
Et robur, vitæ omnia venturæ consecrat,
Eripitque mundo insatiabili quidquid detinebat
Raptor alienorum, Deo adversarius Belial,

* Scriptum an. 383. — Alias Bill. 5, pag. 68.

43 Ἐν εἴδεσι πᾶσιν. *In quovis statu*, scilicet, bonus sis, an malus. Sun. lin. Coisl. ἐν εἴδεσι τῆς ἀρετῆς.

47 Ἀρέσκει. Schol. ἀρεστόν. *Hunc velim e monachorum numero excludi.* Billius illud intelligit de variis asperitatum generibus quibus hypocritam afflictari et ita hypocrisis suæ pœnas dare, lubens nemo non videt.

XLV. ARGUMENTUM. *Cum abdicata sede Constantinopolitana in Arianzum pagum se recepisset Gregorius, illic ad condendos versus animum adjecit, magnaque pars carminum ab ipso conditorum illius solitudinis sunt fructus. Sic carmen* De virginitate. Præcepta ad virgines, De animæ suæ calamitatibus, *et quæ sequuntur. Billius primo soluta oratione istud vertit, eo quod Gallicis tumultibus carmina, quæ nondum stricta oratione verterat, versibus reddere prohiberetur. Verum postea otio potitus, eadem incudi reddita Latinis versibus edidit.*

9 Ναὶ γάρ Vat. καὶ γάρ.

10 Εἰς Θεόν. Ita Reg. 990. Edit. ἐς Θεόν.

12 Ἔχει. Reg. 990 ἔχων.

15 Πολυχανδέος. *Mundo insatiabili.* Scilicet hunc Gregorius ita nuncupat, ratione peccatorum quos in sinu complectitur, aut multiplicium rerum ac diversarum quas continet.

METRICA VERSIO

Tundere per curas, et per jejunia carnem
Utile, perque cruces, excubiasque sacras.
Purior hinc etenim efficitur qui crimine purus :
Hacque adimit vitii nonnihil arte malus.
At si quis ficto sit pectore, mi placet illum
Tundi. Pœna etenim debita fraudis erit.
Præpingues nimium carnes ventremque tumentem
Haud capit ætherea janua parva domus.

XLV. DE ANIMÆ SUÆ CALAMITATIBUS CARMEN LUGUBRE.
(*Billio interprete.*)

Heu miser, heu quam dira fero! quæ carmina nostris
Æqua malis, luctus quis satis esse queat?
Nemo ita consortemque thori, charosque parentes
B Flevit, vel sobolis tristia fata suæ :
Aut patrias sedes flammis hostilibus ustas,
Aut etiam morbo perdita membra gravi :
Quantum animæ deploro meæ miserabile fatum :
Effigies periit nam mihi sancta Dei.
Namque homo figmentum vere est et imago Tonantis,
A summo ad summum Numine Numen iens,
Qui sursum spectans, ac carnem mente retundens,
Pro duce habet vitæ præsidioque Deum :
Venturæ vitæ linguam qui donat, et aures,
Et mentem, ac vires, divitiasque suas :
Eripiens mundo, Belial quæcunque tenebat,
Quæ juris non sunt qui rapit usque sui :

Digitized by Google

Ἐς δὲ ταμεῖα φέρων πολὺ φέρτερα τῶν ἐπὶ γαίης,
Τῶν διακλεπτομένων, ἢ καταλυομένων,
Αὐτὸν ἀθρῆσαι ἄνακτα Θεὸν, καὶ πνεῦμα γενέσθαι,
Σάρκ' ἀποδυσάμενος καὶ πάχος ἀντίτυπον,
Ἀγγελικοῦ τε χοροῖο λαχεῖν στάσιν αἰγλήεντος
Μεῖζον τῶν μεγάλων ἄθλον ἔχων καμάτων·
Μηκέθ' ὁρῶν σκηνῆς ἐλαφρὸν τύπον, ὡς τοπάροιθεν,
Μηδὲ νόμου γραπτὴν εἰκόνα λυομένην,
Αὐτὴν δ' ἀτρεκίην καθαροῦ νοὸς ὄμματι λεύσσων,
Μέλπων τ' ἐκ στομάτων ἦχον ἑορτάσιον.
Τοῦτο τέλος βροτέης ζωῆς πέλει. Ἐς τόδ' ἀνέλκει
Τῶν Χριστοῦ παθέων ὕβρις ἐπιχθονίους,
Ὅς δούλου μορφὴν ἀνεδέξατο, καὶ θανάτοιο
Γεύσατο, καὶ ζωῆς δεύτερον ἠντίασεν,
Ὢν Θεὸς, ὢν ζωῆς ταμίης, αἰῶνος ὕπερθεν,

A Εἰκὼν ἀθανάτου πάντοτε Πατρὸς ὅλη,
Ὄφρα με δουλοσύνης τε λύσῃ, θανάτοιό τε δεσμῶν,
Κρείσσονα πρὸς ζωὴν ἔμπαλιν ἐρχόμενον.
Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐφύλαξα Θεοῦ μυστήρια κεδνὰ,
Μύστιν ἔχων ψυχὴν οὐρανίης ἀνόδου,
Ἀλλὰ κάτω βρίθει με χοὸς πάχος, οὐδ' ἐδυνάσθην
Ἰλύος ἐξαναδὺς, ἐς φάος ὄμμα βαλεῖν.
Ναὶ βάλον· ἀλλὰ μέσον νέφος ἵστατο δσσε καλύπτον
Σὰρξ ἐπανισταμένη πνεύματι σὺν χθονίῳ.
Πολλὰ μὲν ἐν κραδίῃ μελεδήματα ἔνθα καὶ ἔνθα
Στρωφᾶται, κενεὰ πλαζομένοιο νόου,
Χριστὸν ἐκὰς βάλλοντα, Θεὸν Λόγον (οὐ δέχεται γὰρ
Μίγνυσθαι ψυχῇ νυμφίος ἀλλοτρίῃ)·
Πολλὰ δ' ἐπὶ γλώσσῃ κέαται κακὰ φάρμακ' ὀλέθρου.
Γλῶσσα γὰρ ἀνθρώποις ἥμισυ τῆς κακίης,

Atque in horrea fert longe præstantiora terrestribus,
Quæ furto auferuntur, aut vi subvertuntur,
Ut ipsum regem videat Deum, et spiritus fiat,
Carne et reluctante exutus mole,
Atque in rutilante angelorum choro sedem sortiatur,
Majora magnis laboribus ferens præmia;
Nec jam tabernaculi levem, ut olim, speciem aspiciens,
Aut scriptam legis caducam imaginem,
Sed ipsam veritatem puræ mentis oculo intuens,
Psallensque ore festivos sonos.
920-921 Hic finis vitæ humanæ est. Huc homines evehit
Passionum Christi ignominia,
Qui servi formam accepit, et mortem
Gustavit, et vitam iterum consecutus est,
Cum esset Deus, vitæ largitor, sæculo antiquior,
Tota semper immortalis Patris imago,
Ut me servitute liberaret ac mortis vinculis,
Meliorem ad vitam rursus pervenientem.
Verum ego non servavi veneranda Dei mysteria,
Animam habens initiatam cœlesti ascensui;
Sed deorsum me incurvat carnis crassities, nec potui
Ex luto emergens oculum in lucem tollere.
Sustuli tamen : sed media stetit nebula oculos operiens,
Caro insurgens cum spiritu terrestri.
Multæ quidem in corde sollicitudines hinc et illinc
Volvuntur, incassum errante animo,
Quæ Christum procul abigunt, Deum Verbum; non enim amat
Misceri sponsus animæ alienæ :
Ac linguæ quidem multa insident mortis venena.
Est enim hominibus linguæ dimidium malitiæ,

19 *Αὐτὸν ἀθρῆσαι.* Subaud. *ὥστε.* Ibid. *Θεὸν, καὶ.* Sic in Coisl. legitur, in quo Θεόν jungitur cum ἄνακτα. Edit. Θεὸν γάρ.

20 *Πάχος ἀντίτυπον. Reluctante mole*, scilicet, *eo quod spiritui adversetur.*

30 *Καὶ ζωῆς. Et ad vitam iterum rediit.*

35 *Μυστήρια κεδνά.* Intelligit Gregorius *mysteria*, vel potius *gratiam ex mysteriis passionis ac redemptionis Christi defluentem.*

39 *Ἵστατο.* Reg. 999. Chig. et Coisl. ἵσταται.

45 *Κατά.* Coisl. Vat. λυγρά.

METRICA VERSIO.

Horreaque ad, nostris, quæ sunt obnoxia furi,
Aut eversa cadunt, hæc meliora ferens :
Scilicet ut spectet Regem, carnisque remota
Crassitie fiat spiritus atque Deus :
Præmiaque exhausto referens majora labore,
Perveniat sedes lætus ad angelicas :
Nec tenues umbras arcæ jam spectet, ut ante,
Conscriptam fluxæ legis et effigiem :
Sed liquido mentis verum ipsum lumine cernat,
Festivosque hilari promat ab ore sonos.
Humanæ hæc vitæ meta est. Huc horrida Christi
Supplicia, huc homines maxima probra vehunt :
Qui servi formam sumpsit, mortisque periclum
Fecit, et ad vitæ lumina mox rediit,
Cum Deus, et vitæ certissimus arbiter esset,

B Æternique eadem prorsus imago Patris,
Ut me servitio, me vinclis solveret orci,
Redderet et vitæ, quæ sine fine manet.
At mihi non curæ mysteria dia fuerunt,
Cum superum ascensum mens mea docta foret :
Sed caro me depressit humi, nec lumina quivit
Conjicere in lucem mens onerata luto,
Aut cum terreno consurgens flamine visum
Abstulit, opposita nube repente, caro.
Mille quidem in medio volvuntur pectore curæ,
Dum vaga mens varias gaudet obire vias,
Quæ Christum procul ejiciunt. Namque ipse recusat
Jungi animæ, quæ se dat quoque mœcha aliis :
Ac rursum in lingua sita sunt permulta venena :
Dimidium vitii nam cita lingua tenet.

Digitized by Google

Θυμὸν ἐρευγομένη, γυμνὸν κακὸν, ὅς τε μάλιστα
Λάθρος ἐπιζείων, ἐκ νοὸς ἄνδρα φέρει,
Ἢ δολερὸν κεύθουσα ἐνὶ στήθεσσι νόημα,
Λεῖα δ' ἄρ' ἐξ ἀπαλοῦ φθεγγομένη στόματος.
Εἴθε δὲ ἦν τι θύρετρον ἐπ' ὀφθαλμοῖσιν ἐμοῖσιν,
Οὔασί τ' οὐκ ἀγαθῶς πάντοσε πεπταμένοις,
Ὡς τὸ μὲν ἐσθλὸν ὁρᾷν τε καὶ εἰσαΐοντα δέχεσθαι,
Κλείεσθαι δὲ κακοῖς ἀμφότερ' αὐτομάτως.
Χειρῶν τ' ἔργον ἄριστον ἐς οὐρανὸν αἰὲν ἀείρειν
Ἀγνὰς, καὶ παρέχειν οὐρανίοισι νόμοις.
Ὡς δὲ ποδῶν ἰέναι λείην ὁδὸν, οὐκ ἐπ' ἀκάνθας,
Οὐδὲ κατὰ σκοπέλων, καὶ τρίβον οὐχ ὁσίην.
Νῦν δὲ Θεὸς μὲν ἔδωκεν ἅπαν μέλος ἐσθλὸν ἐπ' ἐσθλοῖς,
Εὔρατο δ' ἡ κακίη ὅπλον ἐμοὶ θανάτου.

Τίς νόμος οὗτος ἐμοί; πῶς δέσμιός εἰμ' ἐπὶ γαίης
Σαρκός; πῶς δ' ἐλαφρῷ πνεύματι σῶμα μίγη;
Οὔθ' ὅλος εἰμὶ νόος, καθαρὴ φύσις, οὔτε χερείων
Χοῦς ὅλος, ἐκ δ' ἀμφοῖν ἄλλο τι κἀμφότερον.
Τοὔνεκα καὶ πολέμοιο φέρω κλόνον αἰὲν ἄπαυστον,
Σαρκὸς καὶ ψυχῆς ἀντικαθεζομένω
Εἰκών εἰμι Θεοῖο, καὶ ἔλκομαι ἐς κακότητα,
Κρείσσονι μαρναμένου χείρονος οὐχ ὁσίως·
Ἢ φεύγω κακότητα, καὶ ἵσταμαι, οὐκ ἀμογητί,
Πολλὰ διαθλήσας χειρὶ σὺν οὐρανίῃ.
Ἔστι γὰρ, ἔστιν ἐμοὶ διπλοῦς νόμος· ὧν ὁ μὲν ἐσθλὸς,
Ἑσπόμενός τε καλῷ· αὐτὰρ ὁ χειρότερος,
Ἑσπόμενός τε κακοῖσιν· ὁ μὲν νόος ἐστὶν ἕτοιμος
Πείθεσθαι Χριστῷ, πρὸς φάος ἐρχόμενος·

Dum iram evomit, nudum malum, quæ quidem maxime
Vehementer ebulliens hominem extra mentem rapit,
Aut dum abscondit dolosum in corde consilium,
Ac blanda molli ore loquitur.
Utinam inesset ostium oculis meis,
Atque auribus non recte semper patentibus,
Ut quod bonum est videam, et audiendo teneam,
Et sua sponte utraque malis claudantur.
Manuum opus optimum est, ut semper in cœlum tollantur
Puræ, et cœlestibus legibus addicantur.
Sic et pedum officium est, ut per viam planam, non per spinas,
Non per scopulos, iniquumque collem incedant.
Ac quidem Deus membra omnia dedit bona ad res bonas :
Sed ea mihi in arma mortis malitia convertit.
Quænam mihi hæc lex? quomodo carnis in terra
Servus sum? quomodo levi spiritui mistum fuit corpus?
Nec totus mens sum, pura natura, nec totus pulvis
Qui pejor est; sed ex utroque aliquid aliud et utrumque.
922-923 Quocirca belli tumultum fero nunquam placabilem,
Carne et anima contra se decertantibus.
Imago sum Dei, et trahor ad vitium,
Dum quod deterius est, inique pugnat cum præstantiore :
Aut fugio vitium, et sto victor, non sine labore,
Postquam multum cœlesti manu adjutus decertavi.
Inest enim mihi, inest lex duplex : quarum altera quidem bona
Bonum sectatur : altera autem deterior
Sectatur quæ mala sunt : ac ea quidem, quæ mentis est, parata est
Ad obediendum Christo, gradiens ad lucem :

47 *Γυμνὸν κακόν. Apertum malum, iram, furorem : ira, vehementius accensa, a sanis rationibus dejicit hominem*, quod vult Gregorius. *Apertum malum* etiam dici potest, *eo quod nullam boni speciem æmuletur, aut præ cæteris omnibus vitiis aperta fronte prodeat.* Vide supra, lib. I, sect. II, carm. XXV, vers. 85, etc.

50 *Λεῖα δ' ἄρ'*. Chig. λεῖα γάρ, etc.

51 *Εἴθε*. Vat. αἴθε.

53 *Ὁρᾷν τε*. Forte *ὁρῶντα*. Mox *εἰσαΐοντα*. Sic. Chis., Coisl. et Reg. 990. Edit. ἐσαΐοντα.

55 *Ἐς οὐρανόν*. Vat. ἐπ' οὐρανόν. Pro *αἰὲν*, quod sequitur, Reg. 990 habet αὐτόν. Ita et Coisl. sup. lin.

60 *Εὔρατο*. Alludit ad hæc Apostoli verba, Rom. VII, 10 : *Inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.*

62 *Σῶμα μίγῃ*. Vat. σῶμ' ἐμίγη.

63 *Καθαρὴ*. Vat. καθαρά.

71 *Νόμος*. Sic Reg. 990. Edit. νόος. *Duplex spiritus*, nempe *pars superior et inferior.*

METRICA VERSIO.

Iram lingua, malum nudum, evomit : iraque rursum,
Cum caluit, mentem cogit abire gradu,
Aut contra occultans vulpinam in pectore fraudem,
Vulnerat ex molli leniter ore loquens.
Atque utinam in partes volitantibus auribus omnes
Janua firma foret, luminibusque meis.
Hæc ut, quæ bona sunt, audire ac cernere possent :
Sponte sua ast esset janua clausa malis.
Jam nihil est melius, quam puras tollere palmas,
Hasque dare ætherei legibus usque Dei.
Nil etiam melius, plano quam figere calle,
Non super aut spinas, saxave dura, pedes.
Omnia sed mihi cum dederit Deus, ob bona, membra,
Hinc tamen improbitas repperit arma necis.

Quænam hæc lex? Cur me constringunt vincula carnis?
Spiritus et socium tam grave corpus habet?
Nec totus mens sum, nec totus pulvis humusque :
Pulvere sed consto, mente levique simul.
Unde etiam dum mens crasso cum corpore pugnat,
Perpetuos strepitus bellaque sæva fero.
Numinis effigies cum sim, trahor in mala, dum,
Deterius, bellum cum meliore gerit : quod
Aut vitii labem fugio, magnoque labore
Post longas pugnas vinco favente Deo.
Namque duplex mihi lex. Una est bona, recta sequensque :
Altera lex rursum prava, sequaxque mali.
Illa Dei semper jussis obedire parata est,
Ac lucem, sanctæ lucis amica, petit.

Digitized by Google

Ἄλλος δ' αὖ σαρκός τε καὶ αἵματος, ἔστι δὲ πρόφρων
Δέχνυσθαι Βελίαν, πρὸς ζόφον ἑλκόμενος.
Ἤτοι ὁ μὲν χθονίοισιν ἰαίνεται, ὥσπερ ἐπ' ἐσθλοῖς,
Τοῖς οὐχ ἱσταμένοις, ἀλλὰ παριπταμένοις.
Καὶ φιλέει κώμους τε καὶ ἔχθεα, καὶ κόρον αἰνὸν,
Ἔργων τε σκοτίων αἴσχεα, κερδοσύνας.
Εὐρείην δ' ὁδὸν εἶσιν, ἐῷ δ' ἐπιτέρπετ' ὀλέθρῳ,
Ἀφροσύνης δνοφερὴν ἀχλὺν ἐφεσσάμενος.
Αὐτὰρ ὅγ' οὐρανίοισιν ἀγάλλεται, ὡς παρεοῦσι
Τοῖς ἐλπιζομένοις, καὶ θεὸν οἷον ἔχει
Ἐλπωρὴν βιότοιο· τὰ δ' ἐνθάδε καπνὸν ἄτιμον,
Ἄλλοθ' ὑπ' ἀλλοίῃ κείμενα συντυχίῃ.
Καὶ φιλέει πενίην τε καὶ ἄχθεα, καὶ μελεδῶνας
Ἐσθλὰς, καὶ στεινὴν εἶσιν ὁδὸν βιότου.
Μαρναμένοισι δὲ τοῖσιν ἐπίσκοπον ἦλθεν ἄνωθεν
Πνεῦμα Θεοῦ μεγάλου, καὶ νοῖ δῶκε χέρα,
Σώματος ἀργαλέοιο λύσιν κλόνον, ἠδὲ κελαινῶν
Εὐνάζον παθέων οἶδμ' ἐπανιστάμενον.
Ἡ δὲ καὶ ὡς λυσσῆεν ἔχει μένος, οὐδ' ἀπολήγει
Σὰρξ πολέμου, κλίνει δ' ἔνθα καὶ ἔνθα μάχη.
Ἄλλοτε μέν τε νόῳ χοῦς δάμναται· ἄλλοτε δ' αὖτε
Σαρκὶ νοὸς κρατερῇ ἕσπεται οὐκ ἐθέλων.
Ἀλλὰ τὸ μὲν ποθέει, τό γε βέλτερον· ὃ στυγέει δὲ,
Ἔρδων, δουλοσύνην μύρεται ἀργαλέην,
Πατρός τ' ἀρχεγόνοιο πλάνην, καὶ μητρὸς ἀλιτρὴν
Πάρφασιν, ἠμετέρης μητέρα μαργοσύνης,
Καὶ σκολιοῖο δράκοντος ἀτάσθαλον αἱμοβόροιο
Ψεῦδος, ὃς ἀνθρώπων τέρπεται ἀμπλακίαις,
Καὶ ξύλον, ἠδὲ φυτοῖο βροτῶν δηλήμονα καρπὸν,
εὖσίν τ' οὐλομένην, καὶ θανάτοιο πύλας,

75 Altera autem, quæ carnis est et sanguinis, parata est
Ad excipiendum Belial, dum ad tenebras trahitur.
Atque hæc quidem terrestribus, ut bonis rebus, delectatur,
Quæ minime consistunt, sed evanescunt.
Comessationes amat, et rixas, et turpem satietatem,
80 Et tenebrosorum operum probra et lucra.
Latam viam carpit, et sua ipsius morte delectatur,
Insipientiæ densis tenebris induta.
Illa autem cœlestibus delectatur, quasi jam adessent
Quæ sperantur, ac Deum solum habet
85 Spem vitæ; præsentia autem vilem æstimat fumum,
Aliter se habentia, ubi aliud occurrerit.
Diligit paupertatem, et onera, et curas
Laudabiles, et per arctam incedit vitæ semitam.
His autem pugnantibus inspector venit cœlitus
90 Spiritus magni Dei, et menti manum dedit
Corporis perniciosi solvens tumultum, atque atrorum
Compescens vitiorum fluctum assurgentem.
Sed tamen rabidum retinet furorem, nec bello
Desistit caro, inclinatque huc et illuc pugna.
95 Interdum quidem mente caro domatur: rursus alias
ortiorem carnem mens sequitur non volens.
Sed illud quidem concupiscit, quod melius est: quod autem odit,
Id dum facit, perniciosam deplorat servitutem,
Et patris primigenii deceptionem et matris nefandam
100 Transgressionem, quæ prima fuit libidinis nostræ origo,
Et obliqui ac sanguinem vorantis draconis detestabile
Mendacium, qui hominum delectatur delictis,
924-925 Et lignum, et arboris fructum hominibus perniciosum,
Et gustum funestum, et mortis januas,

76 *Δέχνυσθαι.* Coisl. sup. lin. δέχεσθαι.

82 *Ἀφροσύνης. Insipientiæ.* Ita habent Reg. 990, Coislinianus et Chiggianus codices. Male autem legunt edit. εὐφροσύνης, *prudentiæ*, quæ ad rem hic non pertinet.

83 *Αὐτὰρ ὅγ'.* Id est *lex spiritus.* Mox *ὡς παρεοῦσι*, Edit. οὐ παρεοῦσι.

89 *Ἐπίσκοπον.* Id est ἐπίφορον, *secundus, commodus:* quo fere sensu Sophocl. in *Ajace*, vers. 991, ἐπίσκοπον μέλος, *in rem malam commodum carmen.* Hoc sensu accipiatur vox *inspector.*

METRICA VERSIO.

Excipere at tetrum Beliam lex altera prompta est,
Qui miseram in tenebras pertrahit, inque necem.
Scilicet hæc gaudet terrenis, ac bona credit,
Quæ mox prætereunt labilis instar aquæ.
Hæc rixas amat, et quæstus, epulasque, jocosque,
Nocturnis tenebris dignaque probra tegi:
Atque via lata graditur, cæcaque laborans
Stultitia, risum, dum perit ipsa, capit.
Ast illam oblectant cœlestia sola, Deumque
Unum habet, in quo spes fixerit illa suas:
Ac vilem tantum reputat præsentia fumum
Commoda, quæ subsunt casibus innumeris;
Atque amat et sanctas curas, et pondera, duram
Pauperiemque, arcta gaudet et ire via.
Dum vero pugnant, divinus Spiritus ad me
Accessit, menti promptus opemque tulit,
Corporis ac solvit strepitus, fluctusque repressit,
Quos animi nubes moverat atra mei.
Nec tamen idcirco carnis fera bella quiescunt,
Sed dubium huc palmæ vertitur hucque decus.
Nunc etenim menti cedit caro, nuncque vicissim
Mens carnem sequitur, non tamen ipsa libens.
Namque bonum cupiens, facit id tamen ipsa quod
Servitium lacrymis prosequiturque grave, [odit,
Primigenique patris fraudem, consultaque matris,
Ex quibus exortum nostra libido trahit.
Plorat et obliqui mendacia verba draconis,
Quem lapsus hominum, vita nocensque juvat;
Et ligni fructum, quo gens humana perempta est,
Pestiferum et gustum, mortiferasque fores.

Digitized by Google

105 Γύμνωσιν μελέων τε παναίσχεα, καὶ παραδείσου
Ἠδὲ φυτοῦ ζωῆς ῥίψιν ἀτιμοτάτην. = 237 RV
Ταῦτα νόος κάμνων ὀλοφύρεται. Ἡ δέ νύ μοι σὰρξ
Δέρκεται ἐς προγόνους, καὶ φυτὸν ἀνδροφόνον,
Πᾶσάν τε γλυκερὴν ἀσπάζεται αἰὲν ἐδωδήν,
110 Ἥν ὁλοὸς σαίνων δείκνυσι πικρὸς ὄφις.
Ἡ μὲν καὶ γοάω, καὶ εὐχωλῇσιν ἄνακτα,
Ὅς πάντων κρατέει, καὶ ζυγὰ πᾶσι φέρει,
Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ σώματος, ἀμφοτέροισιν
Εὐμενέως δικάσαι, καὶ πόλεμον σκεδάσαι,
115 Κρείσσονι, ᾗ θέμις ἐστὶν, ὑποκλίναντα χερειον·
Τοῦτο γὰρ οὐκ ὀλίγῳ λώϊον ἀμφοτέροις·
Μὴ χοῖ βριθομένην ψυχὴν ἐπὶ γαῖαν ὀδεύειν,
Ὥστε μολυβδαίνην ἐς βυθὸν ἑλκομένην

A Πνεύματι δὲ πτερόεντι καὶ εἰκόνι χοῦν ὑποεῖξαι,
120 Ὡς κηροῖο πυρὶ τηκομένης κακίης.
Τοιάδε λισσόμενος καὶ φάρμακα σαρκὶ παχείῃ
Πολλὰ φέρω, χαλεπὴν νοῦσον ἄφαρ σκεδάω.
Καὶ μένος, οἷά τε θηρὸς ἀπιστοτάτοιο, κραταιοῖς
Δεσμοῖσιν κατέχω, οἶδμα κακὸν τρομέων.
125 Γαστέρι κλεῖθρα τίθημι, δυσαλθέϊ θυμὸν ἀνίῃ
Δάπτω, καὶ δακρύων ἐκπροχέω λιβάδας.
Κάμπτω γούνατ' Ἄνακτι τετρυμμένα, νύκτας ἀΰπνους
Ἔλκω, καὶ ῥυπόω πένθιμον ἕσθος ἔχων.
Ἄλλων εἰλαπίναι τε, χοροστασίαι τε, γέλως τε,
130 Καὶ κῶμοι, χλοερῆς παίγνιά θ' ἡλικίης.
Ἄλλοι δ' αὖτ' ἀλόχοις τε καὶ υἱέσσι γάνυνται,
Καὶ πλούτου κρατεροῦ κύδεϊ λυομένῳ.

105 Turpemque membrorum nuditatem, atque e paradiso
Et ligno vitæ ignominiosam ejectionem.
Hæc mens afflicta lamentatur. Nunc autem mihi caro
Respicit ad primogenitos et homicidam arborem,
Ac omne semper amplectitur suave edulium,
110 Quod perniciosus blandiendo monstrat acerbus serpens.
Atque equidem gemo, et precibus regem
Qui omnium dominatur, et omnia in statera librat,
Invoco pro anima et corpore, ut inter utrumque
Propitius judicet, et bellum sedet,
115 Meliori, ut æquum est, subjiciens deterius;
Hoc enim longe utilius est utrique:
Nec carne depressa in terram anima vergat,
Veluti plumbi massa in profundum tracta,
Sed spiritui alis ornato, et imagini cedat caro,
120 Vitio quasi cera ad ignem liquescente.
Hæc orans etiam remedia pingui carni
Multa adhibeo, molestum ut morbum dissipem.
Robur ejus, ceu feram infidissimam fortibus
Catenis cohibeo, malum æstum reformidans.
125 Ventri claustra appono, non facile sanabili dolore animum
Conficio, et lacrymarum vim profundo.
Flecto Regi contrita genua: noctes insomnes
Traho, et sordeseco lugubrem vestem gerens.
Aliorum sunt compotationes, choreæ, risus,
130 Comessationes, florentis ludibria ætatis.
Alii uxoribus et liberis gaudent,
Et peritura magnarum divitiarum gloria.

112 *Πᾶσι*. Reg. 992 πάντα.
115 *Ἡ θέμις*. Coisl. sup. lin. ὡς.
116 *Ὀλίγῳ*. Duo Regg. ὀλίγον.
117 *Βριθομένην*. *Carnis pondere depressam*. Ita habet Coislinianus et Regius 990. Nonnulli autem edit. βριττομένην, quod a Græca lingua prorsus est alienum.
122 *Νοῦσον ἄφαρ σκεδάω*. Ita Reg. 990, Chig. et Vat. Edit. ὄφρα νόσον σκεδάσω.
126 *Ἐκπροχέω*. Reg. 990 ἐκπροχέων.
127 *Τετρυμμένα*. Ita Reg. 990. Edit. τετρυμένα.
130 *Χλοερῆς*. Ita Vat., Chig., Coisl. et Reg. 990. Edit. γλυκερῆς.
131 *Ἀλόχοις τε*. Sic Reg. 990, Chig. et Coisl. Edit. ἀλόχουσι.
132 *Κύδεϊ*. Coisl. κήδεϊ, *cura*.

METRICA VERSIO.

Utque sit et fœde nudatus, pulchro et ab horto,
Et vitæ ligno sit procul actus homo.
Hæc mens ægra gemit: caro vero prava parentes
Primigenos spectat, pestiferumque cibum,
Ac dulces omnes semper complectitur escas,
Objectat serpens quas male blandus ei.
Ergo gemo, ac Regem obtestor, qui cuncta coercet
Imperio, et recto pondere cuncta librat:
Ut placido arbitrio componat jurgia carnis
Atque animæ, bellum submoveatque procul:
Ac pars deterior meliori cedat, ut æquum est,
Hoc utrique magis namque salutiferum.
Corporea nec mole gravis mens vergat ad ima,
Ac, veluti plumbi massa, profunda petat·

B Sed sibi mens carnem, divinaque subdat imago,
Ac vitium, ut ceram fervida flamma, liquet.
Hæc oro, supplexque peto: morbumque prementem
Ut pellam, carni pharmaca multa fero:
Atque velut sævum firmis compesco leonem
Compedibus, fluctus dum tremo letiferos.
Impono claustrum ventri, mœrore animumque
Conficio, et lacrymis os madet omne meis.
Curvo genu afflictum Regi, somnumque repello:
Lugubris vestis squallida membra tegit.
Sunt aliis studio convivia læta, jocique,
Atque chori, ætatis ludicra florigeræ.
Conjugibus gaudent alii, natisque opibusque,
Quarum abit in ventos gloria cuncta leves.

Digitized by Google

Ἄλλοι δ' αὖτ' ἀγοραῖς τε καὶ ἄλσεσιν, ἠδὲ λοετροῖς
Τέρπονται, καὶ πνεῖν ἐν πολίεσσι μέγα,
Εὐφήμοις τε λόγοισι καὶ ἑσπομένων ὀρυγμαδῶν
Πεμπόμενοι, σοβαροί θ' ὑψόθεν ἐκ σανίδων.
Πολλαὶ γὰρ θνητοῖσι πολυσχιδέος βιότοιο
Τέρψιες· ἐν δὲ κακοῖς κέκραται εὐφροσύνη.
Αὐτὰρ ἐγὼ τέθνηκα βίῳ, βαιὸν δ' ἐπὶ γαίης
Ἄσθμα φέρω· φεύγω δ' ἄστεα καὶ μέροπας.
Θήρεσι καὶ σκοπέλοισιν ὁμιλῶν, οἷος ἀπ' ἄλλων
Ναιετάω λυπρὴν ῥωγάδα καὶ σχέδιον·
Οἰοχίτων, ἀπέδιλος, ἀνέστιος, ἐλπίδι μούνῃ
Ζώων, καὶ λώβη πᾶσι πέλω χθονίοις.
Εὐνή μοι στιβάς ἐστι, τὰ ῥήγεα σάκκος ἐρυμνός,
Καὶ κόνις ἐν δαπέδῳ δάκρυσι δευομένη.
Πολλοὶ μὲν στενάχουσι σιδηρείοις ὑπὸ δεσμοῖς·
Ἄλλους δ' αὖ τέφρην πυνθάνομ' εἶδαρ ἔχειν·
Τοὺς δὲ ποτὸν δακρύοισι μεμιγμένον ἀλγινόεσσιν·
Ἄλλους χειμερίαις βαλλομένους νιφάσι,
Νύκτας τεσσαράκοντα καὶ ἤματα, δένδρεσιν ἶσα
Ἑστάμεναι, κραδίῃ γῆς ἀπανισταμένους,
Καὶ θεὸν οἷον ἔχοντας ἐνὶ φρεσίν· ἄλλος ἔδησε
Χείλεα, καὶ γλώσσῃ θῆκε χαλινὰ φέρων.
Οὐ μὰν πάντα χαλινά, ὕμνοις δ' ἀνέηκε μόνοισιν,
Ἔμπνοον ὡς κιθάρην πνεύματι κρουομένην.
Καὶ Χριστῷ κεφαλήν τις ἐὴν ἀνέθηκε, φυλάσσων,
Εὐχῆς εὐαγέος εἵνεκ', ἀκερσεκόμην.
Ὄμματα δ' ἄλλος ἔπηξε, καὶ οὔασι θῆκε θύρετρα,
Μή τι λάθῃ πέμψας κέντρον ἔσω θανάτου.

Alii foris, et hortis, et balneis
Delectantur, et quando magnum in urbibus spirant,
Honorificisque sermonibus et sequentium strepitu
Ducuntur, superbiuntque ex altis subselliis.
Multa enim sunt mortalibus multiformis vitæ
Oblectamenta : malis autem immiscetur gaudium.
Sed ego mortuus sum vitæ, ac pusillum in terra
Spiritum gero : fugio urbes et homines.
926-927 Cum feris et scopulis vivens, solus ab omni
Incolo asperam et deformem petram :
Una cum veste, sine calceis, sine foco, spe sola
Vivens, et omnibus ludibrio sum hominibus.
Lectus meus palea est, stragula saccus quo tegor.
Et cinis in pavimento lacrymis rigatus.
Multi quidem ingemiscunt sub vinculis ferreis :
Alios audio pro cibo cinerem habere;
Nonnullos lacrymis amaris potum miscere:
Alios hibernis percussos nivibus,
Quadraginta noctes et dies, instar arborum
Stare, corde e terra assurgentes,
Ac Deum solum in mente habentes : alius
Ligavit labia, et linguæ frena imposuit ;
Non tamen frena omnia, sed solis relaxavit hymnis,
Velut vivam citharam, quam spiritus pulsat.
Est qui Christo caput suum consecravit, intonsum
Voti pii causa custodiens.
Oculos alius clausit, et auribus posuit fores,
Ne quem imprudens mortis aculeum intromittat.

134 *Πολίεσσι.* Ita Coisl. Vat. πτολίεσσι.

136 *Ἐκ σανίδων.* Nempe θρόνων, *e celsis thronis.* Recte Billius supervacaneam putat conjecturam amici, qui legere suadebat σατίνων, *plaustris, curribus.*

137 *Πολυσχιδέος.* Reg. 990 πολυσχεδέος.

138 *Κακοῖς.* Int. Coisl. λυπηροῖς, *tristibus, adversis.* Non recte Billius, *in vitio addictis.*

142 *Ῥωγάδα. Quasi terræ rimam, specum, ultro oblatam ædiculam.*

144 *Λώβη.* Coisl. Int. πᾶσιν ἀνθρώποις εἰς γέλωτα καὶ χλεύην προκείμενος, *omnibus hominibus risui et ludibrio habitus; opprobrium hominum, et abjectio plebis :* vel etiam quem omnes tanquam lepra laborantem aversarentur. Apud Homer. λώβη ἀνδρῶν, *omnium probris expositum* sonat. *Iliad.* IV, 42.

145 *Σάκκος ἐρυμνός. Durum cilicium, saccus niger.* Hesych.

146 *Δευομένη.* Ita Coisl. Edit. δυομένη, sed male.

147 *Πολλοὶ μέν.* Spectant hæc ad monachorum ardua studia de quibus disserit uberius infra Sect. 2, Carm. 1, ad Hellenium, alias *Bill.* 48.

METRICA VERSIO.

Balnea delectant alios, lucique nemusque,
Altusque in celebri spiritus urbe juvat.
Laudibus atque suis gaudent, comitumque catervis,
Ac frontem attollunt desuper e tabulis.
Multa etenim humano generi sunt gaudia vitæ :
In vitio addictis fusaque lætitia est.
Ast ego jam mundo sum mortuus, hinque pusillum
Jam spiro, atque urbes vito, hominumque genus.
Cum scopulis, truculbusque feris ego dego, domumque
Petram habeo : hic vitæ tempora solus ago.
Non mihi calceus est, non est focus, unica vestis :
Spe vivo, ut labes sum quoque terrigenis.
Pro lecto mihi sunt paleæ, pro tegmine saccus,
Et madidus lacrymas pulvis ob assiduas.
Ferrea permulti gestantes vincla gemiscunt ;
Est aliis sursum sordidus esca cinis.
Ocula sunt aliis fletu permista calenti ;
Altera brumali pars petiturque nive,
Statque quater denis, velut arbor, recta diebus,
Subvectum ad cœli culmina pectus habens,
Nilque aliud prorsus, quam Christum, mente volutans.
Linguam alius freno pressaque labra tenet,
Sic tamen, ut pateant hymnis, atque, ut lyra viva,
Pulsentur digitis pneumatis ætherei.
Ast alius, voti ut Christo persolvat honorem,
Intonsum servat tempus in omne caput.
Aures atque oculos alius conclusit, ut omne
Obseptum stimulis mortis haberet iter.

Digitized by Google

Τοῖα μὲν ἐξ ἐμέθεν χοΐ φάρμακα δυσμενέοντι,
Ἤδη καὶ πολιὴ ἄλκαρ ἐμῶν παθέων.
Πολλαὶ δ' οὐκ ἐθέλοντα καταιγίδες ἀπροτίοπτοι
Στρωφῶσιν, χαλεποῖς ἄλγεσι τειρόμενον.
Αὐτὰρ ὁ οὔτε λόγοις ἐπιπείθεται, οὔτε μόγοισι
Δάμναται, οὔτε χρόνῳ κάμπτεται ὀκρυόεις·
Ἀλλ' αἰεὶ ζωῆς κατεναντίον ὄμμασι τυφλοῖς
Σπεύδει, καὶ κρημνοὺς, ὡς λεγεὼν, πτθέει.
Εἰ δέ τί που καὶ βαιὸν ὑποείξειε Θεοῖο
Δείμασιν, ἠὲ πόνοις, ἢ Θεόθεν λογίοις,
Ὥστε φυτὸν παλάμῃσι μεθελκόμενον κομέοντος,
Γυροῦται προτέρην ἔμπαλιν ἐς κακίην.
Ὦ μέλεοι, θανάτοιο βροτῶν γένος! Ὡς ῥα κακοῖσι
Δαπτόμενοι, μανίῃ τερπόμεθ' ἡμετέρῃ.
Οὔτε λόγον τίοντες, ὃν ἔνδοθι γινομένοισι
Θῆκε Θεὸς, ζωῆς σπέρμα χαριζόμενος·
Οὔτε νόμον τρομέοντες, ὃν ἔν ποτε λαΐνέῃσι
Γράμματι ἀτρεκίην Χριστὸς ὑποσκιάων
Πλαξὶν ἄναξ ἐχάραξε, καὶ ὕστατον ἐν κραδίῃσιν
Ἡμετέραις, αἴγλῃ Πνεύματος εὐαγέος·
Καὶ Χριστοῦ παθέεσσιν ἐναντία μητιόωντες,
Οἵσίν μ' ἐκ παθέων εἵλκυσεν ἀργαλέων,
Σάρκα λαβὼν, σταυρῷ τε παγεὶς, πῆξας τε μέλαιναν
Πλάσματος ἀμπλακίην, καὶ Βελίαο κράτος,
Ὄφρα παλιγγενέες τε καὶ ἐκ τύμβοιο θορόντες,
Χριστῷ σὺν μεγάλῳ κῦδος ἔχωμεν ἄνω.
Πολλὰ μὲν δὴ πᾶσιν ἐπιχθονίοισι Θεοῖο
Δῶρα, τὰ καὶ γλώσσης κρείττονα ἡμετέρης.
Καὶ γάρ με πληγῇσιν ἀτασθαλέοντα δαμάζων,
Ἕλκει πρὸς ζωὴν, καὶ φίλα μητιόων.

Talia ego adhibeo inimicæ carni remedia,
Jamque canities morbis meis opitulatur.
Multi autem invitum turbines improvisi
Exagitant difficilibus molestiis vexatum.
Sed tamen caro nec rationibus obtemperat, nec laboribus
Domatur, nec tempore rabies ejus flectitur:
Sed semper adversus vitam cæcis oculis
Festinat, et barathra, ut legio, desiderat.
Quod si quando paululum cedat Dei
Timori, aut laboribus, aut divinis oraculis,
Velut arbor manibus retracta cultoris,
Curvatur primum rursus in vitium.
O nos mortales mortis hujus nomine miseros! Quomodo malis
Dilacerati nostra delectamur insania!
Nec rationem honorantes, quam intus nascentibus
Inseruit Deus, vitæ semen concedens;
Nec legem expavescentes, quam olim rex Christus,
Littera veritatem adumbrans, lapideis
928-929 Tabulis, ac postremo cordibus nostris
Spiritus sancti splendore insculpsit;
Atque etiam Christi passionibus contraria meditantes,
Quibus me ex perversis perpessionibus eruit,
Carnem sumens, cruci affixus, et tetram configens
Figmenti sui nequitiam, et Beliæ potestatem,
Ut regenerati, et e sepulcro exsilientes,
Magno cum Christo gloriam cœlestem habeamus.
Multa quidem omnibus hominibus concessa a Deo
Dona, quæ linguam nostram superant.
Nam me et plagis peccantem domando
Ad vitam trahit, et grata largiendo.

163 *Πολλαὶ δ'*. Ita Vat. et Coisl. Edit. πολλὰ δ'.
169 *Ὑποείξειε*. Reg. 990 ὑποήξειε.
173 *Ὡς*. Coisl. sup. lin. πῶς.
175 *Γιομένοισι*. Coisl. γεινομένοισι.
177 *Λαϊνέῃσι*. Vat. 2 λαΐνέεσσι.
182 *Εἵλκυσεν*. *Ex gravissimis calamitatibus eruit.* Vat. et Coisl. ἔρυσεν
189 *Ἀτασθαλέοντα*. Ἀτακτοῦντα, ἁμαρτάνοντα, *proterve, nefarie agentem.*
190 *Μητιόων*. Sup. lin. βουλευόμενος. Coisl. μειδιόων. *Amice ac leniter arridendo*, quæ lectio placet Billio.

METRICA VERSIO.

Hæc ipse infestæ medicamina porrigo carni,
Atque ætas etiam fert mihi grandis opem.
Quin ingens etiam me vis inopina malorum
Exagitat, varius dilaceratque dolor.
Non tamen hanc sermo flectit, subiguntve labores,
Temporis aut tractu mitius ipsa furit:
Sed vitam adversus semper ruit impete cæco,
Atque velut legio sola barathra cupit.
Quod si divino cedat paulum ipsa timori,
Cedat et ærumnis, eloquiisque Dei:
Agricolæ ut manibus per vim stirps torta, priorem
In vitii labem protinus illa redit.
O miserum mortale genus, quod mole malorum
Atteritur, proprio gaudet et interitu!
Ac neque nativæ rationis lumen honorat,

B Quod vitæ ætherea semen ab arce datur:
Nec metuit, verum quæ quondam Christus adum-
In saxis rigidis jura notata dedit: [brans,
Nec quæ postremis fixit et sanctissimus ille
Spiritus in nostro pectore temporibus:
Sed Christi consulta agitat contraria pœnis,
Queis me animi morbis traxit ab horrificis
Dum carnem sumpsit, fixusque est in cruce, nostras
Ac noxas, hostis fixit et imperium:
Ut rursum genito, tumulique e faucibus imis
Educta in supero sit mihi sede decus [Christi,
Multa quidem in cunctos homines sunt munera
Tantaque ut hæc nullus sermo referre queat.
Nos etenim ad vitam trahit, et cum verberat, et cum,
Verberibus missis, prospera cuncta facit.

Digitized by Google

Πάντα γὰρ εὐμενέοντι νόῳ μερόπεσσι κυβερνᾷ,
Εἰ καὶ κρυπτὸν ἔῃς βένθος ἔχει σοφίης,
Καὶ πολὺς ἡμετέρης γενεῆς ζόφος ἠδὲ Θεοῖο
῞σταται ἐν μεσάτῳ, ὃν περόωσ' ὀλίγοι
Ὄμμασιν ὀξυτάτοισι διαυγέες ἐκ βιότοιο,
Καὶ καθαροὶ καθαρῆς ἁπτόμενοι σοφίης.
Αὐτάρ ἐμοὶ Χριστὸς περιώσιον εὖχος ὀπάζων,
Πρῶτα μὲν εὐξαμένῃ νειόθεν ἐκ κραδίης
Μητέρι δῶρον ἔδωκε, καὶ ἐκ τοκέων ὑπέδεκτο
Δῶρον, ἐπεὶ τέκνου φέρτερον οὐδὲν ἔχον
Ἐν πᾶσι κτεάτεσσιν· ἔπειτα δὲ θεῖον ἔρωτα
Φάσμασιν ἐννυχίοις σώφρονος ἧκε βίου.
Εἰ δ' ἄγε, νῦν ἀΐοιτε, θεόφρονες οἱ δὲ βέβηλοι
Ψυχὰς, ὑμετέροις οὔασι θέσθε θύρας.
Παῖς μὲν ἔην ἀπαλὸς, πάϊς οὐ μάλα, ἡνίκα δὲ φρὴν

A Ἠθλῶν ἠδὲ κακῶν εἰκόνος ἐγγραφεται,
Οὔπω μὲν στερεοῖσι νοήμασιν εἶδος ἔχουσα,
Ἤθεσι δ' ἀλλοτρίοις πρῶτα χαρασσομένη.
Αὐτὰρ ἐμοὶ τοκέες νόον ἔγραφον οὔτι κακοῖσι
Χρώμασι, τῆς δ' ἀρετῆς ἐσθλὰ διδασκο-
[μένῳ.
Καὶ γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀγητοὶ
Ἔσκον, ἐπ' εὐσεβίῃ θυμὸν ἔχοντες ἕνα,
Ἶσον ὁμοῦ πολιῇ τε καὶ ἤθεσι κυδαλίμοισιν,
Ἀνδρομέης ζωῆς, ὄλβιοι, εὐσθενέες,
Μέτρα παρατροχάοντες. Ὁ μέν ποτε τηλόθι μάν-
[δρης
Ἐστηὼς μεγάλης, ἧς μέγα νῦν κρατέει
Οὐκ ὄϊς, εἴτ' ὀΐων προφερέστατος, ἐξ ὀΐων τε
Ποιμὴν, νῦν δὲ πατὴρ, καὶ νομέων νομέας

Omnia enim hominibus animo benevolo gubernat,
Etsi occultam tenet sapientiæ suæ altitudinem,
Ac densæ inter genus nostrum et Deum tenebræ
Intercedunt, quas pauci superant
Acutissimis oculis ex vita perspicaces,
Et puri puram attingentes sapientiam.
Ac me quidem Christus honore præcipuo donavit:
Primo quidem precanti ex intimo corde
Matri me donum dedit, et a parentibus suscepit
Donum; nihil enim nato præstantius habebant
In omnibus suis possessionibus. Deinde vero divinum amorem
Virginitatis immisit visis nocturnis.
Nunc audite, quicunque pii estis; qui autem profani
Mentibus, fores vestris auribus apponite.
Tener infans eram, non valde infans, sed qua ætate mens
Malorum et bonorum imaginibus imbuitur,
Nondum solidis cogitationibus formam adepta,
Sed alienis ex moribus primo informatur.
Mentem mihi pingebant parentes non pravis
Coloribus, sed virtutis insignia edocebant.
Omnibus enim hominibus admirabiles
Erant, in pietate unanimes,
Æquales canitie et præstantissimis moribus,
Felices, validi, humanæ vitæ
Modulum superantes. Ille quidem olim procul a magno
Stabat ovili, cujus nunc magnum tenet gubernaculum,
930-931 Non ovis, deinde ovium præstantissima, et ex ovibus
Pastor, nunc vero pater, et pastorum pastor.

195 *Ὄμμασιν ὀξυτάτοισι.* Coisl. Int., οἱ τὸ ὄμμα τῆς διανοίας ὀξύτατοι, *qui nempe, ex probis moribus, perspicacissima oculorum acie præditi sunt.*
200 *Τέκνου.* Ita Reg. 990, Coisl. et Vat. Edit. τέκνον. Iidem codices pro ἔχων, quod præferunt edit., habent ἔχον. Coisl. sup. lin. ἦχον. Vide supra carm. XI, vers. 70.
204 *Θέσθε.* Reg. 990 θέσθαι.
207 *Εἶδος.* Sic Reg. 990, Coisl., Chig. et Vat. Edit. ἦθος.
210 *Διδασκομένῳ.* Int. Coisl. ἐδίδασκον. Vide supra carm. XI, vers. 51, et carm. I, vers. 117.
212 *Ἐπ' εὐσεβίῃ. Idem pietatis studium habentes.*
213 *Ἶσον.* Chig. οἷον.
216 *Ἧς μέγα.* Inde patet Gregorii patrem tunc in vivis fuisse, cum carmen istud condidit.
217 *Ἐξ ὀΐων τε.* Sic Reg. 990. Edit. ἐξ ὄϊων δέ.

METRICA VERSIO.

Omnia nam placidus mortalibus ipse gubernat:
Abdita sint quamvis tectaque consilia.
Nam magna inter nos nubes interque Tonantem
Est sita, quam paucis fas penetrare viris:
Queis aciem mentis vita optima reddit acutam,
Sordibus et sophiam mens vacuata capit.
At me præcipuo Christus donavit honore.
Primum etenim matris me dedit ipse preci:
Illa autem, nato siquidem nil majus habebat
Me tibi perpetuum vovit in obsequium.
Post oculis visum quoddam nox obtulit atra,
Ex quo animum subiit virginitatis amor.
Hæc mentes audite piæ, contraque profani
Occludant aures ad mea dicta suas.

B Hoc mihi tempus erat vitæ, vitiique bonique
Parvula quo primum mens simulacra notat:
Ac solidis nondum firmisque est sensibus illa,
Sed primum alterius moribus imprimitur.
At mihi non pravos indebat uterque colores,
Sed virtutis erat doctor uterque parens:
Conspicuos cunctis pietas nam fecerat illos,
Et concors animus, pectus idemque duum:
Canitiesque simul, simul et præstantia morum;
Humanæ ac vitæ transiliere modos,
Felices validique: pater procul a grege quondam
Dissitus, imperium qui modo plebis habet:
Non ovis, inde ovium longe optima, postea pastor,
Nunc pater, et rector, quod mage laudo, patrum:

Digitized by Google

Οὔτι μὲν ἐς πολύκαρπον ἀλωὴν ὄρθριος ἐλθὼν,
220 Πουλὺ δ' ἀποκρύψας τοὺς προτέρους καμάτῳ.
Ἡ δ' ἱερῶν τοκέων ἱερὸν φυτὸν, εὐαγές τε
Ῥίζης, καὶ πτόρθων μητέρος εὐαγέων,
Οὐδὲν ἀτιμοτέρη προτέρων, αἳ Χριστὸν ἄνακτα
Δέξαντ', ἠδὲ τάφου λεῦσσαν ἀνεγρόμενον·
225 Βαιὸν μὲν πνείοντες ἐπὶ χθονὶ σαρκὸς ἀνάγκῃ,
Πλείονα δὲ ζωῆς μοῖραν ἔχοντες ἄνω.
Τοῖς μὲν ἐγὼν ἀπαλὴν πλάσθην φρένα, καὶ νεόπτυκτος
Οἷα τυρὸς, ταλάρου λάμβανον αἶψα τύπον.
Καί ποτέ μοι κνώσσοντι παρίστατο τοῖος ὄνειρος,
230 Ἕλκων ῥηϊδίως ἐς πόθον ἀφθορίης.
Δοιαί μοι δοκέεσκον ἐν εἵμασιν ἀργυρέοισι
Στράπτειν παρθενικαὶ πλησίον ἱστάμεναι,
Ἄμφω μὲν καλαὶ, καὶ ὁμήλικες· ἀμφοτέραις δὲ
A Κόσμος ἀκοσμίη, κάλλος δ θηλυτέραις.
235 Οὐ χρυσὸς δειρὴν κατεκόσμεεν, οὐδ' ὑάκινθος,
Οὐδ' εἶχον σηρῶν νήματα λεπταλέα,
Οὐδὲ λίνου μαλακοῖο περιῤῥεθέεσσι χιτῶνας,
Οὐ γραπτοῖς βλεφάροις ὄμμ' ὑπολαμπόμενον,
Οὐδ' ὅσα τεχνήεντες ἐπ' εἴδεσι θηλυτεράων
240 Ἄνδρες ἐμήσαντο φάρμακα μαχλοσύνης·
Οὐ ξανθαὶ πλοκαμῖδες ὑπὲρ νώτοιο χυθεῖσαι
Παῖζον ἅμα πνοιαῖς εὐκραέων ἀνέμων.
Ζώνῃ μὲν τῇσίν γε καλὸς ἐσφίγγετο πέπλος,
Ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἐς πόδας ἑλκόμενος
245 Κρηδέμνῳ δ' ἐφύπερθε καρήατα ἠδὲ παρειὰς
Κρυψάμεναι, κατὰ γῆς ἑσταότ' ὄμματ' ἔχον.
Αἰδόος ἀμφοτέρῃσιν ἐπέπρεπε καλὸν ἔρευθος,
Ὅσσον ἐϋννήτων φαίνεθ' ὑπ' ἐκ φαρέων.

Non ille quidem in fertilem vineam mane venerat,
220 Sed labore primos longe superavit.
Illa autem piorum parentum pius surculus, et sanctæ
Radicis ac matris sanctorum ramorum,
Nihilo inferior pristinis, quæ Christum regem
Exceperant, aut e sepulcro viderant redivivum;
225 Exiguum quid spirantes in terra carnis necessitate,
Præcipuam vitæ partem sursum habentes.
Ab his tenera mens mea firmata, et recens concretus
Velut caseus, calathi formam cito suscepi.
Tum dormienti mihi astitit tale somnium,
230 Facile trahens ad amorem virginitatis.
Duæ mihi videbantur in vestibus candidis
Splendere virgines prope astantes,
Pulchræ, et æquales ambæ; utrique ornatus erat
Ornatu carere, quæ quidem pulchritudo feminarum est.
235 Non aurum collum ornabat, non hyacinthus,
Nec vestes gerebant tenui stamine sericas,
Neque ex molli lino tunicæ membra tegebant,
Neque pictis palpebris oculus coruscabat,
Nec quæcunque artificiosi homines ad venustatem
240 Feminarum invenerunt fomenta libidinis;
Non flavi cincinni humeris effusi
Colludebant levium ventorum flatibus.
Zona illis præclarum peplum stringebatur,
Pedibus usque ad talos demissum.
245 Velo caput et genas desuper occultabant,
Humi fixos oculos habebant.
Pudoris rubor ambas præclarus decorabat,
Quantum cernere licebat per bene textum velum.

220 *Καμάτῳ*. Ita Chig., Vat. et Reg. 990. Edit. καμάτοις.

223 *Αἳ Χριστόν*. Nempe *Martha et Maria, Lazari sorores.*

239 *Ἐπ' εἴδεσι. In formis mulierum.*

245 *Κρηδέμνῳ δ' ἐφύπερθε*. Desumptum ex *Iliad.* xiv, 184, et xxii, 470. Annotat Eustathius, non solum esse δεσμὸν κεφαλῆς, *vinculum, ligamen capitis*, sed etiam καταπέτασμα πλατύ, *velum latius*. Sic plane accipit Gregorius: quippe velum de quo loquitur, caput et genas tegebat; itaque non bene Billius, *vittis candidatis*. Reg. 990 habet καρείατα pro καρήατα.

247 *Αἰδόος*. Reg. 990 αἰδοῦς δ'. Mox idem cum Vat. ἐπέτρεχε pro ἐπέπρεπε.

248 *Εὐννήτων*. Sive καλῶς νενησμένων.

METRICA VERSIO.

Qui licet ad vitem primis non venerit horis,
Sudavit primis plus tamen agricolis.
At mater soboles sanctorum sancta parentum,
Atque piæ stirpis surculus eximius:
Matronis haud inferior, queis cernere Christum
Contigit, e tumulo cum redivivus erat;
Paulum viventes in terra, carne coacti,
Multo plus autem sedibus in superis.
Mens mea mollis ab his ficta est: accepit honestas,
Ut caseus calathi, protinus ipsa notas.
Atque per hoc visum, somnus dum membra teneret,
Virgineæ vitæ captus amore fui.
Namque videbantur binæ mihi stare puellæ
Non procul, insignes vestibus in niveis,
Equales ambæ ac pulchræ: cultuque carere
B His erat, hinc fit enim femina pulchra, decus.
Non auro collum fulgebat, non hyacintho;
Non ipsis etiam serica vestis erat.
Non albis tunicis fulgebant mollia membra
Splendoremve oculo pupula picta dabat.
Cuncta aberant, quæ femineo molitur in ore
Artificum ingenium, pharmaca adulterii.
Non coma flava super tergum diffusa patebat,
Ludebatque simul cum levibus zephyris
Pulchrum stringebant arctissima vincula pepum,
Imos velantem corpus adusque pedes.
Ac vittis caput atque genas adoperta gerentes
Candidulis, terræ lumina fixa dabant:
Tingebatque etiam pulchro pudor ora rubore,
Quantum sub velo cernere tunc poteram.

Digitized by Google

Σιγῇ δ' ἀμφοτέρῃσι μεμυκότα χείλεα κεῖτο,
Οἷόν τε δροσεραῖς ἐν καλύκεσσι ῥόδον.
Τὰς μὲν ἐγὼν ὁρόων, μέγ' ἐγήθεον. Ἦ γὰρ ἔφασκον
Κρείσσονας ἠμερίων ἔμμεναι οὐκ ὀλίγον.
Αἳ δέ με καὶ φιλέεσκον, ἐπεί σφισι θυμὸν ἰάνθην,
Χείλεσιν, υἷα φίλον ὡς ἀγαπαζόμεναι·
Καί μοι ἐειρομένῳ τίνες ἢ πόθεν εἰσὶ γυναῖκες,
Ἡ μὲν ἀγνείαν ἔφη, ἡ δὲ σαοφροσύνην,
Αἳ Χριστῷ βασιλῆϊ παρασταδὸν ἑστηκυῖαι,
Κάλλεσιν οὐρανίων τερπόμεθ' ἀζυγέων.
Ἀλλ' ἄγε δεῦρο, τέκος, μίξον τεὸν ἠμετέρῃσι
Καὶ πραπίδεσσι νόον, καὶ δαΐσιν δαΐδα,
Ὄφρα σε παμφανόωντα δι' αἰθέρος ὑψιφέρουσαι,
Στήσωμεν Τριάδος πὰρ σέλας ἀθανάτου.

Ὡς φάμεναι φορέοντο δι' αἰθέρος. Ὄμμα δ' ἐμεῖο
Ἕσπετ' ἀφιπταμέναις. Χ' αἱ μὲν ὄνειρος ἔσαν,
Δηθὰ δ' ἐμὴ κραδίη σεμνοῖς ἰνδάλμασι νυκτὸς
Τέρπετο, καὶ φαενῆς εἰκόσιν ἀφθορίης.
Ἄρτι μοι ἐς φρένα μῦθος ἀγείρετο, εὖτε νόημα
Ἐσθλῶν ἠδὲ κακῶν πήγνυται ἀτρεκέως.
Καὶ νόος ἡγεμόνευε πόθου, καὶ κάλλος ἀμυδρὸν
Ὄψιος ἐννυχίης φαίνετ' ἀριπρεπέως.
Ὡς δ' ὅτε καρφαλέην καλάμην σπινθὴρ ἀΐδηλος
Ἐνδοθι βοσκόμενος, λάμπεται ἐξαπίνης,
Φλὸξ ὀλίγη τοπρῶτον, ἔπειτα δὲ πυρσὸς ἀέρθη
Ἄσπετος, ὣς καὶ ἐγὼ φάσματι δαιόμενος
Ὤχ' ὑπέλαμπον ἔρωτα, σέλας δέ τε πᾶσι φαάνθη,
Οὐκέτ' ἐνὶ ψυχῇς βένθεσι κρυπτόμενον.

Silentio ambarum clausa labia tenebantur,
Veluti in roscidis calyculis rosa.
Has ego aspiciens plurimum lætabar. Nam illas
Longe mortalibus præstare mihi persuadebam.
Illæ autem, cum iis animum demulsissem, etiam labiis admotis
Osculabantur me, ut charum filium diligentes :
932 933 Ac quærenti mihi, quæ et unde mulieres essent :
Virginitas, inquit una, temperantia altera,
Quæ Christo regi proxime astantes,
Pulchritudine cœlestium delectamur virginum.
Verum age, fili, misce tuam nostris
Mentibus mentem et facibus facem,
Ut te rutilantem in altum evehentes,
Statuamus ad lucem Triadis immortalis. »
Sic locutæ per aera ferebantur. Meus autem oculus
Sequebatur evolantes. Atque illæ quidem somnium erant,
Sed diu cor meum præclaris noctis simulacris
Delectabatur, et lucidæ imaginibus virginitatis.
Jam mihi in pectore sermo colligebatur, tum cum cognitio
Boni et mali certius stabilitur,
Mens regebat desiderium, et pulchritudo subobscura
Visionis nocturnæ decenter admodum elucebat.
Quemadmodum aridam stipulam cum latens scintilla
Intus depascens subito emicat,
Parva primum flamma, deinde ingens incendium
Assurgit ; ita et ego visione accensus
Cito amorem in lucem protuli, et fulgor omnibus apparuit,
Non jam in animi latebris absconditus.

252 *Ἡμερίων. Humana conditione præstantiores.* Int. Coisl. ἐφημερίων γυναικῶν.

253 *Ἰάνθην.* Combefisius legit ἰάνθην χείλεσιν, absque interposita virgula, et vertit : *admotis labiis ipsis mulsi animum.*

255 *Ἐειρομένῳ.* Vat. ἀνειρομένῳ. Sup. lin., ut in editis.

256 *Ἡ μέν*, etc. *Una se esse ait virginitatem, altera temperantiam, prudentiam.*

264 *Ἔσαν.* Coisl. et Vat. ἦσαν.

265 *Δηθὰ δ'.* Ita Chig. Reg. 990 δηρὸν ἐμὴ κραδίη.

267 *Ἄρτι μοι ἐς φρένα. Ac mihi jam tum earum sermo in mente colligebatur, cum cognitio virtutum ac vitiorum hominibus vere planeque imprimitur.*

270 *Ἀριπρεπέως. Eximie.* Gloss. ἀριδήλως. *Aperte, manifeste*, etc.

METRICA VERSIO.

Demum ipsis labra alta silentia clausa tenebant,
Non secus atque calix, quo rosa clausa latet.
Has cernens (humano etenim præstantior ipsis
Vultus erat) toto pectore lætus eram.
Oscula jungebant illæ mihi blanda vicissim,
Non aliter proles quam si utriusque forem.
At mihi scitanti nomen : « Vocor, illico dixit
Altera, virginitas, altera sophrosyne,
Quas Christo astantes capit insaturata voluptas,
Utraque virgineos dum videt usque choros.
Ergo, age, nate, tuam nostris conjungere mentem
Sit studio, lumen luminibusque tuum,
Ut te splendentem ac rutilum sublime ferentes,
Sistamus radios perpetis ad Triadis. »

B Ac tum, me sectante oculis, rapiuntur in altum
Æthera : at id visum nil nisi somnus erat.
Ipse diu porro simulacris noctis opacæ
Lætabar, vitæ virgineæque typis.
Jam mihi crescebat ratio, quo tempore certum
Delectum recti mens vitiique facit ;
Ac desiderium mea mens ductabat : apertas
Jamque dabat noctis visio nigra faces.
Ac velut arentem stipulam cum tectus in imo
Devorat igniculus, protinus ipse micat :
Flamma quidem primo tenuis, mox tollitur ingens :
Sic mihi cum visus ureret ossa decor,
Protinus exseruit sese, cunctisque refulsit,
Ut qui celari non potis esset, amor.

Digitized by Google

Πρῶτα μὲν εὐσεβέεσσιν ὁμίλεον, οἵ ῥα γάμοιο
Δεσμὰ φύγον, κόσμου λυόμενοι χθονίου,
Ὡς Χριστῷ πτερόεντες ἅμ' ἕσπωνται βασιλῆϊ,
Ἔνθεν ἀπορνύμενοι κύδεϊ σὺν μεγάλῳ.
Τοὺς μὲν ἐγὼ φιλέων τε καὶ ἀμφιέπων περὶ κῆρι,
Ἐλπίδος ἡγεμόνας εἶχον ἐπουρανίης·
Αὐτὰρ ἔπειτα γάμοιο βαρὺν ζυγὸν ἐκτὸς ἔθηκα,
Ὑψηλὴν ποθέων μοῖραν ἀειθαλέων.
Καὶ γὰρ δὴ φύσιες μὲν, ὅσαι λάχον οὐρανὸν εὐ-
[ρὺν
Ἀζυγέες, παθέων κρείσσονες ἀργαλέων.
Αἰγλῆεις πρώτιστα Θεὸς μέγας· ὣς δὲ Θεοῖο
Λάτριες ὑψιθρόνου πλησίον ἑσταότες·
Οἳ πρώτην ἀκτῖνα Θεοῦ καθαροῖο φέροντες,
Παμφαέες, θνητοῖς φῶτα χαριζόμενοι.
Ὅσσοι δ' ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος εἰς ἓν ἄγερθεν,
Καὶ δυάς εἰσι, χοὸς ἔκγονα μαρναμένου,
Συζυγίην ποθέουσι, καὶ ἐς δέμας εἰσὶν ἑτοῖμοι
Σπείρειν. Ἀλλ' ὁ Λόγος κρείσσονα μοῖραν ἄγων,
Σαρκὸς νόσφιν ἔθηκε, πλάνου δ' ἀποέργαθε κό-
[σμου,
Ζωῆς δ' ἀθανάτων θῆκ' ἀδέτοιο πέλας.
Ἔνθα μ' ἔπεμπε πόθος μεγαλήτορα, οὐδ' ἐπὶ γαίης
Ἤρειδον χθαμαλῆς ἴχνιον ἀδρανέον.
Ἀλλ' ὥστε γλυκεροῖο γεγευμένος ἠὲ γάλακτος,
Ἦ μέλιτος, σταθερῆς κεῖθι χοροστασίης,
Οὐκ ἤθελον πικρῆς μοι ἐδητύος ἄσσον ἱκέσθαι,
Θυμοβόρου κακίης ἐνθάδε τικτομένης.

Ac primo quidem piorum consuetudine utebar, qui nuptiarum
Vincula fugiunt, a terrestri mundo liberi,
Ut Christum regem animi pennis una sequantur,
Ex hac terra magna cum gloria avolantes.
Hos ego amans et corde complectens
Spei cœlestis duces habebam ;
Deinde vero grave matrimonii jugum foras eliminavi,
Sublimem desiderans virginum partem.
Nam quotquot naturæ latum cœlum sortitæ sunt,
Conjugii graviumque animi expertes sunt perturbationum.
Primum rutilans magnus Deus ; deinde Dei
Cultores, sedenti in throno prope astantes,
Primum puri Dei radium excipientes,
Lucem, qua toti refulgent, mortalibus porrigentes.
At qui ex corpore et anima in unum compositi sunt,
Ac duplici parte constant, terræ reluctantis progenies,
934-935 Hi conjugium appetunt, et ad corpora parati sunt
Serenda. Sed Verbum meliorem partem regens,
A carne illam sejungit, atque a fallaci removet mundo,
Ac liberæ immortalium vitæ prope adjungit.
Illuc desiderio magnanimus ferebar, nec in terra
Figebam humili imbelle vestigium.
Cum vero dulce lac aut mel
Intra stabilem illum chorum degustassem,
Jam nolebam ad acerbum mihi cibum prope accedere,
Pestiferum animæ vitium, quod in hac vita gignitur.

284 Ἀειθαλέων. *Qui florent perpetua virginitate.*

287 Αἰγλῆεις. *Quasi primus splendor Deus.* Tum Deo propinquæ virtutes, etc., ut in orat. XXXVIII, ubi creationem exponit. Vide tom. I, pag. 666 et seqq.

292 *Καὶ δυάς εἰσι, χοὸς ἔκγονα.* Non dubitat Billius quin mendum hic irrepserit, nec intelligit quomodo homo dici possit δυάς, legitque χοὸς εἰκόνι μαρναμένου. Ita vertit Gaulyer : nullum tamen mendum est, planaque lectio, et sensus optimus. Homo potest dici δυάς, quippe qui ex duobus constat, anima et corpore. Recte etiam dicuntur homines χοὸς ἔκγονα, γεννήματα, ut habet Coisl. int. *carnis, luti filii*, quibus sit pronum in corpus seminare.

294 Ὁ Λόγος. *Verbum;* aliis *ratio.* Mox ἄγων. Vat., Chig. et Reg. 990 ἐλών.

296 Ἀθανάτων. Vat. ἀθανάτου.

297 Ἔνθα μ' ἔπεμπε. *Huc me impellebat magnanimum desiderium*, etc.

299 Γεγευμένος. Coisl. γεγευσμένος. *At ego gustata stabilis illius chori suavitate, tanquam lacte quodam ac melle dulcissimo.*

METRICA VERSIO

Namque piæ cœpi me consociare catervæ,
Quæ mundum hunc fragilem fugerat, et thalamos :
Ut Christum volucri sequeretur ad æthera cursu,
Hinc splendore abiens non sine mirifico.
Hos ego ferventi complectens pectore, habebam
Perpetuos vitæ cœlitis ipse duces.
Post juga connubii procul a me dura removi,
Virgineos cupiens lætus adire choros.
Cœlicolum ignorant thalamos namque agmina sancta :
Cœlicolas etenim nulla libido premit.
Cœlebs est primum superi Dominator olympi :
Post expers thalami grex etiam angelicus,
Qui primis radiis cum summo a Numine totus
Splendeat, impertit lumina deinde mihi.
At quibus ex animo natura et corpore constat,
Effigiemque caro pugnat in ætheream,
Conjugium exoptant, jaciuntque in carne libenter
Semina. Sed ratio, dum meliora vehit
Me procul a carne, ac mundo impostore remotum
Cœlitibus junxit, virgineisque choris,
Quo desiderium mentem rapiebat : humique
Figere non poteram protinus ipse gradum.
Verum cum lactis gustum mellisve suavis
Cepissem, fruitur quo sacer ille chorus,
Escam jam posthac gustare pigebat amaram
Noxæ, hic quæ paritur, certaque mors animæ est.

Digitized by Google

Οὐδέ τί μοι θαλίαι τε καὶ ἃ νεότητι μέμηλεν,
Οὐκ ἔσθος μαλακὸν, οὐδὲ χλιδῶσα κόμη,
Οὐκ αἰσχρῶν ἐπέων ἄχαρις χάρις, οὐδὲ γέλωτες
'Ακρατέες, σαρκὸς βράσματα δυσμενέος
'Εσκε φίλα. Σκοπέλους δὲ, καὶ οὔρεα, καὶ χρεμέθοντας
'Ιππους, ἠδὲ κυνῶν θηροφόνων ὁμαδὸν
'Αλλοισιν παρέηκα, τὰ δ' ὅλδια πάντα τινάξας,
Αὐχέν' ὑπὸ στερεῇ θῆκα σαοφροσύνῃ,
'Ἣ μ' ἐκόμει τ' ἐφίλει τε καὶ ἐς μέγα κῦδος ἄεξεν,
'Εν δ' ἐτίθει Χριστοῦ χείρεσι προφρονέως.
'Αλλὰ, Πάτερ, Πατρός τε Λόγος, καὶ Πνεῦμα φαεινὸν,
Ζωῆς ἡμετέρης ἕρμα κακοσταθέος,
Μή με λίπῃς χείρεσσιν ὑπ' ἀργαλέῃσι δαμῆναι
Δυσμενέος, τῆς σῆς ἐλπίδος ἀντιπάλου.
Μηδ' ὡς νῆα μέλαιναν, ἐΰπλοον, ὀρθὰ θέουσαν,
'Ηδη καὶ λιμένων πλησίον ἱπταμένην,
Λαίφεσι πεπταμένοισιν ἐπαΐξασα θύελλα
Λευγαλέων ἀνέμων, ἐξαπίνης ὀπίσω
Πέμψειεν παλίνορσον ἐπ' εὐρέα νῶτα βίοιο,
'Ενθα καὶ ἐνθα κακοῖς βρασσόμενον μεγάλοις,
Μή που δὲ κρυπτῇσι ποτὶ σπιλάδεσσιν ἐάξῃ.
Τοῖος γὰρ Βελίοῦ τοῦ φθονεροῖο νόος·
Αἰὲν ἀπεχθαίρει μερόπων γένος, οὐδ' ἀπὸ γαίης
Βούλεται οὐρανίους ἔμμεναι, οὐρανόθεν
Αὐτὸς ἐὴν διὰ μῆτιν ἐπὶ χθόνα τήνδε τιναχθείς·
Δύσμορος, ὃς πρώτου κάλλεος εὖχος ἔχειν
'Ιέμενος, μεγάλην τε Θεοῦ βασιληΐδα τιμὴν,
'Αντὶ φάους στυγερὴν ἀμφέσατο σκοτίην.
Τοὔνεκα καὶ σκοτίοισιν ἰαίνεται αἰὲν ἐπ' ἔργοις,
Καὶ ζοφερῆς κακίης ἐνθάδε κάρτος ἔχει.
Διπλοῦς δ' αὖ μορφὴν τελέθει, σκολιός τε νόημα,
'Αλλοτ' ἐπ' ἀλλοίην ἐρχόμενος παγίδα.

Non mihi convivia, et quæ juvenibus curæ esse solent,
Non mollior vestis, non effeminata coma,
Non turpium verborum invenustus lepos, non risus
Immoderati, non inimicæ carnis æstus perniciosi
Mihi placebant. Sed scopulos, et montes, et hinnientes
Equos, et canum venaticorum strepitum
Aliis reliqui, et omnes felicitates projiciens,
Cervicem austeræ submisi virginitati,
Quæ me excolebat, et amabat, et ad maximum decus provexit,
Et Christi manibus benevole tradidit.
At tu, Pater, Patrisque Verbum, et splendide Spiritus,
Instabilis vitæ nostræ fulcrum,
Ne me sinas sub funestis manibus domari
Inimici, qui spei in te positæ adversarius est:
Ne velut navem nigram prospere navigantem, recta currentem
Jamque prope portum volantem
Velis expansis irruens tempestas
Funestorum ventorum, subito retrorsum
Me iterum mittat in lata hujus vitæ spatia,
Huc et illuc magnis æstuantem malis,
Aut ad occultos scopulos frangat.
Talis enim invidi Beliæ mens:
Semper odio habet humanum genus, nec e terra
Patitur cœlestes fieri, e cœlo
Ipse ob suum scelus in hanc terram dejectus;
Infelix, qui summæ pulchritudinis gloriam
Ambiens, et supremum regni Dei honorem,
Pro luce invisis coopertus est tenebris.
936-937 Unde et tenebrosis semper delectatur operibus,
Et tenebrosæ nequitiæ hic imperium habet.
Duplicis porro formæ est, et cogitationibus tortuosus,
Ex alio ad alium sese vertens laqueum.

306 *Δυσμενέος*. Sic Coisl., Vat. et Reg. 990. Edit. δυσμενέα. Coisl. sup. lin. ἐχθρᾶς
320 *Λευγαλέων*. Id est, ἀργαλέων.
328 *Πρώτου*. Ita Vat., Reg. 990, Bill. et Comb. Vertit etiam Gaulyer, quasi adforet πρωτου, quamvis legat ut in editis, πρῶτον.
330 *Ἀμφέσατο*. Vat. ἀμφέσατο, ἐνεδύσατο.

METRICA VERSIO.

Non epulæ mihi jam, et curat quæ læta juventus,
Non mollis vestis luxuriansque coma,
Non fœdi eloquii lepor illepidusque placebat,
Non risus petulans, immodiceque procax.
Quin aliis montes, et equos scopulosque reliqui,
Atque canum magnos præceleresque greges:
Omniaque excutiens, quæ vulgo magna putantur,
Colla dedi firmæ subdita sophrosynæ.
At Pater, atque Patris Verbum, Flamenque supremum,
Cujus vita mihi nititur omnis ope,
Ne sine me, quæso, Beliæ procumbere dextra,
Cui spem perpetua est frangere cura meam:
Nec veluti navem, quæ dextro concita vento
Fertur, et attiguum jam prope littus habet,
Sæva repente ruens in carbasa passa procella,
Et ventus miserum rursus in alta ferat
Æquora, et hinc illincque ingenti mole malorum
Non secus ac rapidis fluctibus ipse premat:
Funestos ne me ad scopulos teterrimus hostis
Allidat, siquidem mens ea semper ei est.
Namque homines odit semper, nec sustinet illos
E terra ad sedes scandere sidereas
Ipse suum ob fastum supera dejectus ab arce;
Infelix, primum qui decus, atque Dei
Mente parum sana dum summum affectat nonorem,
Ex luce in tenebras decidit horribiles.
Unde etiam tenebrosa juvant hunc crimina, nigri
Et vitii in terris obtinet imperium.
Porro forma duplex illi, versutaque mens est:
Nunc etenim hunc, illum nunc laqueumque parat.

Digitized by Google

Ἤτοι ὁ μὲν σκότος ἐστὶν ὑπέρτατον· ἢν δέ μιν εὕρῃς,
Ἄγγελον ἐς φωτὸς ὦκα μεταστρέφεται,
Καί ῥ' ἀπαλὸν γελόων, σαίνει φρένας. Ἔνθα μάλιστα
Φράδμονος, ἀντὶ φάους μὴ θανάτῳ πελάσαι.
Τὴν μὲν γὰρ κακότητα φυγεῖν, καὶ χείρονος ἀνδρός·
Πολλοῖς γὰρ κακίη ἔχθεται ἀμφαδίη.
Αἰνῶ δ' ὃς λοχόοντα, καὶ ὃς ἀΐδηλον ἐλέγχει,
Πνεύματος ὀξυτάτοις ὄμμασι δερκόμενος.
Ἀλλὰ σάω καὶ γῆρας ἐμὸν πολιόν τε κάρηνον,
Τέρμα φέροις ζωῆς ἥλαος, ὥς με πάρος
Ἐνδυκέως ἀγάπαζες, ἐπ' ἦματι δ' ἦμαρ ἄριστον
Ἧγες, χρηστοτέραις ἐλπίσι πρόσθε φέρων·
Καί μ' ἐκ δυσμενέων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων,
Εὔδιον ἐς λιμένα σῆς βασιλείας ἄγοις,

A

Ὄφρα σε σὺν φαέεσσιν ἀειζώοισι γεραίρων,
Κύδεος οὐρανίου μοῖραν ἔχοιμι, ἄναξ.

ΜΖ'. *Κατὰ σαρκός.*

Σάρξ ὁλοή, Βελίαο κακόφρονος οἶδμα κελαινὸν,
Σάρξ ὁλοή, παθέων ῥίζα πολυσχιδέων,
Σάρξ ὁλοή, κόσμοιο κάτω ῥεόντος ἑταίρη,
Σάρξ ὁλοή, ζωῆς ἀντίπαλ' οὐρανίης,
Σάρξ ἐχθρὴ φιλίη τε, γλυκὺς μόθος, ἐσθλὸν ἄπιστον,
Ἀνδροφόνοιο φυτοῦ πάντοτε γευομένη·
Βόρβορε, ἰλυόεσσα πέδη, βρίθουσα μολυβδὶς,
Θὴρ ἀδάμασθ', ὕλης ἔγγονε μαρναμένης,
Βράσμα κακὸν, καὶ σῆμα τεῆς καὶ δεσμὸς ἀνάσσης,
Εἰκόνος οὐρανίης, τὴν λάχομεν Θεόθεν,
Οὐ λήξεις κακότητος ἀναιδέος; οὐχ ὑποείξεις
Πνεύματι καὶ πολιῇ, δύσμορε, κακοφραδὲς,

B

335 Caligo is quidem est densissima; sed si illum deprehendas,
Cito in angelum lucis convertitur,
Ac leni risu mentes demulcet. Hic maxime
Prudentis est cavere, ne pro luce in mortem incurrat:
Nequitiam enim fugere est etiam hominis deterioris:
340 Multis namque invisa est manifesta improbitas.
At illum laudo, qui in insidiis latentem detegit
Spiritus acutissimis oculis perspiciens.
Verum, optime Deus, senium meum et canum hoc caput serva,
Vitæque finem optatum propitium affer; quemadmodum me antea
345 Perbenigne fovebas, ac diei diem optimum
Jungebas, ad meliorem spem me proferens;
Ac me solutum invisis et molestis sollicitudinibus
In placidum perducas tui regni portum,
Ut te cum immortalibus luminibus laudans,
350 Gloriæ, o Rex, cœlestis partem ipse habeam.

XLVI. *Adversus carnem* *.

Caro perniciosa, Beliæ malorum inventoris nigra procella,
Caro perniciosa, vitii multiplicis radix,
Caro perniciosa, mundi in inferiora ruentis amica,
Caro perniciosa, vitæ cœlestis inimica:
5 Caro inimica et amica, dulcis labor, bonum infidum,
Quæ de homicida arbore semper degustas:
Cœnum, luteum vinculum, ponderosa plumbi massa,
Fera indomita, materiæ reluctantis soboles,
Æstus exitiose, sepulcrum et vinculum reginæ tuæ,
10 Imaginis cœlestis, quam a Deo sortiti sumus,
Non desistes nequitia impudenti? non cedes
Spiritui et canitiei, misera et stulta,

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 19, p. 93.

335 *Ὑπέρτατον*. Coisl. ὑπέρτατα. Edit. male ὑπέντατον.
338 *Πελάσαι*. Reg. 990, πελάσῃ.
341 *Λοχόοντα*. Reg. 990, λοχόωντα.
345 *Ἐνδυκέως*. Ἀφειδῶς, *impense*.
350 *Ἔχοιμι*. Chig. ἄγοιμι, *partem cœlestis gloriæ traham*.

XLVI. 1 Οἶδμα. Reg. 991. Sup. lin. et Int. κῦμα.
4 *Ὀλοή*. Duo Regg. θολερή. Mox, οὐρανίης. Vat. οὐρανίου.
12 *Κακοφραδές*. Ἀνόητε. Chig. κ' ἀφραδίης, κακοφραδίης.

METRICA VERSIO.

Caligo ipse quidem est densissima: si tamen illud
Agnoscas, lucem protinus assimilat,
Leniter ac ridens demulcet corda: cavebit,
Qui sapiet, tenebras lucis adire loco
Nam vitium fugere est cujusvis pene: retecta
Namque odium multis excitat improbitas.
At vero hunc ego laudo, oculis qui mentis acutis
Occultas hostis prospicit insidias.
At senium, canosque meos, pater optime, serva,
Et facilis vitæ tempora claude meæ:
Ante velut tibi charus eram, fausteque fluebant
Omnes, et cum spe mi meliore, dies:
Hostibus exemptumque meis, curisque molestis,
Ad portum regni da properare tui:
Ut cum luminibus junctus, quæ nescia fati,
Decantem laudes tempus in omne tuas.

XLVI. ADVERSUS CARNEM.
(*Billio interprete.*)

Exitiosa caro, Beliæ tenebrosa procella,
Exitiosa caro, qua fluit omne scelus,
Exitiosa caro, mundi labentis amica,
Cœlesti ac vitæ prælia dira movens;
Hostis, amica caro, blandissima pugna, bonumque
Infidum, vetitos semper edensque cibos;
Cœnum, massa gravis plumbi, limosa catena,
Bellua pugnaci prodita materia,
Pestifer æstus, heræque tuæ vinclum atque sepul-
[crum
Formæ, quæ supera venit ab arce mihi,
Non vitiis finem statues? non improba cedes
Spiritui, et senio quod grave membra premit

Digitized by Google

Ἦν Χριστὸς παλάμῃσιν ἑαῖς μορφώσατο μούνην,
Ἥνίχ' ἅκοσμον ὕλης κόσμον ἔθηκε λόγῳ,
Καὶ πύματον θεότητι κεράσσατο, ὥς κε σαώσῃ
Πλάσμα φίλον, ζωῆς κληρονόμον μεγάλης,
Τειρόμενον παθέεσσιν ἀμερσινόου Βελίαο,
Καὶ θανάτῳ θανάτου ῥύσατ' ἀπηλεγέος,
Τοὔνεκεν ἄζεό μοι, καὶ ἴσχεο μαργοσυνάων,
Μηδ' ἐπ' ἐμῇ ψυχῇ λύσσαν ἄληκτον ἔχειν.
Μαρτύρομ' ἀθανάτοιο Θεοῦ χέρα, καὶ τὸ πονηρὸν
Ἦμαρ, ὃ τὰ θνητῶν ὕστατον εἰς ἓν ἄγει.
Ὡς σε καταιχμάζων, καὶ ἅλγεσι παντοδαποῖσι
Κάμπτων, καὶ νεκύων θήσομ' ἀκιδνοτέρην,
Εἰ μή μοι στήσειας ἀτασθαλίην τε ῥόον τε,
Τῶν καθαρῶν Χριστοῦ δραξαμένη θυσάνων.
Ἐλθέ μοι, ω δακρύων τε καθάρσιε νειόθι πηγή,
Κάγρυπνίη μογερὴ σώματος ἠδὲ νόου,
Ὄφρα καταψύξειας ἐμὴν φλόγα, καὶ μυδάωσαν
Ῥύψειας παθέων σηπεδόν' ἀργαλέων.
Καὶ γαστὴρ, ἀπόπεμπε κόρον, καὶ κείμεν' ἔραζε
Γοῦνα κατεσκλήκοι, καὶ κόνις εἶδαρ ἔοι.
Καὶ τρηχὺς ἀπαλοῖσι περὶ ῥ' ῥεθέεσσι τετάσθω
Σάκκος, ἐμῆς ψυχῆς ἄλκαρ ἐλαυνομένης.
Ἐλθὲ, κατηφιόωσα χοὸς δμήτειρα μελῃδών,
Αἰὲν ἐπερχομένας μάστιγας ὀσσομένη.
Τοῖα μὲν ἀφραδίης ἐμὰ φάρμακα. Σεῖο δὲ, Χριστὲ,
Καὶ ζωὴ καθαρὴ, καὶ βίος ἐκ νεκύων.
Τίς πρόγονον κακίης τε καὶ αἵματος ἠμετέροιο
Δέξατ', ἐπεὶ γεῦσιν μύρατο καὶ ἀπάτην;
Τίς σκολιὸν βασιλῆα γόοις ἐκάθηρε Μανασσῆ;
Τίς Δαυῒδ μεγάλης λύσατο ἀμπλακίης;

Quam Christus manibus suis solam firmavit,
Cum materiam inconditam, verbo exornavit,
Ac postremo cum deitate miscuit, ut me salvum faceret
Dilectum figmentum, magnæ hæredem vitæ,
Vexatum perpessionibus a perditore animarum Belia,
Et morte sua a crudeli morte erueret?
Quapropter reverentiam mihi habe, et petulantias compesce,
Nec rabiem perpetuam in animam meam exerce.
Testor Dei omnipotentis manum, et luctuosum diem
Qui humana omnia ultimo in unum coget,
Fore ut te in servitutem redigam, et doloribus omnis generis
Domem, et mortuis infirmiorem reddam,
Ni mihi reprimas protervitatem et profluvium,
Puram Christi apprehendens fimbriam.
Veni mihi ex imo, fons lacrymarum purgator,
Et laboriosæ corporis et animi vigiliæ,
Ut flammam meam refrigeres, et fetidam
Diluas malorum putredinem vitiorum.
Et venter, ablega satietatem, et humi jacentia
Genua obrigescant, et cinis esca sit.
Atque asper tenera membra operiat
Saccus, animæ meæ vexatæ propugnaculum.
Veni, atra cura, carnis domitrix,
Futura supplicia mihi semper ob oculos ponens.
Talia quidem mea insipientiæ remedia. A te autem, Christe,
Et pura vita est, et vita ex mortuis.
Quis progenitorem nostri vitii et generis
Suscepit, postquam gustum ploravit et fraudem?
Quis nefarium regem gemitibus expurgavit Manassem?
Quis Davidem magno exsolvit scelere?

17 *Ἀμερσινόου*. Reg. 992, ἀποστεροῦντος τὸν νοῦν. Edit. male, ἀμελσινόου
18 *Ἀπηλεγέος*. Sup. lin. ἀποτόμου.
24 *Ἀκιδνοτέρην*. Chig. ἀκιδνότερον.
32 *Κατεσκλήκοι*. Sic Vat., Coisl., Chig. et Regg. Edit. κατησκλήκοι.
33 *Περὶ ῥ' ῥεθέεσσι*. Sic Coisl. Edit. περί ῥ' ῥεθέοσσι.
36 *Ὀσσομένη*. Sic tres Regg. et Coisl. Edit. ἐσσομένη.
42 *Μεγάλης*. Duo Regg. et Coisl. μεγάλου.

METRICA VERSIO.

Quam Christus solam manibus formavit, hylen cum
Immundam ornatu vestiit ipse novo:
Quamque Deus tandem summus sibi miscuit, ut nos
Quos immortali fixerat ante manu,
Servaret, vitiis oppressos dæmonis arte,
Morte sua, et mortis faucibus eriperet.
Fac igitur jam me vereare, proculque repellas
Ingluviem, ac cesses bella movere mihi.
Ætherei dextram testor genitoris, in unum
Quique humana trahet (nec mora) cuncta diem,
Quod te ita conficiam variorum mole dolorum,
Exanimi ut jam sis corpore debilior:
Ni contacta tibi quamprimum fimbria Christi
Pestiferum fluxum comprimat atque scelus.
Ex imo venias lacrymarum pectore flumen:
Ex animo atque oculis jam fuge, somne, meis.
Ut sedes flammam, qua mens exuritur ægra,
Fetoremque fuges, quem mihi noxa parit.
Durescant curvata solo mihi membra, famique
Pro dapibus lætis sit medicina cinis.
Sit saccus pro veste mihi, qui pectora purget,
Atque ferat menti, quam caro lædit, opem.
Cura, veni, carnis domitrix, pœnæque perennes
Fac subeant animum concutiantque meum.
Sic medeor stolidæ carni: at purissima vita,
Et rediviva, tui est muneris, alme pater.
Quis generis nostri excepit vitiique parentem,
Ut fraudem luxit pestiferumque cibum?
Quisnam purgavit lacrymis fletuque Manassem
Davidis crimen sustulit atque grave?

Digitized by Google

Τίς χθαμαλὴν θρήνοισιν ἰδὼν ἐσάωσε Νινευΐ;
Τίς δ' ἐπὶ παιδὶ βάλεν δάκρυον ὁπλοτέρῳ;
Τίς χαίρων καθαροῖσιν, ἑκὰς βάλεν οὐδὲ τελώνας;
Τίς πρόβατόν τ' ὤμοις ἄνθετο πλαζόμενον;
Τίς λεπροὺς ἐκάθηρε, πικρὰς δ' ἀποέργαθε νούσους,
Σώμασι καὶ ψυχαῖς ἐσθλὰ χαριζόμενος;
Σεῖο, Μάκαρ, τάδε δῶρα, βροτῶν φάος. Ἀλλ' ἐπιβαίης
Οἴδματος ἡμετέρου, καὶ σάλος αἶψα πέσοι.

ΜΖ'. *Ἐπιτίμησις κατὰ τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς.*

Ἔμπουσα, μαινὰς, ὦ τάλαινα καρδία,
Ἔμπουσα, μαινὰς, ποῖ φέρῃ ταῖς ἡδοναῖς,
Περιβλέπουσα πανταχοῦ τὰ πλησίον;
Οὐ σωφρονήσεις; οὐ κατεργάσῃ τὸ πῦρ
A Ἐκκαῖον ἐν σοὶ τὰς ὀρέξεις τὰς νόθους;
Οὐ ζωπυρήσεις τὸ λογικὸν, τὸ γνήσιον,
Προσλαμβάνουσα σύμμαχον τὸν θυμικόν;
Ψυχὴ, τί πάσχεις; τί φρονεῖς παρ' ἀξίαν;
Οὐχ οἶδας ὡς εἴληχας ἡνιοχεῖν μόνη,
Ὥσπερ τρίπωλον ἅρμα τῶν ἐζευγμένων
Ἵππων ἀνίσων τυγχανόντων τῇ φύσει;
Εἷς εὐγενὴς, ἄτακτος εἷς, ἥμερος δὲ εἷς·
Κ' ἣν μέν ποτε δώσεις τῷ θράσει τὰς ἡνίας,
Σκιρτᾷ, παλαίει, συνταράττει τὸν δρόμον,
Ὁρμῶν ἀβούλως, προσλαβὼν δὲ τὸν μέσον,
Αὐτῷ μεταπείθει συμπνέειν, τὸν δ' εὐγενῆ
Ὡς αἰχμάλωτον δουλαγωγήσας ἄγει,
Σύρων ἄκοντα καὶ στένοντα τὴν πλάνην·

Quis Niniven servavit humi prostratam, et lamentantem videns?
Quis super filium natu minorem lacrymas fudit?
Quis puris mentibus gaudens, non tamen publicanos longe rejecit?
Quis ovem errantem humeris reportavit?
Quis leprosos mundavit, et acerbos morbos expulit,
Corporibus et animabus dona largiens?
Tua sunt, o Beate, hæc munera, hominum lumen. At super
Fluctus nostros gradere, et statim procella decidet.

940-941 XLVII. *Objurgatio adversus partem animæ rationis expertem* *.

Empusa, furens, o infelix anima,
Empusa, furens, quo traheris voluptatibus,
Circumspiciens undique proxima?
Non resipisces? non exstingues ignem,
Qui accendit in te spurias cupiditates?
Non excitabis quod in te ratione præditum et genuinum est,
Adjungens sociam pugnæ iracundiam?
Anima, quid pateris? quid sapis quod non decet?
An nescis soli tibi datum esse regere,
Quasi trigas ad currum junctis
Equis, qui dissimiles sint natura?
Unus generosus, alter indomitus, tertius mansuetus:
Si quando remittas feroci habenas,
Exsilit, luctatur, perturbat cursum
Abreptus cæco impetu, et adjungens sibi medium,
Ipsi suadet ut secum conspiret, ac generosum equum
Velut captivum, in servitutem redigens abigit,
Trahens invitum ac deplorantem errorem:

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 129, p. 196.

43 *Νινευΐ*. Duo Regg. Νινευῆ.
50 *Οἴδματος*. Int. χύματος.
XLVII. Tit. *Ἐπιτίμησις*. Vat. et alii εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.
1 *Ἔμπουσα. Empusa*, apud Suidam *spectrum dæmoniacum*, quod ab Hecate immissum miseris apparebat, sic dicta, quod uno tantum pede incederet, in varias se formas mutare dicebatur, et carnis et voluptatum amans.
6 *Τὸ λογικόν*. Animam suam monet, ut imperium omne rationi committat, et libidinem compescat. Theologus namque hic alludit, aut sequitur Platonis sententiam, qui duas rationis expertes animæ facultates, iram et libidinem bigis comparabat, quarum auriga erat ratio.
9 *Οἶδας*. Ita Vat. Edit. οἶσθα.
16 *Αὐτῷ μεταπείθει*. Vat. αὐτῷ τε πείθει.

METRICA VERSIO.

Quis tristi Ninivæ dedit abjectæque salutem?
Natorum ob minimum cui maduere genæ?
Quis puris gaudens, procul haud tamen ipse telonas
Movit? Ovem dorso quis tulit atque vagam?
Quis lepram, morbos quis profligavit acerbos,
Carnique atque animo commoda magna ferens?
Dona tua hæc, hominum lux splendida. Tu mare [nostrum
Scande igitur: nam mox sæva procella cadet.

XLVII. OBJURGATIO ADVERSUS PARTEM ANIMÆ RATIONIS EXPERTEM.

(*Billio interprete.*)

Empusa, Mænas, anima ter miserrima,
Empusa, Mænas, quo voluptas te trahit,
B Propinqua ubique cupida dum circumspicis?
Meliusne tibi non consules? cupidinum
Ignem malarum protinus non opprimes?
Neque rationis excitabis impetum
Corroboratæ subsidio iracundiæ?
Quid pateris, anima? Quidque tam indigne sapis?
Nescisne soli regere quod tibi sit datum
Currum, trahant quem tres equi, dispar quibus
Natura data sit? Unus horum est nobilis,
Alter protervus, ultimus tractabilis.
Quod si insolenti frena permittas, statim
Saltat, ferocit, cuncta perturbat, ruens
Furore cæco, medium et adjungens sibi,
Efficit ut unum spiret, et equum nobilem
Captivi ad instar subditum per vim trahit,
Imo gementem pectore ob cursus vagos:

Digitized by Google

Χωρεῖ δ' ἀτάκτως ἀλογωτάτῃ φορᾷ,
Κάτω φερομενος, ὡς κατὰ κρημνοῦ, βίᾳ·
Κ' οὐδὲν προμηθεῖτ', οὐδ' ἀνακόπτει δρόμον,
Ἕως ἂν ἐγκύρσειε ταῖς ᾅδου πύλαις,
Φθείρων ἑαυτὸν, καὶ σὲ τὴν παναθλίαν.
Εἰ δὲ φρονοίης σῇ φύσει ἀνηλόγως,
Τῷ δ' εὐγενεῖ χαίρουσα πώλῳ τὸν δρόμον
Ἅπαντ' ἐπιτρέψειας, ὡς εὖ εἰδέ τι
Βαίνειν ἐκείνην τὴν πορείαν τὴν ἄνω·
Μέσῳ τ' ἐπιπλήξειας, ὥστε δεικνύειν
Τὸ θυμοειδὲς εἰς δέον, καὶ συντρέχειν
Τῷ νοῦν ἔχοντι· τὸν δ' ἄτακτον εὐτόνως
Κέντροις δαμάσσοις, οὐκ ἐῶσ' ἀφηνίαν.
Τότ' εὐχερὴς, εὔρυθμος ἔσται σοι δρόμος,
Γαληνιῶν, ἄλυπος, ἐλπίδος γέμων.

A Ὁ δ' ἂρ λογισμὸς, ὥσπερ ἵππος εὐγενὴς,
Νικᾷ, τὸ νικᾶν τῇ φύσει κεκτημένος,
Ἀεὶ προβαίνων, ἀτρέμας νεύων ἄνω,
Τὰ τῇδε πάντα δυσχερῆ παρατρέχων·
Οὐδ' ἐνδίδωσιν ἄχρι θείας λήξεως,
Σώζων ἑαυτὸν καὶ σὲ τὴν εὐδαίμονα.

ΜΗ'. *Εἰς τὸν ἀποθανόντα τῷ κόσμῳ.*

Ζῶ καὶ τέθνηκα. Τὶς σοφὸς συγκρινέτω.
Ψυχῇ τέθνηκα· σὰρξ δέ μοι σθένειν θέλει.
Ψυχὴ βιῴη· σὰρξ δέ μοι τεθνηκέτω.

ΜΘ'. *Θρῆνος.*

Ὤμοι ἐγὼν, οτι δή με πρὸς οὐρανὸν ἠδὲ Θεοῖο
Χῶρον ἐπειγόμενον, σῶμα τόδ' ἀμφὶς ἔχει!

Fertur autem temere stultissimo impetu,
Deorsum ruens per vim, quasi per præcipitia:
Et nihil sibi providet, nec desistit cursu,
Donec dilabatur ad orci portas,
Perdens se ipsum, et te miseram.
Si autem sapias naturæ tuæ convenienter,
Illi generoso equo lubens cursum
Omnem permittes, tanquam qui probe norit
Obire viam illam, quæ sursum ducit:
Medium autem objurgabis, ut exserat
Vim suam, ubi oportet, et cursus socium ei se adjungat
Qui mente præditus est; petulantem autem continuis
Calcaribus domabis, nec sines frenos respuere.
Tunc facilis et expeditus tibi erit cursus,
Serenus, doloris expers, spei plenus.
Sic igitur ratio, velut generosus equus,
Vincit: vincere namque a natura accepit;
942-943 Semper progrediens, sensim attollens se sursum,
Omnes vitæ hujus molestias transiliens;
Nec subsistit, donec ad divinam perveniat sortem,
Servans se ipsam et te fortunatam.

XLVIII. *In mortuum mundo* *.

Vivo et mortuus sum. Quis sapiens hæc componat.
Anima mortuus sum: caro autem robusta esse vult.
Anima vivat; caro autem mihi moriatur.

XLIX. *Luctus* **.

Hei mihi! quia me in cœlum quod Dei
Sedes est, properantem, corpus undique tenet!

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 170, p. 252. ** Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 23, pag. 95.

24 *Ἀνηλόγως.* Ἀναλόγως, *prout natura postulat.*
31 *Ἀφηνίαν.* Vat. ἀφνιᾶν, *frenum depellere, excutere.*
34 *Ὁ δ' ἂρ λογισμός.* Edit. ὁ γάρ.
36 *Ἀτρέμας νεύων ἄνω. Placide sursum intuens.*
XLVIII. 3 *Ψυχή*, etc. In editis sequitur aliud poematium, quod legitur supra carm. XXIII, vers. 13.

METRICA VERSIO.

Temereque fertur, impetu et bruto, velut
Prærupta vastum per loca in barathrum ruens.
Nec prorsus aliquid providet; nec reprimit
Cursus, averni donec in portas cadat,
Se, teque miseram ter quater, perdens simul.
Natura quod si ut postulat, tu sentias,
Ac mente lætus nobili mandes equo
Moderamen omne (cœlitem namque hic viam
Obire novit optime); et medium increpes,
Ut acritatem commode monstret suam,
Sociumque cursus præbeat se prædito
Mente; petulantem ast acribus stimulis domes,
Abnuere jussa nec sinas, tum denique
Omnino facilis hic erit cursus tibi,
Lætus, serenus, spebus et plenus bonis
Nam ratio, veluti nobilis et præstans equus,
B Vincit; dedit nam vincere huic summus Parens:
Sensim ipsa gradiens semper, et sursum intuens,
Omnesque vitæ transiens molestias.
Nec ante finem cursui imponit suo,
Quam te beatam collocet, seque in polo.

XLVIII. IN MORTUUM MUNDO.

(*Fed. Morello interprete.*)

Sum vivus idem et mortuus. Quisquis sapit,
Componat hæc. Carne vigeo, at anima occidi.
Vivat anima: at caro mihi esto mortua.

XLIX. LUCTUS.

(*Billio interprete.*)

Me miserum, caro quem remoratur perfida, cœli
Ad Dominum cursu dum properante ferot!

Digitized by Google

Οὐδε πη εκτασίς ἐστι πολυπλανέος βιότοιο,
Καὶ στυγερῆς κακίης, ἥ μ' ἐπέδησε κάτω,
Πάντοθεν ἀπροφάτοισι περικτυπέουσα μερίμναις,
Βοσκομέναις ψυχῆς κάλλεα καὶ χάριτας.
Ἀλλά με λῦσον, Ἄναξ, λῦσον χθονίων ἀπὸ δεσμῶν,
Καί με χοροστασίην τάξον ἐς οὐρανίην.

N'. *Κατὰ τοῦ πονηροῦ εἰς τὴν νόσον.*

Ἦλυθες αὖθις ἔμοιγε, δολόπλοκε ὡς ἐνοήθης,
Βένθος ἐμῆς κραδίης ἔνδοθι βοσκόμενος,
Καὶ πολλοῖς κρατεροῖς τε τινάγμασι τοῦδε βίοιο,
Εἰκόνα τὴν ἱερὴν γνὺξ βαλέειν ποθέων·
Σαρξὶν ἐρισθενέεσσιν ἐνήλαο, καί μ' ἐδάῖξας
Εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς, ῥεύματι δεσμὰ λύσας
Τῷ ξηρὴν ἐδίηνε Θεὸς φύσιν, ὡς ἐκέρασσε
Τῇ ψυχρῇ λιαρὴν κοσμογόνῳ σοφίῃ,
Ὡς κεν ἰσοστασίη δέμας ἄρτιον ἄμα φυλάσσοι,
Τὴν δὲ διχοστασίην καὶ βιότοιο φύγω.
Ἦλυθες ἀνδροφόνοισι νοήμασιν, ἐς δ' ἐμὲ, τλῆμ· ,
Σῆς δνοφερῆς κακίης ἰὸν ἔχευσας ὅλον.
Οὐχ ἅλις ἦεν ἔμοιγε βαρύστονα γήραος ἕλκειν
Ἄλγεα, καὶ σκοπέλων ἄχθεα τρινακρίων·
Ἀλλά με καὶ στυγερὴ κατεδάσσατο δάπτρια νοῦσος,
Τηκεδανὴ μελέων, εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος.
Τοῖσιν ἐπαιάζω, καὶ στείνομαι, ὡς ὅτε τις λὶς
Ἄλκιμος, ἐμπλεχθεὶς ἄρκυσι θηροφόνων.
Οὐ μύθων ποθέω σκιρτήματα, οὐκ ἐρατεινὴν
Πᾶσιν ὁμηλικίην, οὔτε μὲν εὐθαλίην,

Nec mihi exitus est ex vita erroribus referta,
Et ex funesta nequitia, quæ me alligavit humi,
Semper improvisis circumstrepens curis,
Quæ mentis pulchritudinem et gratias depascunt.
At me solve, Rex, solve terrenis ex vinclis,
Meque cœlestem in chorum ascribe.

L. *Contra diabolum in morbum* [a].

Venisti rursus ad me, fraudulente, eo consilio, velut animadverti,
Ut intimum pectus meum depascaris,
Et multis validisque impulsionibus hujus vitæ,
Imaginem sacram in terram dejicere cupiens;
In carnes robustas insiluisti, et me discerpsisti
A capite ad pedes, vincula solvens humoris
Quo Deus siccam irrigavit naturam, quemadmodum temperavit
Frigida calidam, sua mundi procreatrice sapientia,
Ut æqua temperatio integrum corpus simul servet,
Et inæqualitatem vitæ ego effugiam.
Venisti lethiferos in me ferens animos, et in me, miser,
Tuæ tenebrosæ malitiæ totum effudisti venenum.
Non sat erat mihi tristissimos senectutis ferre
Dolores, et gravius scopulis siculis onus:
Sed etiam me acerbissimus et edax absumpsit morbus,
Tabe conficiens membra singulis annis.
Propterea lugeo et ingemisco, veluti leo quidam
Fortissimus, implicatus laqueis venatorum.
Non sermonum desidero lasciviam, nec gratissimam
Omnibus æqualium consuetudinem, nec convivia,

[a] Scripsum post an. 383. — Alias Bill. 61, pag. 138.

XLIX. 4 *Ἤ μ' ἐπέδησε.* Reg. 33, ἥ με ἔδησε.

L. Tit. *Κατὰ τοῦ πονηροῦ εἰς τὴν νόσον.* Sic Vat. *Contra diabolum in morbum.* Duo Regg. Εἰς τὴν νόσον.

1 *Ὡς ἐνοήθης.* Reg. 991, sup. lin. καθὼς ἐγνώσθης. Schol. ὡς ἐφωράθης. Coisl. ὡς γοῦν ᾠήθης.

9 *Ἄμα.* Sic Reg. 991. Edit. ἅμμα. Schol. ἵνα διὰ τῆς εὐκρασίης ἄρτιον τὸ σῶμα φυλάσσῃ. Cum Aldo legimus φυλάσσοι. Billius et alii pro ἰσοστασίη, legunt ἰσοστασίην, sed nullius codicis auctoritate. — Crederem legendum esse ἄμμα pro ἅμα, duplicata consonante, ut stet metrum, quod, prima brevi, deficit. Caillau.

10 *Φύγω. Ut fugiam*, id est, *ut fugere discam.*

11 *Ἀνδροφόνοισι.* Schol. ἀνδροφόνα μοι φέρων νοήματα.

14 *Τρινακρίων.* Ante Gregorium jam Plato et Cicero idem dixere, nempe senectutem quibusdam onus Ætna gravius videri.

19 *Σκιρτήματα.* Schol. κρότους.

METRICA VERSIO.

Errantis vitæ mihi nec patet exitus ullus,
Nec vitii, mea quod pectora fixit humi,
Atque improvisis circumstrepit undique curis,
Gratia queis mentis deperit atque decor.
At gravibus me solve, pater supreme, catenis,
Inque beatorum me trahe, sancte, choros.

L. CONTRA DIABOLUM IN MORBUM

(*Billio interprete.*)

Venisti, scelerate, tuas intelligo fraudes,
Venisti ut rodas pectoris ima mei:
Dum me succutiens sexcenta per aspera vitæ,
Effigiem sacram perdere morte cupis;
Instilis in validas carnes, meque eximis ævo,
Eximitur vinclis dum pituita suis,
Qua siccam omnipotens madefecit dextera molem,
Cum junxit calidis frigida, cuncta creans,
Scilicet incolume ut corpus concordia servet,
Ac fugere hinc vitæ dissidium admoneat.
Ad me lethifera venisti mente, tuæque
Nequitiæ virus funditur omne mihi.
Non satis istud erat, quod jam premor ipse senecta,
Quæ gravior Siculis dicitur esse jugis:
Ni me etiam morbus laceret, rediensque quotannis
In miseram tabem debile corpus agat?
Hinc edo gemitus, atque arctor more leonis,
Quem venatorum retia firma tenent.
Non ego vel plausum eloquii, dulcesque sodales,
Expeto, non epulas, non ego posco dapes.

Digitized by Google

Οὐκ ἀγορὰς πολίων, οὐκ ἄλσεα, οὐδὲ λοετρὰ,
Οὐδ' ὅσα τοῦ δολεροῦ ἄνθεα τοῦδε βίου.
Ταῦτα γὰρ οὐδὲ πάροιθεν ἐμοὶ φίλα, ἐξότε Χριστὸν
Ἀγκασάμην, χθονίων τῆλ' ἀπανιστάμενος.
Αἰάζω δ' ὅτι με Χριστοῦ μεγάλοιο λέλοιπεν
Ὄμμα ζωοφόρον, ᾧ μέλον, εἶπορ ἔην,
Ὅς με καὶ ἐν σπλάγχνοισιν ἁγνῆς κύδηνε τεκούσης,
Καὶ πόντου κρυεροῦ ῥύσατο, καὶ παθέων.
Αἰάζω λαοῖο θεόφρονος ἡνία ῥίψας,
Οὐ μὲν ἀπορρίψας, οὔτι δὲ χερσὶ φέρων·
Ὅς πρόσθεν μύθοισιν ἀγάλλετο ἡμετέροισιν,
Ἠνίχ' ἀπὸ γλώσσης τρισσὸν ἔλαμπε σέλας.
Νῦν γε μὲν, ὡς λιπόμαστος ἐν ἀγκαλίδεσσι τεκούσης
Νηπίαχος θηλὴν ἔσπασεν αὐαλέην

A Χείλεσι διψαλέοισι, πόθον δ' ἐψεύσατο μήτηρ,
Ὣς ἄρ' ἐμῆς γλώσσης λαὸς ἀποκρέμαται,
Ἰσχανόων πηγῆς πολλοῖς τὸ πάροιθε ῥεούσης,
Ἧς νῦν οὐδ' ὀλίγην ἰκμάδα οὗατ' ἔχει.
Ἄλλοι μὲν προχέουσι γλυκὺν ῥόον, οἱ δ' ἀΐοντες
Ἀχνυντ'· οὐ γὰρ ἐοῦ πατρὸς ἔχουσι λόγον.
Ποῦ μοι πανυχίων μελέων στάσις, οἷς ὑπερείδων
Τοὺς πόδας βεβαὼς, ἔμπνοος ὥστε λίθος.
Ἢ μοῦνος Χριστῷ ξυνούμενος, ἢ σὺν ὁμίλῳ,
Τέρψιν ἔχων ἱερῶν ἀντιθέτων μελέων; [ροιθε
Ποῦ καμπτῶν γονάτων γλυκερὸς πόνος, ὃν προπά-
Δάκρυα θερμὰ χέον, νοῦν σκοτίην συνάγων;
Ποῦ δὲ πενητοκόμοι παλάμαι, περὶ νοῦσον ἔπουσαι;
Ποῦ τῆξις μελέων οἴχεται ἀδρανέων;

Non urbium fora, non nemora, non balnea,
Nec quæcunque hujus dolosæ flores sunt vitæ.
Hæc enim neque prius mihi grata, ex quo Christum
Amplexus sum, a rebus terrenis procul assurgens.
Ingemisco autem, quod me Christi Domini deseruit
Oculus vitalis, cui olim curæ eram, si quando fui,
Qui me in visceribus castæ matris cohonestavit,
Et a sævo mari liberavit, et perturbationibus.
Lugeo, quod sancti populi habenas jecerim,
Non quidem projiciens, sed jam eas præ manibus non habeo :
Qui populus prius sermonibus nostris exsultabat,
Cum ex ore nostro trinum fulgebat lumen.
Nunc vero, ut depulsus ab ubere inter brachia genitricis
Infans siccam sugit mammam
Labiis sitientibus, frustrante aviditatem matre;
Sic etiam a lingua mea populus pendet,
Flagrans desiderio fontis pluribus antea fluentis,
Cujus nunc nec tenuem guttam aures ejus excipiunt.
Alii quidem dulcem effundunt aquam, ipsi vero audientes
Discruciantur : non enim patris sui audiunt vocem.
Ubi mihi nocturnorum canticorum statio, quibus sustentans
Pedes meos stabam vivi instar lapidis,
Sive solus cum Christo commercium habens, sive in hominum cœtu,
Me oblectans sacrorum cantu alterno carminum?
Ubi flexorum genuum dulcis labor, quo prius
Calidas fundebam lacrymas, mentem meam caliginosam intra me colligens?
Ubi mihi altrices pauperum manus et morborum curatrices?
Quo afflictatio infirmorum membrorum abiit?

28 *Παθέων*. Schol. νόσων.
29 *Ῥίψας*. Hoc loco, inquit Billius, discrimen ponit Gregorius inter *ῥίψας* et *ἀπορρίψας*, *jacere* et, *projicere* : ac per *jacere*, nihil aliud significat, quam *deponere*. Hinc videlicet illud significans se magno quidem dolore affici, quod Constantinopolitanæ Ecclesiæ clavum reliquisset, sed ut id faceret, ob quorumdam invidiam præsulum coactum fuisse.

38 *Οὗατ'*. Schol. οὔατ' αὐτοῦ.
42 *Βεβαὼς*. Schol. ἔστην.
46 *Χέον*. Sic Coisl. et Vat. Edit. *χέων*. Ibid. *συνάγων*. Schol. πρὸς ἐμαυτόν.
48 *Μελέων*. Schol. μελέων μου. Billius τῆξις legendum putat pro τῆξις. Nam alioqui, inquit, quonam modo quereretur τῆξιν abiisse, cum ea se confectum dicat? Sed hæc ratio non suadet.

METRICA VERSIO

Non fora, non hortos, non balnea postulo, pulchri
Denique non vita hæc subdola quidquid habet.
Nam neque chara habui prius hæc, Christum ut semel ipse
Complexus, liqui terrea cuncta procul.
At gemo, quod Christi me lux jucunda reliquit,
Cui mea non parvæ curæ erat ante salus :
Qui me etiam in materno utero decoravit honore,
Fluctibus insanis eripuitque maris.
Ingemo, persanctæ quod jeci plebis habenas,
Non tamen abjeci, sed neque jam teneo :
Plebis, quæ nostris verbis prius exsiliebat,
Cum canerem Triadis numina sancta meæ.
At nunc haud secus ac puer a nutrice remotus
Ora suæ siccis admovet uberibus

B Matris, at incassum; nam vana est illa cupido :
Sic populus nostro pendet ab ore pius,
Fontis avens, multis qui prodigus ante fluebat,
Cujus ne guttam nunc habet ille quidem.
Dulcia depromunt alii, sed pectore mœret
Auditor, nec enim verba parentis habet.
Ah! ubi nocturni statio est lætissima cantus,
Quo subnitebar non secus atque lapis,
Sermonem vel solus habens cum Numine summo,
Alterne vel cum pluribus ipse canens?
Dulcis ubi flexi cruris labor; hinc ego mentis
Pellebam tenebras, fletibus ora rigans.
Ah! ubi dextra inopes et languida corpora curans?
Quoque abiit membris robur ab invalidis?

Digitized by Google

Οὐκέτι μὲν θυέεσσιν ἀγνοῖς ἐπὶ χεῖρας ἀείρω,
50 Τοῖς μεγάλοις Χριστοῦ μιγνύμενος πάθεσιν.
Οὐκέτι δ' ἀθλοφόροισι φίλην ἵστημι χορείην,
Εὐφήμοισι λόγοις τίμιον αἷμα σέβων.
Εὑρὼς δ' ἀμφὶ βίβλοισιν ἐμαῖς, μῦθοι δ' ἀτέλεστοι,
Οἷς τίς ἀνὴρ δώσει τέρμα, φίλα φρονέων;
55 Πάντ' ἔθανε ζώοντι· βίος δέ μοι ἐστὶν ἀφαυ-
[ρὸς,
Νηὸς ἀκιδνότερος, τὴν λίπον ἁρμονίαι·
Ἀλλ' ἔμπης εἰ καί με, βαρύστονε δαῖμον, ἐλαύνεις,
Οὔ ποτέ σοι κάμψω γούνατ' ἐμῆς κραδίης·
Ἀλλ' ἄτρωτος, ἄκαμπτος, ἐμὴν ἐς μητέρα γαῖαν
60 Δύσομ'· ἔχοι σκώληξ τὴν ὄφεως δαπάνην.
Τύπτε δορὴν, ψυχὴ δ' ἄρ' ἀνούτατος· εἰκόνα θείην
Παρστήσω Χριστῷ, τὴν λάχον, ἀνδροφόνε.

A Καὶ γὰρ πρόσθε πέδησας Ἰὼβ μέγαν, ἀλλ' ἐδαμάσθης,
Ὡς μιν ἀεθλοθέτης ἐστεφάνωσε μέγας,
65 Καὶ θῆκεν περίβωτον ἐῷ κηρύγματι νίκην,
Πάντα δ' ἔδωκεν ἔχειν διπλᾶ, τά οἱ κέδασας.
Τοῖος ἐνηείης Χριστοῦ νόμος· ἀλλά μ' ἄνωχθι
Ὀψέ περ ἀρτεμέειν· σὸς λόγος ἐστὶν ἄκος.
Λάζαρος ἐν νεκύεσσιν ἐγὼ νέος, ἀλλὰ βόησον,
70 Ἔγρεο, καὶ ζήτω σοῖσι λόγοισι νέκυς.
Λυσιμελὴς νέος εἰμὶ ὀλέκτριος, ἀλλὰ βόησον,
Πήγνυσο, καὶ κλίνην βήσομαι ὕψι φέρων.
Σῶν κλέπτω θυσάνων παλάμαις ἄκος, ἀλλὰ ῥέεθρον
Αἵματος ἴσχε τάχος σαρξὶ μαραινομέναις.
75 Σοὶ δ' ὑποκάμπτομ' ἔγωγε, τεὸν λάχος, ὡς Χανα-
[ναία,
Γυρὸν ἔχουσα δέμας, ἀλλ' ἀνάειρέ μ', Ἄναξ.

Non jam amplius ad sancta sacrificia manus attollo,
50 Magnis Christi admistus passionibus.
Non jam martyribus gratam statuo choream,
Honorifica oratione sacrum sanguinem venerans.
Situs obduxit libros meos, sermones vero sunt imperfecti,
Quibus extremam manum quis imponet vir amicus?
946-947 55 Omnia mihi viventi mortua; vita vero mihi infirma,
Nave infirmior, cujus solutæ sunt compages;
Verumtamen quamvis me, sævissime dæmon, insecteris,
Nunquam tibi flectam genua mei cordis:
Sed illæsus, inflexus, meam matrem terram
60 Subibo: habeat vermis serpentis reliquias
Tunde pellem, anima est invulnerabilis; imaginem divinam,
Quam accepi, Christo repræsentabo, o homicida.
Etenim magnum olim Jobum constrinxisti, sed superatus es,
Siquidem hunc magnus certaminis arbiter coronavit,
65 Ac reddidit celebrem præconio suo victoriam:
Omnia autem ei duplicavit, quæ dissipaveras.
Talis benignitatis Christi lex; at me, jube, Christe,
Licet sero, incolumem esse: sermo tuus medicina est.
Lazarus ego novus sum inter mortuos; sed clama,
70 *Surge*, et vivat verbo tuo mortuus.
Paralyticus novus ego sum in lecto jacens; sed clama,
Consolidare, et gradiar lectum humeris ferens.
E tuis subripere volo fimbriis sanitatem, sed tu profluvium
Sanguinis cohibe statim carnibus marcescentibus.
75 Tibi inclinor ego, qui tua sum possessio, velut Chananæa,
Curvum habens corpus; sed tu me, Rex, erige.

54 *Φίλα φρονέων*. Schol. ταῦτά μοι φρονέων.
60 *Ἔχοι σκώληξ*. *Vermes peredant id quod diabolus non omnino consumpserit.*
61 *Ἀνούτατος*. Reg. 999, ἀνούστατος. Coisl. sup. lin. ἄτρωτος.
68 *Ἄκος*. Schol. ἄκος καὶ σώματος καὶ ψυχῆς, *corporis et animæ medicina.*
74 *Αἵματος*. Sic habent Coisl. et Vat. Mendose in edit. ἅλματος.
75 *Ὡς Χαναία*. Videtur Gregorius confundere mulierem de qua scribit Lucas, *quod erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere*, cum Chananæa, quacum nihil convenit. Nulla enim mentio apud Lucam, quod Chananæa fuerit mulier inclinata.

METRICA VERSIO.

Non jam tollo meas sacra ad purissima palmas,
Miscens me Christi suppliciis gravibus.
Non jam martyribus statuo celebroque choreas:
Horum nec canitur mors pretiosa mihi.
Sed situs in libris nostris, monumentaque nostra
Fine carent: summam his quis dabit, oro, manum?
Omnia viventi sunt mortua; languida vita est
Jam mihi, quassata debiliorque rate.
At licet exagites miserum, sævissime dæmon,
Haud genua inflectam pectoris ipse tibi,
Illæsus matrem sed humum inflexusque subibo:
Quod serpens rosit, vermis id arripiat.
Percute tu pellem, mea mens illæsa manebit;
Effigiem sistam, quam dedit ipse, Deo.

B Tu quoque vinxisti Jobum, sed victus ab illo es,
Magnus ut hunc lauro cinxit agonothetes,
Fecit et illustrem sua per præconia palmam,
Et quæ tu abstuleras, congeminata dedit.
Hic mos est, bone Christe, tuus. Tu me ergo valentem
Esse jube: sermo nam medicina tuus.
Lazarus exanimis jaceo: tu, *Surgito*, clama.
Et vitam repetet, quem fera parca tulit.
Captus ego membris jaceo: tu, Surgito, clama.
Atque thorum gradiar protinus ipse ferens.
Furor quam dat opem tua fimbria: comprime fluxum,
Qui macie carnes conficit usque meas.
Substernor tibi, Christe, velut Chananæa, recurvum
Corpus habens: tu me surrige, summe parens.

Digitized by Google

Πόντος ἄνω, σοὶ δ' ὕπνος ἐπὶ γλυκύς· ἀλλὰ τάχιστα
Ἔγρεο, καὶ στήτω σοῖσι λόγοισι σάλος.
Ἔστι μὲν ἄλγος ἔμοιγε, καὶ ἄψεα νοῦσος ἔχουσα.
Οὐ γὰρ δὴ βροτέων πάμπαν ἀμοιρέομεν,
Οὔτ' ἐγὼ, οὔτε τις ἄλλος, ἐπεὶ θεὸς ὧδε κελεύει,
Μή τιν' ὕπερθε φέρειν ὀφρὺν ἐπουρανίου,
Πάντας δ' ἐς μεγάλοιο Θεοῦ λεύσσοντας ἀρωγὴν,
Χρειοῖ κέντρον ἔχειν πλεῖον ἐπ' εὐσεβίῃ.
Ἀλλ' ἔμπης οὐ τόσσον ὀδύρομαι εἵνεκα νούσου,
(Νοῦσος γὰρ νοερῷ καί τινα ῥύψιν ἔχει,
Ἧς πάντες χατέουσι, καὶ ὃς μάλα καρτερός ἐστι·
Δεσμὸς γὰρ θνητοῖς καί τι μέλαν φορέει·)
Ὁσσάτιον χθαμαλῶν περικήδομαι, ἄλγεα πάσχων,
Μή τις ὀλισθήσῃ πήμασιν ἡμετέροις.

A Παῦροι μὲν μερόπων κρατερόφρονες, οἵ ῥα θεοῖο
Δέχνυντ' ἀσπασίως πᾶσαν ἐπιστασίην,
Τερπνῶν τε λυπρῶν τε, λόγον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἴσασιν,
Εἰ καὶ κρυπτὸν ἔῃς βένθος ἔχει σοφίης.
Πολλοὶ δ' εὐσεβέεσσιν ἐπιθρώσκουσιν ἀκιδνοῖς,
Ὡς θεολατρείης οὐδὲν ἔχουσι γέρας·
Ἦ καὶ πάμπαν ἄτιμον ἐνὶ στήθεσσι νόημα
Ἵσταντ', αὐτομάτην πᾶν τόδε πῆξιν ἔχειν,
Οὐδὲ θεὸν μεδέοντα βροτήσια πάντα κυβερνᾶν·
Οὐδὲ γὰρ ἂν τοίους οἴακας ἄμμι φέρειν.
Τῶν μνῆσαι, καὶ ἄλαλκε τεῷ θεράποντι, μέγιστε,
Μηδ' ἐπὶ λωβητὸν τέρμα βάλῃς βιότου.
Σὸς λάτρις οὗτος ἔγωγε, τεοῖς δ' ἐπὶ χεῖρας ἰάλλω
Δώροις, καὶ κεφαλαῖς τῶν ὑποκλινομένων,

Mare assurgit, te vero dulcis occupat somnus ; sed citissime
Expergiscere, et cesset tuo verbo tempestas.
Est quidem mihi dolor, et membra morbus depascens :
Neque enim humanorum affectuum penitus expertes sumus,
Neque ego, nec quivis alius, quandoquidem sic vult Deus,
Neminem induere supercilium cœlestium,
Omnes autem summi Dei intuentes auxilium,
Indigentiam habere instar acrioris stimuli ad pietatem.
Verumtamen non tantum lugeo ob morbum
(Morbus enim prudenti quædam est purgatio,
Qua omnes indigent, vel qui optimus est :
Vinculum enim carnis mortalibus aliquid nigri offert),
Quantum ob infirmos animos anxius sum, dolores patiens,
Ne quis concidat calamitatibus meis.
Pauci enim mortalium forti sunt animo, qui a Deo
Accipiant libenter omnes eventus,
Prosperos aut adversos, summamque in omnibus rationem noverint,
Tamen reconditam suæ altitudinem habeat sapientiæ.
Multi enim piis, infirmis ac miseris illudunt,
Quasi pietatis suæ nullum habeant præmium :
Aut etiam omnino fœdam hanc animo cogitationem
Suscipiunt, fortuitam hanc esse totam mundi compagem,
Nec Deum regem humana omnia administrare ;
Neque enim rerum nostrarum clavum ita recturum esse.
Horum infirmorum recordare, et feras opem servo tuo, maxime Deus,
Neque fœdo meam fine claudas vitam.
Tuus cultor ego sum, tuis manus immitto
Donis, et capitibus eorum, qui mihi sese inclinant,

80 *Βροτέων*. Schol. ἀνθρωπίνων παθέων.
81 *Κελεύει*. Schol. βούλεται.
82 *Ἐπουράνιον*. *Angelo altius supercilium tollere*. Schol. etiam *Deo*.
86 *Ῥύψιν*. Sup. lin. 991 κάθαρσιν.
93 *Λόγον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἴσασιν*. *Summamque in omnibus rationem noverint*.
94 *Εἰ καὶ κρυπτόν*, etc. Ita supra, carm. XLV, vers. 192.
95 *Ἀκιδνοῖς*. Schol. ἀσθενέσι.
100 *Οὐδὲ γάρ*. Vat. οὐ δεῖ γὰρ τοίους.
104 *Δώροις*. Observat Billius, et quidem recte, Gregorium hic δώροις appellare, quod superius dixerat sacrificia, θυέεσσιν. Sæpe etiam apud theologos Græcos, δῶρα, *dona*, *sacrosancta Eucharistia accipitur*.

METRICA VERSIO.

Urget tempestas, carpunt tua membra soporem,
Evigila, atque tua voce procella cadat.
Hoc quoque me pungit, quod morbis urgear ipse :
Nam nec ego humanis, nec vacat ullus homo.
Sic etenim jubet Omnipotens : ne turgida fastu
Colla gerat quisnam, par velut æthereis,
Divinum at cuncti auxilium spectemus opemque,
Rectique hinc nobis exacuatur amor.
At non tam morbi causa doleoque gemoque
(Quoddam etenim ex morbo noxa piamen habet,
Quo nemo est qui non egeat, licet optimus is sit ;
Secum aliquid nigri nam caro nostra trahit) :
Quam metuo abjectis, ne quis dum tot mala nostra
Conspicit, offenso corruat inde pede.

B Pauci etenim sunt forti animo, qui lætaque cuncta
Excipiunt æqua duraque cuncta manu :
Certi, nil fieri sine causa a Numine, quamvis
Tecta habeant sophiæ sæpe profunda suæ.
At permulta malis insultat turba piorum,
His tanquam pietas præmia nulla ferat.
Aut etiam infame hoc statuunt in pectore dogma,
Quod casu exstiterit quidquid hic orbis habet ;
Nec pater æthereus mortalia cuncta gubernet ;
Namque statu, quam sint, res meliore forent.
Sis memor horum, summe Deus, famulumque tuere,
Nec cum labe meos, rex bone, claude dies.
Sum famulus tuus ipse, tuis immitto manusque
Donis, substrati verticibusque gregis ;

Digitized by Google

Καὶ νούσων καλέουσιν ἀρηγονα. Ἴλαθι, Χριστε·
Εἰ δέ τ' ἀποκρύπτεις, δὸς σθένος ἀθλοφόρον.
Μήτε με πάμπαν ἄτιμον ἔχοις, Λόγε, μηδ' ἐπίμοχθον,
Μήτ' ἀχάλινον ἄγοις, μήτε δυηπαθέα.
Κέντρῳ νύσσε, Μάκαρ, μὴ δούρατι· μήτε με κούφην,
Μηδ' ὑπεραχθομένην νῆα θάλασσα φέροι.
Καὶ κόρος ὑβρίζει, καὶ ἄλγεα νύκτι καλύπτει.
Ἀντιταλαντεύοις τίσιν ἀπημοσύνῃ.
Ἔσχες ἀγηνορέοντά μ', ὑπερμογέοντ' ἐλέαιρε,
Ὡς ἔτ' ἐνηείης καιρὸς, ἀριστόδικε.
Ἄζομ' ἐμὴν πολιήν τε καὶ ἄψεα αὐτοδάϊκτα,
Καὶ θυσίας, μογέων πήμασι, καὶ θεόθεν.
Ἀλλὰ τί μοι τὰ περισσὰ νόμους θεότητι τίθεσθαι,
Τῇ με, Χριστὲ, φέροις σὸν λάτριν, ὡς ἐθέλοις.

A

NA'. *Θρηνητικὸν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς.*

Πολλάκις ἱμερόεντα νέη θαλάμοισι προθεῖσα
Εἰσέτι παρθενικοῖσι νέκυν πόσιν, αἰδομένη περ,
Ἀρτίγαμος, στιλβουσα, πικρὴν ἀνεβάλλετ' ἀοιδήν,
Αἱ δέ νύ οἱ δμωαὶ καὶ ὁμήλικες ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἱστάμεναι γοάουσιν ἀμοιβαδὶς, ἄλκαρ ἀνίης.
Καὶ μήτηρ φίλον υἷα νεόχνοον, οὐκέτ' ἐόντα
Μύρετ', ἐπ' ὠδίνεσσι, νέας ὠδῖνας ἔχουσα.
Καί τις ἐὴν πάτρην ὀλοφύρεται, ἣν διέπερσε
Θοῦρος Ἄρης· δόμον ἄλλος, ὃν ὤλεσεν οὐρανίη φλόξ.
Ψυχὴ, σοὶ δὲ γόος τις ἐπάξιος, ἣν κατέπεφνεν

105 Et morborum suorum me curatorem vocant. Propitius esto, Christe.
Si autem te abscondas, da vires, ut præmium reportem.
Nec me omnino inglorium esse sinas, o Verbum, nec penitus ærumnosum,
Nec sine freno dimittas, nec nimiis calamitatibus oppressum.
Stimulo punge, o Beate, non hasta : nec meam nimis levem,
110 Nec nimis onustam navem mare ferat.
Prosperitas est insolens, et dolores caligine mentem obducunt.
Exæqua pœnam infirmitati meæ.
Compescuisti me superbientem, gravissime laborantem miserearis,
Cum sit adhuc clementiæ tempus, optime judex.
115 Revereor meam canitiem, et membra spontaneo cruciatu confecta,
Et sacrificia, tot vexatus calamitatibus, idque divinitus.
Sed quid ego incassum leges divinitati præscribo ?
Tu me, Christe, servum tuum, quo volueris, feras.

LI. *Carmen lugubre pro sua anima* *.

Sæpe puella in ædibus adhuc virgineis ob oculos ponens
Mortuum amabilem sponsum, etsi pudore suffusa,
Recens nupta, decora, tristem orditur querimoniam,
Ejusque ancillæ et æquales hinc et illinc stantes,
5 Vicissim lamentantur, ut leniant mœrorem.
Mater etiam dilectum filium adhuc imberbem, non jam exstantem,
950-951 Plorat, post partus dolores, novos dolores habens.
Et suam quis patriam deflet, quam vastavit
Mars turbulentus; alius domum de cœlo tactam fulmine.
10 Quis te, anima, dignus erit gemitus, quam occidit

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 28, pag. 96.

106 *Εἰ δέ τ' ἀποκρύπτεις.* Vat. ἀποκρύπτῃ. Reg. 990 ἀναβάλῃ. Schol. 991 ἀναβάλλῃ. *Sin autem te subtrahas, si longius a me recedas.* Ibid. *ἀθλοφόρον.* Coisl., Vat. et Reg. ἀχθοφόρον. Schol. ἵνα φέρω βάρος τῶν ἀλγεινῶν, *da vires ut calamitatum onus feram.*
107 *Ἄτιμον.* Coisl. ἄτιτον. Schol. ἀτιμώρητον, *impunitum.* Ibid. *μηδ' ἐπίμοχθον.* Schol. 991 μήτε παντελῶς πολυστένακτον.
110 *Ὑπεραχθομένην.* Sic Coisl. Edit. mendose ὑπεραχθομένη.
112 *Ἀντιταλαντεύοις.* Schol. Reg. 991 ἀντισταθμίζοις τὴν τιμωρίαν ἀσθενείᾳ μου. *Exige pœnam ad amussim virium mearum, ita ut meæ consulas incolumitati.*
114 *Ὡς ἔτ'.* Vat. ὡς ὅτ'.
118 *Λάτριν, ὡς ἐθέλοις.* Sic Coisl. et Reg. 991. Edit. ἐθέλεις.
LI. 1 *Νέη.* Coisl. νεωτέρη. Mox *προθεῖσα.* Int. προβαλοῦσα.
3 *Στιλβουσα. Nuptialibus vestibus tota collucens.*
4 *Οἱ.* Deest in Reg. 992.
7 *Ὠδίνεσσι.* Unus Regius ὠδίνῃσι.

METRICA VERSIO.

Morborumque etiam medicus vocor. O Bone, parce :
Aut mihi da vires, queis mala cuncta feram.
Nec prorsus me sperne, Pater, nec frange labore,
Nec me merge malis, nec mihi frena nega.
Punge, precor, stimulo, non hasta; nec vel onustum
Immodice, aut vacuum me maris unda ferat.
Prosperitas fastum generat, tenebrasque dolores.
Excipiat fluctus lenior aura graves.
Pressisti elatum : nimios miserare labores :
Tempus adhuc veniæ est, arbiter æque, mihi
Canitiem vereor, seque excutientia membra,
Et sacra, tot pressus cœlitus ipse malis.
At quid ego leges statuo tibi, maxime divum ?
Sum tuus : ut libeat, me, bone Christe, rege.

B

CARMEN LUGUBRE PRO SUA ANIMA.
(*Billio interprete.*)

Sæpe suum miserе luget nova nupta maritum,
Quem rapit ante diem gravis inclementia fati,
Tristesque orditur lacrymis perfusa querelas :
Ac lateri hærentes famulæ, æqualesque vicissim
In lacrymas gemitusque ruunt, et carmine tristi
Acria subjiciunt valido fomenta dolori.
Quin etiam raptum properato funere natum,
Extulit illacrymans genitrix, tormentaque sæva,
Quæ sensit pariens, auget graviore dolore.
Est alius patriam qui sedem hostilibus armis
Lugeat oppressam, flagrantesque ignibus ædes.
At, mea mens, quemnam ipse tuis effundere luctum

Digitized by Google

Οὖλος ὄφις, πικρὸν δ' ἐνομόρξατο εἰκόνι λοιγόν;
Δάκρυε, δάκρυ', ἀλιτρέ· τό σοι μόνον ἐστὶν ὄνειαρ.
Λείψω μὲν θαλίας τε ὁμηλικίην τ' ἐρατεινήν·
Λείψω δ' αὖ μύθων τε μέγα κλέος, εὐγενέος τε
Αἵματος, ὑψορόφους τε δόμους, καὶ ὄλβον ἅπαντα·
Λείψω δ' ἠελίου γλυκερὸν φάος, οὐρανὸν αὐτὸν,
Τείρεα παμφανόωντα, τά τε χθὼν ἐστεφάνωται·
Ταῦτα μὲν ἐψομένοισιν. Ἐγὼ δ' ὑπένερθε καρήνου
Δεσμὰ φέρων, νεκρός τε καὶ ἄπνοος, ἐν λεχέεσσι
Κείσομαι, ὑστατίοισι γόοις γοάοντας ἰαίνων,
Αἶνον ἔχων καὶ φίλτρον ἀδήριτον, οὐκ ἐπὶ δηρόν.
Αὐτὰρ ἔπειτα λίθος τε καὶ ἄμβροτος ἔνδοθι λώβη·
Ἀλλὰ καὶ ὣς τούτων μὲν ἐμὸν κέαρ οὐκ ἀλεγίζει,
Μούνην δὲ τρομέω καθαρὴν πλάστιγγα Θεοῖο.
Ὤ μοι ἐγώ; τί πάθω; πῶς κεν κακότητα φύγοιμι;
Βένθεσιν, ἢ νεφέεσσι λαθὼν βίον; αἴθε γὰρ ἦεν
Ἀμπλακίης τις χῶρος ἐλεύθερος, ὥς τινα θηρῶν
Καὶ νούσων ἐνέπουσιν, ὅπως φυγὰς ἔνθεν ἵκωμαι!
Χέρσῳ μέν τις ἅλυξε πικρὴν ἅλα, ἀσπίδι δ' ἔγχος,
Καὶ κρυεροῦ νιφετοῖο δόμος σκέπας. Ἡ κακίη δὲ
Ἀμφίθετος, πολύχωρος, ἀφυκτοτάτη βασίλεια.
Ἡλίας πυρόεντι πρὸς οὐρανὸν ἤλυθε δίφρῳ·
Μωσῆς παιδοφόνου πόθ' ὑπέκφυγε δόγμα τυράννου,
Κητείων λαγόνων σκότιον μόρον ἁγνὸς Ἰωνᾶς,
Καὶ θῆρας Δανιὴλ, παῖδες φλόγας. Αὐτὰρ ἔμοιγε
Τίς λύσις κακότητος; Ἄναξ, σύ με, Χριστὲ, σάωσον.

Perniciosus serpens, sævumque venenum imagini impressit?
Plora, plora, peccator; hoc unum tibi est remedium.
Linquam convivia, suavemque æqualium consuetudinem;
Linquam facundiæ magnum decus, nobilisque
Sanguinis, et domos excelsas, et opes omnes;
Linquam etiam solis lumen amabile, ipsumque cœlum,
Lucida sidera, et quæ terram coronant;
Atque hæc quidem venturis postea. Ego autem capite
Fasciis vincto, mortuus et spiritu carens, in lecto
Jacebo, luctu extremo lugentes deliniens,
Laude et amore citra invidiam perfruens, sed non diu.
Postea lapis, et non desinens intus putredo;
Sed tamen his rebus cor meum non tangitur,
Solamque perhorresco puram Dei stateram.
Hei mihi! quid faciam, quomodo fugiam pravitatem?
In profundis latitans, an in nubibus? utinam enim
Locus esset a vitiis liber, ut quidam
A feris et morbis dicitur, ut eo profugus pervenirem!
Terra quidem vitavit aliquis periculosum mare, a clypeo jaculum,
Et a frigida nive tegit domus. Vitium autem
Circumpositum est, et late fusum, ejusque regnum inevitabile.
Elias igneo in cœlum curru evectus fuit:
Moyses olim infanticidæ tyranni decretum effugit,
Castus Jonas tenebrosam in ventre ceti mortem,
Feras Daniel, pueri flammas. Mihi vero
Quæ vitii effugiendi ratio? Rex, tu, Christe, salvum me fac.

13 *Λείψω μέν*. Hic aliud incipit carmen in Vat. et Reg. 990.
15 *Ὑψορόφους*. Sic Coisl. Vat. et Reg. 990. Male edit. ὑψοφόρους.
17 *Τά τε χθών*. Sic duo Regg., Vat., Chig. et Coisl. Is sup. lin. ἅτινα τῇ γῇ περικεῖται, τά τ' οὐρανός.
19 *Ἐν λεχέεσσι*. Int. εν τοῖς νεκροῖς.
25 *Ὤ μοι*. Hic iterum aliud carmen incipit cum hoc titulo, τοῦ αὐτοῦ ἕτερον θρηνητικόν. In Vat. titulus, θρῆνοι.
26 *Αἴθε*. Int. εἴθε.
27 *Ὡς τινα θηρῶν*. Ita fere supra, lib. I, sect. 2, carm. XIV, vers. 49, etc.
31 *Ἀμφίθετος*. *Circumfusum est, ac late patet.* Interpres, ἐκατέρωθεν δυναμένη τίθεσθαι. Mox *Βασίλεια*. Int. δέσποινα.
36 *Σάωσον*. Sequuntur in Vat. et in Reg. 992 versus octo qui ad istud carmen non pertinent.

METRICA VERSIO.

Casibus æqualem valeam, quam pestifer anguis
Occidit, formæque Dei miserabile virus
Exitiumque tulit? Jamjamque erumpite, fletus;
Peccator gravis, illacryma. Namque unica mentem
Hæc ratio curare potest, morboque levare.
Mox linquam dulces epulas, charosque sodales;
Mox decus eloquii, mox nobilitatis honorem,
Magnificasque domos, et opes, et prospera mundi.
Linquam etiam Phœbi præclarum et amabile lumen,
Ac cœlum, et liquido fulgentia sidera cœlo.
Hæc mea victuris tandem post funera linquam.
Ast ego devincta in lecto cervice jacebo,
Lumine vitali cassus, mœrentia corda
Luctibus extremis satians, et ab omnibus amplas
Undique percipiens laudes non tempore multo
Post lapis, internoque madens fetore cadaver.
Nostra tamen levis hæc tangit præcordia cura;
Sed divina gravi mentem formidine libra
Concutit. Eheu! quid faciam, quanam arte valebo
Effugere obscenæ labes et crimina vitæ?
Nubibus in densis latitans, cæcisne cavernis?
Atque utinam vitio liber locus esset ab omni,
Omnibus ut memorant vacuas morbisque ferisque
Sedes esse aliquas, ut eo fugitivus abirem.
Vitantur terra sævi discrimina ponti,
Objectoque gravem clypeo vitaveris hastam;
Arcetur tecto nix cana et frigoris æstus:
At vitium late fusum est, nec sedibus ullis
Clauditur, ut nulla possit ratione caveri.
Elias ignivomo volitavit ad æthera curru:
Ac pius edictum Moses crudele tyranni
Fugit, inaudita puerili in pectore ferrum
Qui fixit rabie. Jonas in pectore ceti
Horrendam effugit mortem, faucesque leonum
Eximius vates Daniel, flammamque calentem
Assyrii juvenes: at qua ratione medebor
Vulneribus magnis animæ, vitiumque cavebo?
Non opis hoc nostræ: tu me, Pater optime, serva.

Digitized by Google

NB'. *Θρῆνος.*

Πέπονθα δεινὰ πλεῖστα, καὶ δεινῶν πέρα,
Καὶ ταῦθ' ὑφ' ὧν ἥκιστα ᾠόμην παθεῖν.
Ἀλλ' οὐδὲν οἷόν μ' οἱ κακῶς εἰργασμένοι.
Τὰ μὲν γὰρ οἴχεθ'· ὧν δ' ἔγραψεν ἡ δίκη
5 Βίβλοις σιδηραῖς, οἶδα τὴν μοχθηρίαν.

NΓ'. *Ἕτερος θρῆνος.*

Φίλοι, πολῖται, δυσμενεῖς, ἐχθροί, πρόμοι,
Πόλλ' οἶδα πληγείς· οἶδα, ἀλλ' οὐ φάσκετε·
Βίβλοι φέρουσι ταῦτα, οὐ λήσεσθέ με.

NΔ'. *Κατὰ τοῦ πονηροῦ.*

Ἦλυθες, ὦ κακοεργέ· νοήματα σεῖο γινώσκω·
A Ἦλυθες, ὄφρα φάους με φίλης τ' αἰῶνος ἀμέρσῃς.
Δύσμαχε, πῶς φάος ἦλθες, ἐὼν ζόφος; οὐκ ἀπατήσεις
Ψευδόμενος. Πῶς πικρὸν ἐμοὶ μόθον αἰὲν ἀγείρεις,
5 Ἀμφαδίην λοχόων τε; τί δ' εὐσεβέεσσι μεγαίρεις,
Ἐξέτι τοῦ ὅτε πρῶτον Ἀδὰμ βάλες ἐκ παραδείσου,
Πλάσμα Θεοῦ, κακίῃ δὲ σοφὴν ἐλόχησας ἐφετμὴν,
Καὶ πικρὴν γλυκερῇ ζωῇ πόρσυνας ἐδωδήν;
Πῶς σε φύγω; τί δὲ μῆχος ἐμοῖς παθέεσσιν ἐφεύρω;
10 Τυτθαῖς μὲν πρώτιστον ἁμαρτάσιν, οἷα ῥέεθρον,
Ἐμπίπτεις κραδίῃσιν· ἔπειτα δὲ χῶρον ἀνοίγεις
Εὐρύτερον· μετέπειτα ῥόος θολερός τε μέγας τε
Ἦλυθες, ἄχρι χάος με λάβοι τεὸν, ἠδὲ βέρεθρον.
Ἀλλ' ἀποχάζεο τῆλε, τεὰς δ' ἐπὶ χεῖρας ἰάλλοις

LII. *Lamentatio* *.

Gravia plurima pertuli, et plus quam gravia,
Et quidem a quibus minime putabam me talia passurum.
Nihil tamen mihi contingit, quale iis qui me tractarunt improbissime.
952-953 Nam quæ pertuli, effluxere; eorum autem quæ scripsit justitia
5 In libris ferreis, scio pravitatem.

LIII. *Lamentatio alia* **.

Amici, cives, infensi, inimici, præsides,
Multa a vobis passus sum; sat scio, tametsi non fateamini.
Verum hæc libri continent, non latebitis.

LIV. *Adversus diabolum* ***.

Venisti, malefice; cogitationes tuas cognosco;
Venisti, ut me lumine et optato ævo defraudes.
Subdole, quomodo lumen venisti, cum sis tenebræ? non me decipies
Mentiendo. Quomodo acerbum mihi semper bellum suscitas,
5 Aperte et insidiis? cur piis invides,
Ex quo primum Adamum expulisti e paradiso,
Figmentum Dei, et nequitia sapiens mandatum elusisti,
Ac amaram dulci vitæ præbuisti escam?
Quomodo te fugiam, et quod meis malis remedium reperiam?
10 Parvis quidem primo peccatis, velut fluentum,
Illaberis pectoribus: deinde campum aperis
Latiorem; postea turbidus et ingens fluvius
Irruis, donec tuum me chaos et barathrum absorbeat.
Sed procul recede, aut manus tuas injice

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 99, p. 178.
** Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 100, p. 178.
*** Scriptum post an 383. — Alias Bill. 20, pag. 93.

LII. 5 *Οἶδα τὴν μοχθηρίαν. Scio quam acerba sunt.*

LIII. 3 *Mé.* Vatic. *μοί.* Coisl. μοῦ.
LIV. 4 *Ἀγείρεις.* Unus Reg. ἐγείρεις.

METRICA VERSIO.

LII. LAMENTATIO.

(*Billio interprete.*)

Acerba multa pertuli, et, quod tetrius,
Nil suspicabar a quibus prorsus mali.
Clades meorum gravior est at hostium.
Fluxere nam quæ pertuli: at, quæ ferreo
Justitia libro scelera conscripsit, scio.

LIII. ALIA LAMENTATIO.

(*Eodem interprete.*)

Cives, amici, quique me defenditis,
Odistis aut me, pertuli plagas graves.
Negatis istud? At libri circumferunt.

LIV. ADVERSUS DIABOLUM.

(*Eodem interprete.*)

Venisti, scelerate, tuas intelligo fraudes,
Ut me de recto virtutis tramite pulsum,
Sedibus æthereis, et dulci lumine prives.

B Subdole, cum tenebras superes caligine, quid tu
Candidus accedens lucem mentiris amicam?
Nam tua non animum fallent mendacia nostrum.
Cur me tam sævo exerces sine fine duello,
Exitiumque mihi et bello moliris aperto,
Et rem fraude gerens? Quo tanto percitus œstro
Invidiæ aggrederis veræ pietatis alumnos,
Inde ex quo manibus fictum Patris omnipotentis
Ejecisti Adamum paradisi sede beata,
Unum et idem celo lumina Gregorios,
Ambo sacerdotes. Aliud sub tegmine Nonnam
Cum magna excepi Cæsario sobole.
Sic divisa piis cum natis busta. Profecti
Sursum omnes. Cunctis una cupido poli.

Digitized by Google

ΚΒ'. Ἐπιτάφιος καὶ συντομὴ τοῦ αὐτοῦ βίου. A

Χριστὲ ἄναξ, τί με σαρκὸς ἐν ἄρκυσι ταῖσδ' ἐνέδη-
[σας ;
Τίπτε με τῷδε βίῳ θῆκας ὑπ' ἀντιπάλῳ ;
Πατρὸς μὲν γενόμην θεοειδέος, οὐκ ὀλίγης δὲ
Μητέρος· ἐς δὲ φάος ἦλυθον εὐξαμένης.
Ἧξατο, καὶ μ' ἀνέθηκε Θεῷ βρέφος· ἀφθορίης δὲ
Θερμὸν ἔρωτα χέεν ὄψις ἐμοὶ νυχίη.
Χριστὸς μὲν δὴ τοῖα· τὰ δ' ὕστατα κύμασι βράσθην,
Ἁρπαλέαις παλάμαις ἧρκεσα, σῶμα λύθην,
Ποιμέσιν οὐ φιλίοισι συνέδραμον, ἦῦρον ἄπιστα,
Χηρώθην τεκέων, πήμασι χασσάμενος.
Οὗτος Γρηγορίοιο βίος· τὰ δ' ἔπειτα μελήσει
Χριστῷ ζωοδότῃ. Γράψατε ταῦτα λίθοις.

ΚΓ'. Ἄλλο εἰς ἑαυτόν.

Πρῶτα μὲν εὐξαμένῃ με Θεὸς πόρε μητρὶ φαεινῇ.
Δεύτερον ἐκ μητρὸς δῶρον ἔδεκτο φίλον.
Τὸ τρίτον αὖ θνήσκοντά με ἀγνὴ ἐσάωσε τράπεζα.
Τέτρατον ἀμφήκη μῦθον ἔδωκε Λόγος.
Πέμπτον παρθενίῃ με φίλοις προσπτύξατ' ὀνείροις.
Ἕκτον Βασιλίῳ σύμπνοος ἱρὰ φέρον.
Ἑβδόμον ἐκ βυθίων με φερέσβιος ἥρπασε κόλπων.
Ὄγδοον αὖ νούσοις ἐξεκάθηρε χέρας.
Εἴνατον ὁπλοτέρῃ Τριάδ' ἤγαγον, ὦ Ἄνα, Ῥώμῃ.
Βέβλημαι δέκατον λάεσιν ἠδὲ φίλοις

XCII. *Epitaphium sui ipsius et compendium ipsius vitæ* *.

Christe rex, cur me hisce carnis retibus illigasti ?
Cur me huic vitæ subjecisti inimicæ ?
Patre genitus sum Dei cultore, nec parva
Matre ; ipsa precante, in lucem veni.
Oravit, et me puerum Deo consecravit : virginitatis autem
Ardentem mihi amorem infudit visio nocturna.
Hæc quidem Christus : postea fluctibus agitatus sum :
Rapaces manus pertuli : corpus debilitatum :
Incidi in pastores non amicos : infidelitates expertus sum :
Orbatus sum filiis : cessi calamitatibus.
992-993 Hæc vita Gregorii ; quæ sequuntur, curæ erunt
Christo vitæ largitori. Inscribite hæc lapidibus.

XCIII. *Aliud in se ipsum* **.

Primo quidem oranti me Deus concessit matri inclytæ.
Secundo a matre donum accepit gratum.
Tertio deinde morientem me sacra servavit mensa.
Quarto utrinque acuto sermone donavit me Verbum.
Quinto virginitas me amicis complexa est somniis.
Sexto cum Basilio unanimis sacra tuli.
Septimo ex profundis gurgitibus vitæ dator eripuit.
Octavo deinde morbis expurgavit manus meas.
Nono juniori Trinitatem advexi, o Rex, Romæ.
Percussus denique lapidibus, etiam ab amicis.

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 31, pag. 97. ** Scriptum post an. 383. — Alias Murator. 121.

XCII. Tit. In codice Coisliniano carmen istud jungitur cum carmine XXII hujus sectionis, olim XXX.

3 *Θεοειδέος*. Sup. lin. θεοσεβοῦς.

8 *Ἥρκεσα*. Sup. lin. ἐβοήθησα. Schol. Coisl. χερσὶν ἁρπακτικαῖς ἀδικούμενος ἤνεγκα. Sin autem admittatur Græca interpretatio : ἐβοήθησα ἁρπακτικαῖς σπουδαῖς, *adjuvi rapacium hominum consilia*.

10 *Χασσάμενος*. Sup. lin. ἀναχωρήσας.

XCIII. Argumentum. *Epigramma istud in regio codice* 1272, *triginta duobus versibus constat ; ex quibus Muratorius sex epigrammata confecit. In alio codice Regio exhibetur cum hoc titulo*, ὅσα ἐποίησέ μοι δυνατός. Quæcunque mihi fecit qui potens est. *Præclariora vitæ suæ facinora recenset*.

1 *Πρῶτα*. Gregorius supra, in carm. XII, *De vita sua*, vers. 70, se matri oranti divinitus concessum a Deo scribit.

3 *Αὖ θνήσκοντα*. Sup. lin. in cod., ἐκλιπόντα. Quod hic narrat, vix alibi scriptum invenies, inquit Muratorius.

6 *Σύμπνοος ἱρά*. Ita Reg. Murator σύμπνοα ἱρά, et vertit : *Cum Basilio concorditer sacra tuli*.

METRICA VERSIO.

XCII. EPITAPHIUM SUI IPSIUS ET COMPENDIUM IPSIUS VITÆ. B

(*Billio interprete.*)

Cur carnis laqueis tu me, Pater, implicuisti ?
Cur subsum vitæ huic, quæ mihi bella movet ?
Divino patre sum genitus, sanctaque parente :
Hac mihi lux vitæ namque precante data est.
Oravit, summoque Deo me vovit : at ortus
Est mihi per somnum virginitatis amor.
Ista quidem Christi : post at subiere procellæ :
Rapta mihi bona sunt : fracta dolore caro :
Pastores sensi quales vix crederet ullus,
Orbatusque abii prole, malisque gravis.
Gregorii hæc vita est : at Christo postera curæ,
Qui vitæ dator est. Exprimat ista lapis.

XCIII. ALIUD IN SEIPSUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Me primo matri Numen concessit amatæ ;
Munus at inde placens a genitrice tulit.
Dein sacra vicino me mensa retraxit ab orco.
Sermonem hinc Verbum præbuit ancipitem.
Quinto virginitas visis subrisit amicis.
Basilio concors inde, nec inferior.
Eruit ex altis vitæ hinc largitor abyssis.
Octavo morbis dextra lavata mihi.
Deinde novæ Triada invexi, Rex maxime, Romæ.
Me vel charorum denique saxa petunt.

Digitized by Google

ΚΔ'. Ἄλλο.

Ἑλλὰς ἐμή, νεότης τε φίλη, καὶ ὅσσα πέπασμαι,
Καὶ δέμας, ὡς Χριστῷ εἴξατε προφρονέως!
Εἰ δ' ἱερῆα φίλον με Θεῷ θέτο μητέρος εὐχή,
Καὶ πατρὸς παλάμη, τίς φθόνος; ἀλλὰ, Μάκαρ,
Σοῖς με, Χριστὲ, χοροῖσι δέχου, καὶ κῦδος ὀπάζοις
Υἱέϊ Γρηγορίου, σῷ λάτρι Γρηγορίῳ.

ΚΕ'. Ἄλλο.

Πατρὸς ἐγὼ ζαθέοιο, καὶ οὔνομα καὶ θρόνον ἔσχον
Καὶ τάφον. Ἀλλὰ, φίλος, μνώεο Γρηγορίου,
Γρηγορίου, τὸν μητρὶ θεόσδοτον ὤπασε Χριστός.
Φάσμασιν ἐννυχίοις δῶκεν ἔρον σοφίης.

A

ΚΓ'. Ἄλλο.

Γρηγορίου Νόννης τε φίλον τέκος ἐνθάδε κεῖται,
Τῆς ἱερῆς Τριάδος Γρηγόριος θεράπων,
Καὶ σοφίῃ σοφίης δεδραγμένος, ἠΐθεός τε
Οἷον πλοῦτον ἔχων ἐλπίδ' ἐπουρανίην

ΚΖ'. Ἄλλο.

Τυτθὸν ἔτι ζώεσκες ἐπὶ χθονί· πάντα δὲ Χριστῷ
Δῶκας ἑκών, σὺν τοῖς καὶ πτερόεντα λόγον.
Νῦν δ' ἱερῆα μέγαν σε, καὶ οὐρανίοιο χορείης
Οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει, κύδιμε Γρηγόριε.

ΚΗ'. Ἄλλο.

Ἐκ με βρέφους ἐκάλεσσε Θεὸς νυχίοισιν ὀνείροις.
Ἦλυθον ἐς σοφίης πείρατα. Σάρκα Λόγῳ

XCIV. *Aliud* *.

Græcia mea, juventus dilecta, et quæcunque possedi,
Et corpus, ut Christo cessistis alacriter!
Quod si sacerdotem charum me Deo statuit matris supplicatio,
Et patris manus, ecquæ invidia? verum, Beate,
Tuis me, Christe, choris insere, et gloriam præsta
Filio Gregorii, servo tuo Gregorio.

XCV. *Aliud* **.

Patris ego inclyti et nomen et thronum habui,
Et tumulum. Tu, amice, memento Gregorii:
Gregorii, quem matri divino munere concessit Christus.
Nocturnis visis tradidit amorem sapientiæ.

XCVI. *Aliud* ***.

Gregorii Nonnæque charus filius hic jacet,
Sacræ Triadis Gregorius famulus,
Et qui sapientia sapientiam apprehendit, et adolescens
Solas divitias habens spem cœlestem.

994-995 XCVII. *Aliud* ****.

Paulisper vixisti in terra; omnia autem Christo
Obtulisti libenter, et cum his volucre eloquium.
Nunc autem sacerdotem magnum te, et intra cœlestem choream
Cœlum habet, inclyte Gregori.

XCVIII. *Aliud* *****.

A puero vocavit me Deus nocturnis somniis.
Perveni ad sapientiæ metas. Carnem Verbo

* Scriptum post an 383. — Alias Murator. 122.
** Scriptum post an. 383. — Alias Murator. 126.
*** Scriptum post an. 383. — Alias Murator. 123.
**** Scriptum post an. 383. — Alias Murator. 124.
***** Scriptum post an. 383. — Alias Murator. 125.

XCIV. 1 Ἑλλάς. Regius codex habet super lineam ὦ Ἀθῆναι ἐμαί.

XCV. 1 Ἔσχον. Non ut episcopus, sed ut vicarius, seu coadjutor.

XCVI. Tit. Ἄλλο. Hoc epigramma, et duo quæ sequuntur, Gregorio non esse ascribenda suspicatur Muratorius; neque verisimile est tantas sibi laudes virum modestissimum tribuisse.

METRICA VERSIO.

B

XCIV. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Divitiæ, corpus, mea Græcia, chara juventus,
Quam vobis Christo cedere dulce fuit!
Si mystam matris statuerunt vota, manusque
Patris, quis livor? Me tamen, alme, choris
Insere, Christe, tuis, et laudis munera præbe
Nota Gregorii Gregorio famulo.

XCV. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ergo habui nomen clari soliumque parentis
Et tumulum. Memor o sis, bone, Gregorii;
Gregorii dedit omnipotens quem dextera matri,
Et nocte attraxit virginitatis amor

XCVI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Gregorii jacet hoc natus Nonnæque sepulcro,
Sacratæ famulus Gregorius Triadis:
Qui sophiam sophia primævis sumpsit ab annis
Et cœli tantum spem reputavit opes.

XCVII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Vixisti paulum in terris, at cuncta dedisti
Christo, cumque aliis eloquium volucre.
Eximium superis cœli te regia mystam
Nunc tenet in choreis, inclyte Gregorium.

XCVIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Me Deus a puero tacita sub nocte vocavit:
Prima mihi sophiæ· dum caro corque simul

Digitized by Google

Ἥγνισα καὶ καθαρὴν. Κόσμου φλόγα γυμνὸς ἄλυξα.
Ἕστην συναρῶν Γρηγορίῳ γενέτῃ.

ιθ'. Ἄλλο.

Ἄγγελοι αἰγλήεντες ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον,
Τρισσοφαοῦς θεότητος ὁμὸν σέλας ἀμφιέποντες,
Γρηγόριον δέξασθ' ἀνάξιον, ἀλλ' ἱερῆα.

Purificavi et cor. Mundi flammam nudus effugi.
Steti coadjutor cum Gregorio genitore.

XCIX. *Aliud* *.

Angeli fulgentes immensum per gyrum,
Trilucidam Trinitatem, quæ est unum jubar circumstipantes,
Gregorium recipite indignum, sed sacerdotem.

* Scriptum post an. 383. — Alias Toll. 20, pag. 104.

XCVIII. 4 Gregorius pater senio fractus, episcopali muneri cum par esse non posset, Ecclesiam Nazianzenam filio commendavit : quod unum effugiebat ille, et vix tandem vinci potuit, ut coadjutor, seu coaaron et vicarius parentis fieret.

XCIX. 2 *Ὁμόν. Unum*, non ὁ μόν, ut male legit Tollius, vocem unam in duas dividendo. Ita Murat. infra, sect. 2, carm. XCV, olim III.

METRICA VERSIO.

Pura nitent Verbo, vitavi incendia mundi,
Adjutorque steti cum patre Gregorio.

XCIX. ALIUD.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Immensam fulgens cœlestis turba per orbem,
Ter claræ Triadis lumen qua cingitur unum,
Gregorium choreis indignum suscipe mystam.

ΤΟΜΗ Β'. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΤΕΡΩΝ.

SECTIO II. POEMATA QUÆ SPECTANT AD ALIOS.

Α'. *Πρὸς Ἑλλήνιον περὶ τῶν μοναχῶν προτρεπτικόν.*

Δίζηαι μὲν ἐμῶν μύθων σθένος οὐκέτ' ἐόντων
Ἐξ οὗπερ κόσμῳ τῷδ' ὀλιγοδρανέω,
Σταυρὸν ἐείρμενος, φόρτον γλυκὺν, ὅς μ' ἐσάωσε,
Καὶ πάντων βροτέων Χριστὸν ἀμειψάμενος.
Οἳ δέ τοι οὔτι λίην μαλακοὶ καὶ θῶπες ἔασιν·
Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Λόγῳ χρείσσονι τοῦτο φίλον.
Οὐ γενεὴν, οὐκ ὄλβον, ὅς ἄγροσιν ὀφρὺν ἀνέλκει,
Οὐ ῥήτρης πυρόεν ἐξερέουσι μένος,
Σεῖο, κασιγνήτου τε μέγα κλέος, ὧν ῥα πόληες
Νωμῶνται μεγάλης οἰάκεσι παλάμης.

996-997 I. *Ad Hellenium pro monachis exhortatorium* *.

Expetis meorum sermonum robur, qui jam nulli sunt,
Ex quo huic mundo mortuus sum,
Crucem tollens, dulcem sarcinam, quæ me salvum fecit,
Et omnibus rebus humanis Christum permutans.
Ac mei quidem sermones non valde molles et adulatores :
Neque enim, neque Verbo præstantiori id amicum.
Non genus, non opes quæ insipientibus supercilium attollunt,
Non facundiæ tuæ vim igneam efferent,
Tuum, fratrisque magnum decus, quorum civitates
Reguntur magnæ gubernaculis manus.

* Scriptum an. 372. — Alias Bill. 84, p. 106.

I. Τιτ. *Πρὸς Ἑλλήνιον.* In Reg. 992, εἰς Ἑλλήνιον ἐξισωτήν.
2 *Ὀλιγοδρανέω.* Coisl., Int. νενέκρωμαι.
4 *Βροτέων.* Int., Coisl. ἀνθρωπίνων.
5 *Οὔτι.* Chig. et Combef. οὔτε.
6 *Λόγῳ κρείσσονι.* Aliter *Rectæ rationi.*
9 *Κασιγνήτου.* Chig. κασιγνήτων.
10 *Μεγάλης.* Reg. 39, 990, 993, μεγάλαις οἰαξιν ἐν παλάμαις.

METRICA VERSIO.

I. AD HELLENIUM PRO MONACHIS EXHORTATORIUM.
(*Billio interprete.*)

Quam petis, eloquii nostri vis concidit omnis,
Ut fragili mundo mortua vita mea est,
Atque crucem, dulcis quæ sarcina, nostra salusque,
Christo postponens terrea cuncta, tuli.
At mihi non tener est, nec qui demulceat aurem,
Sermo. Nam verbo ne placet ille quidem.
Non genus ergo tuum, nec opes, queis pectora turgent
Læva, canam, vires eloquiique tui.
Non ingens etiam fratris nomenque decusque,
Urbes qui magnas, ut regis ipse, regit.

Digitized by Google

Ἀλλὰ τὰ μὲν κενεοῖσι λόγοις μελεδήματα κείσθω·
Οἱ δ' ἐμοὶ, οὔτι φίλοις ἦρα φέρουσ' ὀλίγην,
Ἀλλά σε παρφασίῃσι θεουδέσι πολλὸν ἀρείω
Θήσουσιν. Σὺ δέ μοι ἧπιον οὖας ἔχοις.
Ἦ τάχα κρείσσονα μισθὸν ἐμοῖς ἐπέεσσιν ὀπάσσοις,
Πλείοσιν εὐμενέειν, οὐ δέκα δευομένοις,
Οὕς μοι χθιζὸν, ἄριστε, ὑπέσχεο, καὶ κατένευσας,
Οὐκ ὀλίγος ὀλίγῳ μακρὰ χαριζόμενος.
Ἀλλ' ἄγ' ἐμῶν ἐπέων ἐμπάζεο, οὓς ἀπὸ Βίβλων
Φθέγξομαι οὐρανίων, νείοθεν ἐκ κραδίης.
Ἄλλοι μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, οἱ δὲ τὰ σηρῶν
Δῶρα φέρουσι Θεῷ νήματα λεπταλέα.
Καὶ Χριστῷ θυσίην τις ἀγνὴν ἀνέθηκεν ἑαυτόν·
Καὶ σπένδει δακρύων ἄλλος ἁγνὰς λιβάδας.
Σεῖο δὲ Χριστὸς ἔχοι δῶρον τόδε. Εἰσὶ Θεοῖο

A Λάτριες, οἵσι πόροις πᾶσαν ἐλευθερίην,
Οἵ κε γαληνιόωντι νόῳ, ψυχαῖς τε τελείαις,
Πληθὺν ἄγουσιν ἄνω μύστιν ἐπουρανίων,
Πᾶσί τε Χριστοφόροισιν, ὅσοι χθονός εἰσιν ὕπερθεν
'Αζυγέες, κόσμου βαιὸν ἐφαπτόμενοι,
Ὕμνοις παννυχίοισι καὶ ἡματίοισιν Ἄνακτα
Μέλποντες, χθαμαλῶν ἀλλότριοι κτεάνων,
Οἷς κόσμου μεδέων δειλὸν γένος ἔνθα καὶ ἔνθα
Παίζει ἐπιχθονίων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἄγων·
Οἷον πλοῦτον ἔχοντες ὑπέρτατον, ἐλπίδα κούφην
Τῶν οὐκ ὀλλυμένων, οὐδὲ μεθισταμένων·
Πλευρᾶς οὐ χατέοντες, ἐὸν δέμας ἀμφαγαπώσης,
Οὐδὲ νέῃ παλάμῃ παισὶν ἐρειδόμενοι·
Οὐδὲ κασιγνήτοισι πεποιθότες, οὐδ' ἑτάροισιν,
Αἵματι καὶ τέφρῃ αὔριον ὀλλυμένῃ·

Atque hæ quidem vanis sermonibus exercitationes positæ sint;
Mei autem nec parvam amicis oblectationem afferent,
Sed te divinis præceptis multo meliorem
Reddent. Tu vero mihi placidas aures præbe.
Majorem sane dictis meis mercedem rependes,
Si pluribus, quam decem indigentibus, quos mihi
Heri promisisti, vir optime, et annuisti, benevolus sis,
Non parvus parvo magna gratificans.
Verum age, verbis meis intende, quæ ex Scripturis
Proferam divinis, ex intimo corde.
Alii aurum et argentum, alii serica
Tenuiter texta Deo dona afferunt.
Est qui Christo castam se ipsum victimam offerat:
Libat alius puros lacrymarum latices.
A te vero Christus habeat donum hoc. Sunt Dei
Cultores, quibus omnem concedas libertatem,
Qui tranquilla mente, animisque perfectis,
Multitudinem sursum evehunt initiatam cœlestibus,
Omnibusque Christiferis, quotquot terra superiores sunt
Cælibes, mundi vix quidpiam tangentes,
Hymnis nocturnis et diurnis Regem
Celebrantes, a terrenis alieni possessionibus,
Quibus mundi dominator miserum terrestrium genus
Ludit hoc et illo modo, alias ad alium eas transferens,
Has solas habent, quæ supremæ sunt, suavem spem
Eorum, quæ nec pereunt, nec transferuntur.
Costam non appetunt, corpus suum valde amantem,
Nec tenera filiorum manu fulciuntur;
Nec fratribus confidunt, nec amicis,
Sanguini et cineri cras perituris;

12 *Οὔτι*. Int. οὐδαμῶς χάριν κομίζουσι μικρήν.
15 *Ἐμοῖς*. Sic quatuor Regg. et Coisl. Edit. ἐμοῦ. Mox duo Regg. ὀπάσσοις.
16 *Εὐμενέειν*. Legendum forte et melius εὐμενέων, ἦ.
26 *Πόροις*. Coisl. sup. lin. παράσχε.
33 *Δειλόν*. Duo Regg. δειλῶν.
34 *Παίζει*. Duo Regg. παίζετ'.
37 *Πλευρᾶς*. Assumptam e costa mulierem intelligit. Int. Coisl. ἐκ πλευρᾶς ληφθείσης γυναικός.

METRICA VERSIO.

Sint etenim vanis curæ sermonibus ista:
Spectat amicorum non meus obsequium.
Sed te consiliis sanctis multo meliorem
Reddet: præbe aurem tu modo mi facilem.
Ac cum forte meis hæc pendes præmia dictis,
Bis quinis plures ut bonus ipse juves,
Hesterna mihi quos, vir optime, luce dedisti,
Parvo dans magnus munera magna mihi.
At dictis attende meis, quæ pectore ab imo
Deprompta ex libris proloquar æthereis.
Dant nummos alii, fulvi dant munus et auri:
Dant alii summo serica fila Deo.
Christo etiam est pura qui sese mente dicarit,
Est qui perpetuis fletibus ora riget.
Tu vero hoc dona. Christo sunt qui famulentur;
His sit libertas munere plena tuo

B (Qui puris animis tranquilla et mente catervam
Ad cœli ducunt lucida tecta piam),
Christiferisque aliis, qui sunt sine conjuge, cura
Quos etiam et mundi jam prope nulla tenet;
Hymnis qui Regem nocturnis atque diurnis
Concelebrant, fluxis divitiisque carent.
Queis homines mundi princeps ludere gaudet,
Nunc aliis illas, nunc aliisque ferens:
Cunctarum quibus instar opum spes læta bonorum est,
Perdere quæ nemo, qui capit ipsa, potest:
Qui costam haud quærunt, sua quam caro diligat ardens,
Nec sobolem, cujus sustineantur ope:
Qui non confidunt sociis, non fratribus ipsis
Qui cruor est, jamjam disperiensque cinis);

Digitized by Google

Οὐδὲ μέγα πνείοντες ἐν ἄστεσι καὶ πολιήταις,
'Αδρανέων ἀνέμων κάρτεῖ θαρσαλέοι·
Οὐδὲ μὲν ἰσχανόωντες ἀφιπταμένοιο τάχιστα
Κύδεος ἀνδρομέου, τέρψιος ἐννυχίης,
'Αλλὰ Θεῷ πέμποντες ὅλον νόον, ἔκ τε Θεοῖο
Εὐπαγέος πέτρης πείσματ' ἀναπτόμενοι·
Μύσται κρυπτομένης ζωῆς Χριστοῖο ἄνακτος,
Ὅς κε φαεινομένης παμφανόωσι μέγα,
Δερκόμενοι Τριάδος καθαρὸν σέλας εἰς ἓν ἰούσης,
Καὶθις ἀνοιγομένης ὄμμασιν ἀγνοτάτοις,
Οὐρανίης στρατιῆς τε μέγα κλέος, οὐκέτ' ἀμυδροῖς
Φάσμασιν, οὐδ' ὀλίγοις ἴχνεσιν ἀτρεκίης.
'Αλλὰ τὰ μὲν μετόπισθε· τὰ δ' ἐνθάδε, καπνὸς ἄτιμος,
Ἤ κόνις, οἳ ζωὴν τῖσαν ἐπουρανίην.
Ὧν οἱ μὲν σπήλυγξιν ἐρημαίαις τε χαμεύναις
Τέρπονται σχεδίοις, καὶ στυγέουσι δόμους,
Καὶ πτολίων φεύγουσιν ὁμήγυριν, οὐρανίης δὲ
Στέργουσιν σοφίης σύγγονον ἀτρεμίην.
Οἱ δὲ σιδηρείῃσιν ἀλυκτοπέδαις μογέουσι,
Τήκοντες κακίην σὺν χοῖ τηκομένῳ.
Ἄλλοι δ' αὖ θήρεσσιν ὁμοίῖα δώμασι τυτθοῖς
Εἰρχθέντες, βροτέης οὐδ' ὁπὸς ἠντίασαν.
Εἴκοσι δ' αὖ νύκτας τε καὶ ἤματα μίμνον ἅπαστοι
Πολλάκι, τῆς Χριστοῦ ἤμισυ καρτερίης.
Αὐχήσω· ποίμνης τις ἐμῆς δῖς ἦεν ἐκείνων,
Ἔνθεν ἀφορμηθεὶς ἄστεος ἐξ ὀλίγου.
Καὶ γλῶσσάν τις ἔδησε λάλον, καὶ χείλεα σιγῇ,
Ἐκ δὲ νόου, μεγάλῳ αἶνον ἔθυσε νόῳ.
Καί πού τις λυκάβαντας ὅλους ἱερῷ ἐνὶ χώρῳ
Ἑστηὼς, καθαρὰς ἐξεπέτασσε χέρας·

Nec magna spirant in urbibus et inter cives,
Debiliorum ventorum robore confidentes.
Neque etiam inhiant cito avolanti
Gloriæ humanæ, noctis unius oblectationi:
Sed Deo totam immittunt mentem, atque ad Deum
Solidam petram rudentes alligant;
Discipuli absconditæ regis Christi vitæ,
Ut, cum illa apparuerit, ipsi valde splendeant,
Cernentes Triadis purum lumen in unum coeuntis,
Seque rursus oculis sanctioribus aperientis,
Cœlestis militiæ magnum decus, non jam
Obscuris radiis, ac exiguis veritatis vestigiis.
Sed hæc quidem postea: quæ autem hic habentur, fumus vilis,
Aut cinis, quippe qui vitam cœlestem in pretio habeant.
Horum alii speluncis et lectis humi in deserto
Sponte paratis delectantur, ac domos oderunt,
Ac urbium cœtus fugiunt, cœlestisque amant
Cognatam sapientiæ tranquillitatem.
Alii ferreis compedibus sese excruciant,
Vitium debilitantes, dum caro debilitatur.
Alii instar ferarum exiguis tectis
Inclusi, ne humanis quidem oculis occurrunt.
Sæpe autem viginti noctes et dies jejuni
Manent, quod Christi abstinentiæ dimidium est.
Gloriabor: ex his quidam fuit gregis mei ovis,
Hinc oriundus ex oppido exiguo.
Est qui linguam loquacem et labia silentio vinciat,
Ac mente sola magnæ menti laudes immolet.
Est qui totos annos in loco sacro
Stans, puras extendat manus:

42 *Θαρσαλέοι.* Ita tres Regg. et Coisl. Edit. Θαρσαλέῳ.
53 *Μετόπισθε.* Tres Regg. μετέπειτα.
55 *Σπήλυγξιν ἐρημαίαις τε.* Sic habent omnes manuscripti codices. Duo autem Regg. ἐρημίαις. In editis perperam scriptum est σπήλυξιν.
62 *Βροτέης οὐδ' ὁπὸς ἠντίασαν.* Reg. 991, sup. lin., οὐδὲ φωνῆς ἀνθρωπίνης ἤκουσαν. *Nequidem hominis vocem audiunt.*
63 *Ἅπαστοι.* Chig. ἄπαυστοι.
64 *Τῆς Χριστοῦ ἤμισυ καρτερίης. Dimidia ex parte Christi jejunium imitantes.*
66 *Ἀφορμηθείς.* Reg. 991 Int., ἐκ τῆς ἐμῆς γενόμενος χώρας τῆς ὀλίγης.
68 *Νόου.* Coisl., Int. ἀπὸ νοῦ μόνου. Mox *νόῳ.* Reg. 993, Θεῷ.

METRICA VERSIO.

Qui cives urbesque inter non mente tumescunt,
Ventorum nixi robore debilium:
Nec decus humanum cupiunt, nocturna voluptas
Quod velut, ut mulsit corda, repente fugit,
Sed mentem Christo mittunt, vitæque rudentes
Ad solidam petram nocte dieque ligant:
Ac vitam absconsam in Christo ducuntque coluntque,
Ut rutilum obtineant, hac rutilante, decus:
Spectantes Triadis radios, quæ cogitur in se.
Seque aperit rursum mentibus egregiis,
Angelicique chori decus ingens, amplius haud jam
Obscure, veri per tenuesque notas.
Ast hæc posterius: nunc autem fumus inanis,
Et pulvis sunt hi, quos pia vita juvat:
Quorum pars specubus gaudet, cubat inque cavernis
Desertis, odio prosequiturque domos:
Defugit ac cœtus hominum, dulcemque quietem
Sancta colit, sophiæ est quæ soror ætherea.
Compedibus rursum pars altera vincta laborat,
Cum carne ut vitium debilitare queat:
Pars alia exiguis tectis inclusa, ferarum
Ritu hominem nullum vidit in his latebris.
Bisque dies denos noctesque impasta remansit
Sæpius, omnigenis abstinuitque cibis.
Sit fas magna loqui, nostri pecus unus ovilis
Horum erat, hinc abiens parvulo ab oppidulo.
Est etiam linguæ injecit qui vincla loquaci,
Solo animo laudes personuitque Dei.
Est etiam in sacris qui totos ædibus annos
Constiterit, fundens vota precesque Deo.

Digitized by Google

Οὐδ' ὅγ' ἐπὶ βλεφάροισιν ὕπνον βάλε, θάμβος ἄπιστον!
'Αλλ' ἐπάγη Χριστῷ, ἔμπνοος ὥστε λίθος.
Τῷ δὲ κόραξ γείτων τυτθῆς ἐμερίζετο δαιτὸς
Λείψανον· εἷς δ' ἄρ' ἦεν ἀμφοτέροις ἄκολος.
Καί τις ἀνὴρ θείοιο κατ' οὔρεος, ἔνθεν ἀέρθη
Χριστὸς, ὅτ' ἀνθρώπους λεῖψε πάθος τελέσας,
Ἔνθα λόγῳ τε νόῳ τε καὶ ἄψεσιν ἀστυφέλικτος,
Ἕστηὼς νιφετῷ βάλλετο καὶ ἀνέμοις·
Οὐδ' ὑπόεικε λιτῇσι περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλων
'Ανδρῶν εὐσεβέων ἀμφὶς ἑλισσομένων,
'Αλλ' ἔχετο κρατερῶς Χριστοῦ μεγάλοιο ἄνακτος,
Ἔνθεν ἀναστήσας ὃν νόον ἐκ μερόπων,
Μέσφ' ὅτ' ἀποψύχοντι δόμον νέον ἀμφὶς ἔθηκαν,
Οὐδ' ἐμπαζομένῳ κηδεμόνος παλάμης.

'Α, φρίκος ἦλθεν ἔμοιγε· λόγοις πιστοῖσι τετύχθαι
Τόνδε νόμον μοναχοῖς οὔνομα καὶ βίοτον,
Οὓς πλεῖστοι μὲν ἴσασιν, ἀτιμάζουσι δὲ παῦροι
Πλεῖον θερμοτέρους ἔμφρονος εὐσεβίης,
Εὖτέ τις εὐαγέων ἀνδρῶν κείνοισι πελάσσῃ·
'Ημεδαποῖο νόμου μηδὲν ἐπιστάμενος,
Πρῶτά μιν εὐμενέως μὲν ἑοῖς τίουσι δόμοισιν,
'Αμφαγαπαζόμενοι πᾶσι τύποις φιλίοις,
Καὶ ψυχὰς θείοισι λόγοις, οὓς Πνεῦμ' ἐχάραξεν,
Ὑφοῦσιν, φαενὴν δαῖτα χαριζόμενοι·
Αὐτὰρ ἔπειτα, νόμου τις ἀπηνέος ἐν μεσάτοισι
Μνήσατο, καὶ τοῖον ἐξερέεινεν ἔπος,
Εἰ καλὸν εὐσεβέεσσι Θεοῦ πέρι πότμον ἐπισπεῖν,
Ἕλκων κρυπταδίοις ῥήμασι πικρὸν ἔπος.

1000-1001 Is nec palpebris somnum concessit : miraculum incredibile!
Sed Christo defixus est, quasi vivens lapis.
Cum isto vicinus corvus exiguæ partiebatur dapis
Reliquias, unumque erat utrisque frustum.
Atque etiam in sacro monte, unde evectus est
Christus, cum homines reliquit passione expleta,
Vir sermone, et mente, et membris immobilis,
Stans nivibus jactabatur et ventis :
Nec cessit precibus virorum piorum
Qui eum undique circumstantes amplectebantur :
Sed fortiter Christo inhærebat magno regi,
Mentem suam procul a mortalibus attollens :
Donec eo animam afflante novam sedem circumstruxerunt,
Cum jam officiosam manum non sentiret.
Ah! horresco. Id quidem ad me fidelibus sermonibus perlatum;
Hanc legem nonnullis nomine et vita monachis statutam esse,
Quos plerique norunt, vituperant autem pauci,
Ut multo ferventiores, quam prudens ferat pietas;
Si quis ex sanctis viris ad eos accedat
Patriæ illorum legis inscius prorsus,
Primum quidem illum benevole ædibus suis excipiunt,
Ac omnibus amicitiæ significationibus prosequuntur,
Et animas divinis verbis, quæ Spiritus exaravit,
Erigunt, splendidam escam apponentes,
Postea vero legem aliquis crudelem in medium profert,
Et verbis ambiguis amarulentam responsionem
Eliciens, sic fatur : Num præclarum est piis viris
Pro Deo mortem oppetere?

74 *Εἷς δ' ἄρ'*. Tres Regg. ἦ δ' ἀρ' ἦεν, *aut etiam duobus integrum panem afferebat*. Non liquet an de Paulo, an de alio quodam eremita Cappadoce loquatur Gregorius.
76 *Χριστός*. Mendose edit. Χριστῷ.
78 *Νιφετῷ*. Sic Coisl. Reg. 990 et edit. νηφέτῳ.
81 *Κρατερῶς*. Coisl. κρατεῖως.
83 *Μέσφ' ὅτ' ἀποψύχοντι δόμον νέον ἀμφὶς*, etc. Hæc interpretatur Billius, ac veluti Gregorius significare voluerit, jam mortuo Stylita, de quo loquitur, parentatum fuisse constructa circa corpusculum ædicula; nihil tamen aliud vult nisi solitario isti, cum animum pene efflaret, nihilque expeteret, constructum fuisse tuguriolum, quod aeris injuriam arceret. Mox *ἔθηκαν*. Sic tres Regg. Edit. ἔθηκεν.
84 *Οὐδ' ἐμπαζομένῳ*. Sic Reg. 59, et alii. Int. ἤδη μηδ' αἰσθανομένῳ. Edit. ἐπαζομένῳ.
88 *Θερμοτέρους*. Duo Regg. θερμοτέρας.
94 *Φαεινὴν δαῖτα. Nimirum escam spiritalem divinarum Scripturarum.*

METRICA VERSIO.

Nec, quod vix credas, claudebat lumina somno,
Sed, lapis ut vivens, in prece fixus erat.
Huicque cibi reliquum donabat corvus : at ambos
Frustum unum tantum quod relevaret, erat.
Quin divinum etiam in montem se sustulit alter,
In quo Christus humum liquerat, astra petens :
Hic ubi sermone immotum, membrisque animoque,
Jactabant venti prægelidæque nives.
Nec precibus frangi poterat vir ille piorum,
Qui collo ipsius brachia juncta dabant :
Sed Christo firme hærebat, mentemque vehebat
Hinc ad cœlicolæ tecta beata gregis :
Exanimi donec constructa domuncula tandem est,
Curaret funus cum nihil ipse suum.

Mens audita horret : monachis, qui nomine reque
Se monachos præstant, moris id esse viris,
Quos multi norunt, pauci aspernantur, ut æquo
Plus acres, pietas quam moderata ferat.
Cum quis ad hos pietate gravis se contulit, hujus
Nostratis legis nescius atque rudis,
Hunc animo primum excipiunt in tecta libenti,
Exceptum cunctis officiisque colunt,
Divinisque animos curant attollere verbis,
Pellentes cœna splendidiore famem.
Post quidam in medium prodit, legemque cruentam
Commemorans, promit talia verba, rogans :
An Christi causa pulchrum est accersere mortem,
Occultis verbis verba cruenta trahens.

Digitized by Google

Εἰ δ' ὃγ' ἀϊδρείῃσιν ἐπαινήσειε τελευτὴν·
Θνήσκουσιν πολλοῖς προφρονέως θανάτοις·
Αὐτοὶ ὑπὸ σφετέρης παλάμης, καὶ γαστρὸς ἀνάγκῃ·
Οἱ δὲ κατὰ σκοπέλων, βένθεσί τ' ἠὲ βρόχοις,
Μάρτυρες ἀτρεκίης, πολέμου δ' ἄπο καὶ στονόεντος
Χαίρουσιν βιότου τοῦδ' ἀπανιστάμενοι.
Ἴλαθι, Χριστὲ ἄναξ, πισταῖς φρεσὶν ἀφραδέουσιν,
Οἷά τ' ἀπὸ νύσσης πῶλος ἀεθλοφόρος
Τῆλε φέρων ἐὰ γοῦνα, ποδωκείῃσι πεποιθώς,
Οὐδὲ χαλινοῖσιν ἐντὸς ἐεργόμενος.
Ἄλλος δ' αὖτ' ἄλλης ἀρετῆς ἐπιτέρπετ' ἐρωῇ·
Σταθμῶν πλειοτέρων, πλείονες ἐργατίναι
Ἀλλὰ τί μοι τὰ ἕκαστα λέγειν; Στεινὴν γὰρ ἀταρπὸν
Παύροισιν μερόπων ἐνθάδ' ὀδευομένην

A Οἵδε διεξελάουσι, καὶ ἀργαλέον πυλεῶνα,
Τῶν ἀγαθῶν πολλοῖς στειβόμενον καμάτοις.
Τοῖον μὲν Χριστοῖο λάχος, τοῖον δ' ἀπὸ γαίης
Πατρὶ Χριστὸς ἄγει καρπὸν ἑῶν παθέων,
Ἕρμα λόγου, λαοῦ δὲ κλέος, κόσμου δὲ θέμεθλον,
Κάλλεσιν οὐρανίοις ἀντεπιδεικνύμενον.
Τῶν καὶ ἐμοὶ γένος ἐστὶ φαεσφόρον. Ὄμματα τήκει
Ὁ φθόνος. Ἀλλὰ σύ μοι τοῖσδε φίλα φρονέειν,
Κληδονίῳ πρώτιστον ἐνηέϊ, ὅς γε πενιχροῖς
Ζώει, καὶ Χριστῷ πάντ' ἀνέθηκε φέρων,
Αὐτὸν μὲν πρώτιστον, ἔπειτα δὲ ὅσσ' ἐπέπαστο·
Οὐδὲν ἐῇ ζωῇ λειπόμενος χθονίῃ,
Μάργαρος ἐν λάεσσιν, ἐν ἀστράσι φωσφόρος ἄλλος,
Εἶαρ ἐν ὥρῃσιν, ἐν δὲ φυτοῖσι ῥόδον.

Quod si ille, quia rem nescit, mortem collaudat
(Subjungit): Moriuntur alacriter variis mortibus:
Alii sua ipsorum manu, et ventris necessitate (inedia);
Alii scopulis, et barathris, et laqueis,
Martyres veritatis; et a bello
Ac luctuosa hac vita gaudent se abscedere.
Parce, Christe rex, piis animabus insanientibus,
Instar equi victoris, qui ultra metam
1002-1003 Procul effert genua sua, pedibus celerrimis confidens,
Nec frenis intra coercetur.
Alius aliarum virtutum motibus delectatur:
Ut plures mansiones, ita plures operarii.
Sed quid ego singula persequor? arctam enim viam
Quæ paucorum hominum vestigiis hic teritur,
Isti percurrunt, ac difficile atrium,
Multis bonorum laboribus calcatum.
Talis est Christi hæreditas, talemque de terra
Fructum Christus passionis suæ offert Patri,
Præsidium fidei, populi decus, mundi fundamentum,
Cum cœlestibus pulchritudinibus propemodum certans.
Horum etiam mihi lucidum genus videtur. Facessat invidia.
Sed tu his benevolum te præbe,
Primum quidem Cledonio, leni homini, qui pauperibus
Vivit, et Christo omnia afferens consecravit;
Primo quidem se ipsum; deinde quæcunque possidebat,
Nihil suæ terrestri vitæ reliquum faciens,
Margarita in lapidibus, alter in astris lucifer,
Ver in tempestatibus, rosa in plantis.

99 *Ἀϊδρείῃσιν.* Coisl. et duo Regg. ἀϊδρίῃσιν, sup. lin. ἀπειρίαις.
102 *Οἱ δέ.* Ita Regg. 991. Edit. οἱ και.
103 *Ἀτρεκίης.* Forte legendum αὐτόχεροι, *suo ipsorum facinore.* Certe hujusmodi martyres non Dei ac veritatis, sed diaboli martyres sunt. Quare Gregorii verba non nisi ironice dicta, sunt accipienda. Mox *στονόεντος.* Reg. 990, στενόοντος.
105 *Ἀφραδέουσιν.* Chig. ἀφραδεούσαις.
107 *Ποῦρα.* Ita Coisl. Edit. γοῦνα. Ibid. *ποδωκείῃσι.* Sic duo Regg. et Coisl. Prave edit. ποδωκείῃσε.
110 *Ἐργατίναι.* Schol. ἐργάται.
113 *Πυλεῶνα.* Schol. προπύλαιον.
118 *Κάλλεσιν οὐρανίοις.* Angelos intelligit.
123 *Ἐπέπαστο.* Sic duo Regg. et Coisl., qui sup. lin. ἐκέκτητο. Edit. ἐπέστατο.

METRICA VERSIO.

Si genus hoc mortis non prudens ille probarit,
Tum multas mortes, inquiet, isti obeunt.
Pars sibi namque manu vitam eripit, et fame dura:
Pars laqueo, in præceps pars scopulosque ruit,
Isti, inquam, veri testes, lætique relinquunt
Hanc vitam, et vitæ tristia bella nimis.
Parce piis animis, stolidis tamen, optime Christe,
Carceribus currunt nam procul instar equi,
Qui levibus nimium pedibus confidit, et intra
Curriculum hunc freni vis retinere nequit.
Ast alium rursus virtus juvat altera. Plures
Namque domus ut sunt, sic varii artifices.
Singula quid vero refero? Nam tramite vitæ
Arcto, rara cohors quem tenet hic hominum,

B Incedunt isti: cœlestis et ardua portæ
Limina vix, magno cumque labore, petunt.
Talis sors Christi est: talem fert ille Parenti
Fructum supplicii, quod sine labe tulit:
Subsidium fidei, plebis laus, et basis orbis,
Certans cum cœli mentibus angelicis:
Quorum præclarum genus est mihi. Sit procul omnis
Livor. Eis, quæso, summe vir, affer opem:
Cledonio leni primum, qui vivit egenis,
Et Christo prompto pectore cuncta dedit;
Se primo, post quidquid opum censusque tenebat,
Nil humili ut vitæ liquerit ipse suæ,
Margarus in saxis, in stellis phosphorus alter,
Ver in temporibus, floribus inque rosa;

Digitized by Google

Καὶ χθονίου ποτ' ἄνακτος ἐν αὐλαῖς κύδεϊ γαίων,
Μεῖζον ἐν ἡμετέρῳ ἔρκεϊ κῦδος ἔχει·
Χριστῷ γὰρ βασιλῆϊ παρίσταται. Αὐτὰρ ἔπειτα,
Πολλὸν ὁμηλικίης κρείσσονι Εὐλαλίῳ,
Τόν ῥα κασιγνήτοιο μέγα σθένος Ἑλλαδίοιο
Ἥμισυν ἄρτι λιπὼν, ᾤχετ' ἀποπτάμενος
Ἐς χορὸν, ὃν ποθέεσκεν· ὁ δ' ἐνθάδε μοῦνος ἐλείφθη,
Οὐδὲν ἔχων ὁράαν φέρτερον Ἑλλαδίου.
Μητέρα δ' ἀμφιβέβηκεν ἐὴν στυγερῆς ὑπὸ νούσου
Τειρομένην, ὀλίγαις ἐν ψεκάσι βιότου·
Οἷαν πουλὺς ὁ μῦθος ἐλέγχεμεν, ἄρκιον εἰπεῖν
Τοιούτων τεκέων μητέρα βαιὸν ἔπος.
Καρτέριον δ' ἑτέρῳ δῶκεν Θεός· ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν
Θήσεις σὸν, φιλότης, εὐμενέων ἑτάροις·
Καρτέριον, τοῦ κῦδος ἐν οὐρανίοισι μέγιστον

A Αἰεν ἀειρομένου πνεύματι σαρκὸς ἄπο.
Φείδεο καὶ μεγάλου Νικομήδεος, εἴ τιν' ἀκούεις,
Ὅς ζωὴν βροτέην δῶκεν ἐπουρανίῃ,
Καὶ θυσίην μεγάλοιο πατρὸς ζήλωσε παλαιὴ
Ἀβραὰμ, ἁγνίσσας ὧν τεκέων δυάδα,
Σπεύδοντ' ἐς θυσίην ἱερήϊα· καὶ γάμον ἐσθλὸν
Θήκατ', ἐπεί ῥα γάμου κἀγαμίης στέφανος.
Οὐδ' ἔλιπεν γαίῃ πτόρθους χοὸς, ὡς ὅλος ἔλθῃ
Γαῖαν ἐς αἰπεινὴν, τῆσδε λυθεὶς βιοτῆς,
Καρπὸν ἀριστεύοντα μετ' ἀνδράσιν, ἠδὲ γυναιξὶν,
Ἀνδράσιν υἷα φίλον, θηλυτέραις θύγατρα,
Ἡμετέροισι χοροῖσιν ἐὸν στάχυν ἐγκαταλέξας,
Ἕλπομαι, ὡς ληνῶν ἄξιον οὐρανίων,
Εὐθαλέας ὄρπηκας ἀπ' εὐόδμοιο φυτοῖο·
Εἰ δὲ καὶ ὧν τοκέων κρείσσονας, ἐκ τοκέων.

Is olim in aula terreni regis honoribus florens,
Majus in nostro septo decus obtinet.
Christo enim regi astat. Post eum
Longe æqualibus præstantiori Eulalio,
Quem fratris Helladii magna virtus
Nuper dimidium relinquens, discessit avolans
Ad chorum quem optabat : ille vero solus hic relictus,
Nihil ob oculos habens melius Helladio.
Is matri suæ assidet tristi morbo
Afflictæ, in exiguis vitæ guttis :
Quæ, qualis mulier, si velim enarrare, longior esset oratio, sed sat esto
Talium filiorum matrem breviter dicere.
Carterium a Deo alius accepit : sed et illum
Tuum facies, vir optime, sociis favens ;
Carterium, cujus gloria in cœlestibus maxima,
Ut qui semper a spiritu supra carnem evehatur.
Parce et magno Nicomedi, si quem nosti,
Qui vitam terrenam addixit cœlesti,
1004-1005 Ac antiquum magni patris æmulatus est sacrificium
Abrahæ, par filiorum consecrans,
Properantes ad sacrificium victimas. Ac nuptias quidem iniit
Præclaras, siquidem matrimonio et vitæ cælibi sua corona est :
Nec terræ reliquit terrestres ramos, ut totus perveniat
Ad excelsam terram, hac vita solutus,
Fructum excellentem inter viros, et mulieres,
Dulcem filium inter viros, filiam inter mulieres,
Nostris choris spicam suam inserens,
Dignam, ut spero, promptuariis cœlestibus,
Florentes ramos ex suaveolenti arbore :
Quod si et parentibus meliores, id a parentibus venit.

130 *Εὐλαλίῳ*. Eulalius hic fortasse fuit, quem Gregorius Nazianzenæ Ecclesiæ præfecit ; Helladius autem, ni fallor, inquit Billius, qui mortuo Basilio Cæsariensi archiepiscopo successit. Aliter Muratorius, qui putat duos exstitisse Helladios, et eum de quo hic loquitur Gregorius eumdem esse in cujus honorem exstat Epigramma nostri poetæ, ac juvenem vivere desiisse absque ullo episcopalis muneris indicio. Vide Murat. 42, nunc epitaph. 37.

135 *Ὑπό*. Ita duo Regg. Edit. ἀπό.

141 *Καρτέριον*. Vide inferius epigrammata sancti Gregorii *in Carterium et Nicomedem*.

145 *Ζήλωσε παλαιὴν*. Ita Coisl., duo Regg. et Chig. Edit. ἐζήλωσε πελαιήν.

148 *Ἔπει ῥα*. Schol. ἐπεὶ δή. Edit. ἐπείρα.

METRICA VERSIO.

Qui cum terrenis quondam floreret in aulis,
Majus apud nostros nunc habet ipse decus :
Astat enim Christo regi. Tum deinde, gregem qui
Exsuperat multis partibus, Eulalio ;
Dimidium nuper quem linquens frater ad agmen
Cœlicolum abscessit maximus Helladius.
Hic autem solus defuncto fratre remansit,
Nil usquam melius cernere fratre valens :
Nunc que gravi morbo fractæ afflictæque parenti
Assidet et nati fungitur officiis ;
Quæ qualis mulier, longum est mihi dicere : natis
Talibus (hoc satis est dicere) digna parens.
Tu quoque Carterium, licet hunc acceperit alter.
Ob socios facies, vir celebrande, tuum :
Carterium, cujus, quia mentem tollit in altum,

B Per magnum decus est inter Olympicolas.
Sis etiam magno Nicomedi, quæso, benignus,
Mortalem vitam qui dedit æthereæ,
Ac fuit Abrahami patris æmulus, ad sacra prompti,
Dum natos studuit sanctificare duos ;
Connubiumque bonum fecit, tædasque jugales
Experto palmam vita soluta tulit.
Terrenos ramos nec terræ liquit, ut ipse
Sublimes totus posset adire domes :
Fructum fœmineo in sexu sexuque virili
Eximium : hanc illis, hunc dedit ipse viris ;
Cœtibus et sobolem nostris sociavit utramque
Cœlitibus dignam (sic reor ipse) choris,
Florentes ramos ab odora stirpe : parentes
Si superent, matris munus id estque patris.

Digitized by Google

Ἀλλὰ τὰ μὲν κρατεροῖο Θεοῦ ἐν χείρεσι κείσθω,
Ὅς μέγα ταῖς μεγάλαις ἐλπίσι τέρμα φέρει.
Νῦν γε μὲν οἷς τεκέεσσι πατὴρ, πτερὸν οἷα νεοσσοῖς
Αἰετὸς ὠκυπέτης, πλησίον ἱπτάμενος,
Ἰθύνει νεόπηκτον, ὅτ' ἠέρος ἐν λαγόνεσσι
Δινεύοντ' οὔπω θαρσαλέῃ πτέρυγι,
Πολλὰ μὲν εὐσεβίης παιδεύματα τοῖσιν ὀπάζων,
Οὔπω δ' ἧς ἀρετῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων·
Ὅς θείοισι λόγοισι, καὶ ἤθεσι τοὔσδ' ἀνέθηκεν,
Ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἐσθλὸν ἐρειδόμενος,
Καὶ πενίην ἱερὴν κλῆρον πόρσυνε μέγιστον,
Μηδὲν ὥς κε λίποι ὄργανον εὐοδίης.
Οὗτος μὲν δή σοι τοῖος δόμος, εὖχος ἐμοῖο,
A Εὖχος ἐμῆς μάνδρης, αἵματος ἐξ ἐμέθεν.
Οὐδὲ μὲν ἐν πυμάτοισι Θεόγνιος, ἀλλ' ἐπὶ γαίης
Ἱστάμενος, θώκων ἅπτεται οὐρανίων,
Μείλιχος, ἡδυεπὴς, αἰεὶ χλοάοντι προσώπῳ
Φαίνων εὐμενέος πνεύματος ἀγλαΐην,
Οὐδ' ἐπίπλαστον ὕπερθεν, ὁμοῖα θηλυτέρῃσι,
Βάλλων χρῶμ' ἀρετῆς, κάλλος ἐλεγχόμενον,
Ἀλλὰ φόβον πραπίδεσσι Θεῷ φίλον ἐντὸς ἐέργων,
Μούνῳ τῷ χρυφέων ἴδμονι φαινόμενον.
Θαῦμα μέγ', ὑστάτιόν περ ἐπαΐξας σταδίοισι
Τῆς ἀρετῆς, ὅσσον ἔφθασε τοὺς προτέρους·
Καρπαλίμοισι πόδεσσι· φίλοις δέ τε παισὶν ἀρείῳ
Γευσαμένοις σοφίης μοῖραν ἔδειξε βίου.

Sed hoc in potentis Dei manibus situm sit,
Qui magnum magnis spebus finem imponit.
Nunc filiis pater, ut pullis velox
Aquila, prope volitans, alas dirigit
Recens concinnatas, cum in aeris spatiis
Fluctuant nondum fidenti volatu,
Ac multa quidem illis pietatis præcepta tradit,
Nondum autem sua ipsius virtute præstantius quidquam tradidit.
Divinis eos verbis et moribus consecravit,
A teneris unguibus virtutem imprimens,
Ac sacram pauperiem instar amplissimæ hæreditatis reliquit,
Nullum ut relinquat instrumentum prosperitatis.
Ista quidem sic tibi descripta domus, gloria mea,
Gloria ovilis mei, ex genere meo.
Neque etiam inter postremos Theognius, qui in terra
Consistens, sedes attingit cœlestes,
Mansuetus, dulce loquens, semper sereno vultu
Ostendens bene affecti spiritus serenitatem,
Nec fictum, instar mulierum, superficiei illinens
Colorem virtutis, pulchritudinem fictitiam,
Sed corde metum Deo gratum intus continens,
Soli occultorum cognitori apparentem.
Mirum valde quantum qui postremus assiluit
Ad stadium virtutis, priores præcesserit
Pernicibus pedibus : amicis autem filiis præstantiorem,
Degustata sapientia, partem vitæ ostendit.

157 *Ἀλλὰ τὰ μέν*. Sic Coisl. cum tribus Regiis. Homerica locutio. Edit. ἀλλὰ τὸ σύν.

160 *Ἱπτάμενος*. Regg. tres ἱστάμενος.

162 *Θαρσαλέῃ*. Ita duo Regg. et Chig. Edit. θαρσαλέῳ.

165 *Ἀνέθηκεν*. Schol. διὰ λόγου ἀνέθηκε τῷ Θεῷ.

168 *Λίποι*. Interpres Regius 991 : ἵνα μηδὲν αὐτὸς λίπῃ τῶν εἰς ἀρετὴν φερόντων ἐφόδιον, *ut nihil relinqueret quod ab iis, quæ ad virtutem ducunt, averteret*. Coislinianus autem interpres : ἵνα μηδὲν τοῖς τέκνοις ὄργανον εἰς κακίης καταλίποι πρόφασιν, *ut nihil filiis relinqueret, quod ipsis nequitiæ occasio esset*.

169 *Τοῖος δόμος, εὖχος*. Sic Regii quatuor et alii. Deerat in editis δόμος, quæ vox ad integritatem versus requiritur. Reg. 991, sup. lin. τοιοῦτος οἶκος. Int. ναός. Sic Coisl. Mox *ἐμεῖο* pro ἐμοῖο habet Coisl. cum pluribus aliis.

173 *Χλοάοντι*. Schol. ἀνθόεντι καὶ λάμποντι.

177 *Θεῷ*. Ita tres Regg. Edit. Θεοῦ.

178 *Κρυφέων*. Reg. 993 κρυφίων. Coisl. κρυπτῶν.

181 *Φίλοις δέ τε παισὶν ἀρείῳ*. Regg. duo et Chig. πᾶσιν ἀρήγων. Reg. 991, sup. lin. βοηθῶν. Int. πᾶσι δὲ φίλοις αὐτοῦ φίλος ἀρήγων, πολλοὺς ἐκείνων εἰς τὸν οἰκεῖον ἐπεσπάσατο τὸν βίον, τὴν κλίμακα δὲ τῶν ἀρετῶν ἀνερχόμενος, *amicos autem suos adjurans, multos ex ipsis, ad suam ipsius vivendi rationem pertraxit, scala virtutum conscensa*

182 *Γευσαμένοις*. Ita legendum videtur cum Int. Schol. πεπειραμένοις. Edit. γευσάμενος.

METRICA VERSIO.

Ast hæc in manibus divinis sunt sita, magnas
Qui spes ingenti claudere fine solet.
Ac teneras natis genitor nunc dirigit alas,
More aquilæ pullis advolitatque suis :
Qui nondum firmis agitantur in æthere pennis,
Sed trepido currunt per loca celsa pede.
Ac præcepta quidem pietatis multa dat ipsis,
At nullum majus dat pietate sua :
Divinisque ipsos verbis, sanctisque dicavit
Moribus, a teneris sedulus unguiculis,
Pauperiemque ipsis sensus dedit instar opimi,
Ad sanctum vitæ ne quid abesset iter.
Hæc tibi nostra domus, mea gloria, gloria ovilis
B Ampla mei : cuncti qui mihi sunt genere.
Nec vero extremos inter laus danda Theogno,
Qui stans in terra sidera summa ferit,
Vir placidus, vir dulciloquus, vultusque nitore,
Quisnam animis flos sit, conspicuum facieus ;
Qui non femineo fucatum more colorem
Virtutis monstrat, fictitiumque decus :
Sed premit in medio divinum corde timorem,
Quem videt is, tectum cui nihil esse potest ;
Qui recti stadium cum sero intraverit, o quot
Præteriit primos passibus ille tamen !
Atque ubi gustavit sophiam, tum denique regna
Ostendit natis ad meliora viam.

Digitized by Google

Ἦν δὲ πάρος γαίηθεν ἐς οὐρανὸν εἶδε ταθεῖσαν
Ἰσακίδης Ἰακὼβ ἡμέτερος προπάτωρ
Κλίμακα, τήνδ' ἀνιὼν, ὥς κεν Θεὸν αὐτὸν ἴδηται,
Πηγὴν ἀκροτάτην οὐρανίων φαέων·
Βαθμῶν τὸν μὲν ἔλειπεν, ὁ δ' ἴχνια νῦν ὑπέδεκτο,
Τοῦ δ' ἔχεται παλάμη, ὄμματα δ' ἄλλον ἔχει.
Τοίη γὰρ μερόπεσσιν ὁδὸς, καὶ τοῖον ἐμοῖο
Αἷμ' ἀνάγει Χριστῷ εὐγενέτης γενέτης.
Πολλὰ δ' ἄρ' Εὐάνδρου κειμήλια ἔνδοθι κεύθει
Ψυχὴ, καὶ πολιῆς λευκότεραι πραπίδες.
Τίς δέ κεν Ἀστερίοιο σαοφρονέων λελάθοιτο,
Ἠδὲ κασιγνήτων τῆς ἱερῆς τριάδος,
Οἷς ξυνὴ σοφίη, ξυνὸς βίος, εἷς ἓν ἄγερθεν
Ἑλπωρῇ· μούνῃ σαρκὶ μεριζόμενοι,
(Σιγήσω Φιλάδελφον, ἐμὸν κέαρ, εὐγενὲς αἷμα·)
Μακροβίου δ', ἐπὶ τοῖς, θρέμματος ἡμετέρου,
Θρέμματος ἡμετέροιο, φίλον δ' ἐμὸν, ὃν πτερύγεσσιν
Εὐμενέων Χριστὸς ἀμφὶς ἔχει μεγάλαις,
. . . . . .
Ὃν πάντων κρατέων οὐκ ἐφύσησε τύφος;
Ῥήγινον ὕψι βιβάντα, Λεόντιον, Ἡλιόδωρον,
Οἳ Χριστοῦ σοφίης ἄκρον ἔχουσι γέρας,
Ἄλλους τ' ἀγροτέροισι μετ' ἀνδράσιν ἄστρα φαεινὰ,
Πολλοῖς ἠμερίων οὐδὲ φαεινόμενα,
Ἐν Χριστοῦ μελέεσσι τὰ τίμια, τίς κεν ἐνίσποι
Σφρηγῖδας ἀθανάτου, κάλλεα σαρκοφόρα;
Πάντες δ' οἵ γε Θεοῖο μεγασθενέος θεράποντες,
Ἄλλος ἐν ἀλλοίῃ ἄρτιος εὐσεβίῃ,
Ἴχνεσι κουφοτάτοισιν ἐπιστείβοντες ἄρουραν,
Δεξιτερῆς παλάμης θρέμματ' ἀριπρεπέα,

1006-1007 Quam autem olim e terra in cœlum extensam vidit
Isacides Jacob proavus noster
Scalam, hanc ille ascendit, ut Deum ipsum videat,
Supremum fontem cœlestium luminum:
Ex gradibus autem alium reliquit, alius ejus vestigia excipit,
Alio innititur manu, alium oculi tenent.
Talis est hominibus via, et tale mei
Genus ad Christum ducit generosus meus pater.
Multam intus pretiosam supellectilem abscondit
Evandri anima, et cor canitie candidius.
Quis cordatus Asterii obliviscatur,
Ejusque fratrum, sacræ triadis,
Quibus communis sapientia, communis vita, spe in unum
Conglutinati, sola carne divisi
(Tacebo Philadelphium cor meum, genere clarum);
Et post hos Macrobii, alumni nostri,
Alumni, inquam, nostri, quem, meum amicum, Christus
Magnis suis alis benevolus circumdat et fovet,
. . . . . .
Quem omnium domitrix non inflavit superbia?
Rheginum in altis gradientem, Leontium, Heliodorum,
Qui Christi sapientiæ summum decus assecuti sunt,
Aliosque rusticis cum viris lucida sidera,
Multis hominibus ne apparentia quidem,
Insignia in Christi membris, quis recenseat
Sigilla immortalis (Dei), lumina carne induta?
Atque hi quidem omnes Dei omnipotentis famuli,
Alius in alia perfecti sunt virtute,
Levissimis vestigiis terram calcantes,
Dexteræ manus oves præstantissimæ,

187 *Βαθμῶν*. Duo Regg. βαθμὸν τὸν μέν. Schol. Ἄλλον.
190 *Αἷμ' ἀνάγει*. Schol. γένος προσάγει. Billius vertit: *cruorem*, quæ vox nimium dura. Mox *εὐγενέτης*. Schol. εὐγενής.
191 *Ἄρ'*. Ita Coisl. et Reg. 990. Edit. αὖ.
202 *Ὃν πάντων κρατέων οὐκ ἐφύσησε τύφος*. Hunc versum, qui deest in editis, suppeditarunt duo Regg. et Coisl., sed et alius desideratur quem codices non exhibent.
208 *Ἀθανάτου*. Reg. ἀθανάτους.

METRICA VERSIO.

Quamque prius scalam a terra in cœlum usque patentem
Per somnum sanctus viderat Isacides,
Hanc ipse ascendens, ut regem cernat Olympi,
Lumina quem fontem cœlica lucis habent,
Hunc liquit, terit hunc pedibus, dextra arripit illum,
Atque alium rursum prospicit ipse gradum.
Namque via est hominum talis: talemque cruorem
Christo offert clarus nobilitate pater.
Multas rursus opes Evander pectore claudit,
Qui capite est cano, sed mage mente tamen.
Quisnam autem Asterium fratrum triademque sacratam
Non memoret, prorsus sit nisi mentis inops,
Quos sophia, et vitæ ratio communis, in unum
Conjungit, tantum dissociatque caro!
(Prætereo sanctum Philadelphum sanguine clarum);
Quis sileat nostrum de grege Macrobium,
Qui pecus est nostra, et charus mihi: quemque sub alis
Omnipotens Christus protegit usque suis,
. . . . . .
Quem non inflavit cuncta tumor subigens?
Rheginum alti volum, atque Leontium et Heliodorum,
Qui Christi sophiæ culmina summa tenent:
Atque alios, qui ruricolis ut sidera lucent,
Et quorum paucis cognita vita latet,
Præstantes inter Christi pia membra, quis almi
Signa Dei numeret, sidera carnigera?
Qui cum sint omnes famuli Dominique Deique,
Hic tamen hac, illa laude aliusque viget,
Atque levi terram calcat pede sancta caterva.
Grexque pius, scita quem pater arte regit:

Digitized by Google

Καὶ νηοῦ μεγάλοιο λίθοι, οὓς Χριστὸς ἔδησεν
Ἀλλήλοις ἐρατῇ Πνεύματος ἁρμονίῃ·
Οἳ ζωῆς σπινθῆρσι μικροῖς ζώουσιν ἐλαφρὸν
Τόνδε βίον, γαστρὶ παῦρα χαριζόμενοι
Ἀρχεκάκῳ, παθέων δὲ βαρὺν κλόνον, ἠδὲ κελαινὸν
Ἰστᾶσιν Βελίου οἶδμ' ἐπανιστάμενον,
Σταθμὰ λόγῳ, σιγῇ δὲ μέτρον, καὶ δεσμὰ γέλωτι,
Οὔασι, καὶ σταθεροῖς ἔμμασι βαλλόμενοι,
Νήλιποι, αὐαλέοι, πενθήμονες, οἰοχίτωνες,
Νεκροὶ ἐπιχθόνιοι, ζῶντες ἄνω πραπίσι,
Μεῖζον ἐν ὀφθαλμοῖσι Θεοῦ σέλας αἰὲν ἔχοντες,
Ψυχῶν τ' εὐσεβέων κεῖθι χοροστασίην.
Παρθενικὰς δὲ γυναῖκας, ὅσαι κλείουσιν Ἄνακτα
Νυμφίον, ἀγνοτάταις μιγνύμενον κραδίαις,
Αἳ Χριστὸν δοκέουσιν ἀκοιμήτοις φαέεσσιν,

A Οὔτι μαραινομένας λαμπάδας ἀψάμεναι,
Τίσας, ἐπεὶ δεδάηκας ἐμὸν γέρας, εἴ τιν' ἔτισας,
Αὐλῆς ἡμετέρης δμμα φαεινότατον.
Ξυνὴ γὰρ πάντεσσι πέλει χάρις, εὖτέ τις ἐσθλῶν
Ἐσθλὰ πάθῃ, θεσμῷ κιρναμένης φιλίης.
Ναὶ μὴν καὶ τῇσίν γε μέγας νόος, ἄρρενι θυμῷ
Ῥιπτούσαις δολερὴν Εὔαν ἀπὸ κραδίης.
Ναὶ μὴν καὶ τῇσίν γε περὶ χροῒ σάκκος ἐρυμνὸς,
Καὶ κόνις ἐν δαπέδῳ, φάρμακα σωφροσύνης·
Εὐχαί τε στοναχαί τε φίλαι καὶ νύκτες ἄϋπνοι,
Καὶ πηγαὶ δακρύων ἔνδοθι λειβομένων.
Γούνατα δ' ἐῤῥώσαντο, καὶ ἀδρανίης λελάθοντο,
Εὐσθενέων Χριστοῦ δραξάμεναι θυσάνων.
Αἱ δ' ἁπαλαὶ σάρκες τε καὶ εἵματα σιγαλόεντα,
Κάλλος τ' εἰαρινὸν ὦκα μαραινόμενον,

Magnique templi lapides, quos Christus inter se
Conglutinavit amabili Spiritus compage.
Exiguis vitæ scintillis fugacem hanc vitam
Traducunt, pauca indulgentes ventri,
Qui malorum est principium, ac vitiorum gravem tumultum, et tenebrosas
Beliæ reprimunt fluctus insurgentes;
Pondera sermoni, silentio modum, vincula risui,
Auribus, et fixis oculis injiciunt,
1008-1009 Sine calceis, sicci, veste lugubri, unam tunicam habentes,
Mortui in terra, animis in cœlo viventes,
Præ oculis semper Dei lumen præstantius habentes,
Et choros, quos illic piæ animæ agunt.
Virgines etiam feminas, quotquot Regem celebrant
Sponsum, purissimis se cordibus miscentem,
Quæ Christum exspectant cum luminibus nunquam emorientibus,
Ut quæ lampades inexstinctas accenderint:
Has profecto honorabis, si quas unquam honorasti, ubi meum illas decus esse
Didicisti, gregis nostri lumen clarissimum.
Si cui enim proborum bene fit, communis est omnium
Gratia, ex lege lata manantis amicitiæ.
Atque illis quidem excelsa mens, ut quæ virili animo
Projecerint ex corde dolosam Evam.
Est etiam illis circa corpus saccus niger,
Et cinis in pavimento, præsidia pudicitiæ:
Placent illis preces, et gemitus, et noctes insomnes,
Et fontes lacrymarum secreto fluentium;
Genua obfirmaverunt, et imbecillitatis oblitæ sunt,
Fortiter Christi fimbriam apprehendentes.
Delicatæ autem carnes et vestes splendidæ,
Ac cito marcescens, verna pulchritudo,

216 *Γαστρί*. Coisl. σαρκί. Duo Regg. παῦρα γαστρὶ χαριζόμενοι.
217 *Ἀρχεκάκῳ*. Epithetum ventris quod apud Gregorium frequens occurrit. Ibidem *κλόνον*. Mendose autem habent edit. κλένον.
221 *Πενθήμονες*. Duo Regg. πενθείμονες.
232 *Πάθῃ*. Tres Regg. πάθοι. Mox *κιρναμένης*. Tres quoque Regg. et Chig. κιρνάμενος, *manans*.
238 *Λειβομένων*. Tres Regg. θλιβομένων.
240 *Θυσάνων*. Schol. Coisl. κρασπέδων, τῶν δυναμοποιῶν ὁραξάμενοι ἐλπίδων τοῦ Χριστοῦ.

METRICA VERSIO.

At templi magni pulcherrima saxa, ligavit
Quæ Christus sancti Pneumatis harmonia;
Qui mundo exigue vivunt, minimosque favores
Impendunt carni, qua mala cuncta fluunt:
Qui motus animi sistunt sævasque procellas,
Quas Beliæ horrendi vis inimica parit;
Atque modum imponunt verbis linguæque silenti,
Risumque, atque oculos, auriculasque premunt.
Qui pede sunt nudo, duplici sine veste, gemuntque
In terra exanimes, mente polumque tenent;
Atque oculo spectant vigili Dominumque, chorosque,
Felix in supera quos agit urbe cohors.
Virgineas tu porro acies, præconia Regis
Quæ sponsique sui, voce animisque canunt,
Atque oculis Christum exspectant insomnibus usque,

B Lampadas accensas in manibusque gerunt,
Ut decus ipse meum agnosti, complexus honore es,
Hanc, nostri gregis est quæ decus omne, colens.
Communis cunctis namque est ea gratia, cum cui
Fit bene; jus istud poscit amicitiæ.
Scilicet his etiam mens maxima; corde virili
Nam procul a se Evæ subdola sensa fugant.
Scilicet his etiam saccus niger ossibus hæret,
Inque solo cinis est, arma pudicitiæ;
Charæque insomnes noctes, gemitusque precesque;
Et facies calidis fletibus ipsa madet.
Ac genibus robur subiit, languorque recessit,
Arrepta ut Christi est fimbria firma manu.
Ac simul et teneræ carnes, et splendida vestis,
Quique brevi formæ marcet abitque decor,

Digitized by Google

Ἀμφότερον φύσιός τε καὶ ὀππόσον ἔκτοθι χερσὶν
Ἄνδρες ἐτρίψαντο εἴδεσι μαχλοτέρων,
Εἶξαν ὑπὸ πραπίδεσσι, νόου σθένος ἀνδράσιν ἴσας
Θεῖναι θηλυτέρας, καὶ δέμας, ὡς σοφίην.
Οὐ μέγα· καὶ Χριστὸν γὰρ ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Σαρκὶ σὺν ἀνδρομέῃ γαῖαν ἐπερχόμενον,
Καὶ τέκον ἡμερίοις ἀγνῆς διὰ μητρὸς ἰόντα
Παρθένου, ὄφρα νόμον ἀνδρόμεον τελέσῃ,
Ἀχράντοισι γονῆσι, καὶ ἐκ τύμβοιο θορόντα
Ἤματι ἐν τριτάτῳ θερμοτέροισι πόθοις
Πρῶται ἐθηήσαντο, φίλοις τε ἤγγειλαν ἑταίροις,
Γευόμεναι Χριστοῦ γεῦσιν, ἄκος προτέρης.
Πολλαὶ μὲν δὴ γαῖαν ἐπιπνείουσιν ἅπασαν,
Ὁσσατίην σωτὴρ μῦθος ἐπιστρέφεται.

Αἱ μὲν ὁμηγερέες, ξυνὸν πόθον ἀμφιέπουσαι
Οὐρανίου ζωῆς, ἴσά τε μέτρα βίου,
Αἳ δ' ἄρ' ἑοῖς τοκέεσσι παρήμεναι ἁδρανέουσιν,
Ἠὲ κασιγνήτοις μάρτυσι σωφροσύνης.
Αὐτὰρ ἐμοὶ παῦραι μὲν, ἀτὰρ πλεόνεσσιν ἐρίζω,
Γηθόσυνος Χριστοῦ κάλλεσιν οὐρανίοις.
Χρύσεα μὲν Λυδίοισι δόμοις ἐχαρίζετο μῦθος
Ψήγματα, καὶ ποταμοῦ ὀλβοδότοιο ῥόον.
Χρυσοφόροι δ' Ἰνδοῖσι μελαγχρώτεσσιν ἄφυσσον
Μύρμηκες κοίλης πλοῦτον ἀπὸ ψαμάθου.
Νεῖλος δ' εὐκάρποισιν ἐπαΐσσων πεδίοισιν
Ὥριος, Αἴγυπτον θῆκεν ἐρισθενέα.
Ἄλλος δ' ὀρνίθεσσιν ἀγάλλεται, ὃς δὲ φυτοῖσιν,
Ὃς δὲ λίθοις τερπνοῖς ἔνδοθι λαμπομένοις.

Tum quæ nativa est, tum quam extrinsecus virorum
Manus triverunt vultibus meretriciis,
Sub corde cesserunt, quod animi robur æquales viris
Feminas reddat, ut sapientia, ita et corpore.
Mirum id non est: nam et Christum e cœlo stellifero
In terram cum carne humana descendentem deduxerunt,
Et mortalibus genuerunt ex casta matre Virgine
Prodeuntem, ut legem humanam impleret,
Intaminato ortu, et ex tumulo exsilientem
Omnipotens, ut sacra canunt oracula, parcit.
Ecquem non scelerum superavit mole Manasses?
Urbibus ex cunctis Ninive cui crimine cessit?
Denique quid dextra publicani nequius usquam?
Attamen hos etiam Christus, commissa dolentes
Crimina, donavit venia noxasque remisit.
Ast ego quid Christi, mortales quid loquor ignes,
Quos patrum natura pares in pectore fixit?
Bellua quæque suæ sobolis deflagrat amore.
Nonne vides ut sævus aper, pardusque, bovesque
Pro tenera semper tremulo sint pectore prole?
Noane vides ut dura gerant certamina? Nonne
Ut simul infestasque feras hominesque laces-
[sant?
At tu sævitia superas hominesque ferasque.
Ingentes irati animi jam comprime motus,
O pater : aut aluit rupes te vasta, vel æquor,
Durum adamante magis retinentem in corde furo-
[rem.
Ex opibus censuque tuo sua gaudia carpunt
Indigenæ, externi, stolidique, Deique colentes.
Nam tua sunt cuivis communis portus egenti
Tecta, tua Alcinoi mensa est jucundior horto,
Plena viris, epulisque tumens, quas prodiga tellus
Porrigit, aut aer liquidus, pelagusque ministrat.
At nos quotidie per tecta aliena vagamur,
Arentes, vestisque inopes, ac frigore pressi.
Nec nostris datur ulla malis medicina : cupitam,
Quoque nihil gravius, faciem jam tempore multo
(Ex quo dira tuum pectus circumsidet ira),
Cernere nec nobis conceditur ulla potestas,
Quod tamen et servis, licet ira percitus, ipse
Haud raro tribuis. Verum considere mensis
Cogimur exiguis miseranda sorte : nec, ille
Lazarus ut quondam, micas de divite mensa

Digitized by Google

Ψῖχας ἁφαρπάζοντες, ὁμὴν κυσὶ δαῖτα φέροντες.
Πολλοὶ μὲν στυγέουσι τεὴν χάριν, οὐκ ὀλίγοι δὲ
Τίουσιν. Μέγα θαῦμα, πατρὸς γέρας υἷες ἄτιμοι,
Οὓς κοτύλη βαιή τις ἀναψύξει γοάοντας·
Ἄλγος ἀρειοτέροις γὰρ ἀρηγόνες εἰσὶ χερείους.
Ἄλλοι δ' αὖ οὐδ' ἴσασι τίνες, τίνος. Αἰδέομαι γὰρ
Φράζειν καὶ γενετῆρα. Δύω γε μὲν εὐμενέουσιν,
Ὄφρα κεν ἠὲ φύγωσι δύην, ἢ ἄλκαρ ἔχωσι
Πήμασιν ἐν σφετέροισιν, ὅτ' ἀντία κυμαίνῃσι
Δαίμων, ἀλλοτρίῃσιν ἐὴν τίοντες ὀΐζύν.
Εἶπω μείζονα μῦθον· ἀτὰρ, πάτερ, ἵλαος εἴης.
Τόσσον ἄκος παθέεσσι πόροις, μὴ μῦθον ἐρύξῃς.
Ἄλλοις μὲν τεκέεσσι πατὴρ καὶ ἤπιος ἐσσὶ,
A Τόσσον, ὅσον τ' ἐπέοικε Θεοῦ Πατρὸς ἐκγεγαῶτα.
Οὐ φθόνος· οὐ γὰρ ἔοικε κασιγνήτῃσι μεγαίρειν.
Θρέψας ἐν θαλάμοισι δροσώδεας, ἔργ' ἐδίδαξας
Εὐγενέος παλάμῃσι, διέπλασας ἤθεα κεδνὰ,
Θηλυτέρης Χείρωνος· ὑπὸ προπόδεσσι γάμοιο
Ἐσθλοὺς ἄνδρας ὄπασσας· ἐνὶ πτολίεσσι γερῆρας.
Μοῖραν ἐῶν κτεάνων ἀπεδάσσαο χειρὶ παχείῃ.
Ἡμᾶς δ', οὓς σὺ φύτευσας ἰῆς ἀπὸ μητρὸς ἀρίστης,
Ἦν σ' ἔτι δακρυχέοντα, πάτερ φίλε, πολλάκι λεύσσεις,
Εὐσεβέος, πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀγητῆς,
Πρωτογόνους υἱῆας, ὃ πατράσιν ἐστὶ μέγιστον,
Τόσσον ἀπεχθαίρεις, καὶ δώματος ἐκτὸς ἐλαύνεις,
Ὀσσάτιον κείνῃσιν ἐνηέα θυμὸν ἔδειξας.

1026-1027 Micas subripimus, et eadem qua canes esca vescimur.
Multi quidem nos odio habent tua causa, non pauci autem
Amant nos. Res profecto mira : patris gloria sunt filii inglorii,
Quos parva frustula recrearent lugentes :
Dolorem namque viris probis afferunt, qui juvare non sufficiunt.
Alii vero, nec qui simus, norunt, quo patre sati. Vereor enim
Dicere genitoris nomen. Duo tamen sunt benevoli,
Ut vel fugiant tristia, vel remedium habeant
In calamitatibus propriis, si quando adversos fluctus excitarit
Dæmon, dum afflictis opem ferunt, sibi ipsis consulentes.
Dicam aliquid majus : verum, pater, propitius sis.
Hanc nostris saltem casibus medelam præbeas, ne verbum repellas.
Aliis quidem natis pater et mansuetus es,
Tantum, quantum par est esse Deo patre procreatum.
Haud equidem invidemus ; neque enim fratres decet invidere sororibus.
Aluisti domi teneras filias, muliebria opificia docuisti
Nobilis matronæ manibus Chironis feminæ,
Optimis eas informasti moribus ; cum jam adesset tempus conjugii,
Egregios viros dedisti ; in urbibus honoribus auxisti.
Partem donorum tuorum tribuisti larga manu.
Nos vero, quos tu genuisti ex una matre optima,
Cujus te adhuc desiderio flentem, chare pater, quotidie video,
Piissima et cunctis mortalibus miranda,
Nos primogenitos filios, quod parentibus est maximi momenti,
Tanto odio prosequeris, et extra domum ejicis,
Quantum ipsis mitem animum exhibuisti.

155 Ἄλγος ἀρειοτέροις. Ita Reg. 990 et Chig., quæ lectio felicius mendum sanat, quam Billii correctio, ἄλγεος ἀμφοτέροις, ut in editis.

157 Δύω γε. Aliquid desiderandum videtur, ut planior sit sensus.

165 Κασιγνήτῃσι. Sic Reg. 990. Schol. ἀδελφαῖς. Edit. mendose κασιγνήτοισι.

166 Ἔργ' ἐδίδαξας εὐγενέος παλάμῃσι. Sic verba sunt construenda, nulla interpunctione, quemadmodum jacent in Regio codice, ut intelligatur Vitaliani filias, non ab ipso patre, sed a nobili matrona edoctas fuisse muliebria opera, et filum pollice ducere. Nec bene Billius, *has opera, quæ puellas decent, edocuisti*, quod profecto patris officium non est. Chironem vocat matronam illam, cui Vitalianus puellas ad virtutem informandas tradiderat, alludens ad centaurum illum Chironem, heroum sui temporis magistrum.

METRICA VERSIO.

Surripimus, canibusque parem nanciscimur escam.
Atque tua causa nos multi odere fugantque :
Multi rursus amant. Res sane mira, parentis
Est honor atque decus proles inhonora jacensque,
Quam lacrymis madidam recrearent frustula pauca :
Nam qui mœrores nostros tenuare laborant,
Hos ipsos mœrore graves mage censet uterque.
Ast alii, nec qui simus, novere, nec a quo
Patre sati : patris prohibet nam dicere nomen,
Qui subit ora, pudor. Duo sunt tamen, aspera nostra
Quos mala permoveant, ut scilicet hac ratione
Tristia vel fugiant adversæ nubila sortis,
Vel certe in duris (si quid fortasse procellæ
Intulerit dæmon) habeant solatia rebus :
Quisquis enim juvat afflictos, sibi consulit ipse.
Dicam aliquid majus, sed tu, pater, aure benigna
Excipias mea dicta, precor, nostrisque medelam
Casibus hanc saltem tribuas, ne verba repellas.
Tu reliquæ stirpi, genitor sanctissime, præbes
B Te facilem, æthereo ut fas est a patre creatum.
Haud equidem invideo ; fratrum nam commoda [fratres
Invidiæ haud debent stimulis agitare cruentis.
Tu teneris natas aluisti sedulus annis.
Has tua cura levi docuit deducere filum
Pollice, formavit sanctis has moribus illa
Femineos inter cœtus clarissima Chiron.
Connubii cum jam non longe tempus abesset,
Post has eximia sociasti laude maritis,
Atque etiam largus donasti parte bonorum.
At nos, quos eadem mater tibi protulit ævo,
Femina virtutis specimen, mirandaque cunctis,
Quam te nunc etiam plorantem cerno frequenter,
Primigenos natos, quod non leve pondus amoris
Esse solet patribus, tam tu aversaris, et ardes
Nostri odio, miserosque tuis procul ædibus arces,
Quam tu illis semper blandus facilisque fuisti.

Digitized by Google

Φθέγξομαι οὐκ ἐθέλων μὲν, ἀτὰρ λόγον ἔκτοθε ῥήξω,
Ὄφρα με μὴ ῥήξειεν ἐργόμενος πραπίδεσσιν.
Ἦν θάλαμος, καὶ δεῖπνα γαμήλια· πάντα γεγήθει,
Ἕδνα λόγοι θαλάμων καὶ ἀθύρματα τερπνὰ γά-
[μοιο.
Πολλοὶ μὲν θαλέθοντες ἀφ' αἵματος, οὐκ ὀλίγοι δὲ
Γείτονες, οἵ τε ἄνακτος ἐν ἕρκεσι κῦδος ἔχοντες,
Δαῖτα γάμου τίεσκον, ἀγάκλειτοί θ' ἱερῆες
Εὐχαῖς καὶ στεφέεσσιν ὁμοζυγίην συνάγοντες·
Καί ῥ' οἱ μὲν πάλλοντο καλὸν περὶ κοῦρον ἑταῖροι,
Νυμφίον ὑμνείοντες ἐοικότα ἕρνεϊ καλῷ·
Αἱ δ' ἄρα παρθενικὴν ἑλικώπιδα πορσύνεσκον
Ἐς γάμον ἱμερόεντα· πατὴρ δ' ἐπετέρπετο παισίν·
Ἡμεῖς δ', ὡς θήρεσσιν ἐοικότες ἠὲ σύεσσιν,
Ἢ μορφὴν ὀλέσαντες ἀπηνέϊ δαίμονος αἴσῃ,
Εἰρχθέντες κατὰ δῶμα κασιγνήτης ἀπανευθεν,
Ἠρώμεσθ', ὅτι λυπρὸν ἐσήλθομεν οἶδμα βίοιο·
Ὡς ὄφελον μὴ μητρὸς ἐνὶ σπλάγχνοισι παγῆναι,
Ἠὲ θανεῖν ἀτέλεστος ἐν ὠδίνεσσι τεκούσης,
Εἰ δὲ πύλας ἐπέρησα, καὶ εἶλκυσα πνεῦμα μό-
[ροιο,
Κλαυθμὸν ἐμοὶ τὸν πρῶτον ἐμοῦ θανάτοιο γενέσθαι
Δάκρυον! οὐκ ἂν ἔγωγε τόσοις ἐνέκυρσα κακοῖσιν.
Ἓν δὲ τόδ' αἰάζω περιώσιον. Ἡ γὰρ ἀοιδῆς
Ἴδρις ἐὼν, ποθέων τε γάμον καὶ λέκτρον ἀείσαι
Αὐτοκασιγνήτης, πάντων ὁλώτατε δαῖμον,
Καὶ θαλάμου μελέεσσι πατρὸς χόλον ἐξακέσασθαι,
Καὶ τοῦδ', ὥς τις ἀλιτρὸς, ἀπήμπλακον. Ἄλλος δείσε
Κάλλος ἐμὸν, ξανθοῖσιν ὑπὸ πλοκάμοισι μέλαιναν
Ὀφρὺν ὑπερτέλλουσαν ὑπ' ἀργυρεῇσι παρειαῖς.

Loquar haud quidem volens; sed verbum extra efferam,
Ne me disrumpat compressum in præcordiis.
Erat thalamus, et cœnæ nuptiales; omnia læta erant,
Munera, sermones connubio digni, jucundaque ludicra nuptiarum.
Plures exorti nostro sanguine, non pauci
Vicini, quique in principis ædibus sunt in honore,
Convivium nuptiarum cohonestarunt, et inclyti sacerdotes
Votis et coronis conjugium nectentes;
Tripudiabant circa præstantem juvenem socii,
Sponsum prædicantes egregio similem ramo:
1028-1029 Matronæ vero puellam forma pulcherrimam adorn
Ad thalamum amabilem; pater autem oblectabatur filiis.
Nos autem, ac veluti feris similes aut porcis,
Aut amissa forma, crudeli dæmonis fato,
Ædibus conclusi procul a sorore
Debacchabamur, quod tristem ingressi essemus vitæ tempestatem:
O utinam in matris visceribus nunquam compactus essem,
Aut periissem imperfectus in doloribus genitricis,
Aut, si fores transissem, traxissemque spiritum mortis,
Ploratus, quem primum, cum nascerer, edidi, idem meæ mortis fuisse
Lacryma! in tot et tantas nunquam incidissem molestias.
Unum autem me cruciat supra modum. Quippe cantandi
Gnarus cum sim, et cuperem nuptias et lectum canere
Sororis meæ, omnium exitiosissime dæmon,
Et thalami modulationibus iram patris mollire,
Et ab hoc, ut quis flagitiosus, excidi. Alter cecinit
Pulchritudinem sororis meæ, flavis sub crinibus nigrum
Supercilium prominens supra argenteas genas.

177 *Ῥήξω*. Sic Reg. 990. Edit. prave *ῥύξω*.
184 *Συνάγοντες*. Reg. 990 συνάπτοντες.
188 *Ἰμερόεντα*. Ita Chig. Edit. ἱερόεντα.
195 *Εἰ δὲ πύλας*, etc. *Aut si trajicienda erat vitæ porta, hauriendusque spiritus mortis.*
196 *Τὸν πρῶτον*. Sic Reg. 990. *Utinam primus nascentis ploratus, etiam morientis fletus fuisset!* Edit. male τό.
203 *Κάλλος ἐμόν*. *Suæ sororis pulchritudinem intelligit.*

METRICA VERSIO.

Haud loquar ista lubens: sed vox erumpet ab ore
Hæc tamen, ut non me rumpat, si mente prematur.
Tæda jugalis erat, tæda et dignissima cœna;
Omnia lætitia plenissima, munera, voces
Connubio dignæ, jucundaque ludicra multa;
Turba propinquorum, atque frequens vicinia, quique
Principis augusta superi dominantur in æde,
Ornabant epulum thalami, mystæque sacrati
Conjugium votis nectebant, atque corollis
Cingebant juvenem forma præstante sodales
Saltantes, ramo egregio similemque canentes:
Inque vicem ad thalamum niveo candore puellam
Plurima mirifico studio matrona parabat;
Ac pater ob generum et natam, dulcesque hymenæos,
Maxima nunc toto captabat gaudia corde.
At nos porcorum ritu, vel more ferarum,
[illegible] amissa forma cacodæmonis arte,
Ædibus inclusi procul a nubente sorore,
Talia perfusi lacrymis tum dicta dabamus,
Ortum tam miseræ vitæ afflictæque gementes:
O utinam nunquam matris conceptus in alvo,
Nixibus in mediis vel raptus morte fuissem,
Vel semel ingresso miserandæ limina vitæ,
Ortus quæ fuerant, necis hæc lamenta fuissent!
Tanta etenim non me premerent incommoda re-
[rum.
Hoc autem supra reliqua omnia perpete luctu
Me cruciat, quod cum non sim rudis ipse canendi,
Cumque meæ cuperem thalamos cantare sororis,
Sicque patris placidam per carmina reddere mentem,
Hoc quoque non per te licuit mihi, perdite dæmon.
Namque meum versu vates decus extulit alter,
Atque supercilium flavis sub crinibus atrum
Laudavit, niveasque genas, pulchreque nitentes.

Digitized by Google

Ἓσπερον εἶρυσεν ἄλλος, Ἑωσφορον ἄλλος ἄεισεν,
Οὐδ' ἀγαθός τις ἀοιδός. Ἐγὼ δ' ἀγέραστος, ἀναυδος,
Πένθεος ἐσσάμενος κείμην νέφος. Οὐδ' ὅσον Ἠχὼ,
Ποιμενίας μέλποντος ἐν οὔρεσι Πανὸς ἀοιδὰς,
Ἄκρων ὑστερόφωνον ἀπὸ σκοπέλων χέον αὐδήν.
Κλαύσω πρωτοτόκων ἐπέων μόρον, οὐκέτ' ἀείσω.
Ἔρρετέ μοι, βίβλοι πολυηχέες· ἔρρετε, Μοῦσαι.
Τίς χάρις, εἰ μὴ πατρὸς ἐν οὔασι κεῖσετ' ἀοιδὴ,
Εἴ μου καὶ Ὀρφείη τις ἐν Ὀδρυσίοις σκοπέλοισι
Λᾶας ἄγοι, καὶ θῆρας ἀπόπροθε, καὶ πετεηνά;
Δώσω καὶ τόδε σοι, μογερὲ φθόνε. Λήξατ', ἀοιδαί.
Μή σοι τοῖα, φέριστε, Θεὸς, μηδ' ὅστις ἑταῖρος
Ἀντιταλαντεύσειε. Δέος δέ με καὶ τόδ' ὀρίνει.
Οὐ' ἡμᾶς φιλέεις, μέγα φέρτατε, οὔτε θυγάτρας,
Τὰς νῦν ἐν παλάμῃσι φέρεις, καὶ ὑψόσ' ἀείρεις.

A Ἡμῖν μὲν σέο δῶμα, φίλην τ' ἀπέκλεισας ὀπωπὴν,
Τὰς δ' ἄρα πᾶσιν ἔθηκας ἀπεχθέας. Οὐκ ἐθέλει γὰρ
Χριστὸς ἄναξ, τεκέων τῷ μὲν πατέρ' ἤπιον εἶναι,
Τῷ δὲ βαρυφρονέοντα· καὶ ἀντιρέποντι ταλάντῳ,
Πολλάκι στεργομένοισιν ἐπιβρίθει κακότητα,
Ἐκ πατέρων ἐπὶ παῖδας ἄγων χόλον Υἱὸς Ἀνάρχου.
Ταῦτα μὲν ἐς πόντοιο πέσοι βυθὸν, ἠμετέρου δὲ
Δώματος ἐκτὸς ἔοι, μηδ' ἄλγεσιν ἄλγος ἕποιτο.
Καὶ τόδ' ἄλις τεκέεσσιν ἔπι πρώτοισιν Ἐριννύς.
Σοὶ δὲ, πάτερ, πάντες μὲν ὅσοι τελέθουσι τοκῆες
Καὶ παῖδες, κοτέουσιν ἀμείλιχον ἦτορ ἔχοντι.
Ῥῆξις γὰρ βιότοιο πατρὸς μόθος, ὃν συνέδησε
Συζυγίη τε πόθος τε, κακὴ δ' ἐκέδασσεν Ἔνυω.
Πάντες δὴ μέγαν οἶκτον ἐνὶ σπλάγχνοισι φέρουσι,
Ἤ τι Θεοῦ ῥέξαντες ἐπάξιον, ἠὲ παθόντες·

205 Hesperum alter cantavit, Luciferum alius cecinit :
Nec bonus quidem cantor. Ego vero spretus, mutus,
Mœroris nube opertus jacebam. Nec quantum Echo,
Pastoritias cum caneret in montibus Pan cantilenas,
E summis rupibus extremam reddebam vocem.
210 Lugebo primogenitorum carminum interitum, neque ultra canam.
Valete, libri sonori ; valete, Musæ.
Quid proderit canere, si ad aures patris mea non perveniant carmina,
Etsi mea testudo, vel Orpheica, in Odrysiis scopulis
Lapides traheret, et feras, et volucres ?
215 Dabo etiam hoc tibi, male livor. Cessate, carmina.
Neque tibi, pater optime, talia Deus, nec quisquam socius
Rependat. Timor autem et hic me premit :
Neque nos diligis, præstantissime, neque filias,
Quas nunc in manibus gestas, et ad æthera tollis.
220 Nos quidem domo tua prohibuisti, charoque aspectu,
Effecisti autem ut illæ omnibus odio sint. Neque enim placet
Christo regi, filiorum ut uni quidem pater mitis sit,
Alteri vero asper. Ob hanc causam propendente in contrarium lance,
Sæpe filios præ cæteris dilectos afficit malis,
1030-1031 225 E parentibus in filios iram declinans Filius carentis principio.
Hæc quidem in maris profundum mergantur, et a nostra
Domo procul sint, neque dolores dolor excipiat.
Jam satis in filios natu majores desæviit Erinnys.
Tibi vero, pater, omnes, quotquot sunt parentes
230 Et filii, infensi sunt implacabile pectus habenti.
Indignatio enim patris abrumpit vitam, quam colligavit
Thalamus desideriumque, mala autem dissipavit discordia.
Omnes enim magna intimis visceribus miseratione permoventur,
Sive qui Deo quid dignum gessere, sive qui passi sunt;

205 Ἓσπερον, etc. *Hesperus* et *Lucifer* una eademque stella est : quæ si mane luceat, appellatur *Lucifer;* si sero, *Vesperus* dicitur : quoniam autem clarissima est hæc stella, idcirco duplici ejus nomine pulchritudinem sororis ornat.

213 *Εἰ μου*. Ita legendum videtur. Edit. εἰ μή. [Ut constet versus, expungendum aut μου, aut τις. Edit. Patrol.]

216 Ὅστις. Sic Reg. 990 et Herv. Edit. ὥς τις.

223 Ἀντιρέποντι ταλάντῳ. Id est, Christus Patris æterni Filius contraria rependens parentibus, qui filios alios eximie diligunt, alios vero oderunt, sæpe dilectos præ cæteris natos calamitatibus afficit.

METRICA VERSIO.

Hesperon hic rursum cantavit, Phosphoron ille
Non etiam vates sat commodus. Ast ego mutus,
Spretus, mœrorisque adopertus nube, jacebam,
Ac neque, Pane velut cantante in montibus, Echo,
Ter miser extremas reparabam gutture voces.
Mortua, quæ primum peperi, jam carmina luctu
Prosequar ; impono jam finem versibus ipse.
Vos procul ite, libri, procul o procul ite, Camœnæ.
Quid juvat in modulos numerosque astringere verba,
Si mea non veniant chari genitoris ad aures
Carmina, nec duros silices, velut Orphica quondam
Testudo, trahat, et volucres, sævosque leones ?
Hoc quoque munus habe, livor male : carmina cessent.
Non tibi nec superi regnator maximus orbis
Talia, nec socius quisquam, pater optime, reddat.
Quin metus hic etiam, genitor, me concutit ingens.
Nec nos prosequeris, nec rursus amore sorores,
Has licet et manibus gestes, et ad æthera tollas.

B Nam nobis tua tecta quidem sunt clausa tuusque
Vultus : at his cunctorum odium hac ratione parasti.
Non etenim patrem lenem uni vult Deus esse,
Durum alii infensumque animo : vicibusque fre-
[quenter
Mutatis premit hanc, nimium quæ chara parenti,
Progeniem, a patribus vertens ad pignora pœnas.
Ast hæc æquoreo mergantur gurgite, tectis
Sintque procul nostris mala, nec mala mœsta se-
[quantur.
Sit satis hoc, primam sobolem quod vexat Erinnys.
At, pater, in te ardent ira natique patresque,
Quod tibi sit durum precibus nec flexile pectus.
Rumpit enim humanam patris indignatio vitam,
Quam thalamus, quam stringit amor, dirimitque si-
[multas :
Jam cum omnes ingens subeat miseratio, qui vel
Dignum aliquid gessere Deo, dignumve tulere,

Digitized by Google

235 Ἔξοχα δ' αὖθ' ἱερῆες, ὅσους δώροισι γεραίρεις, A Καὶ πολλοῖς κρητῆρσι μεθύσματος ἡδυπότοιο,
Καὶ τίεις μεγαροισιν, ἀτιμάζεις δ' ἀπεόντας, 250 Καὶ μεγάλαις στιβάδεσσι, Θεοῦ νόμον ὧδ' ἀθε-
Πολλάκι καὶ παρεόντας ἐπεὶ σέ γε παρφασίῃσιν [ρίζεις.
Οὐκ οἷον μαλακῇσι, καὶ εὐμενέεσσι προσώποις, Κρεῖσσον βαιὰ φέροντα Θεῷ κραδίην ἱερεύειν,
Ἀλλ' οὖν καὶ στερεοῖσιν ἐπιστύφουσι λόγοισι· Ἢ πᾶσιν θυέεσσι, νόῳ ῥυπόωντι, γεραίρειν.
240 Γρηγόριος πρώτιστον ὁμωνυμίῃ τε βίῳ τε, Οὐ μὲν γάρ τι Θεοῖο ἐπάξιον, οὐδ' ὁπόσα χθών
Συζυγέα στομάτεσσιν ἐρευγόμενος θεότητα· Ἧδε φέρει μερόπεσσι, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα.
Βοσπόριος δ' ἄρ', ἔπειτα καὶ Ἀμφίλοχος, μεγα- 255 Καὶ γὰρ ἅπαντα Θεοῖο· τί κεν βροτὸς ἔκτοθεν εὕροι;
[θύμω, Μούνης δὲ ψυχῆς καθαρὸν θύος, ᾧ τις ἀνολβος
Οἷς ἄρα καὶ στυγερὴ νούσων ὑποδάμνατ' ἀνίη Πολλάκι καὶ πολύολβον ἐπιθρέξας παράμειψεν.
Εὐχαῖς τε Τριάδος τε σεβάσματι, καὶ θυέεσσι. Αἰδέομαι καὶ τήνδε, πάτερ, μεγαλήτορα βουλὴν,
245 Σοὶ δ' οὔτ' εὐχωλὴ κάμπτει φρένας, οὔτε θυηλή· Ἣ πολλοὺς παρέθρεξας, ὑπεννεσίῃσι Θεοῖο.
Οὐδὲ μὲν ἀθλοφόροισι δίδως χάριν, οὔς σὺ γεραίρων 260 Οὐκ οἶη μερόπεσσιν ἔη δειλοῖσι γενέθλη,
Εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος μεγάλῃ καὶ ἀπείρονι χειρὶ, Ἐρχομένη σαρκῶν τε καὶ αἵματος, οἷα βροτοῖσιν
Βήμασι, καὶ δώροισι, καὶ εἰλαπίνῃσι χορείαις, Ἐνθάδε τικτομένοισι καὶ ὀλλυμένοισι τάχιστα·

235 Præcipue autem sacerdotes, quos donis cumulas,
Et honorifice excipis ampla domo, spernis autem absentes,
Sæpe etiam præsentes, siquidem te sermonibus
Non tantum blandis, placidoque et benevolo vultu,
Verum etiam gravibus perstringunt verbis ;
240 Primum quidem Gregorius nomine et vita,
Qui trinam ore prædicat divinitatem :
Bosporius autem, deinde et Amphilochus, viri animo magno præditi,
Qui gravem morborum pellunt dolorem
Precibus, Trinitatisque cultu, et sacrificiis.
245 Tuam vero mentem neque preces flectunt, neque sacrificium ;
Nec martyribus quidem das gratiam, quos tu præmiis honorans
Quotannis munifica et larga manu,
Altaribus erectis, et donis, et convivalibus choris,
Ac pluribus cyathis vini fragrantissimi,
250 Et magnis toris, Dei legem perfringis.
Præstat enim parva ferentem Deo cor mactare,
Quam omnibus cum sacrificiis, mente sordida, honorare.
Neque enim Deo quidquam dignum est, nec quæcunque terra
Hæc fert mortalibus, et cœlum, aut mare.
255 Etenim omnia Dei sunt : quid extra homo invenerit ?
Solius autem animæ puræ gratum est sacrificium, quo pauper
Sæpe et divitem longe antecellit.
Veneror et hoc, pater, magnanimum consilium,
Quo multos superasti, voluntate Dei.
260 Non unus tantum miseris mortalibus est ortus,
Emanans ex carne et sanguine, qualis est hominum
Qui hic procreantur et pereunt celerrime :

240 *Γρηγόριος*. Multiplex vitium constructionis in exemplaribus Græcis esse ait Billius ; sed nullo negotio emendatur, si pro Γρηγορίῳ, quod antea legebatur, in quo totum est vitium, legamus Γρηγόριος, et certe sic legendum esse constructio postulat, et quæ sequuntur, Βοσπόριος δ' ἄρ', ἔπειτα καὶ Ἀμφίλοχος. Mox *ὁμωνυμίῃ*. Gregorii nomen ἀπὸ τοῦ γρηγορεῖν dicitur, id est, *vigilare*.

241 *Ἐρευγόμενος*. Edit. male ἐρευγομένῳ.

248 *Βήμασι*. *Altaribus Deo in honorem martyrum erectis, et epulis et choreis.*

250 *Θεοῦ νόμον*. Significat Vitalianum frustra martyres colere donis suis, qui odio, quo prosequitur filios, legem Dei in hac parte contemnit.

259 *Ὑπεννεσίῃσι*, βουλήσεσι, βουλαῖς. Hesych.

METRICA VERSIO.

Tum præsertim illos, faciunt qui sacra Tonanti, B Hac in re præcepta Dei legesque resolvis.
Quos licet et donis oneres, et divite tecto Præstat pauca Deo pectus mactare ferentem,
Excipias, spernis tamen absentesque, frequenter Quam sacra mille offerre, animus si sordeat ater.
Et coram : quia te non tantum molliter atque Nil etiam dignum cœlesti numine, non si,
Ore monent blando, sed et aspera verba profundunt : Quæ mare, quæ cœlum, quæ fert humus, omnia [jungas.
Gregorium primum, vitaque et nomine talem, Omnia namque Dei ; quid enim hæc inveneris extra ?
Qui Triadis sancto eructat firmissimus ore Una Deo est purum gratissima victima pectus,
Numen adorandum : post Bosporium Amphilochum- In qua vincit inops opibus persæpe tumentem.
[que, Hoc quoque consilium, genitor charissime, mirer,
Qui precibus, cultu et Triadis, sacrisque verendis, Ac veneror, superas quo multos Numinis aura.
Immanes morbos frangunt, rabidosque dolores. Non unus tantum miseris mortalibus ortus
At tu nec precibus, nec sacris flecteris ullis, Contigit, emanans e carne ac sanguine, qualis
Nec pugiles tua corda movent, quos ipse quotannis Est hominum, qui pascuntur, rapidæque metuntur
Muneribus donans amplis, epulisque chorisque, Falce necis, tenuesque citi volvuntur ad umbras.
Ac multis vini dulcis cyathisque torisque,

Digitized by Google

Τοίη μὲν πρώτιστον· ἔπειτα δὲ Πνεύματος ἁγνοῦ,
Εὖτε λοεσσαμένοισι δι' ὕδατος ἦλυθεν αἴγλη·
Ἡ δὲ τρίτη, δακρύων τε καὶ ἄλγεος ἡμετέροιο,
Εἰκόν' ἀποξύουσα μελαινομένην κακότητι.
Τῶν τὴν μὲν ἔχεις πατέρων ἄπο, τὴν δὲ Θεοῖο,
Τῆς δ' αὐτὸς γενέτης, βιότῳ φάος ἐσθλὸν ὀπάζων.
Ῥῆξας δεσμὰ βίοιο, καὶ ἰλύος ἐκτὸς ἔθηκας
Σὸν πόδα, καὶ Σοδόμων ἔφυγες πυρόεσσαν ἀπειλήν·
Καὶ χθαμαλῶν πεδίων σε φίλη διεδέξατο Σηγὼρ,
Μηκέτι παπταίνοντα πρὸς ἄστεα τεφρωθέντα.
Πάντων δὲ κτεάνων ἕνα μάργαρον ἐσθλὸν ἐδέξω
Ἐσχατιῇ, Χριστόν τε νόον τε σὸν ἁγνὸν ἀγείρας.
Καὶ νεφέλην καθύπερθεν ἐφέσσαο, ἄνδιχα κό-
[σμου

A Τεμνόμενος χθονίοιο, μέσον δέ τε τεῖχος ἐγείρας
Γαστέρος ὕβριν ἔπαυσας, ἀπληρώτοιο βερέθρου
Θώκους ὀφρυόεντας ἀπέπτυσας, οἰδαλέον τε
Ὄγκον ἀγηνορίης κενεαυχέα ῥίψας ἔραζε.
Οἰόν σοι κλέος ἐστὶ Θεὸς μέγας, ἀνδρομέου τε
Αἵματος εὐσεβέες μέγ' ἀρείονες. Εἶξεν ἅπαντα
Σταυρῷ, τῷ προσέπηξας ἄγων ληΐστορα κόσμον.
Ὕμνοις παννυχίοισι καὶ ἠματίῃσιν ἀοιδαῖς
Μέλπεις οὐρανίοιο τριλαμπέα πνεύματος αἴγλην.
Ταῦτα μὲν ἐσθλά, πάτερ, καὶ τέρματος ἄσσον
[ἀρίστου·
(Τέρμα δέ μοι Θεός ἐστι νοούμενος, οὐκέτ' ἐσόπτρῳ·)
Μοῦνος δ' ἐντὸς ἔμεινε χόλος καὶ ἠδὺς ὄλεθρος,
Δάπτων, οἷα σίδηρον ἀτειρέα λάθριος ἰὸς,

1032-1033 Talis est primus ortus : deinde alter ex Spiritu sancto,
Cum lustratis per aquam æthereus advenit splendor;
Tertius autem lacrymarum et doloris nostri est,
Imaginem abstergens denigratam crimine.
Ex his primum habes a parentibus, secundum a Deo :
Tertii autem ipse tibi pater es, vitæ lucem optimam præbens.
Rupisti vincula sæculi, et e cœno extraxisti
Pedem tuum, et Sodomorum effugisti minas igneas;
Et planis porrecta spatiis te amica excepit Segor,
Non jam circumspicientem civitates in cinerem redactas.
Omnibus tuis possessionibus unam margaritam pretiosam comparasti
In extremum diem, Christum tuamque sanctam mentem consocians.
Nubem desuper induisti, seorsum a mundo
Terreno divisus, medium parietem attollens.
Rabiem ventris coercuisti, inexplebilis gurgitis.
Sedes superbas respuisti, tumidumque
Fastum inanis gloriæ vana jactantem in terram projecisti.
Una tibi gloria Deus magnus est, et nobilitate
Generis pietas apud te longe præstantior. Posthabita sunt omnia
Cruci, cui affixisti prædonem hunc mundum.
Hymnis nocturnis et diurnis cantibus
Celebras cœlestis trilucidum spiritus splendorem.
Hæc quidem præclara, pater, et fini proxima optimo
(Finis autem mihi Deus est cognitus, non jam per speculum);
Una vero intus mansit ira et dulcis pernicies,
Rodens, veluti indomitum ferrum latens rubigo,

270 *Πυρόεσσαν ἀπειλήν*. Id est, *horrendos ignes quibus Sodoma absumpta est.*
274 *Ἐσχατιῇ. In extremum diem.* Posset sic reddi : *Postremo Christum animique puritatem comparasti.*
276 *Ἐγείρας*. Sic Reg. 990. Edit. ἀγείρας.
280 *Ἀνδρομέου τε*. His verbis etiam significari potest Vitaliano chariores et majori in pretio fuisse viros pios, quam sanguine conjunctos aut nobiles.
281 *Εἶξεν ἅπαντα. Cessere omnia.*
283. *Ἠματίῃσιν*. Reg. 999 ἡματίοισιν.
287 *Χόλος καὶ ἠδὺς ὄλεθρος*. Alludit ad hæc verba Hom. *Iliad.* XVIII, 108 :
Καὶ χόλος, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι,
Ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο,
Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἄέξεται, ἠΰτε καπνός.
Ira, quæ sapientem aliquando commovit,
Quæque multo dulcior melle stillante,
Hominum in pectoribus augescit, veluti fumus, etc.
His verbis Homerus eleganter describit iræ naturam.

METRICA VERSIO.

Primus nic est nobis ortus : at Pneumatis alter,
Tum cum purifici lustratis rore lavacri
Advenit æthereus splendor, qui pectora luce
Compleat; extremus lacrymarum est atque do-
[loris,
Effigiem abstergens fuscatam crimine turpi.
Primum horum tribuere patres, Deus ipse secun-
[dum;
Tu tibi postremi pater es, dans optima vitæ
Lumina; nam fluxi fregisti vincula mundi,
Atque pedem cœno extraxisti lætus olenti.
Tu Sodomæ horrendos ignes flammasque furentes
Fugisti, profugumque, loco quæ condita plano,
Excepit Segor, non jam ad fumantia tecta
Mœrentes torquentem oculos, nigrasque favillas.
Tu gemmam immensi pretii pro censibus unam
Omnibus in terra cepisti arentis eremi.
Tu Christum atque tuam sociasti fudere mentem

B Tu tele, genitor, terreno ut ab orbe secares,
Fudisti nubem inferius, murumque locasti.
Tu rabiem ventris, qui non saturabilis unquam
Est gurges, penitus pressisti, animique tumorem
Stravisti, fastumque gravem motusque superbos.
Una Deus magnus tibi gloria charior atque
Est tibi vir pietatis amans, quam sanguine junctus.
Omnia succubuere cruci, qua prædo pependit
Hic mundus, clavis abs te confixus acerbis.
Denique splendorem triplicem regnantis olympi
Laudibus et cantu celebras noctesque diesque.
Hæc laudanda quidem, et sancto contermina fini
Sunt, genitor venerande; Deus mihi terminus au-
[tem est,
Non jam per speculum, sed visu notus aperto.
Una sed in medio mansit tibi pectore bilis,
Lætaque pernicies, qua mens arroditur ægra,
Pectus ut scabra positum rubigine ferr

Digitized by Google

Ἠὲ χόλῳ βαρύποτμος ἀπιστοτάτοιο δράκοντος,
Ὃς καὶ πρωτογόνους γεύσει βάλεν ἐκ παραδείσου
Βαιῇ, καὶ θεότητος ἐνόσφισεν, ἧς πέσεν αὐτός.
Ἀλλά, πάτερ, δάμασον δεινὸν χόλον. Ἔστι καὶ ἡμῖν
Χριστὸς ἄναξ, χατέεις δὲ καὶ αὐτὸς ἐϋμενέοντος.
Τοῖος σοῖς τεκέεσσι πέλοις, πάτερ, ἀφραδέουσιν,
Οἷον ἂν ἀρήσαιο θεὸν σέο πήμασιν εὑρεῖν,
Εἴ ποτέ σοι βαρύμηνις ἀπαντήσειεν ἀνίη.
Οὐκ οἷος μερόπων γενέτης ἔφυς, οὔτε σε μοῦνον
Παῖδες ἀνιάζουσιν ἀπειθέες. Εἶδον ἔγωγε
Πολλάκι καὶ στερεοῖσι κακοῖς εἴκοντα τοκῆα
Παιδὸς ἀτασθαλέοντος. Ὁ μὲν πεσσοῖσιν ἄμετρος,
Ὃς δ' ὁλοοῖσι πότοισι, καὶ αἰθομένοισιν ἔρωσιν,
Οἷς δόμον ἐξαλάπαξαν· ὁ δ' ἦλυθε καὶ κατὰ πατρὸς

A Ἀντιβίοις ἐπέεσσι, χέρας δ' ἧειρεν Ἐριννύς.
Ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι πατὴρ χόλον ἐσθλὸς ἔπεψε,
Γραπτῶν γὰρ βασίλεια νόμων ἀδίδακτος ἀνάγκη,
Ἣ ῥά τε καὶ τοκέεσσιν ἐφ' υἱάσι θυμὸν ἰαίνει.
Πολλὰ μὲν, ὧν λεύσσουσιν, ἐπεί ῥ' ἐθέλουσιν, ἄλευστα·
Πολλὰ δ' ἀνηκούστησαν ἐν οὔασιν οἷσιν ἔχοντες,
Ὄφρα κε μὴ θράσος αἰνὸν ἀποῤῥήξειεν ἔλεγχος,
Αἰδῶ τὴν τοκέων ἐσθλὴν ἐπίκουρον ἐλέγξας.
Τίκτει γὰρ θράσος ὕβρις, ἐνηείη δέ τε φειδώ,
Καὶ τεκέεσσι μάλιστα, ἐπεὶ κλέος ἐγγὺς ἔχοντες,
Οὐ χερὸς εἰκαθέουσι βίῃ, πειθοῦς δέ γε δεσμοῖς.
Φλὸξ καλάμης τεκέεσσι πατρὸς χόλος αὐτίκα λήγων·
Θυμὸς γλῶσσαν ἔφλεξεν, ὁ δ' ἔσβεσεν οἶκτος ὑποφθάς.

Vel gravis et dura furore versutissimi draconis,
Qui et primos parentes exigua esca e paradiso
Dejecit, et deitate spoliavit, e qua ipse exciderat.
Verum, pater, gravem iram comprime. Est et nobis
Christus rex; indiges autem et tu ipse ejus benevolentia.
Talis erga filios tuos sis, pater, imprudentes,
Qualem cuperes Deum in tuis calamitatibus experiri,
Si quando infestus tibi contigerit mœror.
Non solus mortalium factus es pater, nec te unum
1034-1035 Filii non obsequentes dolore afficiunt. Vidi egomet
Sæpe pertinacibus cedere flagitiis parentem
Filii scelesti. Alius immodico ludi studio,
Alius exitiosis compotationibus, et fervidis amoribus
Domum everterant; alius venit et patrem
Asperis lacessivit verbis: quin et manum furibundus sustulit.
Et tamen iram in tales filios mitis pater cohibuit.
Scriptis enim legibus superior est nullius magisterio edoctus amor,
Qui parentum in filios iram placat.
Multa enim ex iis quæ vident, fingunt sibi non visa;
Multa dissimulant se audisse, quæ auribus suis exceperunt,
Ne dira procacitas erumpat ex objurgatione,
Quæ verecundiam parentum auxiliatricem egregiam premit.
Pariunt enim audaciam probra, lenitas autem modestiam,
Et filiis maxime, siquidem gloriam præ oculis habentes,
Non manuum viribus cedunt, sed persuasionis vi flectuntur.
Flamma stipulæ est filiis ira patris statim desinens:
Ira linguam accendit, illam vero exstinxit mansuetudo superveniens.

289 *Βαρύποτμος*. Benedictini post Billium verterant, *quæ immissa tibi est furore versutissimi draconis*, omissa illa verborum oppositione quæ repetitur inter ἡδύς et βαρύποτμος. Ira talis est pernicies, ut *dulcis* et *gravis* simul in mente consurgat. Cail.

301 *Αἰθομένοισιν*. Reg. 990 αἰσθανομένοισιν.

304 *Ἔπεψε*. Sic legendum cum Combefisio, *excoquit, digessit;* et quidem mox vers. 320, eadem de Davide metaphora recurrit: Χόλον καὶ κῆδεα πέσσειν. Male edit. Ἔπεμψε.

305 *Γραπτῶν γὰρ βασίλεια νόμων*, etc. *Necessitas*, id est, *necessarius et non cujusquam magisterio edoctus, sed natura insitus amor, scriptis legibus*, etc.

309 *Μὴ θράσος*. Monet Gregorius nimium crebris objurgationibus filios non esse obruendos, ne ad omnem tandem castigationem obdurescant et deposito pudore contumaces fiant: hinc Apost. Ephes. VI, 4: *Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros.*

METRICA VERSIO.

Quæ tibi serpentis Stygii est immissa per iram,
Qui primos etiam per pabula pauca parentes
Callidus et sævus viridi dejecit ab horto,
Et, qua lapsus erat, deitate orbavit eadem.
At, pater, ardentes irarum comprime flammas.
Est etiam nobis Christus dominusque Deusque,
Cujus habes opus auxilio sanctoque favore.
Talem te præbe soboli, cum pectore lævo
Deserit officium trahiturque in crimina præceps,
Esse Deum qualem ipse tuis in casibus optas,
Si qua tibi occurrant adversæ flamina sortis.
Non solus natis vitam lucemque dedisti,
Nec te unum luctu proles ad jussa rebellis
Afficit, o genitor; vidi persæpe parentem,
Dissimulante oculo qui nati immanibus ausis
Cederet. Hunc juvat ebrietas, hunc alea fallax,
Hunc amor et blandæ Veneris damnosa voluptas,

B In quibus evertunt studiis censumque domumque.
Quin etiam adversis alter confligere dictis
Cum patre non dubitat, dextrasque attollit Erinnys.
Et tamen his iram genitor meritasque remittit
Pœnas. Nam scripta natura valentior omni
Lege viget, patris irati quæ pectora mollit.
Multa vident, quæ se fingunt non cernere, multa
Dissimulant audisse patres, licet auribus hausta,
Ne tenerum abrumpat reprehensio dura pudorem,
Auxilium patribus quo nullum firmius usquam est.
Probra etenim effrontes faciunt, bonitasque modestos
Et venia, ac natos præsertim laudis amantes,
Cogere quos nequeas, verbis sed flectere possis.
Ira patris, flamma ut stipulæ, mox cedit in auras;
Quasque dedit linguæ flammas, miseratio dulcis
Protinus adveniens exstinxit; lingua minaces

Digitized by Google

Ἀρὴν ἐκπροέηκε, νόος δ' ἐφθέγξατ' ἀρωγήν.
Ἄχθεϊ χεῖρας ἄειρε, καὶ ἄλγεϊ κλαῦσε περισχών.
Δαυΐδ, ὃς βασιλεῦσι μετέπρεπεν Ἀβραμίδῃσι,
Πᾶσι μὲν ἤπιος ἦε, τόσον δέ τε παισὶν ἑοῖσιν,
320 Ὡς καὶ πατροφόνοισι χόλον καὶ κήδεα πέσσειν.
Τεκμαίρου βασιλῆϊ τὸν ἀντία θωρηχθέντα,
Ὄζῳ θ' ἡμιόνῳ τε, θανόνθ' ὑπὸ δάσκιον ὕλην,
Οὐκ οἷον θρήνοισιν ἐκλαύσατο, ὥς τιν' ἄριστον,
Ἀλλὰ καὶ ἀγγείλαντι δίκην ἐπέθηκε φονῆος.
325 Τύνη δ', ὦ κακόβουλε, πόσον κακὸν, ἤ τί πε-
[πονθὼς,
Ὧδε χόλον ἀδάμαστον ἐνὶ φρεσὶ σῇσιν ἀέξεις;
Οὔτε σε πατρῴης ἀπεμέρσαμεν, ὦ ἄνα, τιμῆς·
Οὐδὲ μὲν ἀσταχύεσσιν ἐπεχράομεν σέο χώρης,
A Οὐδὲ βοῶν ἀγέλαις, οὐ πώεσιν, οὐδὲ μὲν ἵπποις·
330 Οὐδὲ λέχους ἐπέβημεν, ὃ μὴ φίλον ἀφραδέοντες,
Οὐδὲ δόλον φρασάμεσθα σὺν ἀνδράσι δυσμενέεσσι.
Ταῦτα γὰρ εἴ τι χόλοιο φέρει, πάτερ, οὐ νεμεσητόν.
Ἐν σέο παισὶ κάκιστον, ἀρειοτέροιο τοκῆος
Χείρονες ἐξεφάνημεν, ὃς οὔ τινι πρῶτα λέλοιπας
335 Εἶδός τε μέγεθός τε. Λόγος δ' οὐκ εὔδρομος ἡμῖν·
Γλῶσσα δὲ δεσμὸν ἔχει. Τίπτ' ἤλιτον; ἦ σὺ, φέριστε,
Οὐκ ἐθέλων τεκέεσσιν ἀρείονα φύσιν ὀπάσσαι;
Στήσομεν ἐνθάδε μῦθον. Ἄναξ Πάτερ, Υἱὲ μέγιστε,
Δὸς χέρα, καὶ νεύσειας ἐμοὶ πατέρ' ἵλαον εἶναι.
340 Ἠνίδε καὶ χείρεσσι γενειάδος, ἠνίδε γούνων
Ἀπτόμεθ', ὥστε θεοῖο. Θεοῦ δ' ὀπὸς ἀντιάσαιμεν.
Οὐ γάμον, οὐδέ γε πλοῦτον ἐοικότα, οὐ δόμον αἰπὺν

Diras exsecrationes jactavit, mens autem elocuta est auxilium.
Levando oneri manus admovet, et dolore inflicto flet, eumque amplexatur.
David, qui emicuit inter reges ex genere Abrahami,
Omnibus quidem mitis fuit, adeo autem filiis suis,
320 Ut et parricidis iram et molestias cohibuerit.
Conjice ex Absalone, quem contra se regem armatum,
Vectum mulo, ramoque implicitum sub densa arbore, mortuum
Non solum acerbissime luxit, ac veluti quempiam optimum,
Sed etiam mortis nuntio pœnam inflixit interfectoris.
325 Tu autem, o pravo utens consilio, quod tam grande malum, aut quid passus es,
Ut tam indomitum furorem in mente tua teneas ac augeas?
Neque te paterno fraudavimus, o rex, honore;
Nec segetes regionis tuæ invasimus,
Nec boum armenta, nec oves, nec equos:
330 Nec cubile conscendimus, rem nefariam temere ausi,
Neque fraudem tibi struximus, tuis juncti hostibus.
Hæc enim si quid iræ excitent, pater, non succensendum est.
Unum est filiis tuis grave crimen: scilicet præstantissimo patre
Inferiores apparuimus, qui nemini primas partes reliquit
1036-1037 335 Forma et proceritate. Expeditus non est nobis sermo:
Lingua quasi vinculo constricta. Uter peccavit? Ego, an tu,
Qui noluisti meliorem filiis naturam tribuere?
Hic dicendi finem faciemus. Rex Pater, Fili maxime,
Da dexteram, concede patrem mihi placidum esse.
340 Ecce manibus barbam, ecce genua
Contrectamus, ac veluti dei. Dei autem voci occurramus.
Non nuptias, non magnas opes, non domum splendidam

317 Ἄχθεϊ χεῖρας ἄειρε. Aliter: *Onus aliquid imposuit*, vel *tollit manum ut feriat, et inflicto vulnere flet, filiumque amplexatur*. Sed melior versio quæ in textu.

324 Ἀλλὰ καὶ, etc. Certe qui Absalonis cædem Davidi nuntiavit, capitali supplicio non est affectus. Itaque minus hic animum attendisse videtur noster Gregorius.

332 *Εἴ τι χόλοιο*. Id est, *si quid tale a nobis perpetratum esset, justa tibi esset irascendi causa, nobis autem nullus reprehendendi locus*.

333 *Τοκῆος*. Sic Reg. 990 et Herv. Edit. τεκῆος.

335 *Ἡμῖν*. Reg. 990 ἔστιν.

341 *Ὀπός*. Sic Reg. 990, id est, φωνῆς. Bill *vultus*.

METRICA VERSIO.

Projecit voces, ac plurima dira precata est:
Mens contra auxilium loquitur, dextramque levando
Fert oneri, nato gemit inflictoque dolore.
David, Abramidas reges qui claruit inter,
Omnibus ipse quidem mitis fuit, at mage natis.
Namque etiam lenem ac facilem se præbuit illi,
Impia qui contra genitorem sumpserat arma.
Id rex ille docet, qui postquam marte nefando
Cum patre congressus, fugiensque in fronde pe-
[pendit
Arboris, et sceleris persolvit sanguine pœnas,
Non tantum hunc genitor, nato velut orbus honesto,
Deflevit, verum subita quoque morte peremit
Illum pertulerat cædem qui primus ad aures.
At tu, consiliis lævis impulse, quid, oro,
Passus es, indomitum teneas ut corde furorem?
Nam neque qui debetur honos cultusque parenti,
Hoc te (nec sinat Omnipotens) fraudavimus unquam:
B Nec tua sacrilega vacuavimus horrea dextra,
Nec pecudes, nec equos tulimus, armenta boum-
[que:
Nec vetitum conscendimus incestumque cubile,
Hostibus aut juncti fraudem tibi struximus ullam.
Hæc etenim justos irarum patribus æstus
Ingenerare solent. At nostrum crimen id unum
Pergrave, deterior nostrum quod uterque parente
Exstitit, haud nulli formaque et mole secundo.
Quin etiam nobis haud sermo volubilis, atque
Lingua velut vinctis hæret constricta palato.
An scelus hoc nostrum pater est venerande, tuumne,
Qui meliore tuam haud donaveris indole prolem?
Hic mihi finis erit dictis. At tu, Pater alme,
Tu, quæso, Fili, placidum mihi redde parentem.
En barbam ipse tuam, pater, en genua ipsa capesso
Non secus atque dei. Divinos ne occule vultus.
Non thalamos, magnas nec opes, nec tecta superba

Digitized by Google

Αἰτέομεν. Δὸς χεῖρα κα. εὐμενέουσαν ὁπωπήν.
Μῆτερ ἐμή, σὺ δ' ἔμοιγε καὶ ἐννυχίοισιν ὀνείροις
345 Πατρὶ παρισταμένη, λιταῖς χόλον ἐγκεράουσα,
Μνωομένη λεχέων τε ὁμοζυγίης τ' ἐρατεινῆς,
Λίσσεο σοῖς τεκέεσσι τεὸν πόσιν ἵλαον εἶναι.
Καὶ μολπῆς κόρος ἐστὶ, καὶ ἀργαλέου πολέμοιο.
Εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμι, κακῶν ἅλις· εἰ δ' ἀπιθήσαις,
350 Καὶ τεκέων Θεός ἐστιν· ἀλησόμεθ' ὡς τοπάροιθεν.
Σὸν κλέος, εἴτε λιποίμεθ' ἀκηδέες, εἴτε θάνοιμεν·
Δάκρυα πατρὸς ἔχοιμεν ἐς ὕστερον εὐμενέοντος.

Δ'. *Παρὰ Νικοβούλου πρὸς τὸν πατέρα.*

Ὦ πάτερ, εἴ μ' ἔφυσας, βαιὴ χάρις· ἦ γὰρ ἁπάντων
Εἷς νόμος οὗτος ἄνωθεν, ὁμῶς μερόπων ἀλόγων τε,
Κάμπτεσθαι φιλότητι, λόγου δ' ἰότητι σοφοῖο,
Τικτομένους, τίκτοντας ἐφημέριον βίον ἕλκειν,
5 Καὶ ζώειν φθινύθοντας ἐπ' ἀσταχύεσσιν ἐοῖσιν.
Ἀλλ' ἔθρεψας ἔπειτα· βοῶν δέ τε καὶ κρατεροῖσι
Οὔθαθ' ὑποσκαίροντες ἀνακρούουσι καρήνοις
Μόσχοι· ταὶ δὲ φέρουσι μόγον γλυκερῆς ὑπ' ἀνάγκης.
Ὄρνις δ' ἄπτερα τέκνα, φίλης καθύπερθε καλιῆς,
10 Ἀμφιπεριτρύζει, καὶ τείρεται ἔνθα καὶ ἔνθα
Μάστακ' ἀλητεύουσα, τροφὸς κενεὴ καὶ ἄπαστος.
Φίλτρῳ γὰρ συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε,
Μησαμένη τοκέων τόδε φάρμακον, ὥς κε βαρείας

Poscimus. Da dexteram et benignum aspectum.
Mater mea, tu quoque mihi et in nocturnis somniis
345 Patri astans, precibus iram admiscens,
In memoriam revocans thalamum et conjugium amabile,
Obsecra maritum tuum, ut filiis suis benignus sit.
Et cantus fastidium subit, et feri belli.
Si igitur tibi persuadeam, malorum jam satis est: sin autem es inexorabilis,
350 Et filiorum Deus est; errabimus ut antea.
Hæc tua erit gloria, sive relinquamur abjecti, sive moriamur;
Lacrymas parentis benevoli habeamus tandem (mortui).

IV. *Nicobuli filii ad patrem.*

Quod me genuisti, pater, leve hoc beneficium; omnium enim
Una lex est ab initio, hominum pariter et brutorum,
Ut amore inflectantur, ac sapientis rationis consilio,
Geniti gignentesque brevem hanc vitam propagent,
5 Ac mortui in suis spicis vivant.
Sed me aluisti postea; at boum etiam ubera
Fortibus capitibus subsilientes premunt
Vituli; illæ autem laborem ferunt dulci necessitate.
Avis circum implumes pullos, supra amabilem nidum,
10 Stridorem edit, et huc atque illuc lassatur
Victum quæritans, vacua nutrix et jejuna.
Amore enim natura genitores et genitos colligavit,
Atque hoc remedium excogitavit genitoribus, ut graves

* Scriptum an. 383. — Alias Bill. 50, p. 112.

343 *Εὐμενέουσαν*. Sic Reg. 999. Edit. εὐμενέουσιν.

348 *Καὶ μολπῆς κόρος*. Alludit Gregorius ad Homerum apud quem sæpe recurrit ista loquendi ratio.

IV. ARGUMENTUM. *Nicobulus pater, ad quem sub filii Nicobuli persona, carmen hoc condidit Gregorius, vir clarus erat, atque apud Imperatorem gratia et auctoritate florens, qui Alypianam Gregorii nostri neptem duxerat uxorem, ex eaque Nicobulum susceperat. Ille in hoc carmine obtinere a patre suo conatur, doctrinæ cupiditate flagrans, ut in celebrem quamdam academiam mittatur, quo litterarum studiis commodius operam impendere, ac disciplinarum orbem felicius obire atque absolvere possit, quod quidem a patre suo Nicobulus filius est consecutus. Circa annum 383 hoc carmen est conditum.*

3 *Λόγου δ' ἰότητι σοφοῖο*. Reg. 991, sup. lin. τῇ βουλῇ τοῦ θείου Λόγου, *divini Verbi consilio*.

5 *Καὶ ζώειν φθινύθοντας*. Quemadmodum semen terræ mandatum mortuumque in exoriente spica revirescit, ita homines per liberorum procreationem quodam modo vitam suam propagant, et mortui vivunt.

13 *Μησαμένη*. Reg. 991 sup. lin. βουλευσαμένη.

METRICA VERSIO.

Expetimus. Dextram præbe vultusque benignos.
Tu quoque tu patris, genitrix mea chara, sopore
Dum sua membra fovet, te, deprecor, objice menti,
Ac precibus miscens iram, memoransque cubile
Jucundum et tædæ consortia læta jugalis,
Flecte virum votis, ac proli redde benignum.
Et cantus subeunt, et sævi tædia belli.
Si meus, o genitor, movit tua pectora sermo,
Jam satis est quod jam tulimus, nimiumque dolo-
[ris.
Sin rigidus maneas surdusque ad carmina nostra
Natorum Deus est etiam, nec deserit illos.
In varias miseri, velut ante, vagabimur oras.
Seu nostri curam abjicias, seu finiat ævi
Mors spatium nostri, genitor, tua fama laborat.
Sis saltem nobis placidus post funera, tristes
Deque oculis lacrymas ob raptos projice natos.

B IV. NICOBULI FILII AD PATREM.
(*Billio interprete.*)

Quod tua progenies ego sim, pater optime, parvum
Munus id esse reor. Non brutis omnibus hic mos
Atque hominum generi, flagrare libidinis æstu?
Consilioque Dei vitam capiuntque vicissim
Dantque aliis, tandemque ipsi post ultima fata,
Semen ut in spica, redivivo flore virescunt.
Ast etiam me post aluit tua cura? Quid autem
Hoc iterum magni? Vituli quoque plena parentis
Ubera fronte premunt, atque hunc perferre laborem
Vis adigit, dulcis tamen hæc jucundaque matri.
Stridula quin etiam prætervolat undique pullos
Implumes volucris, seque hic illicque fatigat,
Pabula dum proli nutrix impasta requirit.
Namque patres prolemque sagax devinxit amore
Natura eximio, patribus commenta medelam,

Digitized by Google

Κουφοτάτοισι πόθοισιν ἐλαφρίζωσιν ἀνίας.
Τοὔνεκα καὶ δριμεῖα νέῃ περὶ πόρτακι μήτηρ,
Ὡς δὲ κύων σκυλάκεσσι νέοις, καὶ πτηνὰ νεοσσοῖς
Δῆριν ἄγει· στικτὴ δὲ διέσσυται ἀγριόθυμος
Πάρδαλις ἐκ ξυλόχοιο, συῶν δέ τε μαίνεται ἀλκὴ,
Χαίτη δενδρήεσσα, κόρης σέλας, ἀτμὸς ὀδόντων
Θηγομένων καναχηδὰ, γένυς δέ τε βάλλεται ἀφρῷ,
Ἰεμένων τεκέεσσιν ἀμύνεμεν, ἠὲ δαμῆναι·
Οἶστρος γὰρ τόδ' ἔπεισεν ἀδιδάκτοισι νόμοισι.
Σφῆκες δ' αὖ πέτρῃσιν ἐνήμενοι, ἦν τιν' ἴδωνται
Πλησίον, οὐδὲ φέροντα κακὸν τεκέεσσι νεογνοῖς,
Πετρόθεν ἐκχυμένοι, στρατὸς ἀθρόος, ἀμφὶ πρόσ-
[ωπα
Βομβεῦσιν, κέντροις δὲ πικροῖς βάλλουσιν ὀδίτην.
Ἔστι καὶ ἐν βυθίοισι πόθου νόμος, εἰ ἐτεόν γε
Δελφὶς, εἰναλίων βασιλεύτατος, ἦν τιν' ἴδηται
Θῆρ' ἀλὸς ἠπεδανοῖσιν ἐπιπλώοντα τέκεσσιν,
Ἦν γένυν ἁπλώσας, εἴσω γόνον αὖθις ἔδεκτο,
Λάπτων ὥς τιν' ἐδητὺν, ὅπως μὴ θηρσὶ γένοιτο·
Οὐδ' ὄγε πρὶν κευθμῶνος ἀνέπτυσε φόρτον ἄπιστον,
Πρὶν θηρὸς κρατεροῖο φυγεῖν στονόεσσαν ἀπειλήν·
Τῆμος δ' ἐκ λαγόνων ὠδῖν' ἠρεύξατο κούφην.
Τῷ μή μοι γένεσιν προφέρειν, καὶ τυτθὸν ἐδωδήν,
Ἦν σύ γε καὶ δμώεσσι τεοῖς καὶ βουσὶν ὀπάζεις.
Ἀλλά τι τῶνδε περισσὸν ἔχειν χατέω, πανάριστε
Ὡς βροτὸς, ὡς ἀγαθοῖο πατρὸς πάϊς. Ἀλλ' ἐπίνευσον,
Εἴ τινα καὶ δακέθυμον ἐρῶ λόγον, οὐδ' ἐπικεύσω.
Οὐκ ἐθέλοντα τέκες με, τεκὼν δ' ἔθρεψας ἀνάγκῃ.
Ἦν δὲ τεκὼν μεθῆκ με, βοτὸν τέκες ἀντὶ βροτοῖο.
Οὐ χρυσὸν ποθέω, οὐδ' ἄργυρον, οὐδὲ τὰ σηρῶν

Suavissimis desideriis allevent sollicitudines.
Hinc et ferox pro tenera juvenca mater,
Ut et canis pro teneris catellis, et aves pro pullis,
1038-1039 Prælium cient : hinc et compuncta erumpit rabida
Pardalis ex silva, et robur aprorum furit,
Setæ eriguntur instar arboris, ex oculis scintillæ, vapor ex dentibus,
Qui cum stridore exacuuntur, et genæ spuma obruuntur,
Dum natis auxiliari volunt aut perire :
Id enim stimulus persuasit legibus quæ non discuntur.
Vespæ petris insidentes, si quem prope viderint,
Etiamsi malum teneræ proli non ferat,
E petris effusæ, ut confertus exercitus, circa vultum
Bombos edunt, acerbisque aculeis feriunt viatorem.
Viget et in piscibus amoris lex, si vere
Delphinus, piscium rex, ubi viderit aliquam
Maris belluam imbecillæ suæ adnatantem soboli,
Suas genas expandit, ac intro prolem iterum suscipit,
Absorbens illam ut cibum, ne cibus sit belluis :
Nec prius e latibulo regerit onus incredibile,
Quam fortis belluæ tristes minas effugerit;
Tunc vero e visceribus teneram evomit prolem.
Nec igitur mihi generationem objicias et exiguam alimoniam,
Quam tu tuis etiam famulis et bobus largiris.
Verum aliquid hisce præstantius habere cupio, pater optime,
Ut homo, ut boni parentis filius. Verum ignosce
Si quem et molestum proferam sermonem, neque celavero.
Non me volentem genuisti, genitum autem necessario aluisti :
Quod si genitum me dimittis, vile animal pro homine genuisti.
Non aurum desidero, nec argentum, nec serica

14 *Ἐλαφρίζωσιν.* Sic Reg. 991. Edit. ἐλαφρίζουσιν.

18 *Συλόχοιο.* Reg. 991 ἀνίσταται.

27 *Βυθίοισι.* Ita Chig., quæ lectio melior quoad sensum et metrum. Edit. βυθοῖσι. Reg. 991 sup. lin. ἐν θαλάσσῃ, *est in mari*, etc.

28 *Δελφίς.* Mira de delphino Plinius et Aristoteles commemorant : de eo tamen, quod Gregorius scribit, verbum non faciunt.

39 *Δακέθυμον. Mordacem sermonem.*

40 *Ἐθέλοντα.* Combefisius legit ἐθελοντί. *Non me volens :* favent duo Regii.

41 *Βοτόν.* Sic duo Regg. et Reg. 991. Int. sup. lin. βόσκημα. Edit. βροτόν.

METRICA VERSIO.

Scilicet ut curas amor hic levet atque labores.
Unde etiam mater furibundas concipit iras
Ob vitulos, avis ob pullos, canis obque catellos
Aspera bella gerit, rabidoque incensa furore
Pardalis e saltu erumpit; ruit impete cæco
Sævus aper; micat ex oculis vis ignea, setæ
Horrescunt, seque exacuunt cum murmure dentes,
Maximus unde vapor manat, spumaque cadente
Turpatur gena, dum sobolem defendere gestit,
Aut amat hostili pugnans occumbere ferro.
Perdocet hæc philtri nullum lex nacta magistrum.
Quid referam vespas, quæ si quem accedere petris,
In quibus est ipsis sedes, videre, repente,
Nil licet ille mali vespis inferre tenellis
Cogitet, exsiliunt, ingens exercitus, atque
Horribiles bombos edunt, miserumque cruentant.

B Quin etiam, si vera ferunt, in piscibus ipsis
Lex viget hæc. Delphinus enim, rex æquoreorum,
In sobolem si quos immani corpore pisces
Conspiciat ferri, sua pignora protinus ipse
Devorat, ac pulso mox egerit illa periclo.
Ortum igitur jam parce mihi proferre cibumque,
O genitor, quem tu famulis pecorique ministras.
Amplius his aliquid, mortali sanguine cretus
Ut qui sim, satus atque bono genitore, requiro.
Da veniam si quid mordacius eloquar : haud me,
Chare parens, vitæ donasti luce volentem.
Post autem educto lacrymosæ ad lumina vitæ,
Legibus impulsus naturæ, alimenta dedisti.
Quod si me genitum linquas, erit, o pater, abs te
Mortalis pro mortali productus in ævum.
Non aurum argentumque peto, non serica fila :

Digitized by Google

Νήματα, καὶ λιθάκεσσι μεμιγμένας ἔνδοθεν αὐγάς,
Οὐ γαῖαν πολύμετρον ὁμοίΐα κυμαίνουσαν
Αἰγύπτου πεδίοισιν ἀγάσταχυν, οὐ θεραπόντων
Πληθὺν, τετραπόδων τε. Γάμος δ' ἄλλοισι μεμήλοι
Ὑφηλὸς, δέσποιναν ἄγων, τιμώμενον ἄχθος·
Καὶ θρόνος, ὃς παύρους πατέων, πλεόνεσσι πατεῖται,
Πολλάκι χειροτέροισι, τὸ καὶ πλέον ἦτορ ὀρίνει.
Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισι τύφος, χθαμαλοὶ δέ τε πάντες,
Ἔμπεδον οὐδὲν ἔχοντες ἐς αὔριον, ἀλλοτρίοισι
Ἐρπνοῖς φυσιόωντες ἀφιπταμένοισι τάχιστα.
Ἐρρέτω, ὅσσα φέρει πικρὴ βιότοιο θύελλα
Τῇ καὶ τῇ δονέουσα κόνιν πάντεσσιν ἄπιστον.
Ταῦτα γὰρ ἠπεδαναῖς μὲν ἔτι φρεσὶν ἔδρακον ἔμπης,

A Καὶ πινυτῶν ἐσάκουσα· χρόνος δέ τι καὶ πλεον οἴσει,
Ὃν πάντες ἐνέπουσι διδάσκαλον ἡμερίοισιν.
Ὦ πάτερ, ἓν ποθέω, μύθων κράτος, ἀντί νυ πάντων.
Καλὸν μὲν ῥήτρης πυρόεν μένος, ἔν τ' ἀγορῇσιν,
Ἔν τε δικασπολίῃσι, καὶ εὐφήμοισι λόγοισιν.
Καλὸν δ' ἱστορίης φρὴν ἔμπλεος· ἱστορίη γὰρ
Σύμφερτὴ σοφίη, πολλῶν νόος· οὐκ ὀλίγον δὲ
Γραμματικὴ ξύουσα λόγον, καὶ βάρβαρον ἠχὴν,
Ἑλλάδος εὐγενέος γλώσσης ἐπίκουρος ἀρίστη·
Καὶ λογικῆς τέχνης τὰ παλαίσματα, οἷς ὕπ' ἀληθὲς
Κρύπτεται, ὃ τριφθεὶς δὲ λόγος περίφαντον ἔθηκεν·
Ὅσσοις τ' ἤθεα κεδνὰ διαπλάσσουσιν ἄριστοι,
Ὡς τυρὸν πλεκτοῖσιν ἐειδόμενον ταλάροισιν·

Fila, et lapidibus immistos intus splendores,
Non terram late patentem instar camporum Ægypti
Æstuantem, inundatam, fertilem, non famulorum
Multitudinem et quadrupedum. Matrimonium aliis curæ sit
Splendidum, dominam adducens, onus pretiosum :
Atque tribunal, quod paucos calcans, a pluribus calcatur,
Iisque sæpe deterioribus, id quod etiam magis stomachum movet.
Alii aliis rebus insolescunt, sed viles et abjecti omnes,
Nihil stabile habentes in crastinum, alienis
Oblectamentis superbientes cito avolantibus.
1040-1041 Valeant quæcunque affert acerba vitæ procella,
Huc et illuc agitans cinerem omnibus infidum.
Hæc enim tenera quidem adhuc mente perspiciebam tamen,
Et ex viris prudentibus audiebam ; plura etiam ætas afferet,
Quam omnes mortalium magistram esse dicunt.
O pater, unum pro omnibus desidero, doctrinæ præstantiam.
Præclara rhetoricæ vis ignea, tum in concionibus,
Tum in judiciis et præconiis.
Præclara etiam res est historiis mens referta, est enim historia
Conferta quædam sapientia, mensque multiplex. Nec spernenda
Grammatica, quæ sermonem et barbarum sonum expolit,
Nobilis Græcorum linguæ optima adjutrix.
Pulchra etiam artis logicæ certamina, sub quibus primum veritas
Delitescit, quam trita deinde disputatio in lucem profert.
Præclara etiam ea quibus bonos mores viri optimi fingunt,
Velut caseum textili calatho figuratum ;

44 *Ὁμοίΐα κυμαίνουσαν. Quæ camporum Ægypti fecunditatem adæquet.*

47 *Τιμώμενον ἄχθος.* Sic conjugem appellat, quæ quamvis in pretio et honore sit, tamen revera marito pondus est. Bill.

48 *Παύρους πατέων.* Hoc de iis intelligendum, quorum virtus illustrissimas quasque dignitates promeretur, quique sedes, in quibus collocati sunt, pulcherrime implent. Nam ab impiis et sceleratis, ut Plinius loquitur, calcatur, hoc est, ignominia et dedecore afficitur. Possis etiam intelligere de iis qui imperium assecuti, eo abutuntur, vitamque amittunt. Edit. male παθέων.

51 *Ἀλλοτρίοισι.* Alienas vocat hujus vitæ jucunditates, eo quod fragiles, nec proprie sint nostræ.

55 *Ἠπεδαναῖς.* Reg. 991, sup. lin., ἀσθεναῖς (*sic*). Int., συνεταῖς.

58 *Μύθων κράτος.* Sup. lin. Int. λόγων ἰσχύν.

61 *Φρήν.* Reg. 991, sup. lin., συνέμπορος σοφίης, *comes sapientiæ*. Additur ad marg. πολλῶν νόος ἀνθρώπων, καὶ πλειόνων πραγμάτων εἰκών. *Mens multorum hominum, rerumque plurimarum imago.* Edit. male, φήν.

64 *Γλώσσης.* Reg. 990, γλώσση.

METRICA VERSIO.

Non ego fulgentes gemmas, non posco lapillos,
Non ego Niliacæ quamplurima jugera terræ,
Servorum magnosque greges, armentaque multa.
Non mihi sunt etiam connubia splendida curæ,
Pondus honoratum, dominam ducentia. Non me
Sublimis solii rapit inflammata cupido,
Quod paucos calcans, multorum ac deteriorum
Sæpe (quod ingentes irarum concitat æstus),
Calcatur pedibus. Namque hic re ducitur una,
Ille alia gaudet, fastuque effertur inani.
Ast humilis vere mortalis cuncta propago.
Nil etenim nobis in crastina tempora certi :
Sed vanos animis nostris aliena tumores
Ludicra conciliant, celeri labentia cursu.
Vitæ igitur valeat quidquid rapidissimus aufert
Turbo, credibilis nulli, quo pulvis in istam
Nunc partem citus ejicitur, nunc rursus in illam.
Hæc etenim teneræ quantumvis lumine mentis

B Perspexi, narrata sophis, hæc auribus hausi.
Plura dies etiam secum feret atque docebit,
Quem vulgo dicunt mortalibus esse magistrum.
Unam pro cunctis, genitor, rem postulo. Quamnam?
Ut mihi contingat doctrinæ excellere laude,
Maxima rhetoricæ vis est, seu judice coram
Certandum tibi sit, seu quid suadere necesse,
Aut ornare velis aliquem sermone diserto.
Historia plenum pectus pulcherrima res est.
Namque ea multorum mens est, ea magnus acervus
Est sophiæ ; nec grammaticæ laus parva putanda,
Per quam corrigitur prolatio barbara, per quam
Auxilium affertur linguæ, sermoque politur.
Pulchraque præterea logices certamina, per quæ
Occulitur primo verum, mox eruit illud
Verborum pugna in lucem, tenebrasque repellit.
Pulchra etiam per quæ mores effingere norunt
Docti homines, tanquam caseum, quem sumere texti

Digitized by Google

Ἠδ' ὁπόσα πτερόεντι νόῳ λεπταῖς τε μερίμναις
Βένθεα διφήσαντες, ὁ μὲν τοῦ, τοῦ δέ τις ἄλλος,
Ἄνδρες ἐθηήσαντο σοφοί, βίβλοισι δ' ἔδωκαν·
Ἠερίων, χθονίων τε καὶ εἰναλίων φύσιν εὗρον,
Οὐρανίων τ' ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ νόον ἀφράστοιο·
Πῶς τόδ' ἄγει, καὶ ποῖ προφέρει, καὶ εἰς ὅτε λήξει
Κόσμος ὅλος πολλοῖσι κεκασμένος ἔνδοθι κόσμοις·
Ἦ μάθον, ἢ τὰ νόησαν, ἃ μὴ θνητοῖο νοῆσαι.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ ταῦτα διεξελάσω νεότητι,
Πνεύματι θειοτέρῳ δώσω φρένας, ὅσσα κέλευσε
Καλὰ ἀνιχνεύων τε καὶ ἐς φάος αἰὲν ὁδεύων,
Καὶ στάθμην βιότοιο φέρων κινήμασι θείοις,
Ὡς κεν ἀσσητῆρα, συνέμπορον, ἡγεμονῆα
Χριστὸν ἔχων, κούφῃσι σὺν ἐλπίσιν ἔνθεν ἀερθῶ,
Καὶ ζωῆς καθαρῆς τε καὶ ἀλήκτοιο τύχοιμι,
Μηκέτ' ἀληθείης ἐνδάλματα τηλόθε λεύσσων,
Ὥστε δι' ἐσόπτροιο καὶ ὕδατος, ἀδρανέοντα,
Αὐτὴν δ' ἀτρεκίην θηεύμενος ὄμμασιν ἀγνοῖς,
Ἥς πρῶτον πύματόν τε Τριὰς θεότης μονόσεπτος,
Ἓν φάος ἐν τρισσοῖς ἀμαρύγμασιν ἰσοθέοισι.
Δέρκεο μητρὸς ἐμῆς μήτρων μέγαν, ὃς περὶ πάντων
Μύθοισι πυκινοῖσι κεκασμένος, οὓς συνάγειρεν
Ἐκ περάτων, γλώσσῃσί τ' ἔνι πλεόνεσσι καθίζων,
Ὑστάτιον κληῖδα λόγων ποιήσατο, Χριστὸν
Καὶ βίον αἰπήεντα. Πρὸς ὃν, πάτερ, ὄμμα τιταίνω,
Εἴ τοι καὶ βαιὸν χθαμαλώτερον· ἀλλὰ μετρεῖσθαι
Μέτροισι μεγάλοισι βίον πυκινόφρονος ἀνδρός.
Κρεῖσσον δεύτερ' ἔχειν μεγάλων, ἢ πρῶτα πενιχρῶν

Et quæ subtili mente subtilibusque curis
Rerum profunda vestigantes, alii aliud
Viri sapientes speculati sunt et litteris tradiderunt,
Eorum quæ in aere, et in terra, et in mari, et quæ in cœlo, naturam
Indagaverunt, præcipue vero Dei non enarrabilis mentem;
Quomodo hanc molem regat, et quo perducat, et quem finem habiturus sit
Mundus universus multiplici intus ornatu decoratus:
Aut ea didicerunt, aut intellexerunt quæ mortalem sapientiam superant.
Hæc autem postquam juvenili ætate percurrero,
Diviniori Spiritui animum tradam, pulcherrima illa quæ sacris Scripturis condidit
Investigans, et semper in lucem progrediens,
Ac vitæ regulam ex divinis motibus instituens,
Ut adjutorem, et vitæ comitem, ac ducem
Christum habens, cum dulci spe hinc evehar,
Ac puram et æternam vitam consequar,
Non jam infirma veritatis simulacra procul prospiciens
Velut per speculum et aquam,
Sed ipsam veritatem contemplans puris oculis,
Cujus primum ac supremum est, Trias, divinitas uno cultu adoranda,
Unum lumen in tribus æqualibus splendoribus.
Aspice matris meæ magnum avunculum, qui præ omnibus
1042-1043 Varia doctrina ornatus, quam collegit
Ex orbis terminis, et in diversæ linguæ regionibus sedens,
Tandem scientiis coronidem imposuit, Christum
Et vitam sublimem. In hunc, pater, oculos verto,
Etsi paulo inferius consistendum mihi est; at metiri
Magnis mensuris vitam suam prudentis est viri.
Præstat secundas habere inter magnos, quam primas inter egenos:

75 *Κεκασμένος*. Reg. 991, sup. lin, κεκοσμένος.
87 *Πρῶτον πύματόν τε*. Int. ἀρχὴ καὶ τέλος, *principium finisque*.
88 *Ἓν τρισσοῖς*. *Tres divinos inter se æquales radios vibrans*.
89 *Μήτρων*. Si Gregorius matris Nicobuli avunculus fuit, Nicobulus ergo Gorgoniam matrem habuit. Ibid., *ὃς περὶ πάντων*. Billius legit παρὰ πάντων, nam vertit:

.... *Variis superat mortales artibus omnes:*

Quod quidem viro modestissimo de se loquenti nepotis nomine minime congruit.
92 *Κληῖδα*. Int., σφραγῖδα.
93 *Τιταίνω*. Chig. et Reg. 990, τιταίνων.

METRICA VERSIO.

Conspicimus speciem calathi; præclaraque rursum
Cuncta ea, qua tenui cura, quæ præpete penna,
Hic maris, hic terræ scrutans penetralia, docti
Conspexere oculis animi librisque dedere.
Nam qua natura sit eorum quodque, quod aer
Continet, et tellus pelagusque, et satellifer axis,
Invenere, Deique etiam super omnia mentem:
Ut regat hanc rerum molem, quæ clausula mundi,
Mundi qui variis ornatibus intus abundat:
Hæc didicere illi, aut intellexere, tametsi
Humani ingenii superarent illa vigorem.
At postquam hæc juvenis percurrero, Pneumati
[mentem
Tum mage divino studiumque operamque dicabo,
Quidquid præclari penetralibus abdidit imis,
Vestigans, gradiensque ad lucem jugiter, atque
Divinis moderans impulsibus omnia vitæ
Tempora: ut ipse viæ Christum comitemque ducem-
[que

Semper habens, læta spe nixus ad æthera tollar,
Ac vita fruar, æternos qui durat in annos:
Sic nempe ut non jam veri simulacra remoti
Conspiciam quasi per speculum, vitreasque per undas;
Sed puris verum ipsum oculis mens lucida cernat.
Cujus sancta Trias caput est finisque supremus,
Sancta Trias, Numen tamen unum prorsus idemque,
Inque tribus lux æquideis splendoribus una.
Nonne vides ingens ut matris avunculus ille,
Qui variis superat mortales artibus omnes,
Quas sibi collegit binis e finibus orbis,
Dum plures inter linguas studiosus oberrat,
Doctrinam tandem Christo obsignavit, et alta
Vita, ad quam, genitor charissime, lumina tendo,
Id quamvis faciam paulo depressius ipse.
At se mensura magna, magno ac pede debet
Metiri, quicunque sapit: præstatque secundas
Ferre inter magnos, quam primas inter egentes:

Digitized by Google

Ὡς ἵπτασθ' ἀετοῖο κάτω ῥοιζοῦντος ὕπερθεν,
Ἠὲ χαμαιπετέων κορύδων ὑπὲρ ἠέρα τέμνειν.
Ταῦτα, πάτερ, ποθέω, σὺ δέ μοι τελέσειας ἐέλδωρ.
Ναὶ λίτομαι· τῆς σῆς δὲ γενειάδος ἅπτομ' ἔγωγε·
Ναὶ λίτομαι· καιροῖο λαβώμεθα, ὃν προσιόντα
Ἔστιν ἑλεῖν, ζητεῖν δὲ παραθρέξαντα, μάταιον.
Καιρὸς φυταλιῆς, καιρὸς δέ τε γαῖαν ἀρόσσειν·
Καιρὸς ποντοποροῦσι λύειν πρυμνήσια νηῶν·
Καιρὸς θηρητῆρσι κατ' οὔρεα θῆρας ἀναιρεῖν·
Καιρὸς δ' αὖ πολέμοιο· τὰ δ' ἄνθεα εἴαρος ὥρη
Τίκτει. Ὡς δὲ λόγων ἔσθ' ὥριος ἀνδράσι καιρὸς,
Ἠνίκα θερμότεροι ψυχῶν πλείουσιν ἔρωτες,
Οὐδὲ τύποις πολλοῖσι χαράσσεται ἔνδοθεν ἦτορ,
Ἀλλὰ νεογράπτοις καλοῖς μούνοισι τέθηλε,

A Καὶ ῥίζαν βιότοιο νέοι βάλλοντ' ἐπὶ γαίης,
Ἔσθλήν τε στυγερήν τε, τὸ καὶ φράζεσθαι ἄμεινον.
Πείθομαι, ἢ τινα μῦθον ἀρείονα τοῖσδ' ἐπιθήσω;
Αἰδέομαι τοὺς σοὺς μύθους, πάτερ, οἷς σύ γ' ἄριστος
Εὐδρομέων γλῶσσάν τε καὶ οὔατα, καὶ νόον ὠκὺν
Ἐν πάντεσσι νόμοισιν ὁμῶς, ἀδέτοις τε δετοῖς τε,
Οὐδὲ μόγοις πολλοῖσι, τὸ δὲ καὶ θαῦμα περισσόν.
Οἶδά σε καὶ βασιλεῦσι παριστάμενον μεγάλοισι,
Καὶ μετ' ἀριστῆων τιμώμενον, εἴ ποτ' ἔην γε,
Ἠνίκα θούριον ἔγχος Ἀχαιμενίδῃσι τίνασσες·
Καὶ πλούτῳ κομόωντα, καὶ αἵματι, καὶ πραπίδεσσιν, —
Εἶδός τε μέγεθός τε· παλαιοτάτοισιν ὅμοιος
Αἰακίδῃσιν ἔης, ἢ Αἰτωλῷ Μελεάγρῳ.
Ἀλλὰ καὶ ὣς μῦθοί σε πλέον κλήϊσσαν ἁπάντων,

Quemadmodum et volitare infra aquilam ex alto stridentem,
Quam supra alaudas humi serpentes aerem secare.
Hæc, pater, desidero; tu vero mihi vota perfice.
Etiam atque etiam rogo: barbam tuam tango:
Etiam atque etiam rogo: tempus arripiamus, quod adveniens
Apprehendere est, præterlapsum quærere inanis opera.
Tempus plantandi, tempus et terram arandi:
Tempus navigantibus solvendi navis retinacula:
Tempus venatoribus feras in montibus occidendi:
Tempus etiam belli: flores vernum tempus
Parit. Sic et scientiarum opportunum est hominibus tempus,
Cum calidiora vigent mentium studia,
Neque multis imaginibus cor intus insculpitur,
Sed bonis tantum ac recens impressis efflorescit,
Ac radicem vitæ juvenes terræ mandant
Bonam aut odiosam, quod maxime considerandum est.
Persuadeo? an his etiam adjiciam meliora?
Revereor facundiam tuam, pater, qua tu præstantissimus
Antecellis omnibus lingua, auribus, et acri ingenio,
In omni pariter dicendi genere, soluto aut stricto,
Idque non magno labore, quod quidem valde admirabile.
Scio te et magnis astitisse imperatoribus,
Et inter strenuos bellatores laudem tulisse, si quis unquam tulit,
Cum terribilem hastam in Persas intorqueres:
Divitiis quoque splendidum, et sanguine, et pectore,
Forma et corporis magnitudine: antiquissimis
Similis es Æacidis, aut Ætolo Meleagro.
Sed tamen te omnium maxime litteræ celebrarunt,

98 *Κορύδων*. Schol. στρουθίων.
104 *Ποντοποροῦσι*. Chig. et Reg. 990, ποντοπόροισι.
109 *Χαράσσεται*. Reg. 990 habet χαρίζεται, sed male: pectus scilicet adolescentis est velut tabula quædam rasa, in qua optima quæque commodissime depingi queunt. Bill.
112 *Τὸ καὶ φράζεσθαι. Quod etiam majorem cautionem requirit.*
113 *Πείθομαι*. Sic Reg. 992. Edit. πείθομεν.
116 *Νόμοισιν*. Forte λόγοισιν, et quidem melius.
119 *Εἴ ποτ' ἔην γε*. Græca locutio quæ juxta doctum Gaulyer solummodo significat *olim, unquam*. Vide Hom. *Iliad.* III, 180.
120 *Ἀχαιμενίδῃσι*. Sic ex Achæmene Persarum rege, Persæ dicti sunt, contra quos forte militavit Nicobulus pater, imperantibus Constantio et Juliano, qui adversus Persas bellum gessere.
121 *Καὶ πλούτῳ κομόωντα*. Schol. repetit οἶδά σε.
122 *Ὅμοιος*. Reg. 990 et Chig. ὅμοιον.
124 *Ὡς μῦθοι*. Ita Reg. 990. Male edit. ὃς.

METRICA VERSIO.

Non secus ac tenues alte volitare per auras,
Infra aquilas, supra quam ferri præstat alaudas.
Hæc, pater, hæc, inquam, cupio: tu perfice vota.
Hæc, pater, hæc supplex rogo te, barbamque capesso.
Eia, age, chare parens, properemus carpere tempus.
Tempus enim veniens facile est comprendere cuivis:
At semel ut fluxit, labor est jam quærere vanus.
Certum plantandi, certum quoque tempus arandi:
Tempus solvendi navis retinacula nautis:
Tempus apros, tempus cervos in monte necandi:
Certum etiam tempus belli; ver denique florum
Est tempus. Studiis sua sic quoque tempora certa:
Scilicet acris amor medio dum pectore fervet,
Nec variis intus mens est impressa figuris,
Sed pulchris tantum viret, insculptisque recenter,

B Ac bona ve. mala jam juvenes fundamina vitæ
Totius jaciunt. Quo major cura gerenda est,
Ut bene consultis succedant omnia rebus.
Flectimus? An melius dictis adjungere quiddam
Est opus? O genitor, tua me doctrina pudore
Afficit, et præstans facundia. Nam tibi lingua,
Auresque, et cita mens, prosa versuque feruntur
Felici cursu, nec id ullo pene labore:
Quod magis est mirum. Tu magnis regibus olim
Astabas, tuaque in gravibus laus maxima bellis,
Cum tua Achæmenidum leto dabat hasta phalangas.
Tu mente atque opibus multis, tu sanguine claro,
Corporea tu mole, pater, formæque decore
Æacidas veteres æquabas, ac Meleagrum.
Attamen haud tantam pepererunt omnia laudem

Digitized by Google

Ἔμπεδον, ἀστυφέλικτον, ἀγήραον, ἄτροπον, [ἐσθλὸν,
Αἰὲν ἐπερχομένοισιν ἀεξόμενον λυκάβασι.
Κλῆρον ἔχειν ποθέω πατρώϊον, ὥς ποτε λογχην
Σπαρτιάται, Πέλοπός τε γένος Πελοπήϊον ὦμον,
Καὶ σκῆπτρον πατέρων εἰς υἱέας αἰὲν ὀδεῦον·
Κεκροπίδαι τέττιγα πλόκων ὕπερ υἱέα γαίης
Γηγενέες. Καὶ εἶδος ἔχειν πατρώϊον εὖχος.
Αἰδεό μοι πόθον· αὐτὸν ἀμύμονα εἶδον ἔγωγε
Καὶ στυγεροῖσι πόθοισι τέκνων εἰκοντα τοκῆα,
Ὥς τιν' ἀοσσητῆρα νόσου, καὶ τερπνὰ φέροντα
Ἀμμιγα τοῖς ἀγαθοῖσιν, ὅπως τὰ κρείσσονα τερ- [πνοῖς
Φαρμάσσοι, μικρῷ δὲ χερείονι νοῦσον ἐλαύνοι·

Καί τινα καὶ σοφίης ἀδαήμονα, πολλάκι παιδὶ
Ἑσπόμενον ποθέοντι λόγους, καὶ δόντα πόθοισιν
Ὀθνείοις ἀγαθοῖσιν, ὅπως κεχάροιτο γόνοιο.
Αὐτὰρ ἐγὼ κέλομαί σε τὰ μὲν κάλλιστα ποθεῦντι
Ἕσπεσθαι, καὶ χεῖρα φέρειν, πάτερ· εἰ δὲ κακοῖσι
Τερποίμην, παίδων με τεῶν ἄπο τηλόθι ῥῖψον
Ὡς νόθον, εὐγενέος Ῥήνου κριθέντα ῥεέθροις,
Ἢ καθαρῶν ἀετῶν ψευδῆ γόνον ἀκτίνεσσι.
Δὸς χάριν, ἢ πατρός ἐστι πλέον ἢ παιδὸς, ἄριστε,
Ἔμπαλιν ἄϊσσουσα παρ' υἱέος ἐς γενετῆρα·
Κῦδος γὰρ τοκέεσσι τέκνων κλέος, ὡς τεκέεσσιν
Ὧν τοκέων· ξυνὴ δὲ χάρις καὶ ξυνὸν ὄνειδος.
Ἤδη καὶ σταδίοισιν ὅλον βίον ἐξετίναξαν,
Ἅλματα τιμήσαντες ἀνάρσια, καὶ φόνον ἀνδρῶν,

125 Stabilem, insuperabilem, senii et mutationis expertem, probum,
Semper annis supervenientibus crescentem.
1044-1045 Paternam hæreditatem habere cupio, ut olim lanceam
Spartiatæ, et Pelopis humerum Pelopidæ,
Et sceptrum alii semper a patribus ad filios perveniens :
130 Cecropidæ e terra geniti, super capillos cicadam terræ filiam ferebant.
Sic mihi et formam habere paternam in votis est.
Moveat te desiderium meum. Vidi ego patrem ipsum eximium,
Desideriis natorum etiam non rectis cedentem,
Ut quidam medicus morbi depulsor, jucunda salutiferis
135 Admiscens, ut meliora dulcibus
Temperaret, et aliquid nocivi concedendo, morbum sanaret.
Vidi et sapientiæ imperitum, qui sæpe filio
Obsecundabat litteras sitienti, et bonis studiis annuebat,
A quibus ipse peregrinabatur, ut nato gratiam faceret.
140 Velim ergo, pater, ut præclarissima optanti
Faveas et opem feras ; sin autem pessimis
Delectarer, longe me a filiis tuis ejice,
Ut nothum generosi Rheni aquis convictum,
Aut radiis mendacem germanæ aquilæ sobolem.
145 Da gratiam, quæ patris magis est quam filii, optime,
Utpote, quæ revolvatur a filio ad patrem.
Gloria enim est parentibus filiorum gloria, ut filiis
Suorum parentum : commune decus, et commune dedecus.
Alii jam et in stadiis omnes facultates absumpserunt,
150 Saltationibus gaudentes flagitiosis, cæde hominum,

129 *Καὶ σκῆπτρον*. Schol. καὶ ἄλλο σκῆπτρον.

130 *Κεκροπίδαι*. Sic Athenienses appellat a Cecrope eorum rege, et γηγενέες, *e terra ortos*, eo quod cicadas capillis implicatas gestarent, velut *e terra*, ut cicadæ, exstitissent. Nicobulus ergo doctrinæ et eruditionis patris hæres esse cupit, ut Lacedæmonii, paternæ lanceæ, et Pelopidæ humeri eburnei, ut reges paterni sceptri, et antiqui Athenienses paternæ cicadæ.

131 *Καὶ εἶδος ἔχειν*. Bill. *Est etiam laudi natis patris ora referre*. Edit. ἔχει.

134 *Ὥς τιν'*. Reg. 991 sup. lin. ἰατρόν, *medicum*, qui jucunda salutiferis admiscet remediis, quorum acerbitatem suavitate temperet.

143 *Ῥήνου*. Auctor est Strabo, cui concinit Julianus Augustus, quod etiam noster Gregorius confirmat, solitos esse Germanos, infantulos recens natos in Rhenum projicere, si quando suspectos adulterii uxores habebant, ut explorarent an spurii essent infantuli, quibus quidem nihil periculi ex flumine imminebat, si mater innoxia esset ; sin autem rea foret, infantuli pessum ibant.

149 *Ἤδη*. Forte, ἄλλοι.

150 *Ἅλματα*. Billius legit αἵματα, et *sanguinem*

METRICA VERSIO.

Hæc tibi, doctrinæ quam copia maxima, quæ te
Reddidit expertem senii, firmumque, tibique
Præbuit eximium mansura in sæcula nomen.
Sors tua doctrinæ sors sit mihi, non secus atque
Lancea Spartiatis, humerus Pelopeius ortis
A Pelope, et sceptrum ad natos a patribus usque
Manans, Cecropidisque velut depicta cicada.
Est etiam laudi natis patris ora referre.
Hæc mea te moveat, pater, haud inhonesta cu- [pido.
Vidi ego namque patrem soboli non æqua petenti
Cedere nonnunquam, ut medicum jucunda ferentem
Mista salutiferis, quod dulcibus utile rebus
Temperet, ac morbum per pauca nocentia pellat.
Vidi etiam persæpe patrem, cui nonnihil esset
B Doctrinæ ; *literarum* avido tamen ipse lubenter
Cedebat nato, peregrinaque vota benignus
Explebat, proli indulgens, præbensque cupita.
At mihi tu, genitor, pulcherrima quæque petenti
Annue ; sin vitiis mens gaudeat improba, tum me
Natorum e numero procul ejice, non secus ac si
Sim spurius liquidas Rheni compertus ad undas,
Degeneremve aquilam Phœbi vis ignea prodat.
Gratia, quam posco, genitor charissime, patris
Est mage quam nati, rediens a prole parenti.
Gloria namque patris natorum est fama decusque,
Ut rursus natis est gloria fama parentum.
Gratia communis, labes communis utrisque.
Sunt multi, quibus est sensus deperditus omnis
In stadiis, dum sacrilego male sanguine gaudent.

Digitized by Google

Θηρῶν τ' ὀλλυμένων κενεόφρονες, ὡς πολιῆται
Ἥρα φέρειν, καὶ κῦδος ἔχειν περιώσιον ἄλλων,
Πανδήμοις στομάτεσσι βοώμενον οὐκ ἐπὶ δηρόν.
Ἄλλοι ἀεθλευτῆρσι βίον καὶ πλοῦτον ἄφυσσαν,
Ἀμφὶ κόνιν μογέουσιν ἐτώσια, ἡνιόχοις τε
Ἀντίπαλ' ἀφραδέουσιν, ὑπ' ἀντιπάλοισι θεηταῖς,
Παλλομένοις ἑκάτερθεν ἐς ἠέρα. Ὑβρεσιν ἄλλοι
Ἀνδρῶν θηλυτέρων πολυκαμπέα τέρψιν ἔχοντες,
Καὶ μίμων σκιεροῖσι ῥαπίσμασιν, οἷς ὕπο κόρση
Γυμνοῦται, ψοφέουσα γελοῖον ἀντὶ γόοιο.
Τοῖα γὰρ ἀφραδέουσιν, ἐὸν βίον ἐν μεσάτοισι
Παίζοντες κακοεργόν. Ἃ γὰρ μάθον, ἐξεδίδαξαν.
Καὶ μισθὸς μούνοισι κακῶν οὐ φάσγανον ὀξύ,

Ἀλλ' ἄφενος, καὶ πλοῦτος, ἐπεὶ παθέων ἐπαρωγοί.
Ῥεῖα δ' ἀριστεύουσιν ἐν ἀφραδέεσσι κάκιστοι.
Κεῖνοι μὲν δὴ τοῖα· καὶ ἃ κτήσαντο κακίστως,
Χεῖρον ἀπερρίψαντο. Δίκη δ' ἰθεῖα παρέστη.
Σοὶ δὲ Θεὸς ὀπάσειε τάτ' ἔλδεαι, ὅστις ἄριστος
Χεῖρ' ὀρέγειν τεκέεσσι, καὶ οἷς δατέεσθαι ἄμεινον.
Ἄλλοισιν τὰ περισσὰ, τὰ δ' ὄλβια ἡμῖν ὀπάζοις.
Οὐ γὰρ πόλλ' ἐθέλω, πολλοῦ γε μὲν ἄξιος αὐτὸς
Ἔμμεναι, ὡς πατέρων μὴ τηλόθε πολλὸν ἐλαύνειν.
Τίς χάρις, ἢν σὺ πίθηκον ἔχῃς, βροτοειδέα λώβην,
Χρυσείοισι βρόχοισι δέρην περιγυρωθέντα;
Οὐ γὰρ κόσμος ἄμειψε γελώϊον εἶδος ἐλαφρόν.
Τίς δὲ χάρις κάνθωνι φέρειν χρυσοῖο τάλαντα;

Et belluarum peremptarum inania sectantes, ut civibus
Oblectamenta præstent, et cæteros antecellant gloria,
Quæ totius populi ore celebretur non in multum tempus.
Alii facultates et divitias profuderunt in athletas
Circa pulverem inaniter laborantes, et in aurigas
Certatim insanientes, coram spectatoribus contraria in studia distractis,
Verberantibus utrinque aerem. Alii ex turpitudine
Virorum effeminatorum multiplicem capiunt voluptatem,
Et ex jocosis mimorum alapis, sub quibus crepitans mala
Nudatur, risum pro luctu movens.
Ita enim insaniunt, vitam suam in medio omnium
Sceleratam ludificantes. Quæ enim didicere, edocent.
1046-1047 Atque ipsis solis merces scelerum non est gladius acutus,
Sed opes, et divitiæ, utpote qui vitiorum adjutores sunt.
Facile excellunt inter stultos pessimi.
Illi quidem talia; et quæ pessime compararunt,
Deterius profundunt. Justa quippe vindicta eos insequitur.
Tibi vero Deus concedat quæ desideras, qui optime nosti
Manum porrigere filiis, et quibus largiri melius est.
Aliis superflua, nobis autem præstantiora impertire.
Non enim plurima cupio, sed ut ipse multi pretii
Sim, nec a parentum virtute longe nimium absim.
Quæ tibi gloria, si simiam habeas, fœdum animal, sub humana forma,
Cujus collum aurei torques ambiant?
Haud enim ornatus ridiculam futilemque formam immutavit.
Quæ etiam gloria asino auri talenta gestare?

sacrilegum intelligit eum quem gladiatores in arena fundebant ad oblectandos crudelissimos spectatorum oculos.

156 Ἀφραδέουσι. Chig. ἀφραδέοντες.

159 Σκιεροῖσι. Reg. 991, sup. lin στυγεροῖσι. Mox οἷς ὕπο κόρση. Sic legendum. Edit. ὑποκόρση. Reg. 990 et Chig. ὑποκόρῃ. Reg. 991, sup. lin. κεφαλή.

163 *Καὶ μισθὸς μούνοισι*, etc. Id est, *ipsi soli pro sceleris mercede, non modo pœnas capite non expendunt, sed opes etiam ferunt, quia vitia fovent.*

167 Ἰθεῖα. Reg. 990, εὐθεῖα.

168 Ὅστις ἄριστος, etc. Schol. Reg. 991, ὅστις ἕτοιμος ὑπάρχεις χεῖρα ὀρέγειν τοῖς τέκνοις. *Qui ad porrigendam filiis auxiliarem manum paratus es.*

173 Ἔχῃς. Reg. 990, ἔχοις.

175 Εἶδος ἐλαφρόν. Int., τὴν διάνοιαν ἐλαφρόν. Schol. Reg. 991, οὐ γὰρ ἐπείσακτος ὁ κόσμος ἐνήλλαξε τὴν ἀφρυσύνην τοῦ ἐλαφροῦ τὴν διάνοιαν. *Non enim adscititius ornatus insipientiam et levitatem ipsius immutavit.*

METRICA VERSIO.

Dum gaudent nunc cæde virum, nunc cæde ferarum
Lævi homines, populi ut plausus vanosque favores
Obtineant, atque exiguos celebrentur in annos.
Rursus in athletas alii bona cuncta profundunt,
Aurigasque leves, quos sub pugnante corona,
Aeraque hinc illincque manu feriente vicissim,
Certatim insanire juvat. Sunt rursus, opes qui
Nunc in femineis, nunc in probrisque virorum,
Dum varios animi lusus et gaudia quærunt,
Consumpsere suas, dum mimorumque jocosa
Prospiciunt avidi colaphismata, queis sibi malas
Dum retegunt illi, sonitus crepitusque cietur,
Ex quo pro lacrymis oritur gemituque cachinnus.
Hæc etenim stulte peragunt, vitamque scelestam
In medio ludunt, id quod didicere, docentes.
Ac solis merces scelerum, non horridus ensis
Est, sed opes et divitiæ, quia turpibus illi
Auxilium vitiis præbent, miserumque favorem.

Porro inter stolidos homines et mente carentes
Perfacile est plausum sceleratæ ferre catervæ.
Ista quidem faciunt illi, quæque arte pararunt
Infanda, post abjiciunt sceleratius: idque
Judicio certe supremi Numinis æquo.
At tibi votorum summam Dominator olympi
Concedat, genitor, soboli qui tendere dextram,
Atque quibus tua sit melius bona fundere, nosti
Ipse supervacuis alios, pater optime, dona,
At nobis ea da facilis, quæ summa putanda.
Non ego multa volo, pretii sed ut ipse perampli
Sim potius cupio, ne longe a patribus absim.
Quæ tibi, dic, quæso, genitor persancte, voluptas
Hæc erit, humana sub imagine si tibi turpis
Simia sit, collo innexum quæ funibus aurum
Gestet? Non etenim species ridenda levisque
Mutatur, fulvo licet hanc decoraveris auro.
Quid prodest asinis auri gestare talenta?

Digitized by Google

Κάνθων καὶ πολύχρυσος ἐὼν ὀγκηθμὸν ἀείδει.
Οὐδὲ χάρις μολίβοιο τετυγμένα φάσγανα κεύθειν
Ἀργυρέοις κολεοῖσι, τὰ μὴ πολέμοισιν ὄνειαρ.
Τοῖος γὰρ βροτός ἐστιν, ὅτ' ἔκτοθε μοῦνον ἀερθῇ.
Τέρμα λόγου τόδ' ἄκουε· Θεὸς δ' ἐπιμάρτυρος ἔστω.
Καὶ γὰρ καὶ Θεός ἐστι Λόγος, θνητοῖσιν ἀνάσσων.
Ταῦτα, πάτερ, παρ' ἐμεῖο, φύσις, τρόπος, ἄσπετος ἱδρὼς,
Ἥματά τε νύκτας τε διηνεκὲς εἰς ἓν ἀγείρειν.
Τἄλλα δέ μοι παρὰ σεῖο, Θεὸς, χρόνος, ἐλπὶς ἀρείων,
Μὴ λήγειν θήγοντα παραιφασιῃσιν ἑταίρων·
Καὶ γὰρ καὶ δρυτόμῳ πέλεκυς, σθένος ἐστὶν ἄριστον.
Μὴ σύ γε μὴ πόντον περιδείδιθι, μὴ σύ γ' ὁδοῖο
Μῆκος, μὴ κτεάνων περιφείδεο, μήτε τευ ἄλλου

A Τῶν ὅσα τὴν μεγάλην ἀρετὴν θνητοῖσιν ὀφέλλει.
Πολλῶν τοι κτεάνων προφερέστερος εὔχομαι εἶναι,
Πρωτότοκος, καὶ πρῶτος ἐς οὔνομα πατρὸς ἀείρας,
Εἴ τινα καὶ τόδ' ἔχει γενέταις χάριν, ὥσπερ ὀΐω.
Εἰ δὲ σέ γ' ἢ κτεάνων αἶρει πόθος, ἢ σέ γε παιδὸς
Θηλύτερος, μαλακὸς, μητρώϊος ἐγγύθε πίπτων,
Φλὸξ καλάμης ἀνιοῦσα, μαραινομένη τε τάχιστα,
Φθέγξομαι, οὐκ ἐθέλων μὲν, ἀτὰρ σύ με καὶ τὸ κελεύεις·
Οὔ ποτέ σοι φιλόπαιδος ἐγὼ, πάτερ, οὔνομ' ἀνάψω.
Ἀλλὰ, πάτερ, σῷ πάιδὶ πέλοις θεὸς ἀντὶ βροτοῖο.
Μὴ φράξῃς πηγὴν, ποταμὸν μέγαν ὠδίνουσαν,
Μηδὲ φάος λύχνοιο θάνοι, λήγοντος ἐλαίου,
Ἢ φυτὸν οὐ δροσερῇσι πιαινόμενον προχοῇσιν.

Asinus enim, etsi auro coopertus, ruditus edit.
Neque gloria est plumbo conflatos enses condere
Argenteis vaginis, quorum nulla in bello utilitas.
Talis enim homo est, qui externis bonis tantum effertur.
Finem orationis hunc audi: Deus autem testis sit.
Nam et Deus Verbum est, mortalibus imperans.
Hæc a me, pater, præstanda sunt, natura, mores, indefessus labor,
Dies ac noctes simul absque ulla intermissione conjungere.
Cætera vero mihi a te accipienda, Deus, tempus, spes melior;
Nec desinas me acuere admonitionibus sodalium:
Etenim lignorum excisori securis addit robur maximum.
Ne tu quidem mare perhorrescas, nec viæ
Longitudinem, nec opibus parcas, nec rei cuiquam,
Quæ magnam mortalibus virtutem augeat.
Multis sane divitiis præstantiorem me existimo,
Natu maximus, et primus, ob quem nomine patris appellatus sis,
Si quam id habet apud parentes gratiam, ut arbitror.
Si vero te opum rapit cupido, aut filii
Muliebre, molle ac maternum animo desiderium incidens,
Sicut flamma stipulæ, quæ accensa cito marcessit,
Eloquar invitus quidem, sed tu me ad id cogis:
Nunquam ego tibi patris diligentis filios nomen tribuam.
1048-1049 Verum, pater, filio tuo esto deus pro homine.
Ne obstruas fontem, fluvium magnum parturientem,
Neque lumen lucernæ exstinguatur deficiente oleo,
Aut planta non irrigata fecundis imbribus marcescat.

187 *Δρυτόμῳ πέλεκυς*, etc. Proverbialis locutio, qua significatur cohortationem plurimum valere ad magis ac magis excitandum ejus animum, qui jam sua sponte ad aliquod studium fertur: ὀφέλλει δ' ἀνδρὸς ἐρωὴν (πέλεκυς), *augetque viri robur* (securis). *Iliad.* III, 62.

192 *Ἐς οὔνομα πατρὸς ἀείρας*, *et primus te ad nomen patris evehens.* Schol. Reg. 991, καὶ πρῶτος ἐγώ σε πατέρα καλεῖσθαι πεποίηκα.

194 *Αἶρει.* Reg. 990 αἴροι.

198 *Σοί.* Ita Reg. 990, 991 et Chig. Edit. prave, μοί.

METRICA VERSIO.

Auri namque etiam nummis oneretur asellus,
More rudit tamen ipse suo. Quid juverit enses
Ex plumbo factos vagina condere pulchra,
Ex quibus utilitas in bellis nulla redundat?
Talis enim est, quisquis verarum cum sit inanis
Prorsus opum, externis tantum fluxisque superbit.
Carminis extremum istud erit; testis Deus autem
Sit mihi. Nam summus rerum sator ille parensque
Est etiam Sermo, mortalia sceptra gubernans.
Hæc, pater, hæc a me, mores, natura, laborque,
Et totas noctes, totis geminare diebus.
Cætera contingent abs te mihi cuncta. Deusque,
Et tempus, spes et melior; tu sæpe monendo,
Ponendoque meos ante ora oculosque sodales,
Amplius exacues animum. Nam ligna secanti,
Permagnum robur, vis est permagna securis.
Ne tibi vel sævi, genitor, discrimina ponti,
Nec via longa motum pariat. Tu parcere nummis

B Parce tuis, rebusque aliis, quibus inclyta virtus
Quæritur, et tacitis gradibus se tollit in altum.
Quod multis opibus, multo auro sim tibi pluris,
Dicere non vereor, meque hoc ego nomine jacto.
Primus ego natu fratrum, primusque parentis
Ad nomen te subvexi, si quis tamen inde
Amplior exoritur patribus favor atque voluptas:
Exoritur porro, nisi me sententia fallit.
Quod si te vel opum tenet irrequieta cupido,
Vel natis muliebris amor, mollisque, nimisque
Maternus, cito collabens, et stuppea flamma,
Quæ simul, ut nata est, exstinguitur illico prorsus,
Non equidem loquar ista lubens, sed vim facis ipse:
Nunquam indulgentis patris a me nomen habebis.
Ast mihi sis hominis vice numen, te, pater, oro.
Ne fontem obtures, fluvium qui parturit altum
Nec defectu olei moriatur, quæso, lucerna,
Plantave dispereat, quia non perfunditur undis.

Digitized by Google

Οἶγε, θρέψον, ἔπαρδε, ῥόον, φάος, ἔρνος ἀέξων.
Μῆτερ ἐμή, σὺ δ' ἐμῇσι λιταῖς ἐπάρηγε καὶ αὐτή,
Ὄφρα κεν ἀμφοτέροισι χαρίστιον ὕμνον ἀείσω
Μηδὲ μόνον πηλοῖο (τό πέρ τισιν εὖαδε λέξαι,
Φρασσαμένοις ὅτι σαρξὶ περιτρομέουσι τοκῆες),
Ἀλλὰ καὶ ἀθανάτων ψυχῶν γενέτας καλέσαιμι.

E'. *Νικοβούλου πρὸς τὸν υἱόν.*

Τέκνον ἐμόν, μύθους ποθέων, ποθέεις τὰ φέριστα·
Καὐτὸς γὰρ μύθοις ἐπιτέρπομαι, οὓς περ ἔδωκε
Χριστὸς ἄναξ μερόπεσσι, βίου φάος, οἷον ἀπ' ἄλλων
Δῶρον ἐπουρανίης ἐξ ἄντυγος. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
Αἰρόμενος πολλῇσιν ἐπωνυμίῃσι, γέγηθεν
Ἄλλο τι πρόσθε Λόγοιο καλεύμενος. Ἀλλ' ἐσάκουε
Μῦθον ἐμόν. Πατρὸς δὲ παραίφασίς ἐστιν ἀρίστη,
Καὶ πολιὴ νεότητος ἔχει πλέον. Ἱστορίην γὰρ
Ὁ χρόνος, ἱστορίη δὲ τέκεν σοφίην πτερόεσσαν·
Τοὔνεκ' ἐμῶν ἐπέων ἐμπάζεο· καὶ γὰρ ἄμεινον.
Τέκνον ἐμόν, τὰ μὲν ἄλλα Πατρὸς καὶ φέρτερος εἶης·
Χαίρει γάρ τε πατὴρ ἡσσώμενος υἱέος ἐσθλοῦ,
Καὶ πλέον ἢ πάντων κρατέων, θείοισι νόμοισιν,
Οἷς τόδε πᾶν συνέδησε Πατὴρ μέγας· ἐκ δὲ Λόγοιο
Ἔμπεδον ἐστήριξεν, ἑὸν κτέαρ ἀμφαγαπάζων.
Κεῖνό γε μὴν ἐθέλω σε πατρῴϊον, ὦ τέκος, ἴσχειν
Αἰδῶ πλειοτέρην, ἧς νῦν τοκέεσσιν ἔφηνας.
Παῖς καὶ ἐγὼ γενόμην ἀγαθοῦ πατρός, ἀλλὰ τόδ' οὔπω

Aperi, ale, riga, fluentum, lumen, plantam augens.
Mater mea, tu quoque precibus meis ipsa auxiliare,
Ut ambobus gratiarum actionis hymnum concinam;
Neque tantum luti (quod quibusdam placuit dicere,
Perspicientibus soli carni metuere parentes),
Sed et immortalium animarum parentes appellem.

V. *Nicobuli patris ad filium**.

Fili mi, sermones cupiens, cupis optima;
Ipse enim delector sermonibus, quos dedit
Hominibus Christus rex, vitæ lumen, eximium præ cæteris
Donum ab axe cœlesti. Neque enim ille,
Cum multis nominibus appelletur, gaudet
Alio ullo magis, quam cum Verbum vocatur. Verum audi
Verbum meum; patris enim est admonitio optima,
Et senectus plus habet juventute. Peritiam enim
Tempus, peritia autem sublimem genuit sapientiam.
Quamobrem verba mea amplectere: id etenim melius.
Fili mi, in cæteris quidem patri tuo præstantior fueris;
Gaudet enim pater superatus ab egregio filio,
Et amplius quam si omnes vinceret, sic jubentibus divinis legibus,
Quibus hæc omnia devinxit Pater magnus; et Verbo etiam
Firmiter stabilivit, suam possessionem magno amore complexus.
Illud autem volo, ut a patre, fili, habeas
Majorem verecundiam, quam nunc parentibus ostendisti.
Filius ego et ipse sum optimo patre natus, sed nunquam

* Scriptum an. 383. — Alias Bill. 51, pag. 115.

204 *Μῆτερ ἐμή.* Hinc liquet Nicobuli matrem adhuc in vivis fuisse, cum Gregorius ejus avunculus hoc carmen cecinit.

206 *Πηλοῖο. Luti*, id est, *corporis, ex limo terræ coagmentati.*

V. ARGUMENTUM. *Nicobulus pater filio respondet hoc carmine, quod ab ipso conditum fuisse credere nihil vetat, quippe qui litteris fiorens, stricta et soluta oratione perinde norat scribere, quod carmine præcedenti constat. Votis filii annuit, cujus verba quædam, ut minus verecunde dicta, carpit, eumque salutaribus monitis vallat, data, eundi quo vellet, licentia. Serius anno* 385, *quo Nicobulus obiit, carmen istud scribi non potuit.*

TIT. *Νικοβούλου*, etc. Ald. Νικόκλου, mendose. Nicobulus enim in præcedenti carmine testatur sibi impositum fuisse nomen patris.

1 *Μύθους. Sermones, eloquentiam, scientiam, eruditionem, doctrinam.*

7 *Πατρὸς δὲ παραίφασίς ἐστιν ἀρίστη.* Hom., *Iliad.* XI, 792; et XV, 404:

..... Ἀγαθὴ δὲ παραίφασις ἐστιν ἑταίρου.
..... *Optima enim est amici admonitio.*

METRICA VERSIO.

Fontem aperi, lucem nutri, plantamque rigare
Cura sit, ut crescat. Mater mea, tu quoque votis
Auxiliare meis, ut grates solvat utrique
Vox mea: nec tantum cœni (quod dicere visum est
Nonnullis, quia conspicerent hunc patribus unum
Esse metum., ne quid sentirent corpora duri),
Verum etiam mentis vos dicam jure parentes.

V. NICOBULI PATRIS AD FILIUM.

(*Billio interprete.*)

Sermones cupiens, fili, cupis optima certe:
Namque etiam doctis lætor sermonibus ipse,
Quos hominum generi Christus donavit, ut essent
Lux vitæ, supero demissum munus ab axe,
Munus magnificum, et dono præstantius omni.
Nam neque nominibus cum multis ipse vocetur,
Ullum aliud nomen, quam Verbum, gratius audit.

B Auribus arrectis at tu mea percipe verba.
Consiliis nihil utilius meliusque paternis.
Pluraque canities novit quam læta juventus.
Tempus enim historiæ pater est, materque vicissim
Historia est sophiæ, levibus quæ pervolat alis.
Hæc mea sint igitur tibi curæ dicta, nec illa,
Si tibi consultum cupias, de pectore pone.
Cætera sis sane præstantior ipse parente;
Gaudet enim genitor, cum palmam præripit ipsi
Virtutis sua progenies, majorque voluptas
Hinc oritur, quam si reliquos præverteret omnes.
Legibus æthereis id fit, queis maximus orbem
Constrinxit genitor, stabilique in sede tuetur:
Tantus amor tenet hunc operis quod traxit in ortum.
At vero hoc patriis te moribus istud habere,
Nate, velim, frontis plus ut tibi plusque pudoris
Insit purpurei, quam nunc conspeximus in te.

Digitized by Google

Ἦλθεν ἀφ' ἡμετέρων στομάτων ἔπος, οὐδ' ὑπ' ὀδόντι.
Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Θεῷ κεχαρισμένος ἐστὶν ὁ μῦθος·
« Ὦ πάτερ, εἴ μ' ἔφυσας, βαιὴ χάρις· οὐ γὰρ ἔμοιγε,
Σῷ δὲ πόθῳ, σῇ σαρκὶ χαριζόμενός μ' ἐφύτευσας.
Ἀλλ' ἔθρεψας ἔπειτα· τί γὰρ τέκες; » Ὡς ἀχάριστος
Φωνή! κἀκὶ κόσμοιο λύσις, μεγάλης τε γενέθλης
Φίλτρῳ μὲν συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε,
Μὴ μόγος ἀμφὶ τέκεσσιν ἀπορρήξειε τοκῆας,
Καὶ θανάτῳ τίκτωμεν, ἀκηδέες ὧν τεκόμεσθα.
Τοὔνεκα καὶ μόθον αἰνὸν ἐοῖς περὶ παισὶ τοκῆες
Ἴστανθ', ἢ γὰρ ἔλεξας ἐτήτυμον, ἄχρι μόροιο,
Σφῆκες, παρδάλιες τε, βόες, σύες, ἰχθύες, ὄρνεις,
Πάντων δ' αὖ περίαλλα βροτῶν γένος. Εἰ δὲ νόμοισι
Τόσσοις εἰ καθέοιμεν, ὅλος βίος οἴχετ' ἄϊστος.

A Τίς γὰρ ἔθ' υἱῆα προσπτύξεται, ἢ τὰ φέριστα
Εὔξεται, ἢ ποθέοντι λόγους, ἢ ἄλλο τι νεύσει;
Τίς μοῖραν κτεάνων ἀποδάσσεται, ὡς ἐπέοικεν,
Εἰ χρέος, οὐ χάρις ἐστίν, ὃ κεν πατρὸς υἱὸς ἕλῃσι,
Καὶ μηδὲν μὲν ἔχων, αἰδοῦς νόμον ἔκτοθι βάλλοι,
Εὖ δὲ παθὼν, ἀχάριστον ἔχοι γλῶσσάν τε νόον τε;
Σκέπτεο δ' εἴ κέν σοί τις ἀπαντήσειεν ἐχέφρων·
Οὐκ οἷον μερόπων ἡμεῖς γένος, ἀλλὰ Θεοῖο,
Τῶν δὲ πάρος. Πατέρες δὲ τὰ δεύτερά εἰσι τέκεσσιν
Ὄργανα τῆς Χριστοῖο Θεοῦ μεγάλοιο γενέθλης.
Γαῖαν ἔλεν, δῶκεν δὲ νόον, μικτὸν δ' ἀνέδειξεν
Ἓν γένος ἀμφοτέρωθεν, ἐπιχθόνιον βασιλῆα,
Σῶμα κακοφρονέοντα, θεὸν θετὸν εὐσεβέοντα·
Πολλοῖσίν τε κακοῖσι κυκώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα,

Excidit hujusmodi verbum ore meo, nec dentes attigit;
Neque enim, neque Deo gratum est verbum:
« O pater, quod me genueris, levis est gratia; non enim mihi,
Sed tuæ cupiditati, et tuæ carni serviens me procreasti:
1050-1051 Sed aluisti postea: utquid enim genueras? » Quam ingrata
Vox! et mundum dissolvit, et magnam procreationem.
Amore quidem colligavit natura et parentes et filios,
Ne labor pro filiis susceptus divellat parentes,
Et in mortem gignamus, abjicientes curam filiorum quos genuimus.
Quapropter et grave certamen suis pro filiis parentes
Suscipiunt, ut vere dixisti, usque ad mortem,
Vespæ, pantheræ, boves, apri, pisces, aves,
Omnium autem maxime mortalium genus. Si autem legibus
His tuis cesserimus, tota vita abit incerta.
Quis enim jam filium complectetur, aut optima
Precabitur, aut desideranti sermones, seu quid aliud obsecundabit?
Quis partem bonorum dividet, ut par est,
Si debitum est, non gratia, quod a patre filius acceperit,
Ac nihil quidem consecutus, pudoris legem abjecerit,
Beneficio autem affectus, ingratam exhibeat linguam et mentem?
Vide autem ne quis tibi occurrat prudens, et premat:
Non hominum tantum genus sumus, sed etiam Dei,
Imo Dei priusquam illorum. Parentes vero secunda sunt filiis
Instrumenta Christi magni Dei, in procreatione.
Terram sumpsit, mentem ei indidit, conflatumque ostendit
Unum genus ex utroque, terrestrem regem,
Corpus, cum male vivit, deum adoptivum, cum pietatem colit:
Multisque calamitatibus hinc inde jactatum,

31 *Περίαλλα.* Scholi. περισσότερον, *præ cæteris mortalium genus.* Ibid. *εἰ δὲ νόμοισιν. Quod si tali ac tanta lege careamus, de tota vita humana actum fuerit.* Gaulyer.

38 *Ἔχοι.* Sic Reg. 990. Edit. ἔχειν.

41 *Τὰ δεύτερα.* Sic vertit Gaulyer: *Patres vero secundas duntaxat in gignendo partes tenent, divinæque cujus Deus maximus Christus auctor est, procreationis instrumenta quædam sunt.*

METRICA VERSIO.

Namque etiam præstanti habui virtute parentem:
Ast ex ore mihi nunquam vox excidit ista,
Nec sub dente fuit; nam nec Deus approbat illam:
« Quod tua sim proles, pater, hoc leve judico munus;
Ob me non tam etenim vitam lucemque dedisti
Tu mihi, quam carni indulgens, Venerique: quod autem
Me quoque post aluit tua cura tuique labores,
Magnumne hoc, abs te cum sim satus, istud haben-
[dum? »
Quam vox hæc ingrata tua est! Ea vincula solvit,
Quæ mundum stringunt, ea magnum solvit et ortum.
Philtro nam natura patres cum prole ligavit,
Ne labor atque graves curæ, quas ferre necesse est
Pro natis patrios animos abrumpat, et atræ
Gignamus tantum morti, dum cura creatæ
Haud nos ulla tenet sobolis, gignamus averno.
Unde etiam ad mortem depugnant usque parentes
Pro sobole (hoc etenim nil dictum verius abs te),
Ac fera bella movent vespæ, pardique, bovesque,
Atque apri, pisces, volucres; super omnia vero
Gens facit hoc hominum; quod si tot legibus ipsi

B Cedamus, vita omnis abit, vita interit omnis.
Ecquis enim natum jam complectetur, eique
Omnia conceptis optabit prospera votis?
Doctrinæ cupido quisnam, rerumne aliarum,
Annuet, in partem dabit atque venire bonorum,
A patre si quidquid soboles capit, hoc rationem
Debiti habet tantum, non autem muneris, atque
Cum nihil ipse capit, leges et scita pudoris
Infringit, capiens autem linguaque animoque
Præbeat ingratum sese immemoremque bonorum?
Ergo vide ne quis tibi sic occurrat et instet:
Non hominum solum proles, sed Numinis ante
Nos sumus, atque patres tantum sunt illius ortus,
Contigit a Christo qui nobis, organa quædam.
Sumpsit humum, mentemque dedit, mistum edidit
[unum
Ex utroque genus, terræ quod sceptra teneret,
Et caro, cum vitiis totum se traderet, esset,
At deus (haud equidem natura, ast munere dio),
Si studiis animum sanctis addiceret: atque
Pluribus ærumnis hinc jactaretur et illinc,

Digitized by Google

Ὡς κεν ἐνὶ πλεόνεσσιν ἀκαμπέα θυμὸν ἔχωμεν.
Ἀλλ' οὔπω τις τόσσυν ἀπὸ φρενὸς ἦλυθεν ἐσθλῆς,
Οὐδὲ τόσον νεότητος ἀπηνέος αἵματι βράσθη,
Ὡς τόδ' ἀπὸ στόματος ῥῆξαι κακὸν ἀντὶ Θεοῖο·
Οὐκ ἐθέλοντά μ' ἔοργας, ἐπεὶ δέ μ' ἔοργας, ἔτισας·
Ἦν δὲ πλάσας μεθέῃς με, βοτὸν πλάσας ἀντὶ βροτοῖο.
Δὸς σοφίην, δὸς πλοῦτον, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἔδωκας·
Δὸς μέγεθος, καὶ κάλλος, ἐν ἄστεσι πρῶτα φέρεσθαι,
Θούριον ἔγχος ἔχειν, νούσοις δέμας οὐχ ὑποεικτὸν,
Ἀλλά τε, οἷς μέγας ὄλβος ἐν ἀνθρώποισι μετρεῖται,
Ἢ σχήσω θυσίαις τε καὶ εὐχωλῇσι γεραίρειν·
Οὐ γὰρ ἐμοί τι νέμων, δήσας ψυχήν τε δέμας τε,
Κύδεος ἰμείρων δὲ παρήγαγες, ὥσπερ ἅπαντα,
Ὡς καὶ ἐπιχθονίοισιν ἀοίδιμος, ὦ Μάκαρ, εἶης.

A Ταῦτα θεοστυγέεσσι καὶ ἀφραδέεσσι δεδόσθω·
Οἷς πλοῦτος θεός ἐστι, κακοῦ πλαστῆρος ὀπηδεῖν.
Ἡμεῖς δ' ἐν πάντεσσι Θεὸν μέγαν ὑμνείωμεν,
Ἐσθλοῖς τε στυγεροῖς τε· τὸ γὰρ τεκέων ἐρατεινῶν·
Καὶ μετὰ πρῶτον Ἄνακτα ἐπιχθονίους γενετῆρας,
Οἵ με φάους ἔπλησαν, ἀφ' ὧν Τριὰς εἰς ἓν ἰοῦσα,
Καὶ λάμψε πραπίδεσσιν ἐμαῖς, καὶ πᾶσι φαάνθη.
Σιγήσω κόσμοιο κύκλον μέγαν, οὐρανὸν εὐρὺν,
Ὄμμασι παμφανόωντα διαυγέσι, νῶτα θαλάσσης
Ῥευστῆς ἱσταμένης τε, τὸ δὴ καὶ θάμβος ἔμοιγε·
Γαῖαν ἐς ὕστερον, ποταμῶν ῥόον, ἠέρα πνευστὸν,
Ὥρας, ἄνθεα τερπνὰ, βροτῶν φύσιν, ἠερίων τε,
Ὅσσα Θεὸς προύθηκεν ἐμοῖς φαέεσσι τράπεζαν·
Ταῦτα πατὴρ μεγάλοιο Πατρὸς πάρ' ἔδωκεν ἔμοιγε.

Ut inter plurimas vitæ acerbitates, inconcussum animum habeamus.
Verum nemo hactenus ita mente excidit sana,
Neque adeo ferocis juventutis æstu abreptus est,
Ut hanc ore proferret impiam vocem contra Deum:
« Non me volentem creasti, postquam autem procreasti, dedecorasti, ut par erat;
Si autem formatum me abjeceris, vile pecus procreasti loco hominis.
Da sapientiam, da divitias, siquidem permultis tribuisti:
Da proceritatem, et pulchritudinem, da in urbibus principatum,
Da furentem hastam vibrare, da morbis corpus non obnoxium,
Cæteraque, quibus homines magnam felicitatem metiuntur,
Aut desinam sacrificiis te et precibus honorare:
Non enim quid mihi gratificare volens, animam et corpus alligasti,
1052-1053 Sed gloriam quærens produxisti, sicut alia omnia,
Ut et mortalibus, o Beate, inclytus sis. »
Talia dicta hominibus Deo invisis et stultis tribuantur,
Quibus divitiæ deus sunt, mali fictoris servis.
Nos vero in omnibus Deum magnum celebremus,
Tum bonis, tum invisis: hoc enim decet filios amabiles;
Et post primum Regem terrenos veneremur parentes,
Qui me luce perfuderunt, per quos Trinitas, in unum subsistens,
Et illuxit menti meæ, et omnibus affulsit.
Tacebo magnum mundi orbem, immensum cœlum,
Clarissimis luminibus late splendens, superficiem maris
Fluxi et immobilis, quod sane mihi stuporem edit;
Terram postea, fluviorum cursum, aerem quem spiramus,
Tempora, amœnos flores, terrestrium naturam, et aeriorum,
Quæcunque Deus apposuit oculis meis, ut quamdam mensam:
Hæc pater a magno Patre accepta mihi dedit.

51 *Ἐθέλοντα.* Mallet Combefisius ἐθέλοντι.
52 *Βοτόν.* Sic Reg. 990. Edit. βροτόν, ut carm. præc., vers. 41.
57 *Σχήσω.* Ita Reg. 990. Edit. σχέσω
62 *Κακοῦ πλαστῆρος. Vitii fictoris sequacibus.*
70 *Ῥευστῆς ἱσταμένης τε. Quod fluxum et immobile est.* Edit. prave αὐτῆς.
71 *Ἐς ὕστερον.* Combef. et Gaulyer. *εὖστερνον, εὐρυστήθη, vasto sinu,* sed nullius codicis auctoritate nixi.
72 *Ὥρας. Tempestates, anni partes.*

METRICA VERSIO.

Disceret inflexum in multis ut pectus habere.
At nondum quemquam sic mens bene sana reliquit,
Nec juvenilis eum sic sanguinis abstulit æstus,
Sacrilego ut dictum depromeret istud ab ore:
« Non me finxisti primum. Rex summe, volentem;
Ast ubi sum fictus, quis jam miretur honorem
Quod mihi tu dederisque decus? Sin illico fictum
Abjicias, hominis vivum vice finxeris unum.
Da sophiam, da largus opes (nam sæpe dedisti
Permultis), magnusque ut sim facieque decora;
Da primas ut ubique feram, sim fortis in armis;
Da corpus gravibus non offensabile morbis,
Cunctaque felicem quæ vulgus reddere vitam
Autumat, aut a me non jam tibi victima posthac
Ulla cadet, non jam fundam tibi vota precesque:
Non etenim mihi me tribuens cum corpore men-[tem
Strinxisti, verum cupiens tibi surgere laudem,
Me, supreme Parens, ut cætera cuncta creasti,

B Utque tuum nomen clarum mortalibus esset. »
Ast hæc sacrilegis dentur, turbæque profanæ
Ac stolidæ, quæ semper habet pro numine censum,
Fictorique malo famulam se perfida præbet.
Nos vero in rebus lætis rebusque molestis
Numinis æterni præconia sancta canamus
(Namque probæ hoc sobolis munus), tum deinde [parentes
Post hunc terrenos omni celebremus honore,
Qui me jucunda complerunt luce, Triasque
Per quos sancta mihi luxit, cunctisque refulsit.
Orbem ego permagnum mundi cœlumque tacebo
Perspicuis radians oculis, æquorque profundum,
Quod fluxum simul ac stabile est, res mira profecto;
Terram, labentes fluvios, liquidumque silebo
Aera et annorum partes, floresque, hominumque
Naturam et volucrum, quæ denique cuncta supremus
Apposuit mihi mensam oculis Regnator olympi,
Hausta mihi ac magno genitor dedit ista Parente.

Digitized by Google

Τῷ, μή μοι τοίοισιν ἀμείβεσθαι γενετῆρα
Θαρσαλέως· καὶ θάρσος ἔφυ θράσος, ἔκτοθι μέτρου·
Μή σοί τις καὶ τοῖος ἀπ' οὔατος ἡμετέροιο,
Τέκνον, θερμοτέροιο πατρὸς πάρα μῦθος ἵκηται·
Εἰ γε φύσις τεκέεσσι πόθον πόρσυνε τοκήων,
Καὶ τὸ φύσις φιλέειν τοὺς οὐ φιλέοντας ἔρυξε.
Κρεῖσσον ἀτασθαλέοντα φέρειν πατέρ', ἠὲ παρ' ἄλλων
Εὖ πάσχειν, θνητοῖς δὲ πατρὸς μόνον ἐς χέρα λεύσσειν.
Εἰ δὲ πένης, φρενοπλήξ τε καὶ οὐ μελέεσσι πεπηγώς,
Τί πρήξεις; οὐ χεῖρα τεὴν σκήπτωνα παρέξεις;
Οὐκ ὤμοισι τεοῖσιν ἀειρόμενός μ' ἐκὰς οἴσεις,
Ὡς Ἀγχισιάδης γενέτην ἐὸν ἐκ πολέμοιο;
Ἢ φήσεις· Τί μ' ἔτευξας, καὶ τί με δούλιον αἰτεῖς;

A Δὸς φωνὴν νεπόδεσσι, καὶ ἠερίοις πετεηνοῖς,
Καὶ τοῖς ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει·
Οὐκ ἐρέει, « Τί μ' ἔτευξας ἄλλος τέκος, ὦ Ἄνα; »
[δελφίς·
Ἁλμυρὸν οὐκ ἔθελον τέμνειν βίον, αἰὲν ἁλήτης,
Ὑγρὸν φυσιόων, καὶ ἀνάστερον ἠέρα λεύσσων.
Ἔργα βοὸς ποθέω, καὶ οὔρεα, καὶ πλατὺν ὦμον,
Καὶ ζώειν μερόπεσσιν ὁμὸν βίον, ὡς ταχὺς ἵππος,
Καὶ πᾶσιν νεπόδεσσιν ὁλισθηροῖσιν ἀνάσσειν.
Οὐδὲ βόες ποθέοντες ἄλλος πόρον ἀσχαλόωσιν·
Οὐκ ἐρέει σκολιοῖς κάμνων μηρύμασι γαστρὸς
Πικρὸς ὄφις· « Τί μ' ἔριψας ἐπὶ χθόνα, γαῖαν ἔδοντα;
Ἤθελον ὀρθὸς ἔμμεν, ἀτὰρ σύ με γαστρὶ κυλίνδεις. »

75 Quare, ne mihi talibus gratiam referas parenti
Licentius faciendo : confidentia enim fit impudentia, si modum excedat ;
Ne tibi hæc et talis ex aure nostra,
Fili, prævervidi cujusdam patris vox proferatur :
« Si natura filiis amorem parentum largita est,
80 Et natura etiam eos diligere qui non diligunt, vetuit.
Melius est filiis severum patrem perferre, quam ab aliis
Bene tractari et mortalibus in illius duntaxat manum inspicere. »
Sin autem pauper, et mente captus, et membris invalidus essem,
Quid faceres? non manum tuam pro baculo præberes?
85 Non me tuis humeris sublatum procul efferres,
Quemadmodum Æneas patrem suum sustulit ex hostibus?
An diceres : Quid me genuisti, aut quid a me servile ministerium petis?
Da vocem piscibus, et aeriis avibus,
Et omnibus, quæcunque super terram reptant et spirant ;
90 Non sic Deum alloquetur delphinus : Quid me, o Rex, maris prolem fecisti?
Salsam nollem sulcare vitam, semper vagus,
Humidum hauriens, et aerem obscurum intuens.
Opera bovis desidero, et montes, et latos humeros,
Et ducere communem hominibus vitam, ut celer equus,
1054-1055 95 Quam omnibus lubricis piscibus imperare.
Neque boves cupientes maris iter anguntur :
Nec dicet obliquis laborans voluminibus ventris
Dirus serpens : Quid me deturbasti in humum, terram edentem?
Mallem erectus esse, verum tu me ventre volutas.

77 Ἀπ' οὔατος ἡμετέροιο. *Ab aure nostra*, id est, *quam ego ipse audivi*. Versus hic obscurus ; Combefisius ita reddit : ἀπ' οὔατος ἵκηται, *ab auribus abscedat ejusmodi sermo*, θερμοτέροιο πατρὸς παρ' ἡμετέροιο, *a communi amborum ferventiore parente, Deo* scilicet. Genuina magis ac lucidior versio D. Gaulyer : *Ac videndum tibi est, ne forte illa prævervidi cujusdam patris vox ab auribus meis ad tuas perferatur :* idem doctissimus interpres, iterum Gallico sermone subjungit : « Mais, mon fils, prenez garde que, pour vous répondre, je ne me serve des paroles que j'ai entendu dire à un père un peu vif : Si la nature a donné aux pères de l'amour pour leurs enfants, la même nature nous défend aussi d'aimer ceux qui ne nous aiment point. » Duo versus sequentes, inquit idem Gaulyer, sunt ejusdem patris, aut etiam fortasse Nicobuli.

80 Ἔρυξε, *renuit, recusat.*

82 Θνητοῖς pro υἱοῖς, vel subauditur.

84 Σκήπτωνα. Sic legendum. Edit. σκήπωνι.

88 Καὶ ἠερίοις. Chig. ἡμερίοις.

97 Ἐρέει. Male edit. ἐρέεις.

98 Ἔριψας. Sic Reg. 990 et Chig. Edit. ἔρεξας.

METRICA VERSIO.

Ergo vicem intrepido ne labem pectore patri
Ipse feras : audax fit enim temerarius, adsit
Ni pudor, et justum teneat fiducia metrum.
Ne quis fervidior nostra tibi mittat ab aure
Sermonem hunc genitor qui te perstringat acute :
« Ut proli natura patrum concessit amorem,
Sic natura negat, ne quos ab amore remotos
Cernimus, his animi munus præstemus amici.
Morosum rigidumque nimis perferre parentem
Præstat, quam blandis aliis ac lenibus uti.
Ex manibus pendere patris mortalibus autem
Unius fas est. » Si pauper mentis inopsque
Sit pater, ac pedibus nequeat consistere certis,
Quid facies? Annon baculi vice fulciet illum
Dextra tua, et sublatum humeris portabis, ut olim
Anchisa genitus, Troia flagrante, parentem
Extulit, ignivomæ necis exemitque periclo.

B An dices : Cur me fecisti, munus et a me
Cur servile petis? Gravor hæc tibi pendere jura.
Alitibus vocem, vocem da piscibus, hisque
Omnibus est sedes quibus in tellure locata :
An dicet delphis : Cur me, Rex summe, marinum
Fecisti? Æquoream durum mihi carpere vitam.
Munia posco bovis, montes, latosque requiro
Ipse humeros, atque instar equi jam vivere malo
Mortali cum gente hominum, quam quotquot in
[alto
Æquore sunt pisces regere imperioque tenere.
Non etiam æquoreas cupiens bos nare per undas
Ingemit, obliquis aut ventris tractibus anguis
Fessus, ait : Cur sic, quæso, sum conditus abs te,
Ut projectus humi terra depellere cogar
Ipse famem? Rectum cupiebam corpus habere :
At tu me contra prostrato ventre volutas

Digitized by Google

100 Οὐδὲ κόραξ ἀετοῖσιν ὁμοῖα δινεύεσθαι
Χρῃΐζει, πάντων βασιλεύτατον εἶδος ἀμείψας·
Στέργει δ', ἣν περ ἕκαστον ἔχει, βιότοιο κέλευθον.
Οὐδέ γ' ἐῷ πλάστῃ ποτ' ἐρεῖ κεραμῆϊον ἔργον·
« Τίπτ' ἐπ' ἐμοὶ ῥοίζησας ἀεικέα κύκλον, ἀλιτρέ; »
105 Ταῦτα μὲν ὥστε τεὴν κάμψαι φρένα, φίλτατε [παίδων,
Ὡς κε μάθῃς πλάστιγγα λόγου καὶ σπάρτον ἐφέλκειν,
Ἢ ῥίψειν τὸ περισσὸν, ὃ δ' ἀρκιόν ἐστι, καθέξειν,
Μηδὲ ῥόῳ νεότητος ἐφιέμεν', ἀλλὰ κατίσχειν.
Τὸ πλεῖστον φραστῶν τι μένειν πολὺ λώϊόν ἐστιν
110 Ἔνδοθεν, ἢ τιν' ἄφραστον ἐς ἠέρα μῦθον ὀδεύειν.
Οὐδεὶς γὰρ πόνος ἐστὶ μένειν ὑπὸ χείλεσι μῦθον·
Οὐ γὰρ ἐχιδναῖός τε γόνος διὰ γαστέρα ῥήξει

A Μητρὸς ἀναβρώσκων, ποινὴν πατρὸς οὐλομένοιο.
Ἤδη δ' αὖ μύθοισι τεὸν δειδίξομ' ἔρωτα
115 Πατρὸς ἐνηείῃ, παιδὸς θράσος ἠέρι πάσσων.
Οὔτι μίη βιότοιο πέλει τρίβος, ὦ τέκος, οὔτι·
Οὐδὲ γὰρ οὐδεμίῃ πᾶσιν φύσις· ἀλλ' ἡ μὲν ἐσθλὴ,
Ἡ δὲ χερειοτέρη, θηρσὶν ἀλόγοισιν ὁμοίη·
Ἄλλη δ' αὖ πλεκτή τε καὶ ἀμφοτέραις ἐπίμικτος.
120 Ὡς ἄρα καὶ τρισσὸν γαίης σθένος οἶδε γεωργός·
Εὔσταχυς, ἠδὲ ἄκαρπος, ἀκανθοφόρος θ' ἅμα σίτῳ.
Τρισσαὶ δὴ τελέθουσιν ὁδοὶ, καὶ τέρματα τρισσά.
Ἡ μὲν γὰρ χθαμαλὴ, καὶ ἐπίτροχος ἔχνεσι πολλῶν,
Εὐρείη, μαλακή τε καὶ ἐς τέλος οἰκτρὸν ἄγουσα,
125 Κρημνούς τε, ζοφερούς τε μυχοὺς, καὶ τάρτα- [ρον αἰνὸν

100 Neque corvus perinde ac aquilæ per aera circumferri
Expetit, cum principe avium formam mutans;
Sed amat, quod cuique datum est vitæ genus.
Nec suo fictori unquam dicet fictile opus:
Quid in me indecoram circumvolvisti rotam, o sceleste?
105 Hæc quidem ad inflectendam mentem tuam, charissime fili,
Ut discas lancem orationis, funemque contrahere,
Et abjicere quod superfluum est, quod autem sufficit, retinere,
Nec impetum juventutis sequi, sed coercere.
Plerumque quidpiam ex iis quæ dicenda sunt, multo melius est
110 Intus subsistere, quam verbum aliquod non dicendum in aerem proferri.
Namque nulla est molestia, quod sermo intra labia maneat:
Non enim te disrumpet viperinus fetus, qui ventrem
Matris corrodit, in vindictam patris exstincti.
Jam vero tuum verbis humaniter excipiam desiderium
115 Lenitate patris, filii audaciam ventis diffundens.
Non una vitæ semita est, o fili, non una,
Quemadmodum nec una omnibus est natura; sed alia quidem bona.
Alia vero mala, brutis irrationalibus similis:
Alia rursus ex duabus conflata et permista.
120 Sic etiam et triplicem terræ vim novit agricola:
Alia fertilis, alia sterilis, alia spinarum ferax simul et frumenti.
Ternæ igitur sunt viæ, ternique termini.
Prima quidem humilis, et trita vestigiis plurimorum,
Lata, et mollis, ac tristem ad finem ducens,
125 Præcipitia, tenebrososque recessus, et sævum tartarum,

104 *Τίπτ' ἐπ' ἐμοὶ. Quid me tam turpiter tornasti?*
105 *Κάμψαι.* Reg. 990 κάμψει.
107 *Ῥίψειν.* Reg. 990 ῥίψει. Mox Chig. καθέξει, pro καθέξειν, et ἄρτιον pro ἄρκιον.
109 *Φραστῶν τι.* Sic legendum videtur, cum editis contra Benedictinorum sententiam, qui ex Reg. 990 legere voluerunt φραστόν τι, quod nullam Græcismi rationem habet. Vox φραστῶν per contractionem hic ponitur pro φραστέων, idque propter metrum. CAILLAU.
112 *Ἐχιδναῖός τε γόνος.* Fabula potius quam vera narratio. Vide Plin., lib. x, cap. 62.
114 *Δειδίξομ' ἔρωτα.* Δειδίσκομαι, *humaniter excipio*: πατρὸς ἐνηείῃ, *leni admonitione patris, audaces filii animos objurgans.* Erravit Billius deducendo δειδίξομ' a verbo δεδίσσομαι.
117 *Ἀλλ' ἡ μὲν ἐσθλή.* Iste versum claudendi modus exemplo caret. GAULYER.
118 *Ὁμοίη.* Reg. 990, ὁμοίον (*sic*).
119 *Ἀμφοτέραις.* Sic Reg. 990. Edit. autem minus bene ἀμφοτέροις

METRICA VERSIO.

Nec niger excelsum volitare per æthera corvus
Expetit, ac speciem regalem assumere gestit:
Verum quodque suo contentum tramite vitæ est.
Haudquaquam figulo vas fictile dixerit: Ecquid
Me male tornasti, scelerate, minusque decenter?
Hæc ego, natorum longe charissime, dixi,
Ut velut ad lancem discas tua pendere verba,
Atque supervacuis, quod sat sit habere, rese- [ctis;
Utque etiam studeas juvenilem sistere cursum
Ac non ætati frenos laxare ruenti.
Præstat, cum permulta habeas, quæ commoda dicta,
Ut maneat medio pars maxima corde retenta,
Quam non dicendum quiddam deferre sub auras.
Nil nocet inclusum labiis compescere verbum;
Non etenim exsiliens lacerabit viscera matris

B Vipereus fe us, pœnam in patris exitiosi.
Nunc autem ipso tuum blando sermone, pudorem
Qui nato injiciat, percellere nitar amorem
Semita non una est vitæ, charissime fili;
Nam neque natura est cunctis mortalibus una:
Verum prima quidem pulchra est ac laude vehenda,
Altera fœda nimis, prorsusque simillima brutis:
Tertia postremo ex istis permista duabus.
Nempe triplex etiam terræ genus atque facultas:
Una ferax spicisque gravis, sterilisque secunda,
Tertia quæ sentes simul et producit aristas.
Sic quoque trina via est, limes trinusque viarum.
Lata una est, humilisque, premit quam plurima [turba,
Mollisque, et facilis, verum miser exitus illi,
Præcipites scopuli, tenebris horrenda vorago,

Digitized by Google

Ἦχι πυρὸς ποταμοὶ, καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι,
Ψυχῶν τ' οὐλομένων ποινὴ, καὶ τῖσις ἄπαυστος.
Ἡ δὲ τρηχαλέη, καὶ ὄρθιος, αὐαλέη τε,
Στεινή τε, σκολιή τε καὶ ἀμφίκρημνος ἁπάντη,
Ἄμβατος οὐ πολλοῖσι, καὶ ἐς τέλος ἐσθλὸν ἄγουσα,
Οὐρανὸν ἀστερόεντα, κλέος μέγα, κάλλε' ἄσαρκα,
Αὐτὴν ἀτρεκίην καθαρὴν, καὶ ἄσκιον ἐσθλὸν,
Ἄχρι καὶ ἀκροτάτοιο φάους ὄρον οὔτιν' ἔχοντος.
Ἡ δὲ τρίτη, μεσάτη μὲν ὁδὸς, μεσάτη δέ γ' ἀμοιβῆς,
Οὔτι λίην μογερὴ, καὶ κύδεος οὐ μάλα πολλοῦ.
Οἷον κιρναμένου φωτὸς πρὸς νύκτα μέλαιναν·
Ἀμφιλύκην δ' ἄρα τὴν γε σοφοὶ μίξιν καλέουσι.
Λείη μὲν περόωσιν, ὅσοις νόος ἐστὶ κάκιστος,
Ψεύσταις, ἀνδροφόνοις, μοιχοῖς, ἐπίορκον ὁμοῦσιν,
Ἀνδρογύνοις, τοκέων δηλήμοσιν, ἁρπαγέεσσι,
Γαστροφίλοις, λίμνῃσιν ἀπληρώτοισιν ὁμοίοις,
Οἳ θανάτῳ ζώοντες, ἐὸν μόρον ἀμφαγαπῶσι·
Δυσμενέων κεφαλαῖς οὗτος βίος ἀντήσειε.
Τὴν δ' ἀγαθὴν τέμνουσιν, ὅσοις βίος οὐκ ἐπὶ γαίης,
Τρισμάκαρες, ζώοντες ἐπὶ χθονὶ σαρκὸς ὕπερθεν,
Ἀζυγέες, κόσμοιο περίφρονες, οὐρανοφοῖται,
Ἀκτέανοι, κινυροὶ χαμαιευνάδες, οἰοχίτωνες,
Βαιὸν ἀναπνείοντες, ἀγάστορες, ἀσκεπέες τε,
Κῦδος ἓν οἷον ἔχοντες, ἅπαν κλέος ἐνθάδ' ἀτίζειν,
Καὶ πλοῦτον πενίην τε καὶ εἰς Θεὸν οἷον ὁρᾶσθαι.
Τοὺς μὲν ἐγὼ τρομέω, καὶ δείδια νέρθε δεδορκὼς,
Ὡς Θεὸν ὑψιμέδοντα, ὅτ' ἀνθρώποισι πελάζει·
Καὶ γὰρ πολλὸν ὕπερθε βροτῶν βεβάασιν ἁπάντων.

Ubi ignis flumina, et sævi dæmones,
Animarumque perditarum pœnæ, ac tormentum sempiternum.
Altera via aspera, et ardua, æstuosa,
Angusta, et obliqua, ex omni parte præceps,
Non multis pervia, et ad faustum finem ducens,
Cœlum sidereum, magnam gloriam, pulchritudines incorporeas,
Ad veritatem ipsam puram, nullis involutum umbris bonum,
Denique usque ad summum lumen, nullum habens terminum.
Tertia autem media quidem via est, mediam habens mercedem,
Neque valde laboriosa, nec multum gloriosa,
Velut si lux misceatur cum obscura nocte:
Sublustrem utique noctem hanc mistionem sapientes vocant,
Plana quidem via insistunt, quibus est mens scelerata,
Mendaces, homicidæ, adulteri, perjuri,
Cinœdi, parricidæ, raptores,
Ventris amatores, paludibus inexplebilibus similes,
Qui morti viventes, suum interitum amant:
Talis vita hostium cervicibus immineat.
Præclara autem via incedunt, quibus vita non est in terra,
Ter beati, viventes in terra supra carnem,
Innupti, mundi contemptores, cœli incolæ,
Inopes, tristes, humi cubantes, unam habentes vestem,
Modicum quid spirantes, cibo et tecto carentes
Gloriam unam solam habentes, omnem hic gloriam spernere,
Solasque divitias, paupertatem pati, ac Deum unum intueri.
Hos ego veneror et tremisco, demissis in terram oculis,
Ut Deum summum regem, cum ad homines accedit:
Etenim longe supra mortales secreti sunt omnes.

134 Ὁδός. Ita Reg. 990. Edit. ἑδός.
138 Λείη. Ita Chig. Edit. ῥείη.
147 Χαμαιευνάδες. Sic edit. et quidem recte propter metrum, cum duæ primæ syllabæ breves sint, ut patet ex hoc Homeri versu *Iliad.* XVI, 235, ὑποφῆται ἀντιπτόποδες, χαμαιεῦναι. Perperam igitur Benedictini admiserunt lectionem Reg. 990 et Coisl. ubi sic scribitur χαμευνάδες. CAILLAU.
151 Δεδορκώς. Sic Reg. 991. Edit. prave δεδοκώς.
153 Ἁπάντων. Ita Reg. 990 et Chig. Edit. ἅπαντες.

METRICA VERSIO.

Orcus atrox, ignis fluvii, sævosque furore
Dæmones ardentes, animarum pœna malarum,
Ultioque æternos quæ se protendat ad amnes.
Arcta secunda via est, squallensque atque ardua valde,
Asperaque ac perquam sinuosa atque undique præceps,
Paucis trita quidem, sed felix exitus illi,
Sidereum cœlum, decus ingens, carne carentes
Formæ, verum ipsum purum liquidumque, nec umbris
Obtectum, finisque expers lux illa suprema.
Mercedem, ut media est, mediam postrema reportat;
Nam nec sudores magnos habet illa, nec ampla
Præmia, lux tenebris veluti cum jungitur atris:
Amphilyce a doctis solet hæc mistura vocari.
Per facilem incedunt, quorum mens crimine gaudet:
Mendaces, perjuri homines, vetitumque cubile
Scandentes, dextrasque suas qui cæde cruentant,
Raptores, atque androgyni, canosque parentes
Qui perimunt, quique immodice sunt ventris amantes
Ac similes stagnis, quæ frustra explere labores,
Qui morti tantum vivunt gaudentque perire:
In capita *hæc*, quæso, cadat *hæc* hostilia vita.
Laudandum at vitæ sulcant iter hi quibus haud
Vita sita in terra; felix o terque caterva
Et quater, ætheream quæ vitam in corpore ducit,
Quæ tædas thalamosque fugit, mundumque ruentem
Contemnens, aulis sese cœlestibus infert,
Pauperiem quæ sancta colit, mœretque, cubatque
Semper humi, vestes nec plures possidet una;
Quæ paulum quiddam fruitur vitalibus auris,
Obsequiumque negat ventri; quæ tegminis expers,
Cui decus hoc unum est mundi famamque decusque
Spernere; cui magnus durissima census egestas.
Atque oculis tantum superum proponere Numen.
Hos ego, cujus humi sunt lumina fixa, tremisco
Non secus atque Deum, cum nobis ipse propinquat:
Namque super cunctos homines chorus eminet ille.

Digitized by Google

Ἡμεῖς δ' αὖ μεσάτην ὁδὸν ἴομεν, οὔτε κακοῖσι
Τερπόμενοι, καὶ βαιὸν ἐφαπτόμενοί γε Θεοῖο,
Οἷς ἀλόχων τε μέμηλε, καὶ εὐκλείης ἐρατεινῆς,
Καὶ τεκέων, κτεάνων τε, φίλον δ' ὅ τι χεῖρας ἵκηται.
Τούτου δὴ πρώτιστον ἐμοὶ λόγος ἐστὶ βίοιο,
Πλοῦτον ἀλήϊστον, κτέαρ ἄκλοπον, ἐσθλὸν ἔχοντος.
Εἴ τοι μὴ πάντεσσιν ἐπέδραμον, ὡς ποθέεσκον,
Μηδ' ὅλον ἐξεπέρησα λόγων πόρον, ἰστία τείνας
(Οὐ γὰρ σοῖς ἐπέεσσ' ἐπιπείθομαι, οὐδέ με κλέψε
Αἶνος ἐμός· αἶνος γὰρ ἀφ' αἵματός ἐστιν ἄπιστος)·
Ἀλλ' ἔμπης τίω γε λόγων κλέος ἔξοχον ἄλλων.
Μῦθοι γὰρ βιότοιο θεμείλιον, οἵ μ' ἀπὸ θηρῶν
Ἔσχισαν, οἷσιν ἔγειρα πόλεις, καὶ τέθμι' ἀνεῦρον,
Καὶ θεὸν ὑμνείω μεγακυδέα, οἷσιν ἀείρω
Τῆς φαενῆς ἀρετῆς ὑψοῦ κλέος, οἷσι δαμάζω
Τῆς στυγερῆς κακίης πικρὸν σθένος, οἷσι κεάζω
Κόσμους, οὐράνιόν τε καὶ ὃς ἐπὶ λῦσιν ὀδεύει
Ἐνθάδε, καὶ ψυχὴν ἀπὸ σώματος. Ὡς δ' ἀπὸ μορφῶν
Εἰκόνας, ὡς δὲ βίων τε φύσεις, καὶ τέρματα δισσὰ
Ζώντων τ' ὀλλυμένων τε. Τὰ γὰρ Θεὸς ἐξεδίδαξε,
Καὶ λόγος ἐστήριξε σοφῶν, καὶ πίστις ἔρεισε,
Πῶς δ' ἀγαθῶν ἀρετὴν ἕλκει χρόνος ὑστατίοισιν
Ἥμασι, δεῖγμα φέρων γραπτὸν κλέος, ὡς δὲ κακίστων
Δυσκλείην, στήλῃσιν ἐν ἀθανάτῃσι χαράσσων.
Μῦθοι, καὶ ζώοντι μόνῳ βίος οὐκ ἐπιδευὴς,
Καὶ λαμπρὸν πνείοντι μέγα στέφος, οὐδὲν ὅμοιον
Ἀνθεσιν εἰαρινοῖσιν ἅμ' ἠοῖ κειρομένοισι,
Θνήσκουσιν δ' ἅρ' ἔπειτα πρὸ ἥματος ὀλλυμένοιο.

Nos vero mediam viam ingredimur, neque malis
Delectati, et paululum attingentes Deum,
Quibus et uxorum cura est, et gloriæ amabilis,
Et filiorum, et opum, et gratum id omne quod in manus venerit.
Hujus autem vitæ primas tenet, ut mihi videtur, facundia;
Quippe quæ habeat divitias, et possessiones, quæ nec furto eripit, nec subripi possunt.
Quamvis enim non omnia disciplinarum genera decurrerim, ut cupiebam,
Neque totum emensus fuerim scientiarum æquor, velis expansis
(Non enim verbis tuis assentior, neque me seducit
Laus mea: laus enim a propinquo, parum habet fidei),
Attamen colo sermonum gloriam præ cæteris omnibus.
Vitæ enim sunt fundamentum sermones, qui me a feris
Secreverunt, quibus urbes exstruxi, et leges inveni,
Et Deum præpotentem celebro, quibus effero
Ad cœlum inclytæ virtutis gloriam, quibus frango
Tetri vitii sævum robur, quibus secerno
1058-1059 Mundos, cœlestemque et eum qui ad interitum vergit
Hic, et mentem a corpore. Ut vero a formis sejungo
Imagines, sic etiam et vitarum naturas, et geminos fines
Viventium et pereuntium. Hæc enim Deus edocuit,
Et sermo sapientium firmavit, et fides fulcivit: scilicet
Quomodo virtutem bonorum tempus trahat extremis diebus
Remunerandam illustribus scripturarum monumentis ostendens, et malorum
Ignominiam in tabulis immortalibus incidens.
Sermones efficiunt, ut qui solitarius vivit, nullius rei inopia laboret;
Et illi qui altum spirat, præclara sunt corona, nequaquam similis
Floribus vernis, qui ad auroram carpuntur,
Marcescunt autem postea ante diei occasum.

161 *Πόρον*. Sic Reg. 990. Edit. πόνον.
162 *Κλέψε*. Reg. 990, κλέψει.
164 *Τίω γε*. Sic Reg. 990 et Chig. Edit. τίω σε, *te colo, o eloquentia, quæ cæteris omnibus præstas.*
167 *Ἀείρω*. Reg. 990, ἀείρων, et postea δαμάζων.
174 *Ἔρεισε*. Reg. 990 et Chig. ἔρυξε.
176 *Δεῖγμα φέρων γραπτὸν κλέος*, etc. Id est, ostendit litterarum monumentis, quanta justos gloria extremis diebus maneat, et quanta malos ignominia.

METRICA VERSIO.

At vero medio gradimur nos tramite vitæ,
Qui neque gaudemus vitiis, rursumque supremum
Extremis Numen digitis contingimus ipsi;
Queis uxor, queis est soboles, queis gloria curæ
Prædiaque, et charum quidquid manus utraque cepit.
Præcipuam porro vitæ sibi vindicat hujus
Doctrina et sermo nitidus, me judice, laudem;
Non etenim furto, non vi rapiuntur aperta
Divitiæ. Quanquam doctrinæ non genus omne
Pervasi, cupiens licet id, nec, carbasa tendens,
Totum trajeci studiorum sedulus æquor.
Namque tuis dictis haud credo, nec mea mentem
Laus fallet; suspecta etenim laus cuncta propinqui.
Te tamen, o facunda, colo, doctrina, superque
Cuncta veho. Nostræ nam sunt fundamina vitæ
Sermones. Hi me a brutis secuere; per illos
Sunt urbes mihi constructæ, legesque repertæ.
Horum opera miranda Dei præconia pando:
Horum opera laudem tollo virtutis in altum;
Horum opera vires sceleris compesco malignas
Horum opera binos etiam distermino mundos,
Cœlestem a fluxo dirimens, a corpore mentem,
Effigiem a formis, vitæque utriusque per illos
Naturam et geminos vitæ discrimine fines,
Vitæ unum æternæ, necis æternæque secundum
Hæc etenim primum docuit Deus, ac sapientum
Postea fulcivit sermo, postrema fidesque.
Æternam reddunt famam laudemque bonorum
Sermones *literis* depicti, itidemque malorum
Dedecus æternum fidissime carmina servant.
Doctrina est soli viventi haud indiga vita,
Atque altum rursus spiranti magna corona,
Floribus haud similis vernis, qui lucis ad ortum
Collecti, ante diem marcent pereuntque cadentem.

Digitized by Google

Μῦθοι καὶ παθέεσσιν ἄκος μέγα· τοῖσι δαμάζω
Θυμὸν ὑπερζείοντα, νόου νέφος· οἷσιν ἀνίας
Εὐνάζω, καὶ μέτρον ἐϋφροσύνῃσι τίθημι,
Οὔτε λίην μογεροῖσιν ἀτώμενος, οὔτ' ἀγαθοῖσιν
Αἰρόμενος, ἕτερον δ' ἑτέρῳ σταθμώμενος ἄλκαρ,
Ἐλπίδ' ἐν ἀργαλέοισιν, ἐν εὐδιόωσι δὲ τάρβος.
Μῦθος καὶ βασιλῆας ἄγει, καὶ δῆμον ἐφέλκει·
Ἔν τ' ἀγορῇσι τέθηλε, καὶ ἐν θαλίῃσιν ἀνάσσει·
Καὶ μόθον αἰχμάζει, πρηῢν δέ τε φῶτα τίθησι,
Μαλθάσσων ἀπαλοῖσι καὶ αἰμυλίοισι λόγοισι,
Καὶ κρατερόν περ ἐόντα, πυρὸς μένος οἷα σίδηρον.
Ὀρφείη κιθάρη μῦθος πέλεν, ὥσπερ ἔσχω,
Πάντας ἄγων μελέεσσιν, ὁμῶς ἀγαθούς τε κακούς τε·
Ὡς δ' Ἀμφιονίη λύρη καὶ λᾶας ἔπειθε,
Ψυχὰς ἀντιτύπους πετρώδεας. Οἶδα δὲ Πομποῦ

A Φάρμακον, ὡς λόγος ἦεν, ὃν ἐρχομένῳ μετὰ Κίρκτην
Λαρτιάδῃ πόρε δῶρον, ὅπως κε σύεσσιν ἀρήζει
Οἷς ἑτάροις, μηδ' αὐτὸς ἔδοι συοθρέμμονα φορβήν.
Μῦθον καὶ Πολύδαμνα κεράσσατο, Θῶνος ἄκοιτις,
Αἰγυπτίη, δῶκεν δ' Ἑλένῃ ξεινήϊον ἐσθλὸν,
Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Καὶ μῶλον στονόεντα, καὶ ἄγριον οἶδμα θαλάσσης
Πολλάκις ἐκπροφυγών τις, ἐπὴν Θεὸς ἵλαος εἴῃ,
Τόνδε συνεξεσάωσε, φίλον κτέαρ, οἷον ἀπ' ἄλλων,
Ὃ πλέον, ἢ πλεόνεσσιν ἀγάλλεται ἄλλος ἐπ' ἐσθλοῖς.
Μῦθος γάρ τε βροτοῖς αἰδοίιον ἄνδρα τίθησι.
Τεκμαίρου δ' Ὀδυσῆϊ, τὸν ἐκ πόντοιο φυγόντα,
Γυμνὸν, καὶ μελέεσσι τετρυμμένον, αἰπὺν ἀλήτην,
Μύθοισιν πυκινοῖσιν ἑκέσσιον ἀντιάσαντα,
Παρθενικὴ περ ἐοῦσ', ἠδέσσατο, καὶ βασίλεια,

Sermones animi motibus sedandis eximia sunt medicina. His compesco
Iram æstuantem, nebulas menti offundentem. His dolores
Lenio, et lætitiæ modum impono,
Neque nimium adversis dejectus, neque prosperis
Elatus. Alteri autem ab altero adhibeo remedium,
Spem in rebus difficilibus, in serenis timorem.
Sermo ipsos reges, quo vult, impellit, et populos trahit;
In foro floret, in conviviis regnat:
Bellum comprimit, mansuetum hominem reddit,
Molliens teneris blandisque verbis,
Quamvis ferus sit, velut ignis vis mollit ferrum.
Orphæi cithara, ejus erat eloquentia, ut arbitror,
Quæ carminis suavitate cunctos trahebat, bonos simul et malos,
Ut etiam Amphionis lyra, quæ saxa permovebat,
Homines scilicet contumaces et saxeos. Novi etiam Mercurii
Medicamentum fuisse facundiam, quam iter facienti ad Circen
Ulyssi dono dedit, ut in porcos mutatis opem ferret
Suis sociis, ac ne ipse ederet porcorum escam.
Sermo etiam medicamentum est illud quod miscuit Polydamna, Thonis uxor,
Ægyptia, deditque Helenæ hospitale munus,
Dolorem sedans, et iræ expers, malorumque omnium oblivionem afferens.
E luctuosa pugna, et sæva maris tempestate
Sæpe quis ereptus, cum Deus propitius fuerit,
Hanc eloquentiam una secum servavit, charam possessionem, solam ex omnibus aliis,
Qua magis quam plurimis alter delectatur opibus.
Eloquentia enim venerabilem hominibus hominem reddit.
Id perspice ex Ulysse, quem ex undis servatum,
1060-1061 Nudum et membris fractum, illustrem erronem,
Prudenti oratione supplicem sibi occurrentem,
Virgo tamen, regis licet filia, reverita est,

196 *Πομποῦ.* Ἑρμοῦ, *Mercurii*, deorum legati.
202 *Νηπενθές. Absque dolore*, dolore liberans. Vide totam hanc fabulam apud Homerum. *Odyss.* IV, 221.
204 *Ἑκήν.* Chig. ἐπάν.
209 *Αἰπὺν ἀλήτην. Celsi animi vagum hominem.*
210 *Μύθοισιν πυκινοῖσιν.* Συνετοῖς, *verbis catis, prudenti eloquio.*

METRICA VERSIO.

Motibus est ingens animi doctrina medela.
Hac irarum æstus reprimo, qui turbida nubes
Sunt animi, urgentes ac luctus sedo, modumque
Lætitiæ impono, sic scilicet ut neque dura
Me nimis excrucient, nimium nec prospera tollant:
Verum utrique ab utroque petam medicamina certa,
Spem duris adhibens rebus lætisque timorem.
Doctrina et linguæ ducit facundia reges,
Et populos trahit, inque foris epulisque triumphat.
Prælia compescit rixasque animumque ferocem
Mitigat, et verbis emollit stridula blandis,
Non secus ac ferrum mollit Vulcanius ignis.
Orphica testudo quid erat nisi sermo disertus,
Qui simul et recti vitiique trahebat amantes?
Quid lyra qua quondam durissima saxa movebat
Amphion, hoc est, obdura et saxea corda?
Quidnam illud medicamen erat quod ductor Ulyssi

B Mercurius dedit, ad Circes cum tecta veniret,
Ut sociis et ferret opem, qui membra suilla
Induerant, nec porcinis se pasceret escis?
Quid nisi sermo fuit, Thonis quod miscuit uxor,
Argivæque Helenæ dono dedit hospita pulchrum,
Quod luctus irasque graves tollebat, et omnes
Illico mœstitias memori de mente fugabat.
Ac sæpe et miseram stragem sævasque procellas
Æquoris effugiens placido bene Numine quisquam,
Has unus servavit opes, quibus amplius ipse
Lætatur, quam multa ad commoda gestiat alter
Quin etiam venerandum hominem facundia reddit.
Id liquido nobis monstrat Laertia proles,
Namque ille æquoreis vix tandem emersus ab undis,
Nudus, inops rerum, contusus membra, vagusque,
Supplicibus verbis movit variisque puellam
Alcinoo genitore satam, plebique patrique

Digitized by Google

Φαιήκεσσί τ' ἔδειξε, καὶ Ἀλκινόῳ βασιλῆϊ,
Ξεῖνον, ναυηγὸν, πάντων γεραρώτερον ἄλλων.
Μῦθοι, καὶ πλεόνεσσιν ἐπ' ὄμματα πικρὰ φερούσης
Βασκανίης, τελέθουσιν ὑπέρτεροι· οὐ γὰρ ἀρίστοις
Ὁ φθόνος, οἷς δ' ἀδόκητος ἔβη τύφος, οἶδε παλαίειν.
Ὦ μῦθοι, μύθων ἐπιδευέες, ὡς ποθέεσκον
Σοῖς ἀγαθοῖς ἐπέεσσιν ἐμὸν λόγον ἰσοφαρίζειν!
Ἀλλὰ τὰ μὲν κατέμαρψα, τὰ δ' οὐ σθένος, ἀλλὰ δὲ
[παιδὸς
Γλῶσσα φίλη κατέλεξεν ἐπειγομένοισι πόθοισιν
Ἐκ πολιῆς νεότητος, ὅ μοι πλέον ἦτορ ἐγείρει.
Ἀλλ' ἴθι μοι, τοκέων τε λιταῖς καὶ σῇσι πιθήσας,
Πρόφρων, ἀρτεμέων τε, σὺν ἐλπωρῇσιν ἀρίσταις,
Οἵ ποθέεις, πομπὸς δέ σ' ἄγοι πατρώϊος ἐσθλός.

A Καὶ γὰρ ἐς ἡμετέρην βιοτὴν Θεὸς ὄμματα βάλλει.
Εἴτε σέ γ' Ἀτθὶς ἔτερψεν ἀηδονὶς, εἴτε σε τερπνῆς
Φοινίκης κλυτὸν ἄστυ, νόμων ἕδος Αὐσονιήων,
Εἴτε σ' Ἀλεξάνδροιο πέδον μέγα, ἔνθα τε πολλῶν
Φορτίδα πλησάμενός τις, ἐὰ πρὸς δῶματ' ἐλαύνει·
Πᾶσα μὲν ὑμετέροισιν ἐπίτροχος αἶα πέλοιτο
Ποσσὶν ἐπειγομένοισι, καὶ ἄνθεα καλὰ φύοιτο,
Καὶ ποταμοὶ κελαδοῖεν ἐνηέα, πᾶς δέ τε πόντος
Νῆα φέροι πνοιῇσιν ἐλαφροτάτῃσιν ἐς ὅρμον·
Δελφὶς δ' εὐδιόωσαν ὑπεὶρ ἅλα, νῶτα φαεινοῖς
Γυροῖς εὐγνάμπτοισιν ἑλισσόμενος πυμάτοισι,
Σκιρτῴῃ κατὰ κῦμα τεὸν βίον ἡγεμονεύων,
Ὡς ποτε καὶ νώτοισιν ἀοίδιμον ἤγαγ' ἀοιδόν.
Μύθων δ' ἡγητῆρσι πέλοις φάος, ἐν προνόμοις δὲ

Phæacibusque ostendit et Alcinoo regi,
Hospitem naufragum aliis omnibus augustiorem.
Sermones quoque, in plerosque infestos oculos conjiciente
Invidia, superiores exsistunt : neque enim optimis
Livor, sed iis qui inopinata prosperitate tument, solet conflictari.
O eloquentia, cui laudandæ impar sum, quam cuperem
Tuæ excellenti facundiæ parem orationem afferre!
Verum partim attigi, partim nequeo, partim etiam filii
Lingua charissima percensuit, properantibus desideriis
Ex cana juventute, quod mihi acrius animum stimulat.
Itaque, vade age, parentumque precibus et tuis fretus,
Promptus et validus, cum spe optima,
Quo ire cupis. Ductor autem patris tui te ducat egregius.
Etenim in vitam nostram oculos Deus conjicit.
Sive te Attica oblectavit luscinia, sive te jucundæ
Phœniciæ urbs inclyta, legum sedes Romanarum,
Sive Alexandri magna civitas, ex qua multis
Onustam mercibus navem quis agens in suam domum rediit;
Omnis quidem terra tuis expedita sit
Pedibus festinantibus, et amœnos flores gignat,
Et fluvii leni strepitu decurrant, et omnia æquora
Navem ferant ventis levissimis in portum :
Delphinus autem tranquillum super mare, sinuosa pulchris volumina
Versans gyris, et extrema caudæ agmina vertens
Subsultet inter undas tuam viam dirigens,
Quemadmodum olim dorso celebrem vexit cantorem.
Eloquentiæ magistris sis ipse lux, et inter primos discipulos

213 *Γεραρώτερον*. Reg. 990, γεραρώτατον. Edit. male γεραφώτερον.

217 *Μύθων ἐπιδευέες. Ad cujus laudes celebrandas eloquentia mihi opus foret.*

226 *Ἀηδονὶς. Luscinia Attica. Athenas* intelligit eloquentia laude toto orbe celeberrimas.

227 *Φοινίκης κλυτὸν ἄστυ. Phœniciæ urbs incyta :* quam velit Phœniciæ urbem significare Gregorius, non liquet. Tyrus Phœniciæ metropolis nunquam litterarum studiis floruit, sed tantum conchylii et purpuræ commercio.

237 *Ἀοιδόν*. Billius Ariona intelligit, de quo elegantem fabulam habes apud Herodot., lib. I.

238 *Πέλοις φάος. Sis ipse lux.* Te velut oculum habeant eloquentiæ magistri, id est, eximia eloquentia præditum : sic supra carm. I, ad Hellenium, vers. 229, virgines singulari virtute ornatas appellat *gregis sui lumen clarissimum;* et infra carm. VII, vers. 1, Nemesium nuncupat *justitiæ oculum.* Cum Lysander armis Athenas cepisset, multique eum ad

METRICA VERSIO.

Illa virum ostendit, qui quamvis naufragus esset
Atque hospes, splendore tamen super exstitit omnes.
Vincitur eloquio livor quoque, lumina sæva
In multos homines jaciens; nam livor iniquus
Non summa virtute viris indicere bellum
Novit, at his demum, nova quos inopinaque rerum
Prosperitas tumidos reddit, nimiumque superbos.
Eloquium, eloquii vires nervosque requirens,
Quam cuperem exæquare tuas ego carmine laudes!
Ast quædam arripui : vires cessere quibusdam;
Cætera lingua mihi nati memoravit amica,
Ex cana desiderio properante juventa,
Quæ mihi res etiam pectus magis excitat. Ergo
Vade, age, nate, tuis precibus precibusque parentum
Confisus, promptus, validus quoque corpore toto,
Speque bona nixus, quo te fert cumque cupido.
Sit tibi duxque viæ ductor bonus atque paternus.

B Namque oculis vitam nostram Deus aspicit æquis.
Attica sive tuam oblectat luscinia mentem,
Seu magis arridet tibi Berytus, est ubi sedes
Legibus Ausonii, seu te magis urbs capit illa
Nomen Alexandri quæ præfert inclyta regis,
Mercibus innumeris ex qua mercator onustus
Ad patrios læta remeat post mente penates :
Terra tuis pedibus rapidis sit pervia cuncta,
Sit plana et facilis, floresque educat amœnos,
Dulce sonent fluvii, et blando cum murmure cur-
[rant
Ac levibus ventis ad littora fida carinam
Æquor agat, placidis delphisque supernatet undis,
Et variis gyris caudam huc illucque retorquens
Exsiliat, teque haud obliquo tramite ducat,
Ut quondam celebrem gestavit Ariona dorso.
Eloquii doctis lumen sis ipse magistris,

Digitized by Google

Αὐτίκ' ἀριθμήσειαν ἐμὸν πάϊν, ἴσα τέκεσσι
Τίοντες. Κρητὴρ δὲ λόγων καὶ πυθμένος ἄχρις
Ζωρὸς διψαλέῃσιν ἀφύσσοιτο πραπίδεσσι.
Χρύσεα δ' αὖ πτυκτῇσιν ἐνὶ πινάκεσσι γράφοιτο
Γράμματα σῇ παλάμῃ, στάζοι δ' ἀπὸ κηρία βίβλου.
Εἰ δὲ σύ γ' ἀκρεμόνεσσιν ὑφήμενος, εἴαρος ὥρῃ,
Τῆμος ὅτε πνοιαὶ γλυκερώτεραί εἰσι βροτοῖσιν
Ἢ πυρόεν βάλλοντος ὑπὲρ κρατὸς ἠελίοιο,
Μύθοισιν μογέοις πυκινὴν φρενὰ πᾶσαν ἐρείδων,
Τέττιγες λαλαγεῦντες, ἅμ' ὀρνίθεσσιν ἀοιδοῖς,
Σὸν δέμας ἡδυθρόοισιν ἀναψύχοιεν ἀοιδαῖς
Ἐς δῆριν καλέοντες ἀοιδοσύνῃσιν ἑταίρων.
Αὐτὰρ ἐγὼ θοὸν ὥστε φίλοις συρίγμασι πῶλον,
Καί περ θερμὸν ἐόντα, θοώτερον ἐς δρόμον ἧσω

A Νίκης ἰσχανόωντα μεγακλέος, ἠὲ παλαιστῆς
Οἷα γέρων, μεγάλοισιν ἀεθλητῆρσι κελεύων
Ἀμφὶ κόνιν Πισσαῖαν ἐπισταμένοισι λόγοισι,
Παῖδ' ἐμὸν ἐν μεσάτῳ κοτινηφόρον εὔχομ' ἰδέσθαι·
Οὔτε τινὸς κτεάνων περιφείσομαι, ὡς σὺ κελεύεις,
Οὔτε μόγου τοκέεσσιν ἐοικότος, οὔτε τευ ἄλλου
Τῷ ὅσα τὴν μεγάλην ἀρετὴν θνητοῖσιν ἀγείρει.
Κρείσσων γὰρ πενίη πινυτὴ πλούτοιο κακίστου.
Οὐ φράξω πηγὴν, ποταμὸν μέγαν ἐντὸς ἔχουσαν,
Μηδὲ φάος λύχνοιο θάνοι, λήγοντος ἐλαίου·
Ἔρνος τε προχοῇσιν ἀειζώοισιν ἀέξοι.
Τοῦτο δέ σοι παρ' ἐμεῖο μέλος πεμπτήριον ἔστω.
Χριστὸν ἔχοις ἐπέων ἡγήτορα, καὶ βιότοιο
Σῶν λόγον, ὃς μύθων προφερέστατός ἐστιν ἁπάντων.

Protinus connumerent filium meum, perinde ac filios suos
240 Eum honorantes. Poculum autem doctrinæ, et ad fundum usq
Merum sitibundis hauriatur pectoribus.
Aureæ præterea in plicatilibus tabulis scribantur
Litteræ tua manu, et fluant favi e tuo libro.
Sin autem tu sub arborum ramis sedens, verno tempore,
1062-1063 245 Tunc, cum auræ gratiores sunt mortalibus,
Aut ardentes radios spargente supra caput sole,
Sermonibus des operam, tota in illis mentis intentione incumbens,
Cicadæ garrulæ, simul cum avibus canoris,
Tuum corpus suavibus reficiant modulis,
250 Ad pugnam provocantes mutuis concentibus.
Ego vero te amicis sibilis, ac veluti celerem pullum equinum,
Quamvis sponte sua fervidum, ad celeriorem cursum excitabo
Victoriæ cupidum gloriosæ, aut etiam athleta
Veluti senex, qui fortissimos luctatores adhortatur
255 In pulvere Pisæo eruditis sermonibus,
Filium meum in medio cœtu, oleagina redimitum corona videre cupio :
Neque ulli possessionum parcam, ut tu postulas,
Nec labori, quem a parentibus suscipi deceat, nec rei cuipiam
Qua eximiam virtutem homines possint comparare.
260 Præstantior enim est sapiens paupertas divitiis pessimis.
Non obstruam fontem, qui flumen magnum intus continet,
Neque sinam, ut lumen lucernæ emoriatur, deficiente oleo :
Planta autem continuis fluentis irrigata crescat.
Istud autem a me discedens carmen habebis.
265 Christum habeas studiorum ducem, et vitæ
Vivum sermonem, qui sermonibus præstantior est omnibus.

hanc urbem evertendam hortarentur, negavit committendum esse, ut e duobus Græciæ *oculis*, hoc est, Lacedæmone et Athenis, alter erueretur.

243 *Βίβλου*. Chig. βίβλων.

246 *Βάλλοντος*. Mendose edit. βάλλοντες. Mox ὑπὲρ κρατός. Ὑπεράνω κεφαλῆς.

249 *Ἀναψύχοιεν*. Ita Reg. 990. Edit. ἀναψύχειεν.

255 *Πισσαίαν. Pulvere Pisæo*, id est, *in Olympico pulvere*. Bill. : Pisa namque civitas erat in Ellde, Peloponensi regione, juxta Alphæum amnem, circa quem quinto quoque anno celebrabantur certamina Jovi sacra quæ Olympia dicebantur : unde etiam hanc urbem Olympiam postea appellatam tradit Stephanus. Qui autem in hoc certamine victor exstitisset, oleæ ramum ferebat.

264 *Πεμπτήριον. Quo te discedentem prosequor.*

266 *Σῶν* pro σάον. Ibid. *προφερέστατος*. Sic Reg. 990. Edit. προερέστατος, *qui amandus*, vel *prædicandus præ cæteris*.

METRICA VERSIO.

Atque inter primos numerent te protinus illi,
Nec minus ad natos te complectantur amentque.
Doctrinæ calicem sitibundo pectore ad imum
Fundum usque exhauri, mentemque avidissimus imple.
In tabulis, tua quæ pinget manus, aurea sunto
Eque libro Hyblæi stillet favus undique mellis.
Quod si, vere novo, recubans sub fronde virenti,
Tunc cum purgatæ esse solent mortalibus auræ,
Vel caput ardenti cum sol diverberat æstu,
Addicta studiis omnino mente labores,
Multa cicada tuum corpus volucresque canoræ
Dulcisono cantu exhilarent, reparentque labori,
Per socios cantus ad pugnam teque lacessant.
Ast ego præcelerem per sibila grata caballum,
Atque acrem ad cursum, celerem magis ipse cietis.

B Efficiam, cupidum palmæ qua gloria surgit ;
Grandævi aut instar pugilis fractique senecta,
Fortibus athletis Pisæo in pulvere scitus
Jussa dabo, gravibusque incendam pectora dictis.
Natum aveo in medio cœtu mediisque catervis
Cernere, qui viridi sit tempora cinctus oliva.
Non ego vel nummis ullis, ut versibus a me
Exposcis, parcam, vel digno patre labori,
Aut aliis rebus, paritur quibus aurea virtus.
Sacrilegis opibus sapiens præcellit egestas.
Non fontem claudam, fluvium qui continet altum ;
Non defectu olei lampas tua, nate, peribit ;
Plantaque continuis crescet perfusa fluentis.
Ast ego te verbis abeuntem prosequor istis.
Eloquii Christus tibi, sit tibi dux quoque vitæ
Sermo, sermones qui longe præterit omnes.

Digitized by Google

Μὴ σύ γ' ἑταιρίσσαιο κακὸν καὶ φαῦλον ἑταῖρον·
Λοιμὸς καὶ κρατεροῖσιν ἐνιχρίμπτει μελέεσσιν·
Οὔτ' ἀρετὴν ὀπάσεις, καὶ αἴσχεος ἀντιβολήσεις.
Σωφροσύνην συνέριθον ἔχοις, καὶ τέρπεο μούνῃ·
Μὴ πόθος ἐκκρούσειε πόθον τὸν ἄριστον ἁλιτρός·
Ἕν, μύθοιο, νόμιζε, σοφὸν τρόπον ἔμμεν' ἀρείω.
Εἰ δὲ σύ γε πλήσαις ἱερὴν φρένα τῶν περ ἑολπας,
Αὖτις ἴοις, πομπὸς δέ σ' ἄγοι περίφαντον ἅπασι,
Πομπὸς δ' ὅσπερ ἰόντι συνέμπορος ἦεν ὁδοῖο.
Μισθὸς δ' αὖ τοκέεσσι χάρις, καὶ οὔνομ' ἄριστον.
Ταῦτά γέ σοι παρ' ἐμεῖο, τέκος φίλον· εἰ δὲ Γαδείρων
Πρόσθε περᾷν ἐθέλοις, καὶ τῇ Θεὸς ἡγεμονεύοι.

A Οὐδὲν ἄπιστον ἐόντα σοφὸν, καὶ βένθεα μύθων
Αἰὲν ἀνιχνεύοντα ὑφ' ἡγεμόνεσσιν ἀρίστοις
Τοίοις, ὄντιν' ἔλεξας ἀφ' αἵματος ἡμετέροιο,
Ὦ τέκος, ἀκροτάτοιο καλοῦ πρὸς τέλσον ἱκέσθαι.

Ϛ'. Παραινετικὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα.

Τέκνον ἐμὸν, τὸ δέ τοι πεμπτήριον ἐσθλὸν ὀπάζω
Γρηγόριος· πατρὸς δὲ παραίφασίς ἐστιν ἀρίστη.
Οὐ χρυσὸς λιθάκεσσι μεμιγμένος, εὐγενέεσσι
Κόσμος θηλυτέρῃσιν, Ὀλυμπιάς, οὐδὲ μὲν εἶδος
Χρώμασι φαρμάσσειν βασιλήϊον, αἴσχεϊ τερπνῷ,
Εἶδος ἐπ' εἶδος ἄγουσαν ὁλοίτιον. Εἵματα δ' ἄλλαις

Ne vero tu tibi adjungas malum et flagitiosum sodalem :
Pestis vel validissima invadit membra ;
Nec virtutem illi dabis, et vitia illius contrahes.
Sapientiam habeto sociam, et illa delectare sola ;
Ne amorem optimum extrudat amor flagitiosus :
Unam rem crede, nempe morum probitatem doctrina esse meliorem.
Si vero tu expleveris castam mentem iis, quæ sperasti,
Rursus revertere, et ductor te reducat conspicuum omnibus,
Ductor ille, scilicet, qui eunti socius fuit viæ.
Merces vero parentibus gratia rependatur, et nomen optimum.
Hæc tibi a me, dilecte fili ; sin autem Gades
Ultra penetrare velis, et eo Deus tibi dux sit.
Nequaquam incredibile est virum sapientem, et altos doctrinæ gurgites
Semper haurientem sub optimis magistris,
Qualis ille est quem nominasti ex sanguine nostro,
O fili, ad summi boni apicem posse pervenire.

1064-1065 VI. *Ad Olympiadem* *.

Filia mea, hoc tibi munus bonum mitto
Gregorius : Patris autem admonitio est optima.
Non aurum lapidibus immistum, nobilibus
Ornamentum est mulieribus, Olympias, neque etiam vultum
Coloribus pingere regalem, turpi oblectantem decore,
Faciem facie obducendo perniciosa. Vestes sint aliis

* Scriptum an. 384. — Alias Bill. 57, p. 132.

268 *Κρατεροῖσιν.* Sic Chig. Edit. vitiose κρατεροῖς.

272 *Ἀρείω.* Chig. ἄρειον.

274 *Αὖτις ἴοις. Rursus revertere*, nempe *ad nos.* Mox περίφαντον. Ita legendum videtur cum schol., qui habet etiam περιφανῆ, *conspicuum.* Edit. περίφαντος.

275 *Ὅσπερ.* Melius quam ὥσπερ, ut in editis.

281 *Ἀφ' αἵματος*, scilicet, *Gregorius.*

VI. ARGUMENTUM. *Hoc carmen, inquit Leunclaius, simpliciter in Græco* Paræneticum *inscribitur. In uno e regiis codicibus is huic carmini præfixus est titulus :* Ἐφάμιλλός τις πρὸς ἐπίγαμον παρθένον, Ὀλυμπιάδα λεγομένην. Consimilis admonitio ad virginem nubilem, Olympiadem dictam. *Ideo autem inscribitur* ἐφάμιλλος, consimilis *adhortatio, quod in illo codice hæc aliam subsequatur adhortationem de eodem argumento, nempe* De superfluo mulierum ornatu, κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων, Bill. 58, nunc XXIX, sect. 2, lib. I, *Codex Coisl. habet*, πρὸς Ὀλυμπιάδα, ad Olympiadem, *ad cujus nuptias invitatus Gregorius, cum podagra gravatus interesse non potuisset, datis epistolis ad Anisium rogavit ut se excusaret prætereaque ad ipsam Olympiadem istud carmen misit. Quo carmine regulas ac præcepta ei tradit, quibus honeste sancteque in matrimonio vivat. Hæc illa est Olympias, celeberrima diaconissa Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ab omnibus sui temporis scriptoribus ob præclaras virtutes decantata. Carmen autem Gregorii exeunte anno* 384 *conditum est, siquidem Nebridius, cui Olympias nupsit, quocum non totos viginti menses habitavit, adhuc in vivis erat* 29 *Junii* 386.

2 *Πατρὸς δὲ παραίφασις.* Ita carm. præc., v. 7.

5 *Βασιλήϊον. Regalem vultum*, id est, *divinam imaginem.*

METRICA VERSIO.

Ne tibi qui vitiis scateat, conjunge sodalem ;
Namque simul firmos pestis gravis occupat artus :
Non tu virtutem tribues, sed dedecus ipse
Accipies, vitiis atque inficiere profanis.
Junge pudicitiam semper tibi ; te juvet una ;
Ne sanctam elidat flammam scelerata cupido.
Unam doctrina rem semper crede priorem,
Virtutem, studiumque boni, moresque probatos.
Post ubi tu mentem rebus compleveris istis,
Quas speras, idem repetenti patria tecta,
Dux exstet, comitem qui se tibi junxit eunti.
At patribus merces sit gratia, famaque læta.
Hæc tibi sint a me, proles charissima ; quod si
Herculeas etiam cupias transnare columnas,

B Illuc sit quoque dux superi tibi Rector olympi.
Cur ego diffidam, si mentis acumine quisquam
Polleat, et sophiæ noctuque diuque recessus
Imos scrutetur ducibus præstantibus utens,
Qualem tu quemdam memorasti, sanguine nobis
Junctum, quin tandem veniat virtutis ad arcem ?

VI. AD OLYMPIADEM.
(Billio interprete.)

Nata mea, hoc pulchrum munus tibi mittitur a me ;
Nil porro utilius monitis meliusque paternis.
Non fulvum gemmis junctum radiantibus aurum
Matronam decorat, variis nec pingere vultum
Artibus, atque novam formæ superaddere formam.
Sint aliis pulchræ, Tyrio sint murice tinctæ

Digitized by Google

Πορφύρεα, χρύσεα, διαλαμπέα, σιγαλόεντα,
Αἷς οὐδὲν βιότοιο διαυγέος εὖχος ἔπεστι.
Σοὶ δὲ σαοφροσύνη τε μέλοι, καὶ κάλλος ἀγητὸν
Ὄμμασι κευθομένοισιν. Ὁδὲ τρόπος, ἄνθος ἄριστον,
Ἔμπεδον, ἀστυφέλικτον, ἀοίδιμον εὖχος ἐχούσῃ.
Ἄζεο μὲν πρώτιστα Θεὸν, μετέπειτα δ' ἀκοίτην,
Ὀφθαλμὸν βιότοιο, τεῆς σημάντορα βουλῆς,
Τὸν μοῦνον φιλέειν, μούνῳ δέ τε θυμὸν ἰαίνειν·
Καὶ πλέον, ἢν σε πόθοισί τε λειοτέροις ἀγαπάζῃ,
Φίλτρον ἔχων ἀκέαστον, ὁμοφροσύνης ὑπὸ δεσμοῖς.
Θάρσος ἔχειν μὴ τόσσον, ὅσον πόθος ἀνδρὸς ὀπάζει,
Ἀλλ' ὅσον ἐστὶν ἐοικὸς, ἐπεὶ κόρος ἐστὶν ἁπάντων.
Πάντων μὲν κόρος ἐστί· πόθος δ' ἀκόρητος ἀρείων.
Μή ποτε θῆλυς ἐοῦσα, ἐς ἀνέρος ὄγκον ἐπείγου.
Μηδὲ γένος προφέρειν, μήθ' εἵμασιν ὀφρὺν ἀείρειν,
Μὴ σοφίην· σοφίη δὲ γάμου θεσμοῖς ὑποείκειν.
Πάντα γὰρ ἀμφοτέροισι βίου ξυνώσατο δεσμός.
Εἴκειν μὲν βρομέοντι, πονειομένῳ δ' ἐπαρήγειν,
Μύθοισιν μαλακοῖσι, παραιφασίῃσί τ' ἀρίστοις·
Οὐδὲ λεοντοκόμος θηρὸς μένος εὔνασεν ἀλκῇ,
Ἀσθμασι βρυχαλέοισι χολούμενον, ἀλλὰ δαμάζει
Χερσὶ καταψήχων, καὶ αἰμυλίοισι λόγοισι.
Μή ποτε ἢ θωὴν τιν' ὀνειδίσειας ἀκοίτῃ,
Καὶ μάλα χωομένη περ, ἐπεὶ πλέον αὐτὸς ὄνειαρ,
Μηδὲ τέλος βουλῆς ἀντίξοον· οὐ γὰρ ἐοικός.
Δαίμων πολλάκι τέρμα φέρει συμφράδμονι βουλῇ
Μηδὲ μὲν ἀδρανίην· ἢ γὰρ κρατέοντι μάχαιρα.
Μηδὲ μὲν αἰνήσειας, ὃν οὐ φίλον ἀνέρι σεῖο,

Purpureæ, aureæ, splendidæ, varie pictæ,
Quibus nulla vitæ inclytæ gloria suppetit.
Tibi vero pudicitia curæ sit, et pulchritudo miranda
Oculis etiam clausis. Mores autem sunt flos pulcherrimus,
Firmus, inconcussus, mulieri cui præclara est fama.
Venerare primo quidem Deum, deinde vero maritum,
Oculum vitæ tuæ, tui arbitrum consilii,
Quem unum diligas, cui soli placere studeas;
Atque etiam impensius, si te ipse amore perfectiore diligat,
Constantem exhibens affectum, sub legitimi amoris vinculis.
Libertatem ne habeas tantam, quantam tibi viri cupiditas affert,
Sed quantam habere par est, siquidem satietas est rerum omnium.
Omnium, inquam, satietas est; ut autem in amore non subeat fastidium, melius.
Ne unquam, cum femina sis, in virilem fastum prorumpas.
Nec genus proferas, nec ob vestium elegantiam supercilium tollas,
Nec ob sapientiam: sapientia autem mulieris est matrimonii legibus parere.
Omnia enim inter virum et mulierem communia fecit connubii vinculum.
Cede excandescenti marito, laboranti fer opem,
Blandis verbis, admonitionibusque optimis:
Neque enim is qui leonis curam gerit, robore iram belluæ sedavit
Æstuantis et frementis, sed domat
Manu permulcens et blandis verbis.
Nunquam detrimentum ullum exprobres viro
Etiam valde irata: plus enim ipse tibi est quam divitiæ;
Nec si quid contigerit votis contrarium; non enim æquum est.
Dæmonis malitia sæpe fiunt irrita prudenti suscepta consilio.
1066-1067 Nec vero imbecillitatem exprobres: est enim penes dominantem gladius.
Neque laudes quemquam, qui non sit amicus viro tuo,

7 *Σιγαλόεντα. Quæ elegantia sua silentium* et admirationem incutiunt. Hom., *Iliad.* v, 226. Ἥνια σιγαλόεντα, *habenas miro artificio factas.*

8 *Βιότοιο διαυγέος. Vitæ inclytæ*, seu *virtutis.*

14 *Μούνῳ δέ τε θυμὸν ἰαίνειν. Quo uno animum oblectes.*

16 *Δεσμοῖς.* Coisl. θεσμοῖς.

19 *Ἀρείων.* Schol. ἀμείνων δὲ πόθος, οὗ κόρος οὐ πέφυκε, *melior autem ille est amor, cujus non subit fastidium.*

29 *Ἀκοίτῃ.* Ita Combef. Favet schol. οἰκοδεσπότῃ. Edit. ἀκοίτην.

33 *Κρατέοντι.* Schol. οἰκοδεσπότῃ. *Penes patremfamilias est gladius.* Billius legit κραταιοντι. *Sensus enim est*, inquit, *gladium, quo cinctus est, satis virium præstare, infirmitatem compensare.*

METRICA VERSIO.

Vestes, purpuræque, quibus nil scilicet affert
Splendoris probitas vitæ et præstantia morum.
Cura pudicitia tibi sit, tibi cura decoris
Illius occlusi quem demirantur ocelli.
Moribus haud ullus flos est mage lætus honestis,
Et fama egregia, cunctaque et labe carente.
Primo Dei numen, posthac venerare maritum,
Vitæ oculum, et tua qui sapiens consulta gubernat.
Hunc et semper ames unum, læteris et uno:
Idque magis, flammas si senseris illius in te
Ardentes, stabilisque tui conservet amorem.
Ne tibi sit, quantam cupit hic, fiducia tanta,
Sed quantum decet ac fas est. Namque omnia tandem
Tædia ferre solent animis. Non expedit autem
Conjugis ut saturum capiat fastidia pectus.
In fastum, mulier cum sis, ne assurge virilem.
Ne genus et proavos memora: ne pulcher amictus
Sit tibi vel vani sapientia causa tumoris.
Legibus est thalami sapientia cedere magna.
Cuncta etenim nexus communia reddit utrique
Conjugii. Tu cede viro, cum bile movetur,
Atque laboranti fer opem, mollique loquela
Admonituque probo mœrentia pectora fulci.
Cum lea sæva furit, rabidaque exæstuat ira,
Robore corporeo domitor non comprimit illam,
Sed manibus mulcens domat hanc et voce suavi.
Ne damnum improperes, quamvis irata, marito;
Pluris enim ille tibi est, quam commoda cuncta pu-
[tandus:
Nec finem adversum votis; namque haud decet istud.
Sæpe fit ut non sit prudentibus exitus idem,
Consiliis, verum male vertant optima cœpta.
Nec teneras vires; nam magnum robur in ense.
Nec, quem non amet ille, virum laudaveris unquam,

Digitized by Google

Παρβλήδην ἐπέεσσι καθαπτομένη δολίοισι.
Καὶ δ' ἄλλως ἐπέοικεν ἁπλοῦς τρόπος εὐγενέεσσιν
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσι.
Ξυνὰς δ' εὐφροσύνας καὶ ἄλγεα πάντα τίθεσθαι,
Ξυνὰς δ' αὖ μελεδῶνας, ἐπεὶ τόδε οἶκον ἀέξει.
Μῆτις μὲν καὶ σεῖο, τὸ δὲ κράτος ἀνέρος ἔστω
Ἀχνυμένῳ βαιόν τι συνάχθεο· καὶ τόδε τερπνὸν
Φάρμακον ἄλγεός ἐστι, φίλων ἄχος. Ὦκα δ' ἔπειτα
Αἴθριον εἶδος ἔχουσα, λύειν μελεδήματα θυμοῦ.
Ἀνδρὶ γὰρ ἀσχαλόωντι λιμὴν εὔορμος ἀκοιτις.
Κερκίς σοί γε μέλοι, καὶ εἰρία, καὶ μελεδῶναι
Θείοις ἐν λογίοισι· τὰ δ' ἔκτοθι ἀνδρὶ μέλοιτο.
Μὴ πολὺν ἐκ προθύρων πέμπειν πόδα, μηδ' ἐπὶ τέρψιν
Ἁνδημον, καὶ ἄκοσμον ὁμήγυριν· ἦ γὰρ ἔρευθος
Αἰρεῖ κ' αἰδομένῃσι, τὰ δ' ὄμματα ὄμμασι μίσγει·
Αἰδὼς δ' οἰχομένη, πάντων γενέτειρα κακίστων.
Ἐς δ' ἀγαθὰς κέλομαί σε φέρειν πόδα σὺν πινυτῇσιν,
Ὥς τινα καὶ λόγον ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσὶ σεῖο χαράξῃς,
Ἥ κακίης ὀλετῆρα τεῆς, ἢ δεσμὸν ἀρίστων.
Οἶκός σοι, πόλις ἐστὶ, καὶ ἄλσεα. Μὴ ὁράασθαι
Ἄλλοις, ἢ πηοῖσι σαόφροσιν, ἠδ' ἱερῇσι
Καὶ πολιῇ νεότητος ἀρείονι· μηδὲ γυναιξὶ
Ταῖς ὁπόσαις αὐχήν τε πολὺς, καὶ δήμιον εἶδος·
Μηδὲ μὲν εὐσεβέεσσιν, ὅσους πόσις ἐκτὸς ἐέργει,
Καὶ μάλα περ τίουσα. Τί τοι τόσον ἐστὶν ὄνειαρ,
Ὁσσάτιον πόσις ἐσθλὸς, ἐπὴν μόνον ἀμφαγαπάζῃς;

35 Per comparationem verbis perstringens versutis.
Nam alioqui etiam decet morum simplicitas nobiles
Viros et mulieres, sed præsertim feminas.
Communes voluptates et dolores omnes habeas,
Communes etiam curas, siquidem hoc rem familiarem adauget.
40 Consilium quidem da: verum auctoritas penes maritum esto.
Dolente marito paululum simul doleas; istud enim gratum
Levamen doloris est, amicorum dolor. Cito autem postea
Serenam faciem exhibens, depelle curas animo.
Marito enim in mœrorem prolapso commodissimus portus est uxor.
45 Radio da operam, et lanæ, et versare in meditatione
Divinorum oraculorum: externa autem negotia viro curæ sint.
Ne crebro limine pedem efferas, nec ad festa
Publica, aut ad inconditam turbam: id enim pudorem
Adimit etiam verecundis et oculos oculis miscet:
50 Pudoris autem jactura omnium genitrix est flagitiorum.
Ad honestos autem cœtus jubeo te pedem ferre cum prudentibus,
Ut aliquem egregium sermonem tuo pectori insculpas,
Quo vel vitia tua deleantur, vel arctius sit vinculum virtutum.
Domus tibi instar urbis sit et nemorum. Ne videaris
55 Ab aliis, quam a propinquis, iisque sapientibus, et a sacerdote,
Et senectute juventute præstantiori: neque etiam a mulieribus
Quibus collum sublime et meretricia facies;
Imo nec a piis quidem viris, quos maritus a domo arcet,
Quamlibet eos honore prosequaris. Quid enim tantæ tibi est utilitatis,
60 Quantæ maritus probus, quem solum unice amaveris?

37 *Μάλιστα δέ.* Sic legendum monet Billius, ut suus versui numerus constet. In editis deest δέ, et claudicat versus.

42 *Ἄχος.* Ita legendum pro ἄκος, ut ex præcedenti versu patet. Vult Gregorius, inquit Billius, nullam esse commodiorem dolori medicinam, quam amicorum condolentiam.

45 *Κερκίς*, etc. Ita lib. I, sect. 2, carm. II, vers. 320, 321.

49 *Κ' αἰδομένῃσι.* Sic Coislinianus. Male edit. καιδομένῃσι.

50 *Αἰδὼς δ' οἰχομένη.* Schol., καὶ οἰχομένης αἰδοῦς, τὰ κάκιστα πάντα τίκτεται. *Pudore autem deposito, flagitia omnia enascuntur.*

METRICA VERSIO.

Versuto sermone notans pungensque maritum.
Namque alias etiam sit oportet femina simplex,
Virque etiam, sed plus mulier: majoribus ipsa
Debet in hanc etenim studiis incumbere laudem.
Sint tibi lætitiæque omnes, sævique dolores,
Sint tibi communes charo cum conjuge curæ;
Nam domus his veluti gradibus se tollit in altum.
Dic quoque quid placeat, sed sit sententia victrix
Conjugis: hanc contra nimium contendere noli.
Cum jacet in luctu, paulum quoque contrahe frontem,
Ac sociam luctus te da: nam mœror amici
Afflicto esse solet dulcis medicina doloris.
Protinus at vultum sumens cum mente serenum,
Mordaces animi curas luctusque revelle.
Nam mœsto est uxor statio benefida marito.
Pro studio, arguto tibi sit cum pectine tela,
Divinique tuam teneat meditatio mentem
Eloquii: conjux externa negotia curet.
Limine, nata, pedem nisi raro efferre caveto·

B Nec tu publica festa, inhonestos nec pete cœtus:
Namque verecundis etiam de fronte ruborem
Hæc adimunt, oculisque procacia lumina jungunt;
Exstincto porro subeunt mala cuncta pudore.
Ad sanctos autem jubeo te tendere cœtus,
Dum prudens matrona tibi se jungat eunti,
Egregium medio sermonem ut pectore condas,
Quo tua vel virtus crescat, vel noxa necetur.
Urbs tibi sint ædes: tibi sint viridaria læta
Non cerni. Excipio charos castosque propinquos,
Atque sacerdotem, et senium juvenilibus annis
Utilius multo ac melius. Quin, nata, monebo
Hoc quoque, feminei ut vites consortia sexus,
Si qua sit extenta cervice atque ore procaci.
Nemo sit usque adeo sanctus, mea nata, piusque,
Cui pateant aditus ad te, si forte maritus
Oderit hunc, nolitque suis admittere tectis.
Quæ tibi tanta ferat, dic, sodes, commoda quisquam,
Quanta feret thalami socius ferventer amatus?

Digitized by Google

Λίην μὲν φρονέειν, λίην δέ τε μὴ βλεμεαίνειν.
Αἰνῶ θηλυτέρας, τὰς ἄρσενες οὐδὲ ἴσασι.
Μηδὲ μὲν ἢ ἐπὶ δαῖτα γαμήλιον, ἠὲ γενέθλην
Σπεύδειν, ἔνθα πόθοι τε, χοροιτυπίαι τε, γέλως τε,
Καὶ χάρις οὐ χαρίεσσα· τὰ γὰρ καὶ σώφρονα θέλγει,
Ὡς ἀκτὶς κηροῖο διαΐσσουσα τάχιστα.
Μηδὲ μὲν οἰκιδίους τε πότους κατὰ δῶματ' ἐγείρειν
Ἀνέρος ἢ παρεόντος ἀμύμονος, ἢ ἀπεόντος.
Γαστὴρ μέτρα φέρουσα τάχ' ἂν παθέεσσιν ἀνάσσῃ.
Τὴν δ' ἄθυρον τρομέω μὲν ἐγὼ, τρομέει δὲ ἀκοίτης.
Μηδὲ παρειάων σκιρτήμασι πάλλεο μάχλοις,
Ἠὲ χόλῳ πλήθοντι· τὸ γὰρ μερόπεσσιν ὄνειδος,
Θηλυτέραις δὲ μάλιστα, καὶ ἔκτροπον εἶδος ἔθηκεν.
Οὔατα κόσμον ἔχοι τὸν ἀμάργαρον, ἐσθλὰ δέχεσθαι

A 75 Ῥήματα, τοῖς δὲ κακοῖσι νόου κληῖδ' ἐπικεῖσθαι·
Οἰκταί τε κλειταί τε, σαόφρονές εἰσιν ἀκουαί.
Στάζοι δ' ἀγνὸν ἔρευθος ὁμόζυγι παρθένος αἰδῶς
Σοῖσιν ὑπὸ βλεφάροισι· δίδου δ' ὁρόωσιν ἔρευθος,
Ὄμματα πτῆρὰ ἔχουσα, καὶ ἐς χθόνα ὄφρὺν ἄγουσα.
80 Γλῶσσαν ἔχουσ' ἀχάλινον, ἀεὶ πόσιν ἐχθοδοπήσεις.
Γλῶσσα καὶ ἀπταίστοισι κακὸν βάλε πολλάκι μάργη.
Σιγᾶν λώϊόν ἐστιν, ὅτ' ἐς λόγον ἔργον ἐπείγῃ,
Ἢ λαλέειν, καιροῖο λόγον κλείοντος ἄκοσμον.
Μῦθος ἀεὶ ποθέοιτο. Πόδες δ' ὑπέροπλον ἰόντες,
85 Ψεῦσται σωφροσύνης· καὶ ἴθμασιν ὕβρις ἔπεστι.
Καὶ τὸ δέχου. Μὴ σαρκὸς ἔχειν ἀδάμαστον ἐρωὴν,
Μηδ' αἰεὶ λεχέεσσι χαρίζεο. Πεῖθε σύνευνον
Ἥμασιν ἀγνοτάτοισι φέρειν χάριν. Ὡς γὰρ ἔοικεν,

Animo quidem sis excelso, verum ne insolescas.
Feminas eas laudo, quas viri nequidem norunt.
Nec ad nuptiale convivium, nec ad natale
Properes, ubi et amores, et choreæ, et cachinni,
65 Et facetiæ infacetæ : hæc enim vel pudicum pectus demulcent,
Ut radius solis ceram penetrans citissime.
Nequidem privatas compotationes domi excita
Sive præsente marito laudabili, sive absente.
1068-1069 Venter modum tenens fortasse cupiditatibus imperaverit.
70 Helluonem autem pertimesco ego, pertimescit et maritus.
Neque etiam genarum subsultationibus palpites lascivis,
Vel iræ æstu : hoc enim hominibus turpe,
Mulieribus autem maxime, et formæ venustatem labefactat.
Aures ornatum habeant, non in margaritis, sed in eo situm ut optima
75 Excipiant verba, pravis autem animi clavis imponatur.
Sic et apertæ, et clausæ, pudicæ sunt aures.
Fundat autem egregium marito ruborem virgineus pudor
Tuis sub palpebris; ad aspectum hominis erubescas,
Oculos habens cæcos, et in terram supercilium demittens.
80 Si linguam habueris effrenatam, marito semper invisa fies.
Lingua procax et innocentibus sæpe noxam intulit.
Silere melius est, etiam cum ad loquendum res compellit,
Quam loqui, cum tempus sermone prohibet indecoro.
Sermonis tui semper desiderium relinque. Pedes autem superbe gradientes
85 Mentiuntur pudicitiam; etiam gressibus inest libido.
Et hoc accipe. Ne carnis indomitum habeas impetum,
Nec quovis tempore lecto geniali indulgeas. Suade marito
Ut sacrorum dierum rationem habeat. Sic enim æquum est

61 *Λίην μὲν φρονέειν.* Ita fere eodem carm. II, 353-355.
62 *Θηλυτέρας.* Coisl. θηλυτέρων.
64 *Πόθοι.* Ita mss. Billius mavult πότοι.
69 *Ἀνάσσῃ.* Coisl. ἀνάσσοι.
78 *Δίδου*, etc. *Incutias te conspicientibus pudorem.* Int. Coisl. ἵνα καὶ τοὺς ὁρῶντας παρασκευάσῃς ἐρυθρᾶν, *ut et te videntes ad erubescendum præpares.*
82 *Σιγᾶν λώϊόν ἐστιν.* Int. κρεῖττον σιγᾶν, τοῦ καιροῦ λέγειν ἐπείγοντος, ἢ λαλεῖν λόγον αἰσχρὸν καὶ ἄκοσμον, ἀποκλείοντος· *Præstat silere, etiam cum tempus postulat ut loquaris, quam quid turpe et inhonestum loqui, cum prohibet.*

METRICA VERSIO.

Alto animo sis ipsa, licet non mente superba.
Hæc mihi laudatur mulier, quam turba virilis
Omnino ignorat. Fuge connubialia festa,
Atque dapes natalitias, ubi vina bibuntur
Largius, atque chori regnant, turpesque cachinni,
Ac lepor illepidus : quæ vel castissima mulcent
Pectora, tamque cito penetrant, quam fervida ceram
Lux Phœbi penetrare solet. Sed et ipsa caveto,
Ne præsente viro, vel eodem absente, lyæo
Des operam, inque tuis agites convivia tectis.
Forte queat venter rabidos compescere motus,
Dum modico gaudet victu : at si frena recuset,
Indomitusque ruat, timeo hunc, timet huncque ma-
[ritus.
Ne gena subsultet lascivis motibus unquam,
Aut ira tumefacta gravi. Nam dedecus istinc
Femina virque trahunt : at majus et illa ; fit inde
Fœda etenim facies, turpique simillima monstro.
Jam suus auriculis mundus quoque constet, ut illæ,

B Quæ bona sunt tantum excipiant, adversa repellant;
Sint castæ et foribus clausis, et rursus apertis.
Virgineum tæda sociato funde pudorem :
Adque hominum aspectus tingat rubor ora, oculique
Ut tibi sint cæci, et fixi tellure labora.
Quinetiam linguæ nisi frenum imponere cures,
Conjugis offendes animum ; mala plurima sæpe
Innocuis etiam peperit male prodiga lingua.
Præstat, cum verbis locus est tempusque, silere,
Mittere quam vocem, cum vox et lingua premenda
[est.
Fac tua vox cupidas semper labatur in aures.
Quin pes elate gradiens negat esse pudica
Pectora : namque etiam est in gressu sæpe libido.
Hoc quoque consilium capias, charissima nata.
Effrenis ne te carnis trahat impetus, omni
Tempore nec lecti genialis gaudia quæras.
Ipsa virum dictis moveas, ut tempora sancta
Sic colat, ut Veneris procul absit blanda voluptas.

Digitized by Google

Εἰκόνα την μεγάλοιο Θεοῦ θεσμοῖς ὑποείκειν,
Εἰ καὶ θεσμὸν ἔδωκε γαμήλιον Υἱὸς ἄσαρκος,
Ἡμετέρῃ γενεῇ, καὶ πλάσματι χειρὸς ἀρήγων·
Ὡς κεν ἀπερχομένοισι καὶ ἐρχομένοισι γενέθλη
Ἕλκηται μερόπων τρεπτὸν γένος, οἷα ῥέεθρον
Ἄστατον ἐκ θανάτοιο, καὶ ἱστάμενον τεκέεσσιν.
Ἀλλὰ τί μοι τὰ ἕκαστα διακριδὸν ὧδ' ἀγορεύειν;
Οἶδα δ' ἔγωγε παραιφασίην, καὶ τῆς μέγ' ἀμείνω.
Ἔστι τοι, ὦ χαρίεσσα, Θεουδόσις. Ἧδε προκείσθω
Παντός σοι μύθοιο καὶ ἔργματος ἔμπνοος εἰκών,
Θηλυτέρη Χειρωνὶς, ὑπὸ προπόδεσσι γάμοιο,
Ἣ σ' ἐκ πατρὸς ἔδεκτο καὶ ἔπλασεν ἤθεσι κεδνοῖς·
Αὐτοκασιγνήτη μέγ' ἀμύμονος ἀρχιερῆος
Ἀμφιλόχου, τὸν ἔπεμψα Θεῷ, Θέκλῃ γε σὺν ἀγνῇ,
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, κῦδος ἐμεῖο.
Κ' εἴ τιν' ἐμῆς πολιῆς ὑψίφρονα μῦθον ἐδέξω,
Τὸν κέλομαι πραπίδων σε φίλοις κευθμῶσι φυ-
[λάσσειν,
Ὃ δ' ἂν καὶ πόσιν ἐσθλὸν ἐρίπτολιν ἐξακέσαιο,
Εἴ τοι καὶ μεγάλαυχον, ὑπέρτερον εὖχος ἔχουσα.
Νῦν μέν σοι τόδ' ἔδωκα κεμήλιον. Εἰ δὲ τὸ λῷστον,
Καὶ τεκέων τεκέεσσι πέλοις πολύκαρπος ἀλωή,
Ὡς καὶ πλειοτέροισι Θεὸς μέγας ὑμνείοιτο,
Τῶπερ δὴ γενόμεσθα, καὶ ᾧ θέμις ἔνθεν ὁδεύειν.

Imaginem magni Dei legibus divinis parere,
Tametsi legem conjugalem dederit Filius carnis expers
Nostro generi, hominibus, quos condidit, opem ferens;
Ut videlicet aliis decedentibus, aliis succedentibus, generatio
Decurrat, volubile genus hominum, instar fluvii,
Fragile per mortem, et stabile per generationem filiorum.
Sed quid ego hæc sigillatim persequor?
Novi ego ipse admonitionem, et quidem hac nostra longe præstantiorem.
Est tibi, o elegantissima, Theodosia. Hæc tibi proposita sit
Omnis sermonis et actionis vivum exemplar:
Femina Chironis, sub radicibus matrimonii,
Quæ te a patre suscepit, et optimis imbuit moribus;
Germana soror longe innocentissimi præsulis
Amphilochii, quem ad Deum misi cum sancta Thecla,
Magnanimum veritatis præconem, decus meum.
Si quem etiam sublimem senectutis meæ sermonem excepisti,
1070 1071 Hunc jubeo te in imis animi latebris condere,
Quo et maritum egregium civem sanaveris,
Quamvis magna jactantem, præstantius ipsa decus habens.
Nunc quidem hoc tibi do munus. Si quid vero majus cupis,
Fias sicut vitis abundans, natosque natorum videas,
Ut et a pluribus magnus celebretur Deus,
Cui et nascimur, et ad quem æquum est, ut hinc properemus.

93 *Ἕλκηται μερόπων*, etc. Ita lib. I, sect. 2, carm. I, vers. 126, etc.

97 *Θεουδόσις*. Edit. Θεοῦ δόσις. Int. Coisl., ἔχεις, ὦ καλλίστη γυναικῶν, δωρεὰν ἐκ Θεοῦ σοι φοιτήσασαν. *Habes, o mulierum pulcherrima, donum ex Deo, nimirum egregiam mulierem, a qua instituta fuerat Olympias.* Nomen tamen proprium esse, atque uno verbo scribendum videtur Θεουδόσις. Int. Coisl. αὐτή σοι προκείσθω, ἡ θαυμασία, λέγω, Χειρωνίς. Vide supra carm. III, vers. 168.

99 *Ὑπὸ προπόδεσσι γάμοιο.* Interpres Coislinianus, παρ' αὐτὰς τοῦ γάμου τὰς ἀρχάς, *sub ipsis matrimonii initiis.*

101 *Αὐτοκασιγνήτη*. Schol., πανυγνησιωτάτη, σύναιμος.

102 *Τὸν ἔπεμψα. Quem ad Deum misi*, etc. Num mortem Amphilochii significat Gregorius, et quidem Seleuciæ, ubi ædes sacra sanctæ Theclæ, in quam ipse Gregorius secesserat?

106 Ὃ δ'. Ita Coisl. Edit. ὧν.

107 *Εἴ τοι*. Ita Coisl. Edit. εἴ τι.

108 *Εἰ δὲ τὸ λῷστον*. Schol. εἰ δὲ καὶ τὸ βέλτιστον βούλοιο λαβεῖν.

METRICA VERSIO.

Cedere divinis placitis nam debet imago
Numinis, humana quamvis de stirpe creatis
Connubii legem dederit Patris unica Proles,
Ferret opem ut nobis, manibus quos finxerat ipse:
Ut dum alii abscedunt, alii veniuntque, trahatur
Vita fugax hominum, violenti fluminis instar,
Ob mortem instabilis, stabilisque ob pignora rur-
[sum.
Singula sed quid ego verbis includere pergo?
Consilium novi longe præstantius isto.
Est tibi, bella puella, Theodosis. Hæc tibi viva
Sermonisque operisque omnis fac prostet imago,
Est quæ nubilibus, Chiron quod priscus epnebis:
A patre susceptam quæ te formavit honestis
Moribus, Amphilochi soror omni labe carentis,

Quem cœli misi Domino cum virgine Thecla,
Præconem veri celebrem, mihi dulce decusque.
Quod si quando meus venit tibi gratus ad aures
Sermo, velim hunc animi condas penetralibus
[imis.
Sic etenim, quamvis jactantem magna, maritum
Sanaris, decus ipsa ferens præstantius illo.
Hoc nunc te magno donavi munere. Sin tu
Majus adhuc poscis, precor hoc tibi Numine ab
[alto,
Area natorum sis ut fecunda feraxque,
Quo plures magni celebrent præconia Regis,
Quo geniti sumus, ad quem etiam hoc properamus
[ab ævo.

Digitized by Google

Ζ'. *Πρὸς Νεμέσιον.*

Ὄμμα δίκης μύθων τε, Νεμέσσιε, ὃς τοπάροιθεν
Βήμασι ἰθυδίκοισι, φέρων κλέος ἐκ βασιλῆος,
Πρώτοις Αὐσονίοις τε νόμοις μέγα κάρτος ὀπάζων,
Ἐξ ὁπὸς ἀντιπάλοιο καὶ ἤσσονα μῦθον ἐλέγχων,
Ὕστατον ἀντέλλεις θώκων ὕπερ ἠγαθέοισι
Καππαδόκοισι, θέμιστος ἀπάργματα σῆς ἀναφαίνων·
Ἄλλοι μὲν μολπῇσιν, ἐριγδούποισί τ' ἀοιδαῖς,
Καὶ ῥήτρην πυρόεσσαν ἀπὸ στομάτων προχέοντες
Τὴν σὴν, ἣ ῥα σὺ πάντας ἀπόπροθε πολλὸν ἔθηκας,
Σὸν κλέος ὑμνείοιεν, ἐπεὶ πλεόνεσσι λόγοισιν
Ἄρκιος, ἦν ἐθέλωσι διακριδὸν ἐξαγορεύειν,

A Ὥστε ῥόος μεγάλοιο μεριζόμενος ποταμοῖο.
Ἄλλοι δ' αὖ γραφίδεσσι μετήορον ὕψι φέροντες,
Ἢ χαλκῷ χοάνοις τε Νεμέσσιον ἐν μεσάτῃσι
Στήσαντες πτολίεσσιν ἀναυδέα, τὸν πολύμυθον,
Ἄστεα κυδαίνοιεν, ἐπεὶ κλέος ἄστεσιν ἐσθλῶν
Ἡγεμόνων καὶ εἶδος ὁρώμενον ἐσσομένοισιν.
Αὐτὰρ ἐγὼ (δὴ γάρ με Θεὸς μέγας ἴδριν ἔθηκεν
Οὐρανίων, χθονίων τε, νόος δ' ἐπὶ πάντα φορεῖται,
Βένθε' ἀνιχνεύων μεγάλου σὺν Πνεύματος αἴγλῃ)
Φθέγξομαι, ἄσσ' ἐπέοικε θυηπόλον ἄνδρ' ἀγορεύειν.
Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, τῶν δὲ μαθητὴν,
Οἳ κόσμον γλυκερῇσι Θεοῦ δήσαντο σαγήναις,
Οὔτε λόγοις κρατεροῖσι πεποιθότες, οὔτ' ἀφένοιο

VII. *Ad Nemesium*[*].

O lumen justitiæ et eloquentiæ, Nemesi, qui antea
Jure dicendo integritate laudes ab imperatore ferens,
Romanis primum legibus magnum robur præbuisti,
Voce adversa causas iniquas refellens,
Nunc autem appares super tribunalia apud insignes
Cappadocas, justitiæ tuæ primitias ostendens :
Alii quidem cantibus, et sonoris carmihibus,
Facundiam, ceu igneam dicendi vim, ore prædicantes
Tuam, qua tu omnes longe post te reliquisti,
Gloriam tuam celebrent, siquidem pluribus orationibus
Unus sufficis, si sigillatim gesta tua velint referre,
Veluti dissectus in plures partes alveus magni fluminis.
Alii rursus pictum in tabula sublimem attollentes,
Aut ære exsculptum fusumve Nemesium in mediis
Statuentes civitatibus mutum eum qui facundissimus est,
Urbes ornent : ornamento enim urbibus sunt egregiorum
Præfectorum statuæ conspectæ posteris.
Verum ego (etenim me Deus magnus gnarum effecit
Cœlestium humanarumque rerum, et mens per omnia fertur,
Profundissima scrutans cum sancti Spiritus luce),
Eloquar, quæ virum sacerdotem decet eloqui,
Præconem veritatis insignem, discipulum eorum
Qui mundum universum suavibus Dei retibus exceperunt,
Neque confisi verbis potentibus, nec divitiarum

Scriptum an. 384. — Alias Bill. 62, p. 140.

VII. Argumentum. *Nemesius, vir eloquentia et æquitate clarus, in multis reipublicæ muneribus magna cum laude versatus fuerat; verum in ethnicismi cæno hærebat. Hunc, ut abjectis impiis erroribus, christianam religionem amplectatur, Gregorius hoc carmine hortatur, in quo Gentilium errores late prosequitur. Gregorii studium irritum non fuisse epist. olim 184, nunc 200, ad Nemesium argumento est. Exstat opus philosophi christiani nomine Nemesii, quod quominus Nemesio, de quo hic agitur, ascribatur, nihil vetat, ut loquitur Tillemontius*, tom. IX, pag. 607. *Non ante annum* 384 *scriptum videtur hoc carmen.*

Tit. *Νεμέσιον.* Vat. Reg. 992, et Coisl. addunt ἄρχοντα Ἑλληνα.

4 *Ἤσσονα μῦθον.* Schol. τῶν ἀδίκων, *iniquorum causas.*

5 *Ἀντέλλεις.* Mss. ἀνατέλλεις. Vat. ἀναθέλοις.

6 *Καππαδόκοισι.* Vat. Καππαδόκεσσι. Mox *ἀπάργματα.* Sup. lin. Coisl. ἀπαρχάς.

11 *Ἐθέλωσι.* Sic cod. Coislinianus, et Regius 991. Edit. autem ἐθέλωσε.

18 *Δὴ γάρ με Θεὸς μέγας ἴδριν ἔθηκεν.* Ita supra lib. 2, sect. 1, carm. XXXII, vers. 15, etc.

23 *Δήσαντο.* Schol. ἡλίευσαν. *Piscati sunt.*

METRICA VERSIO.

VII. AD NEMESIUM.
(*Billio interprete.*)

O lux justitiæ, lux doctrinæque Nemesi,
Qui prius ad sacræ Themidis subsellia magnum
Nomen et eximias laudes a rege ferebas,
Causidicusque dabas Romanis legibus ingens
Robur, jura tuens, sceleratæque verba refellens,
At nunc Cappadocum præses clarissime gentis,
Justitiæ ipse tuæ nobis libamina monstras ;
Carminibus doctis alii, cantuque sonoro,
Ac facunda etiam promentes pectore verba,
Eloquium, quo tu mortales præteris omnes,
Ac laudum celebrent præconia sancta tuarum.
Sufficis unus enim multis sermonibus unus,

B Distinctim si quisque velit tua gesta referre,
Non secus ac magni fluvii divisa fluenta.
Te rursum in tabulis mutum, licet ore diserto,
Altera pars sublime ferat, vel cudat in ære,
Urbibus in mediisque locet, decoretque locando
Oppida : quippe ducum facies vel sola bonorum
Venturis conspecta viris decus urbibus amplum est.
Ast ego (namque mihi divino munere summa
Imaque nosse datum est, ac mens per cuncta va-
[gatur,
Flaminis ætherei scrutans cum luce profunda),
Hæc loquar, effari quæ debet sacrificus vir,
Ac veri celebris præco, discipius eorum,
A quibus est captus divinis retibus orbis,
Cum neque pollerent opibus, nec viribus ullis

Digitized by Google

Κάρτεῖ φυσιόωντες, ἀγακλέες, οὔτι πάροιθεν,
Ὄφρα τις ὧδ' εἴπῃσι· Θεοῦ κράτος ἐστὶ Λόγοιο.
Ἀλλ' ἄγε, τοῖσδ' ἐπέεσσι δίδου φρένα, καὶ γλυκερ[οῖσι,
Μαψιδίοις ἐπέεσσι τόσον χρόνον οὔας ὑποσχών,
Ὧν χάρις ἔστ' ἐπίπλαστος, ὁμοίῃς εἴδεσι μάχλοις,
Βαιὸν ἐμοῖσι λόγοισιν ὑποκλίνειας ἀκουὴν,
Ὧν κάλλος νόος ἐστὶν, ἀνέκπλυτον, ἀστυφέλικτον,
Ὀμμασιν ἀγνοτάτοισι διαυγέα φῶτ' ἀμαρύσσων.
Εἰ γὰρ ὄϊστεύσειε τεὴν φρένα Χριστὸς ἄνωθεν,
Καὶ μεσάτην τρώσειεν ἀναψύχοντι βελέμνῳ,
Ἀμφοτέρους κεν ἔρωτας ἐποπτεύων ἑκάτερθεν,
Γνοίης κέντρον Ἄνακτος, ὅσον γλυκερώτερόν ἐστιν.
Ἤδη μοι πολιόν τε κάρη, καὶ ἄψεα ῥικνὰ

A Ἐκλίνθη βιότοιο πρὸς ἕσπερον ἀλγινόεντος.
Πολλοῖς μὲν λυπροῖσιν ἐμὸν κέαρ ἀντεβόλησε
Πολλοῖς δ' αὖ τερπνοῖσιν ἀμοιβαδὶς ὠκυμόροισιν.
Ἀλλ' οὕπω τοιόνδε, τοσόνδε τε κῦδος ὄπωπα,
Ὅσσον ἐπουρανίοιο Θεοῦ θεότητι πελάσσαι.
Οἷον ἐμοὶ φίλον ἔσκε λόγων κλέος, οὓς συνάγειρεν
Ἀντολίη τε Δύσις τε καὶ Ἑλλάδος εὔχος, Ἀθῆναι.
Τοῖς ἔπι πόλλ' ἐμόγησα πολὺν χρόνον· ἀλλὰ καὶ [αὐτοὺς
Πρηνέας ἐν δαπέδῳ Χριστοῦ προπάροιθεν ἔθηκα,
Εἴξαντας μεγάλοιο Θεοῦ Λόγῳ, ὅς ῥα καλύπτει
Πάντα φρενὸς βροτέης τρεπτὸν πολυειδέα μῦθον,
Τόσσον, ὅσον Φαέθων ὑψίδρομος ἀστέρας ἄλλους.
Τοὔνεκ' ἐμῶν ἐπέων ἐμπάζεο. Καὶ γὰρ ἄμεινον

25 Potentia tumidi, neque antea illustres,
Ut quis hic dicat : Victoria est Dei Verbi.
1072-1073 Sed age, ad hæc verba animum attende, et tu qui blandis
Inanibusque verbis tam longo tempore aures præbuisti,
Quorum fictitius est lepor, et similis vultui mulieris adulteræ,
30 Paululum meis sermonibus præbeas auditum,
Quorum decor, qui nec marcescere nec labefactari potest, mens est,
Oculis purissimis clarissimum lumen infundens.
Si enim feriret tuam Christus mentem cœlitus,
Et in medio corde figeret refrigerantem sagittam,
35 Utrumque amorem considerans seorsim,
Nosceres, quanto stimulus Regis dulcior sit.
Jam quidem mihi canum caput, et membra rugis arata
Inclinata sunt ad vesperum vitæ ærumnosæ.
Multa quidem mala cor meum expertum est,
40 Multas etiam vicissim jucunditates, licet brevissimas.
Sed nondum ullam talem tantamque gloriam vidi,
Quanta est illa, cœlestis Dei divinitati adhærere.
Sola mihi chara fuit eloquentiæ gloria, quam mihi compararunt
Ortus et occasus, et Græciæ decus Athenæ;
45 In hujus studio multum diuque laboravi : sed et ipsam
Pronam in terra ad pedes Christi prostravi,
Cedentem magno Dei Verbo, quod obscurat
Omnes humanæ mentis sinuosos multiformesque sermones,
Non minus quam sol in altum currens cætera sidera.
50 Quapropter ad mea verba attende. Etenim id melius :

31 *Ἀνέκπλυτον, ἀστυφέλικτον.* Reg. 991, sup. lin. ἀμάραντον, ἀκίνητον, ἄσειστον. Schol., νοῦς γάρ ἐστι καθαρώτατος.

36 *Κέντρον Ἄνακτος. Nosceres stimulum divini amoris, quantum præstet stimulo terreni amoris.* Schol., τοῦ κέντρου χοϊκοῦ. Vide supra, lib. 1, sect. 2, carm. 1. vers. 588, ubi quatuor iidem versus leguntur.

37 *Ἤδη μοι πολιόν.* Vid. lib. 2, sect. 1, carm. 1, vers. 305.

43 *Οἷον.* Vid. ibid. vers. 96.

48 *Τρεπτόν.* Vat. στρεπτόν.

50 *Ἄμεινον.* Schol, ἄξιον.

METRICA VERSIO.

Eloquii, clarum nec baberent antea nomen,
Scilicet ut Christo Domino laus tota daretur.
Eia, age, versibus his animum adjice, dulcia [quique,
Sed vana, auriculas ad carmina sæpe dedisti,
Quorum fictitius lepor est, nec vultibus impar
Illarum, quæ jura thori sacrata resolvunt,
Subjice paulisper nostris sermonibus aurem,
Queis decor est, sensus deleri nescius unquam,
Luminibus puris clarissima lumina fundens.
Namque tuum supera feriat si Christus ab arce
Pectus, et in medio figat tibi corde sagittam,
Sejunctim inspiciens utrumque oculatus amorem,
Quanto sit Domini stimulus mage dulcis, habebis
Perspectum. Ipse quidem canenti vertice jam sum,
Ac morti rugosa mihi jam membra propinquant;

B Atque, et multa, diu vivendo, tristia sensi,
Et rursum jucunda habui permulta, sed illa
Temporis haud longo spatio durantia : verum.
Nondum oculis patuit tam fulgida gloria nostris,
Quanta sit, ad Triadis venerandæ accedere numen
Sola meum ardenti pectus stimulavit amore
Doctrina, Argolicæ quam gloria gentis Athenæ
Quæsivere mihi, solisque occasus et ortus :
In qua multum operæ posui durosque labores
Tempore non parvo subii. Sed et hanc quoque [Christi
Ante pedes humilem pronamque jacere coegi,
Divino Verbo cedentem, quod sinuosa
Et varia humanæ mentis tegit omnia verba,
Non secus ac reliquos sol igneus occulit ignes.
Ergo, ego quæ dicam (namque id magis utile), cura

Digitized by Google

Οὐ θέμις, οὐδ' ἐπέοικε Θεοῦ βροτὸν ἐκγεγαῶτα,
Οὐρανίοιο Λόγοιο καλὴν καὶ ἄφθιτον εἰκὼ,
Τὴν νοερὴν, νοερῶν τε δαήμονα, ὑψικέλευθον,
Εἰδώλοις κενεοῖσιν ὑποκλίνεσθαι ἀθέσμως
Εἰναλίων, χθονίων τε καὶ ἠερίων πετεηνῶν,
Ὕλης σκιδναμένης ἐνδάλμασιν οὐτιδανοῖσι,
Παίγμασι σῆς παλάμης, ἰῷ καὶ σητὶ καμούσης,
Ὧν τὸ μὲν ἔστι σέβασμα, τὸ δ' ἥμισυ κεῖτ' ἀγέραστον·
Οὐδὲ μὲν οὐρανίοισι (τὰ μὴ θεοὶ, ἐκ δὲ Θεοῖο
Κτίστορος ἐξεγένοντο, καὶ εἰ μέγα κῦδος ἔχουσι),
Μήνῃ τ' ἠελίῳ τε, καὶ ἄστρασιν οἵ ῥα πόλοιο
Κόσμος. Ὅδ' οὐρανίοιο φορεύμενον ἄσπετον εἶδος
Κυκληδὸν, πολλοῖσι κεκασμένον ἔνδοθι κόσμοις,

A Κήρυξ ἀγλαόφωνος ἀναυδέσι ῥήμασι τέχνης,
65 Ἣ τόδε πᾶν συνέπηξε, καὶ ἁρμονίῃ συνέδησεν,
Ὄφρα κε δερκομένοισιν ἀδερκέα φῶτες ἕλωσι.
Καὶ γάρ τις δόμον αἰπὺν ὁρῶν, δωμήτορα λεύσσει,
Καὶ ναῦς ναυπηγοῖο διάγγελος οὐ λαλέουσα.
Τύνη δ', ὦ θεοποιὲ, νέων πάτερ οὐρανιώνων,
70 Ἤδη καὶ στυγεροῖσι σεβάσμασι γούνατ' ἔκαμψας,
Δαίμοσιν ἀψύχοισι, κακούς τ' ἀγαθούς τ' ἐκάλεσσας,
Οἳ πάντες τελέθουσι κακοὶ, καὶ πλάσματος ἐσθλοῦ
Δυσμενέες, φθονεροὶ, φιλοδαίμονες, ἀγριόθυμοι,
Σαρκοχαρεῖς, κνίσσῃσι γεγηθότες, ἰλυόεντες,
75 Οὓς Χριστὸς, μεγάλοιο Θεοῦ Λόγος, εὖτε φανήθη
Ἀνδρομέοισι τύποισιν ἀδμὴς Θεὸς, ὦσεν ὀπίσσω,

Nec fas est, nec decet hominem a Deo procreatum,
Cœlestis Verbi egregiam et immortalem imaginem,
Intelligentia præditam, rerumque intelligibilium gnaram, in sublime tendentem,
Inanibus simulacris inclinari nefarie
55 Piscium, belluarum, et avium quæ secant aera,
Materiæ fluxæ imaginibus vilissimis,
Ludicris manus tuæ, rubigine et tinea laborantis,
Quorum pars pro numine habetur, pars vero altera jacet ingloria :
Sed ne cœlestibus quidem corporibus (nec enim sunt dii, sed Dei
60 Rerum conditoris sunt opificia, etsi magnam habeant gloriam),
Lunæ, soli et stellis, quæ cœli
Sunt ornamentum. Illud autem immensum cœli spatium, quod volvitur
In orbem, pluribus ornatum interne mundis,
Prædicat splendore suo mutis verbis artem,
1074-1075 65 Quæ hanc rerum universitatem compegit, et miro concentu colligavit ;
Ut visibilibus invisibilia homines intelligant.
Etenim amplam quis aspiciens domum, protinus architectum intuetur,
Et navis fabricatorem suum annuntiat tacita voce.
Tu vero, o pictor deorum, novorumque artifex cœlitum,
70 Jam vanis idolis genua flexisti,
Dæmonibus inanimis, bonosque ac malos appellas,
Quamvis omnes mali sint, et egregii figmenti
Hostes, invidi, dæmonum amici, crudeles,
Carnibus gaudentes et nidore sacrificiorum, lutulenti,
75 Quos Christus, magni Dei Verbum, quando apparuit
In humana forma, invicti roboris Deus, longe fugavit

56 *Οὐτιδανοῖσι*. Schol. ἀσθενέσι, *infirmis*.
57 *Καμούσης*. Vat. male καμνούσης.
58 *Ἀγέραστον*. Schol. ἄτιμον.
59 *Οὐδὲ μὲν οὐρανίοισι*, etc. *Sed ne cœlestibus quidem corporibus, lunæ, soli*, etc. *sine crimine homo potest sese prosternere.*
63 *Κεκασμένον*. Ita Vat., Reg. 991 et Coisl. Edit. κεκασμένος.
67 *Δωμήτορα*. Mss. et Coisl. δομήτηρα.
70 *Στυγεροῖσι σεβάσμασι*. Coisl. sup. lin. ματαίοις εἰδώλοις,.
71 *Ἀψύχοισι*. Vat. ἀψύχοις τε. Ita Paulus I Cor. xii, 2, *idola gentium* vocat *muta simulacra*.
72 *Πλάσματος ἐσθλοῦ*. *Egregii figmenti*, nempe *hominis*.
75 *Φιλοδαίμονες*. Coisl. φιλαιμονες. Schol. φονικοί, *homicidæ*. Combefisius legendum putat φιλογύνεες, *mulierosi, libidinosi*, aut φιλοπαίδεες, quod falsis diis convenit.

METRICA VERSIO.

Haud decet, haud fas est hominem, qui Numinis [ingens
Est opus, et superi Verbi immortalis imago,
Prædita mente, capax superarum gnaraque rerum,
Altigrada, idolis sese substernere vanis
Horum, quæ tellus habet, et quæ pontus et aer,
Materiæ fluxæ simulacris vilibus, arte
Atque manu factis, cujus rubigo laborem
Conficit, atque illo tineæ pascuntur edaces :
Quorum pars summo colitur pro numine, rursum
Pars inhonora jacet ; sed nec cœlestibus ipsis
(Quæ quamvis insigne habeant decus, haud tamen [ipsa
Numina sunt, supero sed tantum a numine facta),
Lunæque, et Phœbo, atque astris, quæ nobile cœli
Sunt decus : aut ipsi se denique sternere cœlo,
Quod motu nunquam cessante agitatur in orbem,

B Atque intus variis ornatibus undique fulget,
Eximiæ præco celebris, tacitus licet, artis,
Omnia quæ fecit, nexu quoque junxit amico :
Ut mortale genus per res, quas lumine cernit
Corporis, hæc capiat quæ sunt fugientia visum.
Namque etiam quisquis magnas conspexerit ædes,
Exstructorem oculis sibi protinus objicit ille,
Auctoremque suum celebrat sine voce carina.
Ac tu cœlicolum pater effectorque novorum,
Non etiam impuris dubitasti flectere crura
Dæmonibus, quos et pravosque bonosque vocasti,
Cum mala sit tota illa cohors, infestaque semper
Genti hominum, invidiæque atro suffusa veneno,
Sævaque, carnis amans, gaudens nidore, lutosa,
Quam Christus, cum se mortali in carne, sed ex- [pers
Criminis ostendit, supera virtute fugavit,

Digitized by Google

Δηρὸν δὴ κρατέοντας ἐπὶ χθόνα· αἵματι σεμνῷ
Λίματα λῦσεν ἀλιτρὰ, νόου δ' ἀνέδειξε θυηλὴν
Τὴν κρυπτὴν τοπάροιθε, φαεινομένην ὀλίγοισιν.
Οὐ μέγα· καὶ γὰρ ἐγὼ, Χριστοῦ λάχος, οὔνομα [σεπτὸν
Πολλάκι μοῦνον ἔειπον· ὁ δ' ὦχετο τηλόθι δαίμων
Τρύζων, ἀσχαλόων τε, βοῶν σθένος Ὑψιμέδοντος.
Ἢ σταυροῦ μεγάλοιο χαράγματι μηδὲ μένοντι
Ἠέρα μέσσον ἔγραψα, τύπος δ' ἔστησε τρόπαιον,
Ὡς τοπάρος Μωσῆος ἀγακλέος ἐν παλάμῃσιν.
Ἤθελον ἠερίης σκοπιῆς καθύπερθεν ἀερθείς,
Βρονταῖον πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀῦσαι·
Ἄνθρωποι θνητοὶ, καὶ τέκτονες οὐδὲν ἐόντων,
Μέχρι τίνος ψεύστῃσι καὶ ἡματίοισιν ὀνείροις
Παιζόμενοι, παίζοντες, ἐπὶ χθονὶ μὰψ ἀλάλησθε;
Λάτριες εἰδώλων κενεόφρονες, οἳ παθέεσσιν
Ἄλκαρ ἑοῖς μήσασθε θεοὺς στήσασθαι ἀλιτροὺς,
Ψεύστας, ἀνδροφόνους, σκολιοὺς, ἐπίορκον ὀμοῦντας,
Ἁρπαγας, ἀνδρογύνους, μοιχοὺς, ἐπιβήτορας ἀνδρῶν.
Ἄθρει δὴ πρώτιστον ὅσ' ἔπλετο μαργοσύνῃσι,
Ταῦρος, κύκνος, χρυσὸς, ὄφις, πόσις, ἄρκτος, ἅπαντα
Ὅσσα μιν ὠκὺς ἄνωγεν ἔρως, κοῦρός τ' ἀλαπαδνὸς,
Ὡς αὐτοί γ' ἐνέπουσι θεῶν πλαστῆρες ἀκιδνῶν.
Οὐκ οἷον, παθέων δὲ καὶ αὐτῶν ἱρὰ σέβεσθε,
Ἄλλους δ' αὖτ' ἄλλοισι κακοῖς ἔπι κάρτος ἔχον- [τας·
Ὡς μὴ μοῦνον ἄτιτον ἅπαν κακὸν, ἀλλὰ καὶ ἐσθλὸν
Ἐμμεναι, ὥς ῥα Θεῷ κεχαρισμένον, ὅς τόδ' ἔτισε.

Cum diu in terra sceptrum tenuissent; sanguine sacro
Sanguinem sustulit infandum, ac cordis ostendit sacrificium,
Occultum antea et cognitum perpaucis.
Nec mirum : nam et ego, pars Christi, nomen venerandum
Sæpe cum solum pronuntiavi, procul effugit dæmon
Stridens, gemens, clamans virtutem Omnipotentis :
Sæpe etiam magnæ crucis signum, nequidem in tabula,
Sed per medium aerem descripsi, et sola figura erexit trophæum,
Ut olim illustris Moysis manibus (contigit in formam crucis compositis).
Vellem in sublimi specula collocatus,
Hæc omnibus hominibus verba intonare :
Homines mortales, et fabricatores eorum qui nihil sunt,
Quousque tandem falsis et diurnis somniis
Decepti et decipientes, in terra temere errabitis?
Stulti idolorum cultores, qui vitiis
Subsidium hoc vestris excogitastis, deos statuendo flagitiosos,
Mendaces, homicidas, perversos, perjuros,
Raptores, cinædos, adulteros, pædicones.
Perspice quot formas induerit illorum princeps, ut libidini serviret :
Fit taurus, olor, aurum, serpens, maritus, ursus, omnia
Quæcunque illi celer jusserit amor, et puer infirmus,
Ut ipsi dictitant deorum fictores imbecillium.
Neque hoc solum, sed etiam vitiis ipsis sacra instituistis,
Deosque colitis alios aliis vitiis principatum habentes :
1076-1077 Sicque non tantum impunitum quodlibet scelus, sed etiam laudabile
Habetur, utpote gratum Deo, qui scelus illud coluit.

78 *Αἵματα.* Intelligit sanguinem victimarum quas impii homines dæmoniis immolabant.
82 *Τρύζων.* Coisl. τρίζων. Ibid. *Ὑψιμέδοντος.* Schol. διώκοντος.
83 *Σταυροῦ.* Pius crucis signandæ ritus contra Calvinum verbis significantioribus adstrui non potuit. Mox *μηδὲ μένοντι.* Schol. οὐδὲ φαινομένου.
86 *Ἠερίης.* Hic versus cum aliis quinque legitur supra, lib. 2, sect. 1, carm. xxxii, vers. 9, etc.
90 *Ἀλάλησθε.* Edit. male ἀχάλησθε.
92 *Ἄλκαρ.* Schol. βοήθημα.
95 *Ἀνδροφόνους.* Coisl. πατροφόνους. Vide etiam supra, lib. 1, sect. 2, carm. II, vers. 495, etc.
96 *Πόσις.* Schol. ἀνήρ.
99 *Παθέων τε καὶ αὐτῶν.* Schol. ἀλλὰ καὶ παθέων ὑμῶν ἱερὰ ποιήσαντες σέβεσθε.
102 *Κεχαρισμένον.* Edit. κεχαρισμένος.

METRICA VERSIO.

Tempore cum longo sceptrum tenuisset in orbe :
Sanguineque infandos puro augustoque cruores
Solvit, et ostendit mentis venerabile sacrum,
Tectum ante, et pauci omnino quod cernere pos- [sent.
Nec mirum : namque ipse etiam, sors inclyta [Christi,
Prolato ipsius vel solo nomine sæpe,
Dæmones ejeci, stridentes atque gementes,
Clamantesque Dei robur dominantis olympo :
Aera vel medium signo crucis ipse notavi,
Illustremque tulit typus hic ex hoste triumphum,
Mosis ut in manibus sacra pro gente precantis.
Quis det ut excelsam in speculam subvectus, ad [omnes
Terrena de gente satos possim ista tonare?
Mortales homines, horum auctoresque fabrique,
Quæ nil sunt, semperne insomnia falsa sequentes,
Lusique his, ac ludentes, errabitis ima
In terra, mente haud sana simulacra colentes?

Nam vitiis favor ut vestris accederet, atque
Promptius auxilium, divos finxistis iniquos,
Mendaces, cædis constrictos crimine, vafros,
Falsum jurantes, raptores, androgynosque,
Jura resolventes thalami, rabieque nefanda
Miscentes sese pueris, generique virili.
Cerne mihi quotnam formas, qui primus eorum est,
Induat, ardenti Veneris dum carpitur igni?
Nunc taurus, nunc albus olor, nunc cærulus anguis,
Nunc aurum, ursusve efficitur, nunc denique quid- [quid
Vult amor, infirmusque puer; sic dicitis ipsi,
Imbecilla juvat quos fingere numina dextra.
Nec solum id, sed quod pejus graviusque putan- [dum est,
Ipsa quoque infanda sacratis crimina noxa,
Atque aliis alium vitiis qui præsit habetis :
Scilicet ut crimen non tantum vindice pœna
Sit vacuum, sed et obtineat laudemque decusque,
Ut gratum acceptumque deo, cultumque ab eodem.

Digitized by Google

Σκέπτεό μοι στρατὸν ἄλλον ἀγακλειτῶν ἐπικούρων,
Ἰθυφάλους, κερόεντας, ἀναύχενας, ἡμιδράκοντας,
Θῆρας, θηρομιγεῖς τε, γελοίϊον εἶδος ἔχοντας.
Τοίους παῖδας ἴδοιεν, ἐπεὶ καὶ τοῖα σέβουσι·
Τοῖοι καὶ τελέθοιεν ἀρηγόνες οἷσι φίλοισι·
Τοίων κάντιτύχοιεν, ἐπήν κέ τις ἐχθρὸς ἵκηται,
Ὡς κεῖνοι σφετέροισιν ἀρηγόνες εἰσὶ κακοῖσιν.
Ἀλλὰ τί μοι τὰ ἕκαστα διακριδὸν ἐξαγορεύειν,
Γλώσσης ἐξ ἱερῆς ἀμαρεύματα τοῖα χέοντι;
Ἓν δ' ἐνὶ πᾶσι μέγιστον· ἀτὰρ λόγων ἧλος ἐρείδοι.
Ἡμεῖς μὲν μεγάλῃσι βίβλοις, θείοις θ' ὑποφήταις,
Καὶ πύματον Χριστοῖο διάκτορος ἠγαθέοισι,
Πνεύματι αἰγλήεντι χαρασσομένοισι νόημα,

A Καὶ κραδίαις καθαρῇσι θεὸν μέγαν εἰσορόωσιν
(Ἣ μούνῳ θεότητος ἀειδέος ἔστι λαβέσθαι),
Ἴδριες οὐρανίων, θεολαμπέες, ὕψι θέοντες,
Ὅσσον ἐφημερίοισι θεοῦ βατὸν ἐνθάδ' ἐοῦσιν.
Οὐ γὰρ ῥηϊδίως νεφέλης διαδέρκεται δμμα
Καὶ λίαν εὐγλήνοιο· τὸ δὲ πλέον, ὕστατον ἡμῖν.
Μισθὸς γάρ τε πόθοιο, πόθου τέλος ἀντιβολῆσαι.
Ὑμῖν δ' εἰ μὲν ἔασιν ἐπαισχέες, ὅσσον ἔασι,
Μύθοις ὑμετέροισι, σεβάσμασί τ' οὐλομένοισι
Τρισμάκαρες θνητοὶ καὶ τετράκις, οἵ ῥα κακοῖσιν
Οὔτε τι σύμφρονές εἰσι, νόμον θ' ὑπὸ τίσιν ἔθηκαν.
Οἵους γὰρ βωμοῖσιν, ἐϋπλεκέεσσί τ' ἐν ὕμνοις
Τίετε πανδήμοισιν, ἀγακλειταῖς θ' ἑκατόμβαις,

Perpende mihi aliam aciem præclarorum defensorum,
Ithyphalos, cornutos, sine collo, media parte corporis dracones,
Feras, ex variis feris mistos, ridiculam habentes formam.
Tales habeant filios, qui talia colunt numina:
Tales suis sint auxiliatores amicis:
Tales etiam et ipsi sortiantur defensores, si quis hostis supervenerit,
Quemadmodum illi dii propriis ipsorum auxiliatores sunt vitiis.
Sed quid mihi hæc singula singillatim recensere,
Et sacro ex ore tantas spurcitias effundere?
Unum autem in omnibus maximum est. Verba mea clavus fulciat.
Nos quidem sacrosanctis Libris, divinisque prophetis,
Ac postremo Christi internuntii oraculis,
Per Spiritus sancti splendorem insculptis in mente,
Et puris cordibus magnum Deum videntibus
(Quæ sola ratione deitatem invisibilem fas est apprehendere),
Nos, inquam, rerum cœlestium periti, divinitus collustrati, ad superna contendimus,
Quantum fas est hominibus in hac mortali vita versantibus Deum agnoscere.
Non enim facile nubem penetrat oculus hominis
Quamlibet acutum cernentis. Uberior autem postea erit nobis cognitio.
Merces enim desiderii est metam desiderii consequi.
Vobis autem, siquidem dii sunt tam pudendi, quam sunt
Sermonibus vestris, cultuque flagitioso,
Ter quaterque beati homines, qui nec malis
Ullo modo assentiuntur, sed legem, qua puniantur, statuerunt.
Quales enim aris concinnisque hymnis
Frequentibus colitis et famosis hecatombis,

104 *Ἰθυφάλους*. Hæc explicare pudor non sinit. Ibid. *κερόεντας*. Pana forsan intelligit qui cornutus ab antiquis pingebatur. Vide Clement. Parænet. *ad Ethnicos*.

108 *Ἐπήν κέ τις*. Ita Coisl. Male edit. ἐπήν κεν.

111 *Ἀμαρεύματα*. Vat. ἀμαρεύγματα.

112 *Ἐνὶ πᾶσι*. Schol. ἐπί. Ibid. *λόγων ἧλος ἐρείδοι*. Sic Coisl. Edit. λόγος. Combefisius legit λόγον ἧλος ἐγείρει, idque putat proverbium, quod Gregorio familiare. Schol. ὁ σταυρὸς ὁδηγοῖ, *crux verba mea dirigat*. Billius videtur legisse Λόγος et intellexisse *Verbum*, cum sic vertit soluta oratione: *Modo Verbum orationem meam clavi instar fulciat*.

123 *Ἐπαισχέες*. Ita Vat. Edit. ἐπεσχέες. Schol. ἐπονείδιστοι, εἰ μὲν ἐπικρατοῦσιν οἱ περὶ θεῶν μῦθοι. *Turpes, si veri sunt qui de diis feruntur sermones*.

128 *Ἀγακλειταῖς*. Schol. μεγάλαις θυσίαις, *magnis sacrificiis*.

METRICA VERSIO.

Prodeat ante oculos tibi nunc exercitus alter,
Claræ suppetiæ, cornuti, semidracones,
Ithyphali obsceni, colli exsortesque, feræque,
Eque feris misti variis, ridenda gerentes
Ora. Quid hic dicam? Sua pignora talia cernant,
Talia quandoquidem stulte venerantur: amicis
Tale ferant ipsi auxilium, capiantque vicissim,
Arma infesta animosque gerens cum venerit hostis,
Ad mala quale ferunt ipsis sua numina robur.
Singula sed quid ego nunc prosequor, atque [sacrato
Spurcitias tantas ex ore effundere pergo?
Unum autem cuncta exsuperat: clavus mea dicta
Fulcit. Nos etenim per dia volumina, perque
Divinos vates, per Christi denique sanctos
Discipulos, mentem qui sacro flamine gestant

B Exsculptam, Dominum purgato corde videntes
(Quæ summi est ratio capiendi Numinis una),
Notitiam rerum superarum luminis haustu
Traximus ætherei, ad superas et tendimus arces,
Terrigenis quantum hic alto Dominantis olympo
Est data cognitio. Trans nubem cernere namque
Difficile est, oculus quantumvis cernat acutum.
Quod superest, manet innocuas post funera mentes,
Votorum merces etenim est pia carpere vota.
At si vobis sunt tam turpia numina, quam sunt
Turpes sermones, quam sunt cultusque nefandi,
Felices homines ac terque quaterque beatos,
Qui pravis assensum haud dant turbæque nocenti,
Sed merita plectunt commissa piacula pœna.
Nam quales aris, hymnisque frequentibus atque
Concinnis ipsi colitis, clarisque hecatombis,

Digitized by Google

Πολλάκι δεῖπνον ἔθηκαν ἀμετροβίοις κοράκεσσιν.
Εἰ δ', ὡς θειολόγοισιν ἐφεύαδεν ἡμετέροισιν
(Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶ καὶ ὑμῖν ὑποφραστῆρες ἀοιδῆς),
Ταῦτα μὲν ἔστιν ἄεισμα κενὸν, καὶ θεσμὸς ἀοιδῆς
Τερπνῆς, μιγνυμένου μέτρου σὺν παίστορι μύθῳ,
Αὐτοῖς δ' αὖ νόος ἐστὶν ὑφειμένος εἴδεῖ μάχλῳ
Σεμνότερος, πινυτοῖσιν ὁρώμενος, ἀμφιπρόσω-
[πος,
Ἑρμᾶς δίγλυφος, οἷα πρόσω τὸ μὲν, ἄλλο δ' ὄπισθεν,
Ἄθρει κἀνθάδε μοι λόγον ἄτροπον, ὥσπερ ὅιω·
Ἔστι καὶ ἡμετέροισι διπλοῦς λόγος, ἔνδοθι σεπτοῦ
Πνεύματος, ὃς δ' ἄρ' ὑπερθε, χαράγματος ἠγαθέοιο
Ἄμφω, ὁ μὲν παύροισιν, ὁ δὲ πλεόνεσσι θεητός.

A Οἶομαι, ὥς κεν ἔχωσι σοφοὶ πλέον, ἠὲ λαβόντες
Μόχθῳ κατίσχωσι. Τὸ δ' οὐ σχετὸν, ὅττι τάχιστον.
Ἀλλ' ἔμπης μύθοισιν ἐμοῖς καὶ σῶμα φαεινὸν,
Ψυχὴν ἀμφὶς ἔχον θεοειδέα διπλόον εἶμα,
Πορφύρεον, μαλακοῖο διεκφανὲς ἀργυφέοιο,
Αἶσχος δ' οὐδὲν ἔπεστιν, ὅ μοι θεὸν ἀμφικαλύπτει.
Αἰδέομαι θεότητος ἔχων ἰήτορα μῦθον.
Τίς Σκύλλης σκοπέλους σε διεκπλώοντα κελεύει
Σπεύδειν εἰς Ἰθάκην, μή πως πάρος ἐνθάδ' ὅλῃαι;
Τίς δ' ὀλοὴν σε Χάρυβδιν ἀπηνέα; τίς δ' ἐπὶ
[πηγὴν
Τῆς καθαρῆς θεότητος, ἐν ἰλύῖ δηθύνοντα;
Ἰλὺς πρόσθ' ἐπέδησε, τὸ δ' ἔκφυγεν ἀγλαὸν ὕδωρ.

Sæpe tales longævis escam præbuerunt corvis.
Si autem, ut theologis placet vestris
(Sunt enim etiam apud vos sacrorum interpretes canticorum),
Hæc quidem sunt inanis cantilena, et lex musicæ
Suavis, juncto carmine cum jocosa fabula,
Ipsis vero subest latens sub specie meretricia verborum sensus
Honestior, prudentibus viris conspicuus, bifrons,
Velut Hermes cum duplici vultu pictus, alio a fronte, alio a tergo,
Vide et hic ineluctabile veritatis argumentum, ut arbitror;
1078-1079 Est etiam apud nos duplex sensus divinæ Scripturæ, unus internus
Et spiritalis, alter vero externus; structuræ admirabilis
Uterque est sensus: ille quidem a paucis, iste vero a pluribus percipitur.
Id ita esse arbitror, ut sapientes cæteris aliquid amplius habeant, aut accipientes
Cum labore, caute retineant. Non enim studiose retinetur id quod cito comparatur.
Verum sermonibus nostris suum etiam est corpus splendidum,
Animam circumdans divinam quasi duplici veste,
Purpurea, molli pellucida argento (splendore);
Turpe autem nullatenus est velum, quod mihi Deum contegit.
Me sane puderet, ad deitatis cognitionem, ducem habere fabulam.
Quis te Scyllæ scopulis adnavigare compellit,
Ut properes ad Ithacam, cum periculum sit ne antea pereas, quam illuc perveneris!
Quis te cogit perniciosam et immitem Charybdim trajicere? quis tibi ad fontem
Purissimæ divinitatis properanti suadet cœno immorari?
Luto ante inhærebis, et effugiet te limpida aqua.

129 *Δεῖπνον.* Schol. δεῖπνον ἑαυτούς. Id est, *extremo supplicio affecerunt.* Sensus est: Quanta absurditas, adulteros et impios, ut Jovem, fures ut Mercurium, etc., pro diis colere! Cum in optima republica hujusmodi criminibus constricti extremo supplicio plectantur.

131 *Ὑποφραστῆρες.* Schol. ᾠδῆς ποιηταί.

134 *Ὑφειμένος.* Coisl. ὑφημένος.

137 *Λόγον ἄτροπον. Ratio quæ subverti nequit.*

140 *Ἄμφω. Uterque sensus, tam spiritalis et internus quam externus, admirabilis est structuræ.*

141 *Ὡς κεν.* Ita Vat. Edit ὅς κεν.

142 *Τάχιστον.* Vat. τάχιστα.

143 *Σῶμα.* Vat. δμμα.

144 *Διπλόον εἶμα.* Schol. καθάπερ διπλόον ἱμάτιον, φαινόμενον διὰ μαλακοῦ καὶ λαμπροῦ τοῦ ἐνδύματος.

146 *Αἶσχος.* Schol. αἰσχύνη δὲ οὐδεμία πρόσεστι τοῦ λόγου τῷ σώματι, ὃ τὸν Θεὸν περικαλύπτει.

147 *Ἰήτορα μῦθον.* Schol. ἡγέμονα ἔχειν ψεῦδος, *ductorem habere mendacium.*

149 *Μή πως.* Schol. μή πως διαφθαρῇς πρὶν τὴν Ἰθάκην καταλαβεῖν. *Ne pereas priusquam ad Ithacam pervenias.*

152 *Ἐπέδησε.* Sic Coisl. Edit. ἀπέδησε. Schol. πρῶτον κατέσχε.

METRICA VERSIO.

Tales sæpe epulum corvis prædamque dedere.
Sin ut theologis vestris placet (et quoque vobis
Sunt etenim exponant sacræ qui sensa camœnæ),
Ista quidem nil sunt aliud, nisi cantus inanis,
Lexque modi dulcis, fabellæ carmine misto,
Atque subest formæ petulanti sensus honestus
(Quem spectent qui mente valent), vultu velut Her-
[mes
Ancipiti pictus, cernens a fronte retroque.
Hic quoque, quod nequeat subverti, conspice dictum.
Namque etiam in nostris gemina est sententia Libris.
Hanc *literæ* externus cortex, dat spiritus illam:
Conspicua hæc paucis, multis spectabilis illa:
Scilicet ut sophia clari majora reportent
Commoda, quam reliqui, vel quod sudore pararunt,

B Majore id studio servent. Nam spernere quisque
Id solet, exiguo quod colligit ipse labore.
Attamen in nostris et splendida littera verbis,
Et divina itidem mens est, geminataque vestis,
Purpurea, argento pellucens undique molli:
Turpe nec est quidquam, mihi quod Dominumque,
[Deumque
Contegat. Ipse etenim suffunderet ora pudore,
Fabula si ferret deitati ficta medelam.
Quis te adigit Scyllæ scopulos tranare? Charybdim
Quis te adigit crudelem, Ithacæ dum tendis ad oras?
Ante etenim fortasse furens te oppresserit æquor.
Quis jubet in putri gressum te figere cœno,
Dum liquidam angustæ properas deitatis ad undam?
Ante luto hærebis miser, ac te limpida lympha

Digitized by Google

Φράζεό μοι καὶ τοῦτον ἐπίφρονα μῦθον ἄριστον·
Οἱ πλέονες κακίους, καὶ ἡγητῆρος ἄνευθεν
Πρόφρονες εἰς κακίην. Τυτθὸν δ' ἐπὶ λῷον ὀδεύει.
Σχεῖν ῥόον, ἔργον ἔμοιγε· τὸ δ' ἐς πρανὲς, ὡς μάλ' ἐλαφρόν.
Εἰ δὲ θεοὺς στήσειας ἀτασθαλίης μεδέοντας,
Πρὶν μύθου δνοφερὸιο λῦσαι ζόφον ἔμφρονι μύθῳ,
Μυθόλατριν διέπερσας ἐπισπόμενον φαέεσσιν.
Ἀλλὰ τί μοι πλεόνων; σὺ δέ μοι λόγον αὐτὸν ἄλυξον
Ἀμφίδετον, πινυτός περ ἐὼν καὶ ἄλλον ἐλέγχειν.
Εἰ μῦθοι τάδ' ἔασιν, ἰδρύματα ῥίψον ἔραζε.
Τίς χάρις, αἶσχος ἄπιστον ἑοῖς κτεάτεσσι γεραίρειν,
Ὃν δὲ Θεὸν γενετῆρα, βίου θ' ἡγήτορ' ἀτίζειν;

A Εἰ μὴ μῦθος, ἔφελκε τεοῖς φαέεσσι καλύπτρην,
Ἀζόμενος πολιῆσιν ὁμοίῖα μυθολογεύειν,
Τερπομέναις κύλιξι φίλαις, καὶ νυξὶν ἀΰπνοις.
Ταῦτα μὲν ἐξ πόντοιο πέσῃ βυθὸν, ὥσπερ ὅλωλε
Μοίρῃ πλειοτέρῃ. Χριστὸς γὰρ ἅπαντα κατέσχεν
Ἐκ περάτων ἐπὶ πείραθ' ἑαῖς παλάμῃσιν ἀγείρας,
Ἃς ποτ' ἐπὶ σταυροῖο μεγακλέος ἐξεπέτασσεν.
Εἰ δ' ὅτι καὶ διὰ μητρὸς ἐμοὶ Θεὸς ἦλυθεν ἀγνῆς,
Παρθενικῆς, ἀδέτοιο, νόμοις καινοῖσι γενέθλης,
Καὶ θάνε, καὶ νεκύεσσι μίγη, καὶ ἀνέδραμεν αὖθις,
Ἥρα φέρων παθέεσσιν ἐμοῖς, ὃν ῥίψεν ἁμαρτὰς,
Τοῦτό σοί ἐστιν ἄκοσμον, ἐπεὶ καθαροῖσι θεοῖσιν,
Ἐκ καθαρῶν γεγαῶσι δίδως σέβας, ὦ φιλόκοσμε,

Perpende mihi et hoc sapientissimum atque optimum verbum :
Maxima pars hominum prava est, et absque duce
Prona in vitium. Pauci autem ad virtutem tendunt.
Sistere fluminis cursum, res certe difficilis : in pronum autem ferri, perfacile est.
Itaque si divos statuas, qui sceleris sint principes,
Priusquam obscuræ fabulæ caliginem solveris prudenti sermone,
Fabulæ cultorem perdes verborum superficie deceptum.
Sed quid mihi pluribus opus est? Hoc te ipse mihi extrica argumento,
Quo te circumligatum premo, quamvis solers sis ad aliud arguendum.
Si fabulæ hæc sunt, statuas deorum tuorum projice in terram.
Quid te juvat turpitudinem, quæ a fide abhorret, tuis opibus honorare,
Tuum vero Deum, patrem et vitæ auctorem aspernari?
Si fabula tibi non sunt dii tui, obducito oculis tuis velum,
Erubescens fabulas comminisci, perinde ac vetulæ,
Quæ delectantur poculis noctibusque insomnibus.
Hæc quidem ad maris vadum labantur, ut jam periit
Pars maxima. Christus enim omnia occupavit,
Ab orbis finibus ad usque fines terræ colligans suis manibus,
Quas quondam in cruce gloriosa expandit.
Sin autem, quia et mihi Deus prodiit e casta matre
1080-1081 Virgine, innupta, nova et inaudita lege generationis,
Et mortuus, et mortuis junctus est, et rursus rediit ad vitam,
Ut mederetur mihi vitiis laboranti, quem prostraverat peccatum :
Si hoc tibi videtur inhonestum, utpote qui puros deos
Ex puris procreatos colis, o vir amans decoris

153 *Ἐπίφρονα.* Schol. σοφώτατον λόγον, ὦ ἄριστε.

154 *Οἱ πλέονες κακίους.* Schol. 991, πλείονες τῶν ἀνθρώπων κακοί.

159 *Διέπερσας.* Schol. ἀπώλεσας τοῖς φαινομένοις ἐξαπατώμενον.

161 *Ἀμφίδετον.* Vat. ἀμφίδεταν. Edit. ἀμφὶ δὲ τόν.

163 *Χάρις.* Schol. ἡδονή.

164 *Ὃν.* Forte σόν.

165 *Εἰ μὴ μῦθος, ἔφελκε τεοῖς.* Ita Schol. εἰ μὴ μῦθός σοι τὰ σεβάσματα, ἐπετίθει καλύπτραν σοῖς ὀφθαλμοῖς. Edit. pessime ἐφέλκεται οἷς.

170 *Ἐκ περάτων ἐπὶ πείραθ' ἑαῖς.* Ita Coisl. In editis deest ἐπὶ πείραθ'.

173 *Ἀδέτοιο.* Schol. ἀνάνδρου. Mox *καινοῖσι.* Schol. παραδόξοις.

175 *Ἥρα φέρων.* *Opem ferens.*

177 *Ὦ φιλόκοσμε.* *O vir amans decoris.* Irridet Gregorius falsorum deorum cultorem. — Billius σήμερον, etc., junxit cum verbis sequentibus, Benedictini autem cum præcedentibus. Attendat lector et judicet, quanquam ego libentius Billio assensum præberem. CAILLAU.

METRICA VERSIO.

Diffugiet. Quin tu perpendas hoc quoque dictum :
Maxima pars hominum prava est, ac vel duce nullo,
Labilis in vitium : rara est quæ tramite recto
Incedat, teneatque viam quæ ducit ad astra.
Difficile est amnis rapidos compescere cursus :
At contra facilis per pronum volvitur idem.
Quod si tu divos statuas, si numina fingas,
Quæ vitio et sceleri præsint, prius ipse necaris
Mytholatram, sequitur dum lucida promptaque sensa,
Prudenti quam tu tenebras sermone fugaris,
Fabula queis tegitur. Sed enim quid pluribus uti
Nunc opus est verbis? Sic tecum disputo, vita,
Si potes, hos laqueos te constringentis utrinque
Sermonis, licet ingenii tibi tanta facultas
Suppetat, ut possis aliena refellere dicta.
Si divum statuæ nil sunt, nisi fabula mendax,
Has prosterne solo. Quid opes expendere magnas

B Attinet, ut labem, quam nemo credat, honores,
Contemnasque Deum vitæ fontemque ducemque?
Sin nihil est ficti, quod, quæ sunt lucida, velet,
Quin vetulis vereare eadem confingere, gaudent
Quæ cyathis, et amant insomnes ducere noctes?
Ista quidem ponto pereant demersa profundo :
Parte velut magna jam disperiere. Suis nam
Christus ad extremos fines a finibus orbis
Omnia collegit manibus, conjuncta tenetque,
In cruce quas pendens et dira morte tetendit.
Sin tu, quod Christus per castæ membra puellæ
Venerit, ignarœque viri thalamique jugalis,
Ortus more novo, et morti concesserit atræ,
Ac superas rursum sese revocarit ad oras,
Ut mea curaret sic vulnera, quem fera noxa
Stravit humi, turpe hoc censes (nam numina pura
Puris orta colis, vir cultor amansque decori),

Digitized by Google

Σήμερον, οὔτι πάροιθεν, ἐμῶν μύθων ἐπάκουσον,
Οὓς μοι Χριστὸς ἔπνευσεν, ἐμὸς Θεὸς ἐμπεδόμυθος.
Ἔστι μὲν οὐκ ὀλίγοισι καὶ ὃς λόγος, ὡς ἀπὸ κόλπων
Παρθενικῶν βλάστησε Θεὸς βροτὸς, ὃν συνέπηξε
Πνεῦμα Θεοῦ μεγάλοιο, ναῷ ναὸν ἀγνὸν ἐγείρων.
Μήτηρ γὰρ Χριστοῖο ναὸς, Χριστὸς δὲ Λόγοιο.
Ὡς γὰρ θέσμιον ἦεν, ἐπεὶ φύσιν οὐλόμενος Θὴρ
Ἡμετέρην ἐφέπεσκε παραιβασίης ὑπὸ πικρῆς,
Θειοτέροιο βροτοῖο φυῆ κακίην ἀκέσασθαι,
Καὶ στῆσαι κράτος αἰνὸν ἀθεσμοτάτοιο δράκοντος.
Τοὔνεκα νηδὺν ἄμειψε, τὸ δ' ἥμισυ τίσε γενέθλης
Ἡμετέρης, τὸ δ' ἔλειπεν, ὅ μιν τέκε παρθένος ἁδμής.
Αὐτὰρ ἐπεί μιν ἔπηξε, καὶ ἐν σπλάγχνοισι θέωσεν,
Ἐκ δ' ἄγαγε προφόωσδε τελειομένοιο χρόνοιο·
Τῆμος σάρκα παχεῖαν ἐφέσσατο, πλῆσε δὲ νηὸν
Ἐκ καθαρῆς θεότητος, ἄναξ Λόγος. Ἀμφότερον δὲ,
Εἷς Θεὸς ἦεν ἔμοιγε. Τὸ γὰρ φθιτὸν οὐχ' ὑπόειξεν
Ἀθανάτῳ πλήσαντι. Θάνεν δ' ἐθέλων, ὀλίγον τι
Τύμβῳ παρθέμενος πλεκτὸν δέμας, ὡς κεν ἀναστὰς
Ἐκ νεκύων παλίνορσος, ἀναστήσειε θανόντας,
Ἕλκων οἷα μάγνησσα λίθος τονόεντα σίδηρον.
Πᾶσι γὰρ ἀνδρομέοισιν ὅλον μ' ἀνεδέξατο Χριστὸς,
Σάρκα λαβὼν, τόκον, εἶδος, ὕβριν, τάφον, εὖχος, ἔγερσιν.
Τὼς μέν ῥ' ὑμετέροιο λόγου σχέθον ἄσχετον ὁρμὴν,

Hodie, quamvis antea non fueris, excipe verba mea
Quæ mihi Christus inspiravit, Deus meus nescius fallere.
Versatur in ore non paucorum hic sermo, scilicet e sinu
Virginis ortum esse Deum hominem, quem coagmentavit
Spiritus magni Dei, templo templum sanctum exstruens.
Mater enim Christi templum, Christus autem Verbi.
Sic enim constitutum erat, quoniam nostram pestifer serpens
Naturam tenebat sub iniqua transgressione,
Divinioris hominis natura, vitio medelam afferre,
Et vincere grave imperium infandissimi draconis.
Quam ob rem sinum virginis subiit, dimidiamque honoravit generationis
Nostræ partem, alteram reliquit, quatenus hunc peperit virgo intacta.
Postquam autem illum condidit, et in visceribus deitate implevit,
Eduxit in lucem, peracto tempore (quo in utero gestandus erat),
Tunc crassam carnem induit, et implevit templum
Pura divinitate, rex Verbum. Utraque autem natura
Unus erat mihi Deus. Mortalis enim natura statim subdita est
Immortali implenti. Porro mortuus est volens, ad breve aliquod tempus
Tumulo commendans corpus sibi innexum, ut exsurgens
Ex mortuis redivivus, ad vitam revocaret mortuos,
Trahens illos, ut magnes lapis validissimum ferrum.
Nam cum omnibus, quæ sunt hominis, totum me assumpsit Christus,
Carnem assumens, partum, formam, contumeliam, sepulcrum, gloriam, resurrectionem.
Sic orationis vestræ effrenatum impetum coerceo,

179 *Ἐμπεδόμυθος*. Schol. ἀληθινός. Hic desinit Billii versio, et sequitur Federicus Morellus.

181 *Θεὸς βροτός*. Ita Schol. Reg. 991, et quidem recte, neque necesse est cum Morello supplere, *Υἱός, Natusque Dei*.

187 *Στῆσαι*. Ita Coisl. Edit. θῆσαι.

188 *Ἄμειψε*. Schol. διῆλθε.

189 *Ὅ*. Id est καθ' ὅ. *Quatenus eum virgo innupta peperit*. Quod autem ait dimidiam generationis nostræ partem, alia relicta, honoratam fuisse, significat in Christi humanitatis procreatione nullam hominis operam intercessisse, et eum, salva matris integritate, modo inaudito natum fuisse. Morellus haud recte, *dimidia sobolis mortalis parte relicta*, etc., ac veluti de ipsa substantia hæc dixisset Gregorius.

190 *Θέωσεν*. *Deitate replevit, deificavit*: nimirum Verbum ipsum se in matris sinu deitate implevit, se ipso humanitatem imbuit.

193 *Ἀμφότερον*. Reg. 991, ἀμφότερα.

194 *Ὤχ'*. Ita Coisl., et sup. lin. ταχέως. Mss. ὦχα. Edit. male οὐχ.

198 *Τονόεντα*. Coisl. στονόεντα.

201 *Τὼς*. Schol. οὕτως.

METRICA VERSIO.

Non prius auditos sermones excipe nostros,
Quos mihi spiravit, qui nescit fallere, Christus.
Credibile est multis visum, productus ut hic sit
Virginis e sinibus natusque Dei atque homo verus;
Sancta Dei templo quem alti compegerit aura,
Exstructo templo insigni castoque decore.
Mater enim Christi templum, Christus quoque Verbi est.
Namque ratum fuit, insectans fera bellua postquam
Humanum ingenium excessu pervertit iniquo,
Divini orta hominis natura atque indole recta
Crescenti vitio præsentem adhibere medelam,
Vincere et injusti vires virusque draconis.
Propterea subiit casti penetralia ventris
Dimidia et soholis mortalis parte relicta,
Dimidium prolis nostræ decoravit honore,
Quatenus hunc peperit castissima virgo parensque.
Spiritus at sanctus construxit corporis artus,

Visceraque implevit divino numine pura,
Et mox edidit in lucem mensum orbe peracto.
Tum natus solidæ gestavit pondera carnis:
Et Verbum regnans pura deitate replevit
Augustum templum. Mihi sed Deus unus utrumque est.
Nam mortalis homo non cessit Numinis auctu
Æterni, subiitque volens atrocia mortis
Spicula, mandavitque arcto sua membra sepulcro.
Ut tres post luces devicta morte resurgens,
Fato jam functos sævo revocaret ab orco,
Heraclius lapis ut solet ad se adducere ferrum.
Totum etenim sorte humana me Christus honorat,
Carne, ortu, forma, cum morte, sepulcro et honore
Vique resurgendi. Sic vestræ tela loquelæ
Irrita reddebam, quos multum dedecus urge
Immerito dirum nobis indicere bellum:

Digitized by Google

Οἳ τόσον αἶσχος ἔχοντες, ἐμοὶ μόθον αἰνὸν ἔθεσθε,
Βόρβορον οὐχ ὁρώντες, ἐμῶν ῥανίδων ἀλέγοντες.
Εἰ δ' ἐθέλεις ἐτεὸν γνῶναι λόγον, οὔατ' ὑποσχών,
Οἷδα μὲν, ὡς πλεόνεσσιν ἀφανδέα ταῦτ' ἀγορεύω
(Οὐ γὰρ ἐνὶ πλεόνεσσιν ὅλος λόγος, οἳ κενεῇσιν
Ἑσπόμενοι δόξῃσιν, ἐτητυμίης ἀλόγησαν),
Ἀλλ' ἔμπης ἐρέω λόγον ἔμπεδον, οὐδ' ἐπικεύσω,
Καὶ μάλα περ ποθέων βίον ἄργυφον. Οὐδὲν ἄκοσμον,
Πλὴν στυγερῆς κακίης· ἀρετὴ δέ τε μοῦνον ἄρι-
[στον.
Τἆλλα δ' ἄρ' ἐν μεσάτῳ τε κακῶν ἀγαθῶν τε τέτυκται,
Ἡμετέρης ἰότητος ἀπήορα, εὖ μὲν ἔχοντα
Τοῖς ἀγαθοῖς, τοῖς δ' αὖτε κακοῖς, καὶ λίαν ἄκοσμα.
Ὧν ἐν καὶ τόδ' ὅπωπα ἐμῆς μυστήριον ὕλης,
Εἴδεος ἀθανάτοιο συνερχομένου μελέεσσιν.
Οὐδὲ γὰρ ὡς στυγέων τεῦξε βροτὸν, ἧς θεότητος
Μάρτυρα, καὶ μεδέοντα κάτω, καὶ εὔχος Ἄνακτος,
Οὔτ' ἂν μιν φιλέων, στυγερὴν πόρσυνε γενέθλην.
Ἧ λῆξον μύθοιο, θεοῦ δ' ἀπόπεμπε νόημα.
Εἴ τοι μὴ καθαρῆς διὰ νηδύος ἐς φάος ἦλθες,
Οὐ καθαρός. Καθαρὸν γὰρ ἀλώσιμον οὔποτ' ἀνάγκῃ.
Εἰ δ' ἐθέλεις, καὶ ἄναγνος ἔοι τόκος. Ἀλλὰ τόδ' ἔμπης,
Πᾶσιν εὐφρονέουσιν ἀριφραδές· οἷς ἂν ἐπέλθῃ
Ἀκτὶς ἠελίοιο, φέρει φάος· οἷς ἀνεμίχθη
Εὐόδμοιο μύροιο χάρις, πνείουσι τάχιστα.
Ἀλλ' οὐδ' ἠελίοιο μολύσματα, οὐδὲ μύροιο

Vos qui tanta turpitudine scatentes, acerbum mihi bellum indixistis;
Cœnum vestrum non videntes, meas guttulas maligne observatis.
Si autem cupis audire sermonem, aures præbens,
Scio equidem multis displicere, quæ dicam
(Non enim in pluribus integra est ratio, qui vanis
Hærentes opinionibus, veritatem non curant):
1082-1083 Verumtamen eloquar, quod certissimum est, nec abscondam,
Cum maxime desiderem vitam puram. Nihil inhonestum est
Præter vitium odio dignum: virtus vero sola bonum est eximium.
Cætera vero omnia in medio bonorum et malorum posita sunt,
E nostra voluntate pendentia, eaque bene vertunt
Bonis, malis autem fiunt omnino turpia.
Ex quibus et unum illud vidi, meæ mysterium materiæ,
Figura Dei immortalis accedente membris.
Neque enim quasi odio habens Deus creavit hominem, suæ divinitatis
Testem, regemque terræ, et gloriam Regis supremi:
Neque etiam ipsum amans, miseram ei præbuisset generationem.
Desine igitur verba facere, et a Deo averte cogitationem.
Si ex impura alvo in lucem prodiisti,
Purus utique non es. Purum enim capi non potest ab impuro.
Si vis autem, esto, impurus sit partus. Verumtamen istud
Cunctis mente præditis manifestum est; ad quos accesserit
Radius solis, affert lucem; et quibus immista est
Optimi unguenti fragrantia, redolent citissime.
Sed nec solem ullæ sordes, nec unguentum

203 Ἀλέγοντες. Schol. κακομηχάνως.
206 Ὅλος λόγος. *Integer animi sensus.* Combef.
209 Ἄργυφον. Sic Coisl., Vat., Reg. 991. Schol. καθαρὸν καὶ φίλον Θεοῦ. Edit. ἄργυρον.
212 Ἰότητος. Sic Coisl., Vat., et sup. βουλῆς. Combefisius legit ἡμετέρης θεότητος, ut in editis. *Sic vocat Gregorius,* inquit Combefisius, *facultatem voluntatis et arbitrii, quod ea ad Deum accedamus, et quadam analogia dii simus et dicamur.*
214 Ὧν ἔν. Schol. 991, ὧν ἓν καὶ τοῦτο ἑώρακα, τῆς ἐμῆς ὕλης λέγω τὸ θαυμαστὸν μυστήριον, εἴδους ἀθανάτου συνερχομένου τοῖς μέλεσιν, καὶ νοῦ ἀΰλου ὑλικῷ μιγνυμένου πηλῷ, *quibus et unum illud intelligo, mirabile, inquam, meæ substantiæ mysterium, forma immortali cum membris conveniente, anima, quæ expers est materiæ, materiali unita luto.* Int., Coisl. μορφῆς ἀθανάτου σαρξὶ συνερχομένης εἰς ἕνωσιν.
217 Ἄνακτος Schol. κτίσαντος.
219 Ἧ λῆξον. Schol. τοίνυν παῦσαι τῆς ἀντιλογίας, καὶ ἀπόσχου κατηγορεῖν τοῦ Θεοῦ τοιαύταις ἀντιλογίαις.
220 Ἦλθες. Sic Reg. 991, Vat. et Coisl. Edit. ἦλθεν. Schol. 99, ἢ σύ γε μὴ διὰ καθαρῆς νηδύος εἰς φῶς ἐλθών, οὐ καθαρὸς ὑπάρχεις.
222 Ἐθέλεις. Codex Coislinianus ἐθέλοις. Mox ἔοι. Scholiastes ἔστω καὶ ἄναγνος τόκος ἡμῶν, *sit impurus ortus noster.*

METRICA VERSIO.

Cum non cernatis quantus vos gurges inundet,
De me sollicitis multæ est mea guttula curæ.
Sin verum studeas sermonem noscere, præbe
Auriculam. Scio non multis mea dicta placere
(Non enim apud plures sermo valet integer, hæ-
[rent
Qui vanis sensis, vera ratione remota);
Eloquar at stabile hoc verbum; sed non reticebo,
Candorem cupiam vitæ licet. At nihil, uno
Excepto tristi vitio, ornatu caret omni:
Optima sed virtus palmam sibi vindicat una.
Cætera at in medio sistunt rectique malique,
A nostro arbitrio pendentia, quæ bene vertunt
Rectis atque piis, sed pravos nulla decet res.

B E quibus ista mei vidi mysteria cœni,
Quando immortalis mens juncta est artubus ægris.
Non odio sedenim finxit mortalia corda:
Testis homo quia nam divini Numinis, idem
Princeps in terris animantum est, lausque creantis:
Haudque ab amante suo donatus origine fœda est.
Aut nugas mitte, atque Dei tibi notio non sit.
Si minus ex alvo pura processit ad auras
Luminis, haud purus. Nam impuro pura tenere
Non est fas. Si vis, impurus sit quoque partus.
Hoc tamen est cunctis clarum prudentibus: alini
Solis fert radius lucem: quos gratia odoris
Perfudit suavis, soliti sunt mox bene olere.
Ast nil pollutum solem inquinat, aut unguentum

Digitized by Google

Ἅπτεται. Ὡς ῥα θεὸς καθαρῆς διὰ μητρὸς ὁδεύσας,
Οὔτ' αὐτὸς σπλάγχνοισι φορύξατο, καὶ τὰ κάθηρεν.
Ὡς ἄρα καὶ θανάτοιο θανὼν κράτος ἐξαλάπαξεν·
Οὔτ' αὐτὸς θανάτῳ τι παθὼν, Λόγε, καὶ τὸν ὀλέσσας.
Οὗτος ἐμὸς λόγος ἐστί· τεὴ δὲ γλῶσσ' ἀδάμαστος
Ἦν ὄτ' ἔην· νῦν αὖτε δαμάζεο. Ὦδ' ἀγορεύει
Χριστὸς ἐμός· γλῶσσαν δὲ τεὴν εὔφημον ἐγείροις.
Εἶαρ ἔβη, τὸ δὲ χεῖμα παρέδραμε, λαμπρὰ δ' ἄρ' αἴθρη.
Δεῦρ' ἴτε, καί μοι φωτὸς ἀπειρεσίου κορέσασθε.
Μέχρι τίνος σκοτίοισιν ἐνὶ κευθμῶσι δέδεσθε.
Καιρὸς ὅδ', ὃν πάρος ὑμῖν ὑπέσχετο Πνεῦμα φαεινόν.
Δεῦρ' ἴτε, καὶ ζώοιτε, νέον δ' ὑπόδεχθε καθαρμόν.
Λήξατ', ἀοιδοπόλοι, ναὶ λήξατε, μαινόμενοί τε

A

Δαίμονες, ἐμπνείοντες ἀθεσμοτάτοισιν ἀοιδαῖς.
Ὀρφεὺς θῆρας ἄγοι, Πέρσῃ δ' Ἀσκραῖος ἀείδοι
Ἡσίοδος, Τροίην δὲ καὶ ἅλγεα κλεινὸς Ὅμηρος.
Μουσαῖός τε Λίνος τε θεῶν ἄπο μέτρα φέροιεν,
Οἵ ῥα παλαιοτάτῃσιν ἐπικλέες εἰσὶν ἀοιδαῖς.
Ἑρμῆς ὁ τρισάριστος ἐμοῖς ἐπέεσσιν ἀρήγοι,
Οὐδ' ἐθέλων, σταυρὸν δὲ σέβοι μέτροισι Σίβυλλα,
Τῆς μεγάλης θεότητος ἐλαυνόμενοι βελέεσσιν·
Οὐδὲν ἐπιστρέφομαι, καὶ εἴ τινες ἄσσον ἵκοιντο,
Οὐ θεόθεν, Βίβλων δὲ παρακλέψαντες ἐμεῖο.
Οἱ μὲν γὰρ καὶ πάμπαν ἀλαμπέες, οἱ δ' ὀλίγον τι
Ἀστεροπὴν πάλλουσαν ἐσέδρακον, ὦκα δ' ἀμερθεν.
Τοὔνεκεν εἶξατ' ἐμοιγε, καὶ ὀψέ περ εὖ φρονέοντες.

Inquinant. Sic Deus per puram matrem prodiens
Neque ipse visceribus ejus fœdatus est, sed etiam ipsa expurgavit.
Sic igitur et mortis moriens imperium sustulit;
Nec ipse a morte aliquid perpessus es, Deus Verbum, eam opprimens.
Hæc mea oratio est: tua autem lingua indomita
Olim erat; nunc ergo eam comprime et sile. Sic jubet
Christus meus; linguam vero tuam ad bona verba excites.
Ver advenit, hyems præteriit, splendida est serenitas.
Huc adeste, et immenso lumine vos exsatiemini.
Quousque tandem in tenebrosis latebris vincti jacebitis?
Tempus illud est, quod olim vobis pollicitus est Spiritus sanctus.
Huc adeste, et vivite, novamque suscipite expiationem.
Desinite, cantores, desinite, inquam, insani
Dæmones, qui spiratis nefandissimos cantus.
Orpheus feras ducat, Persi Ascræus canat
Hesiodus, Trojam et prælia inclytus Homerus.
Musæus et Linus carmina, quibus deos celebrarunt, efferant,
Qui antiquissimis celebres sunt cantibus.
1084-1085 Mercurius ille ter maximus orationi meæ opem ferat
Etiam repugnans; crucem carminibus suis veneretur Sibylla,
Magni numinis agitati ambo spiculis:
Nihil curo, etsi nonnulli propius ad veritatem accesserint;
Nec enim id divinitus: verum ex Libris nostris suffurati sunt.
Alii siquidem ex ipsis omnino expertes luminis; alii vero parum quid
Micantem fulgorem inspexere, cito autem privati sunt.
Quocirca cedite mihi, tandem aliquando, licet sero sapientes.

232 *Νῦν*. Vat. νῦν δ'. Mox *ἀγορεύει*. Schol. κελεύει.

242 *Ἡσίοδος*. Hesiodus libellum, cui titulus, *Opera et Dies*, ad Persen fratrem scripsit.

243 *Μουσαῖος*. Musæus antiquissimus poeta. Linus Orphei præceptor fuit, primusque, ut multi tradunt, a Phœnice ad Græcos litteras attulit.

245 *Ἑρμῆς*. Mercurius, Trismegistus, quem latine Mercurium ter maximum dicunt. In dialogo ubi Asclepius introducitur, Deum unum omnino opinatur rerum omnium conditorem, erroremque fatetur parentum suorum qui superstitiones idolorum invenerunt.

248 *Τινές*. Ita Vat. Schol. τινὲς Ἑλλήνων. Edit. τινός.

249 *Παραλέψαντες*. Ita mss. Edit. παραβλέψαντες. Clemens Alexandrinus in libris *Stromatum* innumera sacræ Scripturæ loca profert, quæ ethnici scriptores in sua volumina transtulerunt.

251 *Πάλλουσαν*. Schol. πλησιάζουσαν. Observandum est Gregorium pro certis non habere, nec habenda esse quæ de Christi mysteriis a Mercurio et Sibyllis dicta profert. Etenim *solis Judæis credita sunt eloquia divina*. Præterea monumenta, quibus continentur Trismegisti, Sibyllarum et aliorum oracula de Christo, non tantum dubiæ sunt fidei,

METRICA VERSIO.

Fœdat. Sic Deus ad puræ qui viscera matris
Pervenit, non his maculatur, purgat at illa.
Mortuus et mortis vim debellavit acerbam:
Nec Verbum est perpessum a morte, sed hanc [abolevit.
Sic ratione loquor: tua sed lingua indomita olim
Quæ fuit hæc, compescatur modo. Christus Iesus
Sic fatur meus: Eia, age, linguam urge ad bona verba.
Fugit hyems, ver accessit, cœlumque serenum est.
Huc, rogo, adeste, et non finitum lumen avete.
Quonam usque in tenebris antrorum vincla geretis?
Tempus adest vobis quod Flamen dixerat almum.
Huc, rogo, adeste mihi, et stadium percurrite vitæ:
Nec tralatitium purgandi admittite ritum.
Cessate, o vates; genii, cessate furentes,

B

Qui fescenninos cantus spirare soletis.
Orpheus armenta abducat, Persæ sua cantet
Ascræus metra, Trojam et prælia magnus Homerus.
Musæusque, Linusque, deum modulamina promant,
Quorum est antiquo celebratum carmine nomen.
Versibus his nolens faveat ter maximus Hermes.
Prisca crucis numeris veneretur signa Sibylla:
Numinis excelsi stimulati sic ambo sagittis,
Ocius anticipent aliis contingere verum;
Non valde moveor, nec enim divinitus id fit,
At quia nostra oculis legere volumina limis.
Namque alii prorsus caligant carcere cæco,
At quidam ad tempus lucem videre micantem;
Sed tenebris cito damnati. Ergo cedite tandem,
Cedite mi, cuncti modo qui resipiscere vultis.

Digitized by Google

Φοῖβος μαντεύοιτο θεῶν μόρον οὐκέτ' ἐόντων·
Αὐτοπάτωρ, ἀλόχευτος, ἀμήτωρ ἐστὶν ἐκεῖνος,
255 Ὅστις ἐμὸν διέπερσε κακὸν μένος, ὕστατ' ἀείδων·
Κασταλίη τε Δάφνη τε, δρυὸς μαντεύματα κεῖσθω,
Μηκέτ' ἀριστεύοντα μετ' ἀνδράσιν ἀφραδέεσσι·
Δαίμων τ' Αἰγύπτοιο, θεὸς κενεηγόρος, Ἄμμων,
Βραγχῖδαι δ' ἐπὶ τοῖσι, καὶ ὀφρυόεις Ἐπίδαυρος·
260 Καὶ τελεταὶ κρυπταί τε καὶ ὄμμασιν ἀντιόωσαι,
Κλεινῆς ἐν προτέροισιν Ἐλευσῖνος αἴσχεα νυκτὸς
Αὐλῶν τε Φρυγίων μανιητόκος ἔκτομος ἰχὴ,
Δικταῖοι Κορύβαντες, ἐνόπλια μαργαίνοντες,
Βάκχοι τ' ἀμφὶ γόνον Σεμελήϊον οὐρεσιφοῖται·

A 265 Καὶ νυχίης Ἑκάτης κακὰ φάσματα, ὡς δὲ καὶ αὐτὸν
Μιθραίου κακὰ ἔργα, καὶ ὄργια οὐκέτ' ἄπυστα·
Γαλλαίης Κυβέλης ὀλολύγματα, ὅσσα τε Νεῖλον
Καρποδότην τίουσιν ἐν αἴσχεσιν ἀνδρογύνοισιν,
Ἴσιδος, Ὀσίριδός τε μυκήματα δακρυόεντα,
270 Καὶ Σάραπις, ξύλον αὖον, ἔχων δηλήμονα μῦθον,
Καὶ μόσχος πολύσαρκος Ἄπις, καὶ Μεμφὶς ἄνοια·
Καὶ σὺ, Λάκαινα τάλαινα, διασταδὸν, ἔνθα καὶ ἔνθα
Τεμνομένων μάστιξι νέων ἐπιβώμιος ἀλκὴ,
Καὶ Γετικὸς Ζάλμοξις ὀϊστεύων δι' ὁμίλου·
275 Πάντα θεῶν Ταύρων τε κακὴ ξείνοισι θυτλή·
Καὶ Προσύμνοιο καλοῖο θεὸς φαλὸν ἀμφαγαπάζων

Apollo vaticinetur deorum mortem jam exstinctorum:
Ipse sui pater, haud ex uxore, sine matre ille est,
255 Qui perniciosum meum subvertit robur, postremo cantu:
Castalia, Daphne, quercusque oracula jaceant,
Nec jam auctoritate valeant apud homines stolidos:
Dæmon Ægypti, deus vaniloquus, Ammon,
Branchidæ insuper his, et superciliosus Epidaurus:
260 Sacrificia occulta et oculis patentia,
Famosæ in primis Eleusynæ noctis obscœnitates,
Tibiarumque Phrygiarum furorem ciens, exsectionis sonus,
Dictæi Corybantes, in armis insanientes,
Bacchantes circa prolem Semeles in montibus errantes:
265 Et nocturnæ Hecatæ perniciosa spectra, ut etiam templi
Mithræi scelerata facinora, atque Orgia nemini jam ignota:
Gallææ Cybeles ululatus, et omnia quibus Nilum
Frugum datorem colunt turpissimi et effeminati homines:
Isidis, Osiridisque mugitus luctuosi,
270 Et Serapis, lignum aridum, exitiosam exhibens fabulam,
Et vitulus obesissimus Apis, et Memphitarum amentia:
Et tu, Lacæna misera, ad cujus aram, hinc inde
Verberibus se invicem proscindebant juvenes,
Et Geticus Zamolxis sagittam mittens per turbam;
275 Deorum et Tauro-Scytharum exitiosum hospitibus sacrificium:
Et Prosymni formosi deus Priapum adamans

sed spuria prorsus esse inter doctos convenit. — Quid de Sibyllis sentiendum, fusius dicemus in *Historia gallica scriptorum ecclesiasticorum* a D. Ceillier prius emissa, a nobis autem aucta et typis iterum subjecta (Caillau).

254 *Αὐτοπάτωρ*, etc. Christi epitheta sunt hæc in ficto Apollinis vaticinio. Αὐτοπάτωρ, quod incarnatione vicem patris ipse suppleverit, ac sibi ipse corpus formaverit. Quod enim in symbolo Spiritui sancto tribuitur, hoc passim græci scriptores, et in eis Gregorius, Filio et Verbo ascribunt, a quo ut sustentatum, sic etiam formatum sit sanctum corpusculum, faveatque istud Prov. IX, 1: *Sapientia ædificavit sibi domum.* Ibid. *ἀλόχευτος*, *haud ex uxore*, vel *non ex semine*, ut bene Suidas; male Morellus, *haud genitus*. *Genitus* quippe Christus, ut Deus et Verbum, generatione æterna a Patre, cujus est unigenitus Filius: *genitus* quoque ut homo, generatione temporali ex Maria Virgine.

256 *Κείσθω*. Schol. πεπαύσθω.

259 *Καὶ ὀφρυόεις*. Suspicatur Combefisius Gregorium scripsisse ὀφιόεις, *anguinea specie serpentem referens*; quidquid sit, per Epidaurum significare videtur Æsculapium.

274 *Ζάλμοξις*. Zamolxis, unicus Getarum deus erat, ad quem proficisci existimabant eos, qui e vita decederent. Nonnunquam etiam sorte ex vivis aliquot deligebant quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitterent; quos, post mandata quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime jactatos, gladio excipiebant, atque ita interfectos recta ad Zamolxidem proficisci credebant. Zamolxin autem quidam putant Pythagoræ servum fuisse, qui quod Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis pro numine est habitus. Herodot., lib. IV. De cæteris fabulis Ethnicorum jam satis dictum in notis ad secundam orat. *contra Julianum*. Eadem repetere nihil necesse est, nec vacat, nec decet. Vide tom. I, pag. 168, etc. Ibid. *δι' ὁμίλου*. Schol. διὰ τοῦ πλήθους, *per turbam*.

METRICA VERSIO.

Divum obitum falsorum vaticinetur Apollo.
Ipse sui pater, haud genitus, genitricis et exsors:
Perdidit ille meam vim pravam, dum ultima cantat.
Castalia et Daphne, quercusque oracula cessent,
Quæ pretio stultis hominum non amplius ullo;
Ægypti genius, numen vesanum, futilis Ammon,
Branchidæ super hisce, superciliumque Epidauri,
Et genera arcana, atque oculis subjecta sacrorum,
Pervulgatæ noctis Eleusinæ probra quondam,
Tibiæ et insano Phrygiæ vox semivirilis;
Dictæi Corybantes, in armis prosilientes,
Et Bacchi cultores montivagi Dionysi.

B Nocturnæque Hecates mala mostellaria, necnon
Mithræi fani scelera, orgiaque haud memoranda,
Et Gallæ Cybeles ululatus: qui venerantur
Nilum frugiferum cum semiviro comitatu;
Isidis, Osiridisque mugitus visque dolorum:
Arida ligna tenens Serapis, quæ fabula fœda est,
Atque Apis ille saginatus bos, stultaque Memphis:
Tu Lacedæmonii altaris vigor heu nimis atro
Sanguine cæsorum flagris juvenum maculati,
Et Geticus Zamolxis, qui jaculatur in agmen.
Taurorum populorum et inhospita victima cedat;
Et Prosymni pulchri deus ustus amore Priapi

Digitized by Google

Δουράτεον, μάχλη τε Κύπριν τίουσα ἑορτὴ
Κερδαλέη, καὶ Λίνδος ἐφυβρίζουσ' ἱεροῖσι·
Πάντ' ἔθανε Χριστοῖο μεγακλέος αἵματι σεπτῷ,
280 Ἀρχεγόνου τε νέου τε, τὸ δὴ καὶ θαῦμα μέγιστον.
Ἐμπεδόκλεις, σὲ μὲν αὐτίχ' ἑτώσια φυσιόωντα,
Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρητῆρες ἔδειξαν,
Σάνδαλ' ἀποβράσσαντες ἐλαφρονόοιο θεοῖο
Χάλκεα, καί σε βροτοῖσιν ἐπαισχέα πᾶσιν ἔθηκαν,
285 Κύδεος ἱμείροντα δι' ἄλματος αἰνομόροιο.
Ἡρακλες, Ἐμπεδότιμε, Τροφώνιε, λήξατε μύθων,
Καὶ σύ γ' Ἀρισταίου κενεαυχέος ὄφρὺς ἄπιστε.
Ὑμεῖς μὲν θνητοί, καὶ οὐ μάκαρες, παθέεσσι,
Βαιὸν ἀποπλήξαντες ἐπιχρονίοισι δόλοισι,
290 Μύθοις ὑμεδαποῖσι νόθον κλέος ἁρπάξαντες.

A Χριστὸς δ' οὔτ' ὀλίγῃσι περίγραφος ἔπλετο φωναῖς,
Οὔτε μιν ἠμάλδυνε ῥέων χρόνος, οἷά τε καπνὸν
Ἥερος ἐν λαγόνεσσιν ἀΐστωθέντα τάχιστα.
Τοῖος γὰρ ψαφαροῖο κλέους νόμος, αὐτίκα πίπτειν,
295 Ἀλλ' αἰεὶ πάντεσσιν ἀοίδιμος εἰσέτι μᾶλλον,
Αἰὲν ἐπερχομένοισιν ἀεξόμενος λυκάβασι.
Πείθομαι, ὥς ποτε γαῖαν ὅλην δεσμοῖσι καθέξειν.
Ὡς γὰρ θέσφατόν ἐστι· λόγος δ' ἐπὶ ἔργον ὀδεύει.
Ἀλλὰ τὸ μὲν μεγάλοιο Θεοῦ ἐν γούνασι κεῖσθω.
300 Αὐτὰρ ἐγὼ, τά με Χριστὸς, ἐμὸν φάος, ἐξεδίδα-
[ξεν,
Ἐξερέω, μύθοιο θεμείλια πάντ' ἀναφαίνων
Ἡμετέρου, θεότητα, Θεοῦ κτίσιν, οἷακα παντὸς,
Ὦ κόσμον μεγάλοιο Θεοῦ Λόγος αἰὲν ἑλίσσει·

Ligneum, et impudicum in Veneris honorem festum,
Quæstuosum tamen, et Lindus convicia miscens sacris:
1086-1087 Omnia periere magni Christi sanguine venerando,
280 Antiqui et novi, quod maxime mirandum est.
Empedocles, te quidem statim inaniter tumentem,
Et mortalem Ætnæi ignis crateres prodiderunt,
Soleas ejicientes levissimi dei
Æreas, et apud omnes homines infamem reddiderunt,
285 Te, qui immortalem gloriam appetebas per funestum saltum.
Hercules, Empedotime, Trophonie, cessate a fabulis;
Tu quoque, Aristæe superbe, supercilio incredibili.
Vos quidem homines esse, non deos, quæ passi estis ostendunt:
Paululum stuporem injicientes fraudibus temporariis,
290 Commentis vestratium, adulterinam gloriam arripuistis.
Christus vero neque paucorum hominum circumscriptus fuit vocibus,
Neque ipsius famam obscuravit elapsum tempus, instar fumi,
Qui in aere confestim dissipatur.
Talis enim infirmæ gloriæ lex est, ut statim decidat,
295 Verum Christus semper apud omnes etiam nunc est celebrior,
Semper labentibus crescens annis.
Confido fore, ut aliquando totum orbem vinculis suis constringat.
Sic enim divinitus prænunciatum est; vaticinium autem in opus prodit.
Sed hoc in Dei arbitrio positum sit.
300 Ego autem, quæ me Christus, lumen meum, edocuit,
Narro, nostræ fundamenta omnia manifestans
Doctrinæ, nempe deitatem, orbis a Deo creationem, clavumque universum,
Quo mundum magni Dei Verbum semper administrat.

277 *Μάχλη*. Vat. μάχλην.
287 *Ὄφρὺς ἄπιστε*. Schol. ἄπιστα μεγαλαυχούμενος, *incredibilia superbe jactitans*.
289 *Ἀποπλήξαντες*. Sic Coisl., at sup. lin. παίζοντες. Schol. μικρὸν ἐν ἀνθρώποις παίζοντες, καὶ δόλοις ἐξαπατήσαντες, μύθοις τε καὶ πλάσμασιν. Βαιὸν ἀποπλάζοντες ἐπιχρόνοισι δόλοισι. *Sensim inducto errore longævi temporis, diuturnis interim fraudibus errore seducentes*. Editi nonnulli ἀπολάξαντες.
290 *Ὑμεδαποῖσι*. Sic Coisl. Edit. ἡμεδαποῖσι.
291 *Οὔτ'*. Sic. Coisl. Edit. ὅτ'.
294 *Ψαφαροῖο*. Schol. ἀσθενοῦς.
296 *Αἰὲν ἐπερχομένοισιν*. Ita supra carm. IV, vers. 126.
299 *Ἐν γούνασι*. *In genibus Dei sunt*. Verba sunt hominis divinæ providentiæ sese submittentis. Loquendi modus apud Homerum frequens.

METRICA VERSIO.

Querni, et quæ Cypriam venerantur festa pudenda,
Lucrosa, et Lindus sacris petulantius utens;
Illustri hæc pereunt Christi submersa cruore,
Grandævi, juvenis, quæ sunt miracula summa.
Empedocles vano te inflatum mente tumore,
Ætnæi æstus flammæ mortalem esse probarunt,
Dum soleas æris regerunt sine mente dei, atque
Infamem cunctis statuunt mortalibus ægris,
Quod decus appeteres per saltum perniciosum.
Alcide, Empedotime, Trophoni, ponite nugas,
Tuque incredule Aristæe, alte, superciliose.
Estis mortales affectibus, haudque beati,
Ad tempus consistentes in fraudibus altis,
Arrepto spurio decore a rumore Pelasgo.

B At Christi exiguis describi vocibus alma
Majestas nequit: haudque fluens tempus rapit illum,
Ceu fumum, aerias qui disturbatur in auras.
Extemplo sed enim ruere omnis fictus honos vult:
Illa magisque magisque Dei nunc gloria claret,
Clarior et semper venientes crescet in annos.
Credo equidem fore, ut hic sibi vinciat omnem
Tellurem; hoc oracla ferunt, et sermo ad opus fert.
Hoc tamen excelsi est positum in virtute Tonantis.
Interea quæ me Christus, mea luxque salusque,
Edocuit, dicam, fundamina cuncta revelans
Doctrinæ nostræ, deitatem, conditum, opusque
Numinis, et clavum mundi, quo cuncta reguntur,
Nempe Dei Verbo magni, nutu omnia cujus

Digitized by Google

Καὶ τάδ' ἐπιδρομάδην, ὀλιγόστιχον εὐρέα μῦθον,
Ὡς νόμος ἐστὶν ἔμοιγε· τὰ δ' ἔκτοθι ῥίψα Γαδείρων.
Ἀλλὰ, φίλων ὄχ' ἄριστε Νεμέσσιε, τοῦτο δέδεξο
Δῶρον ἐμῆς φιλίης, πάντων γλυκερώτερον ἄλλων,
Μοῦνον ἀφ' ἡμετέρων κτεάνων, καὶ μοῦνον ἔμοιγε,
Οὐ κύκνου λιγυροῖο μόρον γοάοντος ἀοιδὴν,
Γηραλέαις πτερύγεσσιν ὅτ' ἐμπίπτῃσιν ἀήτης·
Οὐδ' ἄρ' ἀηδονίδος στυγνὸν μέλος, ἡνίκα χεῖμα
Δεσμὰ φέρει πάντεσσι, καὶ ὀρνίθεσσιν ἀοιδοῖς,
Ἀλλὰ Χριστοφόρων στομάτων θεοτευχέα μολπήν·
Τῇ νῦν τοῦτο φέροις ἐμέθεν λάχος ἀντί νυ πάντων,
Οἷσιν ἐμὴν πολιήν τε φίλην καὶ νοῦσον ἔτισας,
Καὶ μῦθον πτερόεντα, τεὸν κλέος· ἦ μέγα θαῦμα,
Καὶ πάντων καθύπερθε, πρὶν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

A Αἰδὼς γὰρ μερόπεσσιν ἐν ὄμμασιν. Εἰ μὲν ἔποιο
Τοῖσδε λόγοις πτερόεσσι διδοὺς πλόον ἡμετέροισι,
Τρισμάκαρ, ἡγεσίης καὶ τέρματος. Εἰ δ' ἀπιθήσαις.
Καί σε τόσον σφήλειεν ὁ βάσκανος ὄμματι πικρῷ,
Οὐκ ἐθέλων πάντεσσιν ἕνα βροτὸν ὄλβιον εἶναι,
Γρηγορίου τόδε σοι μνημήϊον ἐσθλὸν ἔποιτο.
Ἦ τάχα κεν μετόπισθεν ἐμὸν λόγον αἰνήσειας,
Ἐξ ὀλίγου σπινθῆρος ἐς ἠέρα πυρσὸν ἀείρας
Ὄψρα τις ὧδ' εἴπῃσι· Νεμέσσιος ὀβριμόθυμος
Καππαδόκοισι τάλαντα δίκης ἰθεῖα τανύσσας,
Οὐ χρυσὸν δολόεντα, καὶ ἄργυρον, οὐδὲ μὲν ἵππους
Εὐγενέτας, πτερόεντας, ἀοίδιμον εὖχος ἔχοντας,
Ὤχετ' ἄγων· πλούτῳ γὰρ ἀνούτατος· ἀντὶ δὲ πάν-
[των,

Et hæc cursim, paucis versibus, amplam materiam perstrinxi,
Ut mihi moris est : quæ vero sunt Græcorum fabulæ, ultra Gades projeci.
Tu autem, o amicorum præstantissime Nemesi, hoc accipe
Donum mei in te amoris, omnibus aliis jucundius,
Quod solum ex meis facultatibus mihi superest,
Non cygni arguti mortem suam deplorantis cantum,
Ubi in seniles pennas cum incidit ventus·
Nec lusciniæ tristes modulos, cum hyems
Vincula injicit omnibus, etiam avibus canoris,
Verum ex Christifero ore manantem, a Deo conditam cantionem :
Hanc igitur a me accipias, quam rependo vicem pro omnibus,
Quibus meam senectutem tibi charam et morbum honorasti,
1088-1089 Et eloquentiam alis præditam, qua ipse præcellis : quod autem valde [mirum
Et omnia superat, priusquam oculis me vidisses.
Pudor enim hominibus est in oculis. Quod si tu pareas
Verbis meis cito avolantibus, ad effectum ea perducens,
O ter Beate, ductu et fine. Sin autem reluctaris,
Et te usque adeo fallit invidus oculo malo,
Non sustinens ab omni parte quemquam hominem esse beatum,
Gregorii certe hoc te præclarum monumentum sequatur.
Forsitan postea orationem meam laudaveris,
Ex parva scintilla in aerem facem attollens.
Ut quis ita dixerit : Nemesius magnanimus,
Qui apud Cappadocas judicia integerrime exercuit,
Non aurum fallax, non argentum, nequidem etiam equos
Generosos, pernicitatis gloria florentissimos,
Discedens abstulit : opibus enim non penetrabilis fuit; sed pro omnibus

305 *Τὰ δ' ἔκτοθι.* Schol. τὰ τῶν Ἑλλήνων μυθολογήματα.

310 *Γηραλέαις.* Sic Coisl. Male edit. γηρακλέαις. Mox *ὅτ'*. Edit. male ἔτ'.

312 *Ἀοιδοῖς.* Sic mss. Edit. ἀοιδαῖς.

313 *Χριστοφόρων στομάτων.* Schol. Χριστοφόρου στόματος.

315 *Καὶ νοῦσον ἔτισας.* Id est, *morbo laborantem honorasti.*

317 *Καὶ πάντων καθύπερθε.* Schol. καὶ πάντων ἐγώ σοι ὑπέρτερος, πρίν, etc., *et ex omnibus ego tibi præstantior videbar, quamvis me non vidisses.*

318 *Αἰδὼς γάρ. Pudor enim, et aspectus animum movet.*

319 *Πτερόεσσι.* Ita Vat., Coisl. et edit. in marg. In textu πτεριοισι. Ibid. *διδοὺς πλόον, si navigationem dederis.* Schol. τὸ ἐνεργὸν αὐτοῖς παρεχόμενος. Int. Coisl. πειθόμενος.

320 *Ἡγεσίης.* Schol. ὁδηγίας.

METRICA VERSIO.

Pendent, consistunt semper, vivuntque caduntque.
Latus hic est sermo parvo comprensus in orbe;
Cætera, seu mihi mos, extra ipsa Gadira remitto.
Maxime amicorum, jucunde Nemessi, sit tibi carmen,
Munus amicitiæ nostræ, quo haud gratius ullum :
Et potior nostri pars est hæc sola peculi :
Hoc cape, non suavem cantum exspirantis oloris,
Cum senio tardas afflavit spiritus alas;
Lusciniæ nec triste melos, cum bruma rigore
Cuncta suo vinclis stringit, genus alituumque;
Verum Christicolæ sacra quæ modulamina linguæ
Concedit Deus : unde refers hanc pro omnibus unam,
Chare, vicem, qui canitiem morbumque senilem
Alloquiumque meum tanto dignatus honore es,
(Ingens quod decus est tibi, quod mirabile valde,
Quo nihil est supra, virtutique anteit omni),
Ante tibi ex facie fuerim quam notus et ore.
Namque oculis habitat pudor in mortalibus. At tu

B Si pergas quæ cœpisti pede, si munitorum
Sponte tua parere velis sermonibus æquis,
Ter felix hoc proposito atque hoc fine fereris.
Sin tua culturæ se non accommodat auris,
Transversumque te agat cum lumine lividus acri,
Qui non vult mortalem esse omni ex parte beatum,
Hæc te Gregorii monumenta sequantur amica :
Forte sequens laudare queas mea dicta per ævum,
Scintilla ex tenui ingentem si lampada tollas,
Ut quidam merito de te ferat ista nepotum :
En virtute gravis meritisque Nemessius altis,
Æqua, dices, qui Cappadocum modo pondera libr:at,
Atque idem justo trutinæ se examine pensat :
Non auri vis, non argenti sacra fames hunc
Sollicitavit opum majorum; sed nec honores,
Præstantesque aliis genere et levitate caballos
Vesano appetiit fastu, atque cupidine inani;
At pro divitiis, et gazis deliciisque

Digitized by Google

Μάργαρον αἰγλήεντα, μέγαν λήΐσατο Χριστὸν,
Ὧ πάντων κρατέουσιν, ἐμὸν γένος (εὔχομ' ἔγωγε),
Καππαδόκαι. Σὺ δ' ἔμοιγε καὶ οὐρανίαις σελίδεσσιν,
Ὡς νῦν ἡμετέρῃσι, σὺν ἡμετέροισι γραφείης.

Η'. *Πρὸς Σέλευκον.*

Χαίρειν κελεύω τὸν καλόν τε κἀγαθὸν
Υἱὸν Σέλευκον, εὐγενοῦς ῥίζης κλάδον·
Χαίρειν δὲ καὐτὸς εὔχομαι τῷ σῷ βίῳ,
Μαθήμασί τε καὶ τρόποις φρονεῖν μέγα.
Πρῶτον μὲν οὖν φόβον τε καὶ πόθον ἔχε
Θεοῦ. Θεὸς γὰρ, πᾶσιν ἀρχὴ καὶ τέλος,
Τοῖς εὖ φρονοῦσι, γίγνεται παντὸς βίου.

A Τὸ δεύτερον δὲ, τὸν τρόπον ἄσκει, τέκνον,
Πρᾶον, ταπεινὸν, ἐγκρατῆ, στερρὸν, γλυκὺν,
Ἀδάσκανον, δίκαιον, ἀνδρεῖον, σοφὸν,
Σεμνὸν, φιλεργὸν, εὐσταθῆ, καὶ σώφρονα.
Κόσμος γὰρ οὗτος καὶ νέοις καὶ πρεσβύταις,
Μὴ χρήμασι τοσοῦτον, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ
Πλουτεῖν. Τὸ σὸν γὰρ τοῦτο. Τὰ δὲ χρήματα
Παίζει πλανῶντα τὴν φιλόπλουτον νόσον,
Ἄλλοις ἀπ' ἄλλων προσγελᾷν πεφυκότα,
Πόρνης ἀπίστου τὸν τρόπον μιμούμενα,
Πολλοὺς ἐραστὰς ποικίλως μωκωμένης,
Συνόντα, καὶ φεύγοντα, καὶ κολλώμενα,
Τούτοις, ἐκείνοις, οὐδενὶ δὲ γνησίως.

Margaritam splendidam, comparavit Christum magnum,
Quo mortales omnes antecellunt mei (hoc enim ego nomine glorior),
Cappadoces. Tu vero, Nemesi, utinam cœlestibus paginis,
Ut nunc nostris, nobiscum inscribaris.

VIII. *Ad Seleucum* *:

Salvere jubeo præclarum et egregium
Filium Seleucum, nobilis radicis ramum:
Gaudere et ipse cupio vita tua,
Disciplinisque et moribus gloriari.
Primum quidem igitur timorem et amorem habeto
Dei. Deus enim principium et finis, omnibus
Qui recte sapiunt, est totius vitæ.
Deinde vero, mores excole, fili;
Esto mansuetus, humilis, temperans, firmus, suavis,
Livoris expers, justus, strenuus, sapiens,
Gravis, amans laboris, constans, modestus.
Ornamentum enim istud est tum juvenum, tum senum,
Non tam nummis quam moribus
Dives esse. Hoc namque tuum est. Nam divitiæ
1090-1091 Fallaces ludunt avaritiæ morbo laborantes;
Nunc his, nunc illis arridere natæ,
Infidelis scorti morem imitando,
Quod plures procos variis artibus fallit,
His adsunt, illos fugiunt, adhærent
Aliis, nemini autem bona fide.

* Scriptum incerto tempore. — Alias Bill. 125, p. 190.

VIII. ARGUMENTUM. *Billius, Leuvenklaius, aliique omnes Gregorii editores et interpretes, carmen ad Seleucum Gregorio vindicant, ejusque in eo dictionis stylum agnoscunt. Alii contra, quorum in numero est Combefisius, illud Gregorio adimunt, Amphilochioque tribuunt, et quod mirum videri possit, in eo Gregorii cothurnum desiderat Combefisius. Suam opinionem confirmat plurimorum codicum auctoritate, in quibus Amphilochii nomen præfert hoc carmen ad Seleucum. Præterea objicit, quod gravissimum est, auctorem hujus carminis cum Gregorio de numero librorum sacræ Scripturæ non consentire. Quod Scripturæ libros spectat, nullum discrimen, vel in eo solo situm est, quod in poemate* ad Seleucum, *libri Esther et Apocalypsis meminit, de quibus alio in loco silet. Nihil igitur causæ est, cur Gregorio adimamus carmen, quod ipsi tam multorum codicum numero confirmatur, alias Gregorio dignum, ejusque verbis refertum.*

TIT. *Πρὸς Σέλευκον.* Coisl. Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου, ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐπιστολὴ πρὸς Σέλευκον: Vat. Ἀμφίλοχος πρὸς Σέλευκον, καὶ ταῦτα δοκεῖ μοι Θεολόγου τυγχάνειν φρενὸς, ὡς παρ' Ἀμφιλοχίου γραφέντα.

1 *Κελεύω.* Ita Coisl. Edit. κελεύων.

4 *Φρονεῖν.* Coisl. φρονῶν.

15 *Νόσον.* Mallet Combefisius τὸν φιλόπλουτον νοον, *avaram mentem.*

METRICA VERSIO.

Omnibus, hic baccam radiantem, numen Iesu
Obtinuit. Gemma hac superat patrium genus omnes
(Invidia usque adeo sese jactantibus absit),
Cappadoces. Summus faxit Deus, ut tabulis sint
Cœlorum tua nominibus rata nomina nostris.

VIII. AD SELEUCUM.

(*Billio interprete.*)

Salvere jubeo plurimum pulchrum et bonum
Gnatum Seleucum, nobili stirpe editum:
Gaudere et ipse rursus ob vitam tuam
Moresque cupio, propter et studia optima.
Sit primus in te Numinis sancti metus
Amorque. Mente præditis namque integra

B Origo vitæ est omnis, et finis, Deus.
Post, nate, mores excole, ac placidus, stude
Atque humilis esse, continens, dulcis, gravis,
Livore purus, strenuus, justus, sophus,
Castus, operosus, temperans, æquabilis.
Hoc namque juveni pariter ac seni est decus,
Non tam esse nummis divitem, quam moribus.
Hoc namque nostrum est: census at contra solet
Mentes avaras ludere, atque illis modo
Favere, nunc his rursus (infidæ sequens
Meretricis astus, quæ procos fallax suos,
Hunc hoc, et illum dispari ludit modo),
His nunc et illis junctus, hos, illos fuga
Linquens, sequensque, neminem at fucum citra.

Digitized by Google

Τὸ γὰρ βέβαιον οὐκ ἔχει πλούτου φύσις,
Λάβροις θαλάσσης κύμασιν εἰκασμένη,
Κυρτουμένοις, πιπτουσιν, ἀστάτῳ φορᾷ.
Σὺ τοίνυν, ὦ παῖ, τοῖς τρόποις πλουτῶν ἀεὶ,
Θησαυρὸν ἕξεις, οὐ κλοπαῖς συλούμενον,
Οὐ συκοφάνταις ἐν μέσῳ προκείμενον,
Οὐδ' αὖ τυράννων χερσὶν ἐξαντλούμενον,
Ἢ βαρβάρων ὅπλοισιν ἐκπορθούμενον,
Μένοντα δ' ἔνδον τῶν ἀσωμάτων δόμων,
Ψυχῆς ταμείοις ἀσφαλῶς τηρούμενον,
Ὃν οὔτε λάβρον ἐσθίει πυρὸς μένος,
Οὐδ' αὖ καλύψει κῦμα ποντίου σάλου.
Τοῦτον μὲν ὄντως ὄντα σὸν καὶ γνήσιον
Πλοῦτον φυλάττων, σμῆχε τοῖς μαθήμασι,
Βίβλοις ποιητῶν, ἱστορικῶν συγγράμμασι,
Καὶ ταῖς τρεχούσαις ῥητόρων εὐγλωττίαις,
Λεπταῖς τε μερίμναις φιλοσόφων ἀσκούμενος.
Τούτοις δ' ἅπασιν ἐμφρόνως ἐντύγχανε,
Σοφῶς ἁπάντων συλλέγων τὸ χρήσιμον,
Φεύγων δ' ἑκάστου τὴν βλάβην κεκριμένως,
Σοφῆς μελίττης ἔργον ἐκμιμούμενος,
Ἥτις ἐφ' ἅπασιν ἄνθεσι καθιζάνει,
Τρυγᾷ δ' ἑκάστου πανσόφως τὸ χρήσιμον,
Αὐτὴν ἔχουσα τὴν φύσιν διδάσκαλον.
Σὺ δ' ἐκ λογισμοῦ, τῶν μὲν ἀφθόνως δρέπου
Τῶν ὠφελούντων· εἰ δέ τι βλάβην φέρει,
Συνεὶς τὸ φαῦλον, ὀξέως ἀφίπτασο.
Ὠκύπτερος γάρ ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Ὅσθ' ὅσα μὲν αὐτοῖς εἰς ἀρετὴν ἐγκώμια
Ὑμνοῦσιν αὐτὴν ἐγγράφῃ, καὶ τοὔμπαλιν
Κακίαν ψέγουσι, ταῦτα σὺ σπουδῇ μαθὼν,
Καὶ νοῦν φύλασσε, καὶ χάριν τῆς λέξεως.

Nihil enim habet stabile opum natura;
Vehementibus similis est maris fluctibus,
Qui in orbem attolluntur, et dilabuntur instabili motu.
Tu igitur, o fili, si moribus ditescas semper,
Thesaurum habebis, qui nec furtis expilabitur,
Nec sycophantis in medio propositus erit,
Nec tyrannorum manibus exhaurietur,
Nec barbarorum armis diripietur,
Sed manentem intra incorporeas domos,
In animæ promptuariis tuto reconditum,
Quem nec vehemens ignis vis devorabit,
Nec obruet fluctus marinæ tempestatis.
Has quidem reapse tuas et germanas
Opes custodiens, expoli mentem studiis,
Libris poetarum, historicorum commentariis,
Volubili oratorum facundia,
Subtilibus philosophorum meditationibus te exercens.
His omnibus prudenter incumbe,
Sapienter e cunctis colligens quæcunque sunt utilia,
Vitans solerter quidquid in singulis est noxium,
Argutæ apis industriam imitatus,
Quæ quibuslibet floribus insidet,
Et decerpit de singulis sapientia singulari quod est utile,
Ipsam naturam habens magistram.
Tu vero mente præditus, largiter decerpe
Ex iis quæ sunt utilia: si autem quid detrimentum affert,
Cognita rei pravitate, celeriter avola.
Velocior enim est hominis mens.
Quapropter, quæcunque ab iis ad virtutis laudem
Ac celebrationem præscripta sunt, aut contra
Ad vitii reprehensionem, hæc tu sollicite discas,
Et sensum retineas, et elegantiam dictionis.

32 *Καλύψει.* Ita Vat. Edit. καλύπτει.

34 *Σμῆχε.* Scilicet animus, veluti rubiginem quamdam in ortu contraxit, quæ postea bonis artibus et disciplinis eximenda sit.

38 *Ἐμφρόνως ἐντύγχανε. Hæc omnia caute lege.*

40 *Κεκριμένως. Acri, solerti judicio.*

METRICA VERSIO.

Nam firmitatis nil habent opes, maris
Similes profecto fluctibus, motu levi
Quos ferri in altum cernimus, labi et cito.
Si dives ergo, nate mi, sis moribus,
Thesaurum habebis, prædo quem non auferat,
Nec sycophantæ pestilens morsus petat,
Trucis tyranni nec manus exhauriant,
Nec barbarorum sæva diripiat phalanx,
Sed maneat intra corpore vacantes domos,
Habet ubi tuta nostra mens æraria:
Rabidæque quem non dira vis flammæ vorat,
Nec tumidus operit fluctus insani maris.
Has, cum tuæque sint opes, fidæ et tibi,
Serva, bonisque disciplinis expoli,
Historica scripta perlegens, vincta et metris,
Colensque studia sedulo eloquentiæ,
Et tradiderunt quæ sophi subtiliter.
At ista, quæso, cuncta fac cautus legas,
Prudenter ex his colligens quod utile,
Fugiensque quidquid noxium est, et pestilens.
Apis æmulari cura sit sapientiam,
Quæ flore in omni sessitans, ex singulis
Idonee carpit, esse quod videt usui,
Natura quamvis doceat hanc tantummodo.
Ratione sed tu præditus, carpe affatim
Utilia quæ sint; si quid est damnum ferens,
Statim atque vitium noveris, celer avola.
Mentis volatu nil enim pernicius.
Ubicunque laudes ergo virtutis canunt,
Vitiumve damnant in libris illi suis,
Hoc diligenter percipe, ac mentem simul
Serva, leporis quidquid et verbis inest.

Digitized by Google

Ἃ δ' εἰς θεοὺς ἔγραψαν ἐν λήρῳ πλατεῖ,
Μύθους ἀσέμνους, δαιμόνων διδάγματα,
Μύθους γέλωτος ἀξίους καὶ δακρύων,
Ταῦθ' ὡς βρόχους τε καὶ πάγας ἀποστρέφου.
Ἀμφω δ' ἀναγνοὺς, τοὺς θεοὺς, καὶ τοὺς λόγους,
Θεοὺς γελοίους, καὶ λόγους ἐρασμίους,
Καταφρόνει μὲν τῶν φιληδόνων θεῶν,
Λόγους δὲ τιμῶν, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς φυτοῦ,
Καὶ τὰς ἀκάνθας φεῦγε, καὶ ῥόδον δρέπου.
Καὶ τῶν μὲν ἔξω σοι λόγων οὗτος νόμος
Ἄριστος. Οἷς δὲ πᾶσαν ἁρμόττει νέμειν
Σπουδὴν, ἐροῦμεν, ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον.
Ἐκεῖνο γάρ σοι πρῶτον εἰπεῖν βούλομαι·
Φεύγειν κατάκρον τῶν κακῶν ὁμιλίας,
Καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἡδονὰς, χρὴ τὸν νέον.

Ἃ Πολλοὶ γάρ εἰσιν, ὥσπερεὶ βοσκήματα,
Ψώρας γέμοντα καὶ νοσήματός τινος,
Οἳ τοὺς νέους πειρῶσι τοὺς ἁπλουστέρους
Παρατριβόμενοί τ' ἐν δόλῳ πανουργίας,
Ὥσπερ νόσου θέλουσι τῆς πονηρίας
Αὐτοὺς ἀναπιμπλᾶν, ὥστε τῇ τῶν πλειόνων
Κοινωνίᾳ, σφῶν τοῖς κακοῖς ἐπισκοτεῖν.
Τούτους φυλάττου· καὶ γὰρ, ὡς Παύλῳ δοκεῖ,
Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί.
Ναὶ μὴν ἐκεῖνο σφόδρα σοι τηρητέον·
Μίσει θεάτρων, θηρίων, ἱπποδρόμων
Ἄσεμνον ᾠδὴν, δύσεριν κακῶν θέαν,
Βίου ματαιότητας, ὕδραν ἡδονῶν,
Ἀνδρῶν ἀσελγῶν ἁπρεπῆ μαθήματα,
Οἷς οὐδέν ἐστιν αἰσχρὸν, ἢ τὸ σωφρονεῖν.

Quæ autem de diis scripserunt nugaciter,
Fabulas inhonestas, dæmoniorum doctrinas,
1092-1093 55 Figmenta risu digna et lacrymis,
Hæc velut decipulas et laqueos aversare.
Utrumque autem legens, et deos ipsorum et orationes,
Deos ridiculos, et orationes amabiles,
Aspernare quidem libidinosos deos,
60 Orationes autem pluris faciens, quasi ex uno frutice,
Et spinas caveto, et rosas legito.
Atque hæc de profanis litteris sit tibi lex
Optima. Quibus autem studiis omnem par sit impendere
Curam, dicemus non multo post.
65 Hoc enim te primum monere volo :
Fugere summopere malorum commercia,
Et omnes quas habent, oblectationes, debet juvenis.
Plures enim sunt, instar pecudum
Scabie et morbo laborantium,
70 Qui juvenes tentant simpliciores,
Et affricantes sese versuta fraude,
Velut morbo volunt suæ pravitatis
Eos replere, quo criminum plures
Socios habentes, malis suis caliginem offundant.
75 Ab his tu caveto; etenim, ut Paulus docet,
Corrumpunt mores bonos colloquia prava.
Quin etiam, illud tibi magnopere cavendum :
Odio habeto theatrorum, belluarum, ludorum equestrium
Obscenos cantus, crudele gladiatorum spectaculum,
80 Vitæ vanitates, hydram voluptatum,
Hominum lascivorum inhonestas disciplinas
Quibus nihil est turpe quam sapere.

53 *Ἐν λήρῳ πλατεῖ. Nugaciter, meras insignes-que nugas.*
61 *Καὶ ῥόδον.* Sic Coisl. Edit. ῥόδων.
62 *Λόγων.* Ita Coisl. Edit. λόγον.
67 *Αὐταῖς.* Vat. αὐτοῖς.
73 *Ὥστε τῇ τῶν πλειόνων κοινωνίᾳ. Ut plurimorum societate.*
74 *Ἐπισκοτεῖν. Caliginem offundant*, id est, *scelerum suorum aspectum eripiant.*
76 *Φθείρουσιν.* Versus hic est Menandri ab Apostolo laudatus, I Cor. xv, 33.
77 *Τηρητέον.* Coisl. πονητέον.
79 *Δύσεριν κακῶν θέαν.* Dura cædis spectacula, gladiatorum cum bestiis depugnantium, contentiosum malorum spectaculum, cum quisque partibus studens, de clientis, ut sua, digladiatur victoria.

METRICA VERSIO.

Scripsere sed quæ de deis nugaciter,
Figmenta fœda, dæmones quorum patres,
Figmenta digna lacrymis, risu et simul,
Hæc, ut dolosa retia, ut laqueos fuge.
Sed verba cum tu legeris, cum numina,
Illa expetenda, risu at hæc dignissima,
Contemne divos tu quidem, studia at colens
Doctrinæ, ab una ut atque eadem plantula,
Spinis relictis floridas rosas lege.
Ac de profanis litteris lex optima
Hæc est. Quibusnam at plurimum studii dare
Conveniat, ipse paulo post dicam tibi.
Hoc nam monendus es mihi primum. Decet
Juvenem improborum fugere cœtus noxios,
In hisque quidquid prorsus est læti situm,

Β Sunt namque multi, more qui pecudum scatent
Fœdaque scabie, gravibus et morbis simul,
Juvenesque tentant, simplices si quos vident,
Seque affricantes subdole his, illud student,
Ut pravitatis hos suæ morbo impleant.
Cur istud autem? criminum quo plurimos
Socios habentes, obtegant labes suas.
Hos tu caveto; nam, velut Paulo placet,
Colloquia mores prava corrumpunt bonos.
Quin illud etiam maxime observes velim
Theatra quem dant, circus, et truces feræ.
Cantum malorumque horreas spectaculum,
Et vana vitæ, gaudii Lernam improbi,
Hominum indecora studia lascivi gregis,
Qui castitate turpe nil dempta putant,

Digitized by Google

Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, αἰσχύνης ὑπτρέται,
Τέχνην ἔχουσι, τὸ φρονεῖν ταῖς ὕβρεσι,
Μῖμοι γελοίων, κονδύλοις εἰθισμένοι,
Αἰδὼ τεμόντες τοῖς ξυροῖς πρὸ τῶν τριχῶν,
Ἀσελγὲς αἰσχρότητος ἐργαστήριον,
Οἷς πάντα πάσχειν καὶ ποεῖν, ἃ μὴ θέμις,
Ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσι, τέχνης μέρος.
Ἄλλοι δ', ἐκείνων ἔθνος ἀθλιώτερον,
Τῶν ἀῤῥένων τὴν δόξαν ἐξορχούμενοι,
Μελῶν λυγισμοῖς συγκατακλῶντες φύσιν,
Ἄνδρες, γυναῖκες, ἄῤῥενες θηλυδρίαι,
Οὐκ ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, ἀψευδεῖ λόγῳ.
Τὸ μὲν γάρ, οὐ μένουσι· τὸ δ', οὐκ ἔφθασαν.
Ὃ μὲν γάρ ἐστιν, οὐ μένουσι τῷ τρόπῳ·
Ὃ δ' αὖ κακῶς θέλουσιν, οὐκ εἰσὶν φύσει.
Ἀσωτίας αἴνιγμα, καὶ γρίφος παθῶν,

A Ἄνδρες γυναιξὶ, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν.
Τί δ' ἂν λέγοι τις ᾄσματων αἰσχρῶν νόσους,
Μέλη τε θηλύνοντα καρδίας τόνον,
Αὐλοὺς, χορείας πορνικῶν βακχευμάτων,
Οἷς καὶ γέρας νέμουσιν οἱ τρισάθλιοι;
Ταῦτ' οὖν ἐπαίνων, καὶ θέας, καὶ τέρψεως,
Ἢ δακρύων τε καὶ στεναγμῶν ἄξια;
Γέλως τυραννεῖ, καὶ φύσις μοιχεύεται,
Καὶ ποικίλη φλὸξ ἡδονῶν ἐξάπτεται.
Καὶ κτίζεται θέατρα ταῖς ἀτιμίαις,
Ὡς μηδὲ λάθρα τὰς νόσους ἀσχημονεῖν,
Ἀλλ' ἄθλα κεῖσθαι τῶν κακῶν μαθημάτων.
Σὺ δὲ βδελύττου ταῦτα, μὴ χράνῃς κόρας,
Φεύγων ἁπάσας ὀμμάτων διαφθορὰς,
Ὡς δ' ἂν φυλάττῃς τὰς κόρας μοι παρθένους.
Πλέον δὲ φεῦγε τὰς μιαιφόνους θέας

Alii enim ex ipsis, turpitudinis administri,
Artem hanc habent, ut se efferant ob turpia,
Mimi rerum ridicularum, pugnorum ictibus assueti,
Pudorem resecantes novaculis ante ipsos crines,
Lasciva turpitudinis officina,
Quibus omnia perpeti et facere, quæ nefanda sunt,
In omnium oculis, artis est genus.
Alii rursus, his natio adhuc infelicior,
Masculorum gloriam exuentes,
Membrorum gestibus lascivis simul frangentes naturam,
1094 1095 Viri, mulieres pariter, et mares effeminati;
Imo nec viri, nec feminæ, si vera dicere velimus.
Nam viri quidem, jam non sunt, nec consequuntur ut fiant feminæ.
Quod enim viri sunt, non manent animo:
Quod autem rursus esse nequiter volunt, non sunt natura.
Lasciviæ quoddam ænigma sunt, et griphus libidinum,
Viri cum mulieribus, mulieres cum viris.
Quid autem dixerit aliquis de turpium cantilenarum morbis,
De carminibus pectoris robur effeminantibus,
De tibiis, de choreis meretriciarum bacchationum,
Quibus etiam præmia tribuunt viri ter infelices?
Ilæcne igitur laudibus, visu et gaudio,
Annon potius lacrymis et gemitibus sunt digna?
Risus hic regnat, natura corrumpitur,
Et multiplex flamma cupiditatum accenditur.
Conduntur theatra rebus spurcissimis
Ut non jam occulte morbi turpitudinis grassentur,
Sed præmia proposita sint sceleratis disciplinis.
Ab his tu abhorreas, ne inquines pupillas:
Vita omnes oculorum corruptelas,
Quo serves mihi pupillas virgines.
Præcipue autem fugias cruenta spectacula

88 *Καὶ ποιεῖν.* Ita Coisl. Edit. παθεῖν.
91 *Δόξαν.* Ad marg. Vat. ὄψιν. Ibid. *ἐξορχούμενοι.* Ita Coisl. Edit. ἐξορχούμενον.
96 *Τῷ τρόπῳ.* Ita Vat. *Moribus.* Mendose edit., τῶν.
98 *Καὶ γρίφος παθῶν. Sagena vitiorum.*
100 *Αἰσχρῶν.* Ita Coisl. Mendose edit. *αἰσχρόν.*
108 *Ταῖς ἀτιμίαις.* Coisl., τῆς ἀτιμίας.
109 *Ὡς μηδὲ λάθρα. Ut non jam latebras quærat turpitudo, sed aperte grassetur.*
113 *Ὡς δ'.* Coisl., ὡς ἄν, etc. Hic Billio videtur Gregorius alludere ad istud quod orator quidam

METRICA VERSIO.

Probri administri. Quidam enim hoc, artis loco,
Habent, ut animos turpia ob quæque efferant:
Scurræ, feriri mos quibus pugnorum ictibus,
Quibus ante capitis sectus est crines pudor:
Schola fœditatis omnis, et lasciviæ,
Queis artis est pars, perpeti et facere omnia,
Idque ante visus omnium, quæ non licet.
At rursus alii, natio infelicior,
Famam decusque turpiter marium exuunt,
Sexum et virilem flexibus cum corporis
Frangunt: simul sunt feminæ, et simul mares:
Non masculi, non feminæ, falsa haud loquor.
Nam nec manent jam masculi, nec feminæ
Fiunt. Nec etenim, moribus quod sunt, manent:
Natura rursus, esse quod student, negat;
Ænigma luxus, ac griphus libidinum,

B Et feminis viri, viris et feminæ.
Quid cantionum turpium morbos loquar,
Versusque, nervos pectoris qui emolliunt?
Quid tibiasque, quid choros bacchantium,
Quibus ampla miseri pensitant quoque præmia?
Ilæc suntne laude, suntne visu, et gaudio,
An digna potius lacrymis et luctibus?
Dominantur illic risus, ac stuprum subit
Naturæ, flamma crescit et libidinum.
Ac fœditatis improbi quoque construunt
Theatra, morbus abdite ut non jam amplius
Grassetur, arti præmium at constet malæ.
Hæc exsecrato, pupillas nec tu infice:
Quodcunque labem visui accersit, fuge,
Oculos ut ipse virgines serves tuos.
At belluonum, venter est quibus deu

Digitized by Google

Τῶν γαστριμάργων, ὧν θεὸς ἡ κοιλία.
Δοῦλοι γὰρ ὄντες γαστρὸς, αἰσχίστης νόσου
Ὑπηρετοῦσι τοῖς κακοῖς προστάγμασιν.
Ἡ δ', ὡς πικρὰ δέσποινα τῶν λοιπῶν μελῶν,
Ἔνδον κάθηται, θηρσὶ πωλοῦσα μέλη,
Λαύρως κατεσθίουσα τὰ τιμήματα·
Γαστὴρ ἄσωτος θηρίων εἰς γαστέρας
Τυραννικῶς ὠθοῦσα συγγενῆ μέλη.
Τούτων κάθηνται τῶν παθῶν ἀγνώμονες
Ἄνδρες θεαταί· κἂν μὲν ἄνθρωπος φύγῃ
Θῆρας, στένουσιν, ὡς πλεῖον τῶν θηρίων
Παιχθέντες αὐτοὶ, καὶ μάτην καθήμενοι.
Ἀνδρὸς δ' ἀλόντος, καὶ στόνον μυκωμένου,
Πικρὸν βοῶντος, καὶ κόνιν ἀμωμένου,
Πάσης θεατῶν ὄψεως οἶκτος ἅπας
Ἐδραπέτευσε, καὶ σὺν ἡδονῇ κρότος

Μέγιστος, ἢν ἴδωσιν αἵματος ῥοάς.
Χαίρουσι γὰρ βλέποντες, ἃ θρηνεῖν ἔδει,
Καὶ θηρίοις νέμουσιν εὐνοίας ῥοπὴν,
Καὶ τοῖς ἑλοῦσιν ἐγκελεύονται πλέον,
Θήγοντες ὀργὰς, ὥσπερ ἐμφορούμενοι,
Καὶ σάρκας ἀνδρῶν θηρσὶ συμμασσώμενοι.
Χ' οἱ μὲν κακοὶ πρατῆρες οἰκείων μελῶν,
Τροφῆς τε δοῦλοι, καὶ πάλιν θηρῶν τροφὴ,
Ζῶντες στυγητοὶ, καὶ θανόντες ἄθλιοι,
Τοιοῦτον ἔσχον τοῦ βίου πικρὸν τέλος.
Μελῶν δὲ τὰ μὲν ἐντέθαπται θηρίοις,
Τὰ δ' ὑπ' ὀδοῦσι νηλεῶς ἁρδάπτεται,
Ἡμισπάρακτα δ' ἄλλα ποικίλαις στροφαῖς
Ἄττει παρασπαίροντα, καὶ φυγῆς ἔτι
Καιρὸν νομίζει, καὶ δρόμον φαντάζεται.
Μὴ δὴ μιαίνῃς ὄμμα σὸν θεαμάτων

115 Helluonum, quorum deus venter est.
Nam cum mancipia sint gulæ, turpissimi morbi
Subserviunt sceleratis mandatis.
Gula enim, velut acerba domina cæterorum membrorum,
Intus sedet, feris bestiis vendens membra sua,
120 Avide vorans pretia:
Venter nimirum luxuriosus in bestiarum ventres
Tyrannice detrudens cognata sibi membra.
Horum sedent vitiorum improbi
Spectatores viri; et si quispiam homo fugerit
125 Feras, gemunt, ac veluti magis quam feræ,
Delusi ipsi sint, et frustra sedeant.
Si autem captus sit homo, et arcte mugiat,
Acerbe clamet, et pulverem aggerat,
Ex omnium spectatorum oculis commiseratio penitus
130 Aufugit, et cum oblectatione plausus
1096-1097 Maximus fit, si viderint sanguinis rivulos.
Lætantur enim ea spectantes, quæ spectando flere oporteret;
Ipsis etiam feris benevolentiam exhibent,
Et si quem corripuerint, eas incitant magis,
135 Iras exacuentes, tanquam si ipsi saturandi essent,
Et carnes hominum cum bestiis comesturi.
Atque illi quidem scelesti venditores suorum membrorum,
Cibique mancipia, et vicissim futuri ferarum cibus,
Viventes odio digni, et post mortem miseri,
140 Talem nanciscuntur, et tam acerbum vitæ finem.
Membra autem partim sepulta sunt in belluis,
Partim dentibus crudeliter dilaniantur,
Partim semilacerata variis motibus
Subsultant palpitantia, et fugæ semper esse adhuc
145 Tempus putant, cursumque sibi effingunt.
Noli fœdare oculos tuos spectaculorum

apud Plutarchum de homine insigniter impudenti dicebat, eum non κόρας, sed πόρνας in oculis habere: κόρη namque utrumque significat.

131 *Ἢν ἴδωσιν.* Ita Coisl. Mox *αἵματος.* Edit., ἢ ἴδωσιν αἱμάτων.

133 *Νέμουσιν εὐνοίας ῥοπήν. In ipsas feras quadam benevolentia propendent.*

136 *Συμμασσώμενοι.* Vat. συμμαχόμενοι.

144 *Παρασπαίροντα.* Coisl. περισπειροντα.

METRICA VERSIO.

Cruenta fugias plus adhuc spectacula.
Hi namque ventri serviunt, quo turpior
Haud morbus ullus, jussaque explent improba.
Membrorum at iste dominus ut ferus omnium,
Sedet intus, atque membra divendit feris,
Pretium gulose devorans: venter nimis
Prodigus, in alvum belluarum immanium
Cognata trudens membra vi tyrannica.
Hæc sessitantes improbi spectant viri,
Ac si ferarum fugerit quisquam impetum,
Gemunt, ut ipsi, quam feræ, lusi magis,
Frustra et sedentes: sin virum fera ceperit,
Arctumque quiddam mugiat miser, et gravi
